



18

G. a. B.

17

B
6
83

L1092177X



2 400 410  MADE IN SPAIN



*Dell' Ateneo della Comp. de Jesus de Granada. Ba*


*costo treze reales*

# PETRI LONGO

BARDI, MAGISTRI SENTENTIARVM,  
PARISIENS. QVONDAM EPISCOPI, IN OM-

nes D. Pauli Apost. Epistolas COLLECTA-  
NEA, ex DD. Augustino, Ambrosio, Hiero-  
nymo, aliisque nonnullis S. scripturæ prima-  
riis Interpretibus, summa arte diligen-  
tiaq; contexta. Opus eximium, & an-  
no M C X L conscriptum, nūc  
primum in lucem  
editum


∴



PARISIIS

Apud Ioannem Mace, in monte diui Hilarii sub  
scuto Britannia.

M. D. X X X V I I .





# INDEX SENTENTIARVM ET VOCVM INSIGNIVM IN COLLECTA- neis P. Lombardi in D. Pauli Epistolas.

**A**  
**BB** A pater cur con-  
iungi soleat, & quid  
significent. 39.F.  
153.c  
 Abrahā quomodo iu-  
stificatus ex fide 18.c  
 Abraham cur nondum circumciso  
facta est promissio 19.f  
 Abraham pater omnium gentium  
21.a  
 Abrahāe volentis occidere filium  
laudatur pietas 260.d  
 Abraham an angelos hospitio re-  
ceptos homines putauit 264.f  
 abstinencia vera, qua abstinetur a  
peccato. 265.d  
 acceditur ad deū non locorum in-  
teruallo, sed similitudine 95.f  
 accidentiū nobis differētia. 180.f.  
 actiones hominis quatuor. 39.a  
 actiones nostrā quales exigantur.  
39.c  
 Adā duo. 24.d  
 Adā peccatum non longe ab ido-  
latria abest 25.f  
 Adam forma Christi, sed ab effectū  
bus disparibus 26.a  
 Adam se prior, & per hoc omne se  
men ei subiectum vendidit.  
34.c  
 Adam rectus & sine culpa creatus  
34.c  
 Adam cur cadere permisit deus  
34.c  
 Adam non propter pomum, sed in  
obedientiam & cupiditatem mor-  
tem inuenit 62.b  
 Adam & Eua typus Christi & ec-  
clesiā. 175.b.c.  
 Adā cur extasis data. 175.c  
 Adam quod seductus non est, sed  
Eua. 212.f  
 Adam mulieri obsecutus est, non  
victus concupiscētia carnali, sed  
benevolentia amabili. 212.a  
 Adam typus rationis 213.b  
 adoptione filii nos quomodo dica-  
mur, & quando. 3.b  
 adoptio quid 41.b  
 adoptione, sancti dii vocantur.  
87.d  
 adoptionem recepimus per Chris-  
 stum. 153.b  
 aduentum domini signa quā prae-  
cedent. 205.d.e.f.  
 aduentus carnalis Christi exitus vo-  
catur & introitus 233.f  
 aedificare aurum argētum lapides  
preciosos, foenum stipulam super  
fundamentum quid sit 73.d.e  
 aegyptiorū mors in mari rubro pec-  
catorū oblationē significat. 91.f  
 aemulari domino quid 94.b  
 aemulatio quid, & quod duplex est  
133.d.  
 aenigma quid 105.b  
 aetate X X X annorum omnes re-  
surgemus 171.b  
 aeternus deus solus proprie dicitur  
66.a  
 aeterna tēpora quā intelligēda. ib.  
 aeternitas sine mensura est. 111.a  
 agi plus esse quam geri 39.d  
 agricola deus est, nos eius agricul-  
tura 73.c  
 alieni qui 22.f  
 alimonia quomodo sumenda. 69.f  
 altioribus abstinendum corā im-  
peritis 242.c  
 altitudo crucis 169.a  
 allegoria quā dicitur 155.c  
 amaritudo quā 173.b  
 ambulare secundum carnem. 38.b  
 ambulare secundum spūm. Ibidem  
 Amen vocabulū Hebraicū. 170.a  
 amicus sponsi non sibi, sed sponso  
zelat 133.d  
 amor huius seculi 209.d  
 Amoris hūanā gloriā vires. 197.c  
 anathema quid. 44.c. 141.f  
 angeli an doleant 41.c  
 angelis pares futuri sumus 43.a  
 angelos iudicabunt sancti 79.d  
 angeli cur in scripturis, vt homines  
non vocentur dii. 87.c  
 angelus officii nomen Ibidem  
 angelica perfectio quā 93.a  
 angeli nobis tunc potissimum ad-  
sunt cum diuinis vacamus. 96.f  
 angelorum tres ordines 137.b  
 angeli quid deo annunciant cum  
omnia sciat. 186.d  
 Angelus mediator esse nō potuit.  
212.c.  
 angeli mali quodammodo medii  
sunt. 212.d  
 angeli non solum ex deo, sed ex ef-  
fectu cognoscunt 213.d  
 angelos multis apparuisse creden-  
dum est 234.a  
 angeli Christum hominem adora-  
re iubentur 234.a  
 angeli in salutē nostrā quā sunt in-  
cumbentes. 235.a  
 angelis aequales nos fore per filiū  
suum certificauit deus 264.a  
 angeli hospitio excepti, an cogni-  
ti. 264.f  
 animalis homo quis 72.c  
 anima simul & corpus per spiritum  
uiuificatur. 39.a  
 animae corporisque differētia. 39.c  
 anima pro homine, a parte superio-  
re. 62.f  
 anima in corpore viuunt, sed non vi-  
uificat. 122.f  
 annuntiatio quā deo fit, qualis sit.  
186.d  
 animam non contaminat corpus.  
194.c  
 animalis vita & sensus 72.c  
 De Antichristi aduentu 202.c  
 antichristus praecedet aduentum  
domini. 205.d  
 antichristus vbi nascetur. 205.f  
 antichristus refuga 205.e  
 antichristus vnde dicitur 205.e  
 antichristi qui. 227.c  
 aporos quid 122.c  
 apostoli vnde dicitur 11.d  
 apostoli officium 4.c  
 apostolus luctans non subiugaba-  
tur. 36.b  
 apostoli cur omnium linguis locu-  
ti sunt. 40.b  
 apostoli veri non sunt nisi missi  
50.b  
 apostolus quomodo se Christū se-  
cundum carnem neget cognos-  
cere. 125.c.  
 apostolus quid nesciuit dicens, Ne-  
scio, deus scit 136.c  
 apostolicā potestatis debitum, o-  
mnis est 198.d  
 apprehenso beatorum quam Apo-  
stolus nondum habuit.  
184.d  
 aqua de petra quid. 91.e

## IN P. LOMBARDVM.

aquila 65.a  
 arbiter 212.c  
 arguendi auctoritatem violentia  
tollit 174.d  
 arguentes alios nihil magis quā vi-  
olentia dedecet 174.d  
 aristobolus 65.c  
 arrā promissionis Dei 23.a  
 arra & pignus 163.c.f  
 artifex ex attentione operum quā  
ritur 8.b  
 ascēdere & descendere quid 125.a  
 astutia quā 172.d  
 attributa homini cōuenientia, deo  
quomodo attribuantur tropo lo-  
cutionis 277.f  
 auaritia idololatria aequatur 173.d  
 auaritia radix omnium malorum  
194.d  
 auaritia & idololatria par malitia  
194.d  
 Augustini & Hieronymi dissensio,  
de reprehensione Pauli aduersus  
Petrum 135.c  
 auaritia 10.a  
 auaritia quid, & quod sit radix om-  
nium malorum 218.c  
 auarus quis 265.a  
 auxilium diuinum nemo debet ex-  
pectare in eo quod ipse per se fa-  
cere possit 136.a  
 auxilii tempus & gratia est in hac  
vita 141.c  
 azyma 78.d  
**B** Althasar regis visio 136.c.f  
 In baptismo omnes omni pec-  
cato moriuntur 30.a  
 baptisimus in Christo vnicus sufficit  
30.a  
 baptisimus quomodo perficit verbū  
49.c  
 baptisimus solam fidem requirit  
54.a  
 baptisimus tantum valet per homi-  
nem contemptibilem, quantum per  
Apostolum datus 68.b.e.f  
 baptizare minoris est officii quam  
euangelizare 68.f  
 baptizandi potestatem sibi cur reti-  
nuit dominus, seruis autem mini-  
sterium concessit 68.b  
 baptisimus Ioannis 68.b  
 baptisimi potestas quā 68.c  
 baptisimus iterari non pot 154.d  
 baptisimus triplex, & tamen vnus  
constitetur 243.b  
 beati qui habent quod volunt & re-  
cte volunt 19.d  
 beati an doleant 41.c  
 beatus nemo est dei donis, qui do-  
nanti existit ingratus 72.b  
 bella duo nobis, alterū aduersus da-  
mones, alterum in seipsum 176.d  
 bellum carnis 158.f  
 benedictiones a deo petendā, sine  
quo nihil boni possumus 140.b  
 benignitas domini fecit corpora  
nostra & membra sua, ac templū  
spiritus sancti 81.b  
 binomines & trinomines 1.c  
 blasphemia siue peccatum in spiri-  
tum sanctū est impenitentia 11.a  
 blasphemā in deū interdum sunt  
mala opera 94.c  
 blasphemā quā 173.b  
 blasphemā 194.c  
 bonus & iustus differunt. 23.b  
 bonum agere & perficere quomo-  
do differant 36.f  
 boni ex afflictionibus malorū pro-  
ficiunt 44.f  
 bona voluntas & operatio non est  
ex libero arbitrio, sed misericor-  
dia Dei 45.d  
 bona temporalia cur tā bonis quā  
malis dantur 85.c  
 bona facere coram hominibus, quo-  
modo debeamus 121.f  
 bonis ex fide viuētibz qui impe-  
rant seruiunt eis, & si contra vide-  
tur 198.c  
 bonus solus Deus 66.a  
 brauium quid 91.b  
 brauium quomodo non vnus, sed  
omnes in cursu perseverantes ac-  
cipiunt 91.b  
 brian quid 59.c  
**C** Aecitas cordis est poena pec-  
cati, vnde in grauiā peccata  
cadimus 8.f  
 cæcum nascitur genus humanum,  
quod ex primo parente traxit  
165.c  
 cælum tertium quid 136.d  
 cæli tres 136.d  
 cæli perierunt per diluuium, & peri-  
bunt 234.e  
 caeremonias non obseruasse, veteri-  
bus peccatū fuit nobis non item  
& quare 193.b  
 cauis 65.f  
 calceamenta 176.c  
 calix benedictionis & communica-  
tionis 93.d  
 carnis prudentia quid 38.c  
 canum natura in allatrado 183.a  
 canticum quid 174.d  
 captiuare captiuitatem 171.d  
 caput mulieris quomodo vir 95.b  
 caput omnium sensuum corporaliū  
receptaculum 95.b  
 caput Christi deus quō 95.b.c  
 captiuā captiuitatem duxit Chris-  
tus 170.d  
 caput ecclesiæ Christus, pro magno  
dono datus 164.c.f  
 caput corpori principatum tenet  
189.d  
 cardinalium virtutum opera 137.a  
 carnis voluptates, et si delectat, pas-  
siones sunt tamen naturæ 9.c  
 carnis suā rebellionē cur nobis  
proposuit Apostolus 36.c  
 caro Christi similitudinem peccati  
in quo habuit 38.a  
 caro omnis hominum præter quā  
christi peccatrix 38.a  
 In carne esse. 38.a  
 carnem non esse malam, eique nec-  
cessaria ministranda 39.c  
 carnalis idem qui animalis 73.a  
 caro Christi duplex 99.a  
 caro nostra incorrupta erit post re-  
surrectionem 113.f  
 caro Christi, caro Mariæ 246.c  
 caro Christi sola sine vitio 252.f  
 carnem Christi hoc est humanitatē  
deitati vnitam adoramus, vnum  
eūdemque deum inseparabiliter  
153.e  
 carbones ignis quid 57.c  
 caro concupiscens quid 158.f  
 carnis nomine, totus homo intelli-  
gitur secundum se viuens 159.b  
 carnē suā quomodo nemo odio ha-  
buit 175.a.b  
 De carne & ossibus esse quid 175.b  
 carne orare 177.a  
 carne seruire deo 183.a  
 carnis nomine mortalitas interdū  
significatur 193.a  
 castitas non solum continentium,  
sed etiam coniugatorum dei do-  
num est. 82.c  
 cataphrygarum hæresis de nuptiis  
secundis 86.c  
 causas quorundam occulit Deus  
168.a  
 charitas dei mira erga nos 4.e  
 charitas oim virtutum forma 6.f  
 charitas donum maximum 22.d  
 charitas auget cognitionem & per-  
ficit eam Ibidem  
 charitas vna eademque in deum &  
proximum 22.e  
 charitas proprium donum spiritus  
sancti & fons singularis 22.f  
 charitas quomodo distanditur in cor-  
dibus nostris 39.e  
 charitate dei, nullum bonum cer-  
tius 43.e  
 charitas impēla multiplicatur 58.e  
 charitas etiam reddita debitorem  
a ii

INDEX

detinet. 58.e  
 charitatis præcepta duo vnu sunt 58.f  
 charitas etiam debet reddita debi-  
 torem detinet. 58.f  
 charitas ipse multiplicatur 58.f  
 charitatem habetis, quomodo om-  
 nes virtutes habeat. 59.b  
 charitas mater omnium bonorum.  
 87.a  
 charitas sanctorum bonorum 104.a  
 charitatis magnitudo & commen-  
 datio 104.a, b, d, e.  
 charitas ubi adest, omnia frustra ha-  
 beri 104.b, c.  
 charitas an euacuabitur 104.f  
 charitas in patria augmentabitur.  
 105.a  
 charitas quomodo fide & spe maior.  
 105.c  
 charitas facit vt in regno quod sine  
 gulis proprium, commune sit omni-  
 bus 112.d  
 charitas quomodo violenta 223.c  
 charitas perfecta 138.f  
 charitas non per affectum carnis sed  
 spiritus habenda 158.c.  
 charitatis longitudo, latitudo, subli-  
 mitas, profunditas 168.f  
 charitas fructus spiritus 159.c  
 charitas omnium virtutum radix &  
 fundamentum 159.d  
 charitas cur toties tantopere com-  
 mendetur 159.d  
 charitas supereminens 169.d,  
 charitas est actio recti itineris 169.f  
 charitas timorem seruile foras mit-  
 tit 177.e  
 charitas humilitatis est præmium.  
 181.b  
 charitatis filius Christus 189.b  
 charitas tunica inconsutilis 195.c  
 charitas perfectionis vinculum  
 195.c.  
 charitas eminentior virtus & via  
 omnibus præceptis & scientiæ  
 195.c  
 charitas, præcepti finis 209.b  
 charitas quid 209.d  
 chirographum peccati deleuit Chris-  
 tus 192.e  
 cherub in mysterium 250.d  
 chirographa peccatorum per fusio-  
 nem sanguinis deleta 193.b  
 chordæ præceptorum decem 59.b  
 chrisma & Christus. 234.d  
 Christi etymon 1.d  
 Christus vnctus non oleo visibili,  
 sed plenitudine gratiæ spiritualis.  
 1.d.  
 Christi duplex natura & ortus 1.f

Christus quomodo factus dicitur. 2.a.  
 Christus quid erat, & quid factus est  
 2.a.  
 Christus quomodo seipso minor fa-  
 ctus est. 2.b.  
 Christi gemina substantia 2.c  
 Christi exinanitio quæ. Ibidem.  
 Christus an dicendus sit creatura.  
 2.d.  
 Christus ex semine quomodo factus  
 dicitur, Ibidem  
 Christus prædestinationis & gratiæ  
 lumen. 11.e  
 Christus prædestinationis caput &  
 fidei principium perfectio. 111.a  
 Christus quomodo assumptus intel-  
 ligatur a filio dei 3.d, e  
 Christus cur dominus noster voca-  
 tur 4.b  
 Christi & Adæ dispares causarum  
 effectus 26.d  
 Christus est hæreditas suorum, &  
 sui hæreditas eius 40.c  
 Christus quotidie interpellat pro  
 nobis ad patrem 43.c  
 Christus finis noster & quare &  
 quomodo 49.b  
 Christus lapis offensionis, & petra  
 scandali 48.c  
 Christus finis legis 49.b  
 Christianus cur in fronte signetur,  
 50.a.  
 Christi vita, & nostra & morum est  
 disciplina 63.f  
 Christus Iesus quomodo ostium &  
 pastor 67.f  
 Christus quomodo sapientia Dei  
 70.b.  
 Christus quomodo nobis factus est  
 sapientia, Ibidem.  
 Christum qui vere prædicat 70.f  
 Christus caput nostrum, cuius cor-  
 pus ecclesia, & membra corpora  
 nostra 81.a  
 Christus an sit nobis dicendus pa-  
 ter, vt deum patrem dicimus 87.e  
 Christus vna persona est geminæ  
 substantiæ 87.b  
 Christus oculos habuit, quos Iudæ  
 commendauit 88.e  
 Christus quomodo petra erat 91.f  
 Christus panis in altari 82.a  
 Christus ab omnibus semper sequē-  
 dus. 95.a  
 Christus post resurrectionem an Ce-  
 phæ primum apparuit 109.b  
 Christus caput viri aliter quam vir  
 caput mulieris 95.b  
 Christus quare Adam & nouissim<sup>9</sup>  
 dicitur 113.a  
 Christum quomodo peccatum fe-

cit pat 125.f  
 Christus resurrexisset non ultra  
 moritur quomodo 115.d  
 Christus quomodo se amodo vidē-  
 dum discipulus negauit 125.d  
 Christus rex sacerdos 254.c  
 Christus deus natura est 153.c  
 Christus filius dei per naturam nos  
 per adoptionem 153.b.  
 Christiani plures quam Iudæi 156.d  
 Christiani vt nunc conuersatione  
 sunt dissimiles, ita & i futura retri-  
 butione 157.a  
 Christianus simul non saluabitur.  
 159.c  
 Christus cur palam despectus mori  
 voluit 260.c  
 Christus crucem suam portans  
 161.c.  
 Christus lapis est angularis & c.  
 166.d, 167.a  
 Christus fundamentum fundamen-  
 torum vt Apostolorum & c. 166.f  
 Christo gratia data sine mensura  
 170.c  
 Christus dedit & accepit dona  
 170.d.  
 Christus dedit secundum deitatem  
 non humanitatem 170.f  
 Christus quomodo nouus homo.  
 172.c.  
 Christus noster sol iustitiæ & veri-  
 tatis. 172.d, e.  
 Christus vnctus 172.e  
 Christus hostia in odorem suauita-  
 tis 173.c.  
 Christus quomodo patrem deseruit.  
 175.b.  
 Christus moritur vt fiat ecclesia  
 175.b.  
 Christus & ecclesia vna caro 175.b  
 Christus semper æqualis patri.  
 180.d,  
 Christus quomodo se exinanuit  
 180.d.  
 Christus deus & homo, creator &  
 creatus 180.e  
 Christus seipso minor factus est  
 180.e  
 Christus homo minor patre, deus æ-  
 qualis patri 180.e  
 Christus homo & deus vna persona  
 180.f.  
 Christus quomodo genitus 189.g  
 Christus patri coequalis 189.g  
 Christus quomodo primogenitus.  
 189.c.  
 Christus imago patris 189.c  
 Christus caput ecclesiæ secundum di-  
 uinitatem & humanitatem 189.d  
 Christus quomodo primogenit<sup>9</sup> ex

IN P. LOMBARDV.M.

mortuus 189.e  
 Christus adhuc patitur in membris  
 suis 190.c  
 Christus sapientia & scientia nostra.  
 191.b  
 Christus quomodo vmbra & fi-  
 guratum corpus 193.c  
 Christi aduentus causa, peccatorum  
 salus 210.a  
 Christus mediator est noster & sol<sup>9</sup>  
 212.c  
 Christus mortuum fatentur om-  
 nes, Christiani soli resurrexisse  
 222.a  
 Christus vt propheta & propheta  
 rum dominus: sic & angelus & an-  
 gelorum dominus 232.a  
 Christus quomodo hæres. Ibidem.  
 Christus splendor quomodo 232.b  
 Christi angelis cõfetur, & eis præ-  
 fertur 233.d  
 Christus in quo Paulo minoratus  
 ab angelis 236.e  
 Christus filius per naturam, nos per  
 adoptionem, & quanta est differen-  
 tia 236.f  
 Christus non fuit in lumbis Abra-  
 hæ. neque decimatus vt Leui.  
 246.c.  
 Christus sacerdos & non sacerdos  
 242.b  
 Christi omnis actio, preces fuerunt  
 pro hominibus 244.b, c  
 Christus rex iustitiæ & pacis 145.e  
 Christus rex semper fuit, sacerdos  
 post carnem assumptam factus  
 248.a  
 Christus terrena contempsit, & ma-  
 la sustinuit nos erudiens 261.e.  
 Christus immolandum significabat  
 tur per immolationem animalium  
 veteris sacrificii 276.c  
 cibos qui discernit peccat 52.c  
 circumcisio cordis quæ 14.a  
 circumcisio quid & eius dignitas  
 19.f.  
 circumcisio quomodo fiebat 20.a  
 circumcisio cur in baptismum muta-  
 ta, & vtriusque differentia 20.c  
 circumcisio cur data, & cur octauo  
 die fiebat 20.a  
 circumcisio cur in carne præputii  
 iussa fieri 20.b  
 circumcisio antiquis quod nobis ba-  
 ptismus 20.b  
 circumcissione etiam facta peccato-  
 rum remissio 20.c  
 circumcisio quid significat 156.e  
 circumcisio cur VII die 157.e  
 circumcisus si nihil prodest, Chris-  
 tus cur: & Timotheum circumci-

dit Paulus 157.b  
 circumcisio quomodo nos sumus  
 233.a  
 circumcissionis significatio 183.a, b, c.  
 circumcisio & huiusmodi cur veteri.  
 data 246.d  
 ciuitas superna 156.c  
 ciuitates duas in toto mundo faci-  
 unt duo amores Hierusalē & Ba-  
 bylonia. 156.f  
 Gloriam nostrum quale esse debet  
 29.f  
 clamor in scripturis quid designat  
 153.c  
 clarificatio Christi post resurrectio-  
 nem 131.c  
 coæternum non est in creatura  
 232.c  
 compunctionis spiritus quid 51.f  
 coæternum & coæuum differunt  
 242.c  
 communicatio passionum Christi  
 est nostra virtus 184.a  
 commutare gloriam dei 8.d  
 commutare gloriam dei quid 9.a  
 compedes nostræ quæ 179.d.  
 cogitatio quæque aut nocetem aut  
 innocentem facit 13.a  
 cogitationes inuicem patebunt in  
 iudicio 76.c  
 cognati omnes spiritu sumus 65.b  
 cogitatio proprii periculi maxime  
 ad misericordiam inclinatur 190.a  
 cognoscere deum & cognosci a deo  
 quid. 42.a  
 cognoscere facere quiescere dei  
 quomodo intelligantur 154.a  
 cognitio dei qua nos cognoscere  
 dicitur 154.a  
 cognitio perfecta hic non est in  
 hac vita 185.a  
 coitus in coniugatis quando excu-  
 sabilis & quando peccatum 82.c.  
 83.a, b.  
 Quantum ad coitum coniugalem,  
 eadem autoritas in muliere &  
 viro 82.f  
 Colendus est deus gratis & caste a  
 mandus 67.b  
 colimus Deum, & deus colit nos  
 73.c  
 coma iudicium velaminis vnde co-  
 mata mulier 97.b  
 comprehendisse nondum se Paulus  
 quid dicat 184.d, e, f  
 conceptiui omnes sumus 65.b  
 concordia vera 95.f  
 Ex vno concubitu cur natos dicit  
 non eandem gratiã habuisse 44.e  
 concupiscentia quid denotet  
 30.d

conscientia generale peccatum  
 quæ omnia peccata continentur  
 33.a  
 concupiscentiam prohibente lege,  
 omnia peccata prohiberi 33.a  
 concupiscentia quid 33.b  
 concupiscentia quomodo aucta per  
 legem 35.c  
 Non concupisces, vt præcepto om-  
 nia peccata prohiberi 33.a  
 concupiscentia radix omnium mal-  
 lorum 34.c  
 concupiscentia omnia peccata ori-  
 ri. 36.b  
 Non concupiscere perfectum est, non  
 post eas ire, luctantis & laborantis  
 36.d  
 concupiscentiæ suæ cõsentiens es-  
 peratur peccatum 36.e  
 concupiscentia lex est peccato. 37.a  
 concupiscentia in hac vita finire non  
 potest sed minui 37.c  
 condelectari legi dei 35.d  
 condemnationis nihil quibus 37.d  
 confessio oris fit ad salutem 49.f  
 confessio etiam laudis est 63.b  
 confessio laudis est 63.c  
 confiteri quid est 49.f  
 configurari morti Christi quid  
 184.b.  
 confundi quis dicitur 22.d  
 coniugium efficit non coitus, sed so-  
 lus consensus siue voluntas 82.b  
 coniugium quid, Ibidem.  
 coniugium vnum de sacramentis ec-  
 clesiæ 92.b  
 coniugium contrahit sola proles pro  
 creatio 82.b  
 coniugium a quibus personis legitime  
 illegitimeque contrahitur .  
 82.c  
 coniugium bona tria, fides, proles, sacra-  
 mentum 82.c  
 coniugium separatio gemina spiritalis  
 & corporalis 82.c  
 coniugium quare sacramentum, &  
 an sit sacramentum. Ibidem.  
 conscientia hominis a seipso 76.a, b.  
 conscientia & bona fama quomodo  
 diuersimode sint nobis neces-  
 saria 130.f  
 conscientia malæ trepidatio. 127.a  
 consentire facientibus quid 10.b  
 consentire legi dei 36.e  
 conspersio quid 78.d  
 contentio 10.a  
 contentio & æmulatio vnde, &  
 quomodo iis resistatur 59.f  
 de contentione in iudicio pro secu-  
 laribus rebus 79.c, d.  
 contentio quæ 173.b  
 a iij

INDEX

contristare spiritum sanctum 172.f  
 173.a  
 conuersio hominum canda cum  
 quibus conuerserunt 185.d  
 conuersio sine dei acorio non fit  
 48.f.  
 conuersio panis & uini in corpus &  
 sanguinem quod 99.d  
 cor quid in scripturis 8.c  
 cor passeris carni, torturi comparatur  
 213.c  
 corinthii 66.e  
 coronatio antequam vincat.  
 44.f.  
 coronatio iustus iudex non redderet,  
 nisi dedisset ante gratiam propter  
 225.a  
 corpus per peccatum mortuum factum  
 3.8.f  
 corpora nostra quomodo membra  
 Christi. 81.a  
 corpus & sanguinem Christi reuer-  
 ra spiritaliter manducare quid sit  
 81.b.  
 corpora nostra templum spiritus sancti  
 ibidem.  
 corporis & sanguinis Christi parti-  
 cipem fieri, quid sit 93.e  
 corpus suum & sanguinem Christus  
 dedit post typi & agni sumptio-  
 nem. 98.f  
 corpus Christi verum esse in altari  
 99.b  
 corpus spiritale non est spiritus.  
 112.f  
 corporaliter quomodo in Christo  
 habitat omnis diuinitatis plenitudo.  
 192.b  
 corporis sub onere ingemiscens non  
 vult eo spoliari, sed superuicti.  
 123.e  
 corporis propria sunt huius vite  
 omnia opera 124.d  
 corporis dolores plerumque immit-  
 tunt angeli Satanæ, sed nisi per-  
 missi. 137.e.f  
 corpus unum efficimur cum Chris-  
 to per spiritum consociantem.  
 170.a  
 corpori an accedet magnitudo aut  
 diminutio fiet vlla in resurrectione.  
 171.b.c.  
 corpus Christi ecclesia est 190.c  
 corpus carnis, id est caro 192.d  
 corpus multarum rerum nomen  
 ibidem.  
 corpus non contaminat animam  
 194.c  
 corpus cur tabernaculum dicitur  
 265.e.  
 corpus Christi a quibus edendum.

265.f. z66.A  
 correctio non potest contingere,  
 nisi superno iuuante medico.  
 zzz.B  
 correctio quid 362.c  
 correctioni nec desueris, nec stu-  
 dueris certamini 222.f  
 correctio an in occulto, an palam  
 fieri debet 217.b.c  
 creatura quid sit 40.d  
 creatura & filii nos dicimur, sed di-  
 stincte 40.d  
 creatura omnis homo dicitur, & in  
 homine est 41.a  
 creaturas bonas esse creatas a bono  
 no deo 214.a  
 creationem suam homo non pro-  
 meruit 21.b  
 creata omnia eademque esse a patre,  
 sed per filium 87.f  
 creati in Christo quomodo sumus.  
 166.a  
 creata omnia per CHRISTVM  
 189.c  
 creauit Deus caelum & terram.  
 257.f  
 credere Deo & in Deum differunt.  
 18.f  
 credere non potest nisi volens  
 49.f  
 credenda que 185.a  
 Non credes neque in patria est, ne-  
 que in via 124.b  
 credere quid 119.e  
 credere nusquam possemus, nisi vir-  
 tus dei in nobis hoc operaretur  
 155.f  
 credere in nobis operatur Deus  
 193.d  
 credita & fides differunt 170.b  
 credituri non omnes sunt, & si præ-  
 ordinati in vitam æternam, præ-  
 destinati in adoptionem filiorum.  
 207.e  
 Non credere hi dicti qui noluerunt  
 221.e  
 criminum quorundam vindicta, est  
 eorum augmentum 9.c  
 crimina criminibus vindicantur.  
 9.c  
 crimen est peccatum graue 226.e  
 Sine crimine multi, sine peccato ne-  
 mo viuunt 226.e  
 Crux Christi figuratur per virgam  
 qua percussa est petra 92.c  
 crucis prædicatio Iudæis erat scan-  
 dalum, & quare 158.b  
 crucifigere concupiscentias quid  
 159.d  
 crux Christi cur in frontibus no-  
 stris fixa 161.d

cruciatu carnis 169.a  
 crux quando tollitur ibidem.  
 crucis Christi altitudo longitudo  
 profunditas latitudo ibidem.  
 crucis latitudo longitudo altitudo  
 profundum 169.a.b  
 crucis inimici qui 185.d  
 crucis turpior mors 189.f  
 crux saluatoris non mors sed pec-  
 cati 193.a  
 culpam nostram præsentem præte-  
 ritam & futuram Christus dele-  
 uit. 29.f  
 cultus Iudæorum ab aduentu Chri-  
 sti impietas est 54.  
 cupiditas & timor portæ duæ quis  
 bus diabolus intrat 172.e  
 cupiditas omnium malorum radix  
 218.c  
 cura de bona fama & nomine habē-  
 da 142.a  
 curis secularibus non occupandus  
 animus militantis Christo 221.b  
 cursum quomodo consummasse di-  
 cit Apostolus, cui passionis certamen  
 restabat 225.a  
 cursus braui amor facit 91.b  
 currere in incertum quid 91.c  
**D**AEMONES non cognouisse  
 Christum natum 71.b  
 daemones a scientia dicti 86.f  
 daemones & idola nuncupatiue dii  
 quoque vocantur 87.d  
 daemones insita malitia nobis no-  
 cendi 94.a  
 Cum daemones pacta consultatio-  
 nes & quicquid huiusmodi super-  
 stitiosa sunt 94.a  
 damnatio multorum iusta immo om-  
 nium 17.b  
 damnatur nullus antequam peccet  
 sicut nullus coronatur antequam  
 vincat 44.b  
 damnati nunquam liberabuntur  
 159.c  
 dati & fructus discretio 187.d  
 Dauid cur nominetur in generatio-  
 ne Christi potissimum, cum Abra-  
 hæ sit facta promissio 2.e  
 decalogi diuisio 59.b  
 decimatus non fuit Christus ut Le-  
 ui. 24.6.c  
 declinare a deo quid 16.a  
 defendere a crimine non est lauda-  
 re. 33.f  
 defunctis quomodo profunt quæ fa-  
 cit ecclesia 124.d  
 defunctis quid, & qualiter profit de-  
 functis 201.c  
 delibatio quid 52.d  
 delicta quæ 192.d

IN P. LOMBARDVM.

delictorum gradus tres 19.d  
 delictum Peccatum 159.f  
 deserit quomodo nos deus 9.a  
 desperationis peccatum 11.b  
 desperandum non esse de non cre-  
 dentibus 40.f  
 deuotio quid 141.f  
 deuterofis Iudæorum quid 209.a  
 Dextera patris quid 43.b  
 Ad dexteram patris quomodo filius  
 sedeat 164.d  
 detrectatores 10.a  
 Deus meus a quo recte dicatur 4.f  
 Deus Abraham, Isaac & Iacob, quo-  
 modo & cur dicatur 4.f  
 Deus quomodo a nobis videatur  
 8.a  
 Deus ex administratione totius mu-  
 di intelligitur, sicut anima ex me-  
 liore & administratione corporis  
 8.b.  
 Deus operatur in cordibus hominum  
 inclinando siue ad bona siue ma-  
 la. 9.a  
 Deus in sermonibus suis quomodo  
 iustificatur 14.c  
 Deus vltor rei est, cuius author non  
 est. 15.b  
 Deum videre peccata, est punire pec-  
 cata. 19.d  
 Deus cur & quomodo mortuus. 23.a  
 Deus diligebat nos & aderat ante  
 reconciliationem 23.e  
 Deus simul aderat & diligebat nos  
 ante reconciliationem. ibidem  
 Deo authore, quid 30.b  
 Deus cur hunc liberet, non illum,  
 non esse scrutandum 46.c  
 Deo soli spiritus ad mensuram non  
 datur. 56.c  
 Deus solus proprie æternus, bonus  
 sapiens, immortalis &c. 66.a, b, c.  
 Deo quomodo est gloria per Iesum  
 Christum 66.c, d  
 Deus proprie eorum, qui eum dili-  
 gunt. 67.c  
 Deus agricola vere est, nos agricul-  
 tura eius 73.c  
 Deus licet sit totus vbique, non ta-  
 men in omnibus habitat 75.b  
 Deus in nobis quomodo habitat  
 75.b.  
 Deus sumus peculiariter per redem-  
 ptionem 82.f  
 Deus non potest esse pars alicuius  
 87.b.  
 Deus non est pars personæ quæ  
 Christus est 87.b, c  
 Deus tribus modis dicitur 87.d  
 Deus substantiæ trinitas dicitur.  
 ibidem.

Dii etiam sancti appellantur in scri-  
 pturis. ibidem.  
 Deus deorum rex magnus super om-  
 nes deos quomodo intelligendus  
 87.e.  
 Deus quomodo rebus omnibus as-  
 dest. 102.a  
 Deus omnia in omnibus quomodo  
 erit. 111.b  
 Deus in specie qua est quomodo vi-  
 deatur 137.b  
 Deus agit ut sanet omnia, sed suo  
 ordine. ibidem.  
 Deus pauper quomodo pro nobis  
 factus. 129.c  
 Deus quomodo magnificandus ex  
 conuersione Pauli 143.d.  
 Deus bonus quo excæcet. 121.e  
 Deus verus quis 153.c  
 Deus pater, deus & pater est. 164.b  
 deformitas Christi pulchritudo no-  
 stra. 161.c  
 Deus hominis vita est 172.f  
 Deum qui casti quarunt in eccle-  
 sia. 178.b  
 Deus qui fecit te sine te, iustificat te  
 sine te 182.f  
 Deus quia melior in rebus omnibus, plerumque  
 omnibus colendus & diligendus. 165.d  
 Deus vbique præsens, & vbique to-  
 tus, non vbique habitat 192.a  
 Deus quomodo patribus visibilis  
 exhibitus est 210.c  
 Deum secundam naturam vidit ne-  
 mo. 219.a  
 Deus contra naturam nihil facit, &  
 quomodo interdum sic facere dica-  
 tur. 53.b  
 In deo sunt omnia, & Deus est sus-  
 per omnia 223.a  
 Deus omnibus vitur ex sententiæ  
 voluntate 234.b  
 Deum cur alio quam Iudæi ritu co-  
 lamus 249.b  
 Deus omnia nouit antequam fieret  
 258.a  
 Deus Abraham, Isaac, & Iacob, cur  
 dicitur 259.b  
 Deus in nouo testamento alia quæ  
 in veteri promittit 260.d  
 diabolus per mortem Christi prius  
 iustitia superatus est non potetia  
 utroque tamen modo victus 23.f  
 diabolus potetia est amator, & iu-  
 stitiae desertæ oppugnator acerti-  
 mus. 24.a  
 diabolus Iudæos induxit ad Christi  
 occisionem. ibidem.  
 diabolus iniuste hominem detinet  
 bat, & si homo iuste detinebatur.  
 24.b.

diabolus post legem homini magis  
 insidit 34.e  
 diabolus nullam potestatem habet  
 nisi datam desuper 63.b  
 Diaboli bonos oppugnant, non ex-  
 pugnant 189.a  
 diabolus victus quando se vicisse cre-  
 debat 189.b  
 diabolus in cruce victus 252.e  
 diabolus Iob tentandum petens ex-  
 auditus a deo, Paulus vero non  
 138.a  
 diaconi euangelistæ sunt 171.a  
 dies iræ, iudicii tempus 11.d  
 dies pro tempore 11.d  
 dies domini quis 73.f. 74.b  
 dies hominis quis 73.f  
 dies humanus quis 76.a  
 dies malos faciunt malitia & miseria.  
 174.b.  
 dignitas dei 119.d  
 dignitatem amisisse peius esse quam  
 non habuisse 44.a  
 dilexit prior nos deus ut eum diligeremus  
 4.d  
 dilexit nos deus quantum, & quæ  
 les. 23.e  
 dilectionis mutua commendatio  
 68.f.  
 dilectio dei & proximi in quibus  
 probetur 59.a  
 dilectio dei & proximi connectuntur.  
 59.b.  
 diligenda ut duo deus & proximus  
 ita duo diligendi modi 105.a  
 dilectio perfecta, non frustra præci-  
 pitur 175.b  
 dilectionem ordinatam habere de-  
 bemus 209.c  
 discernimur solū a malis, per Chris-  
 sti gratiam 76.d  
 discussio quando fiet 206.a  
 disciplina quid 262.c  
 discipulorum Christi perfectio gau-  
 dium & corona magistrorum. 129.e  
 dissensio charitatis pestis 158.e  
 dissensio primum malum, unde cæ-  
 tera oriuntur 97.d  
 dispensatio mysteriorum fit tā per  
 per bonos quam malos 75.f  
 dispensator quo quis dicitur 89.f  
 diuinitas ut maxime humiliata est,  
 sic humanitas exaltata, & hoc ip-  
 sum prædestinatum est 4.a  
 diuinitatis plenitudo ois quo cora-  
 poraliter in CHRISTO habitet  
 192.b  
 diuites sunt intus omnes fideles  
 129.f.  
 diuitiæ abundantis gratiæ quæ.  
 165.e.



INDEX

diuitiæ non timendæ, sed morbus carum.	219.b	electio est nullis præcedētibus meritis.	41.f	ex eo viuere	221.c
doctrina euangelii	31.a	electio gratiæ est non meritorum	51.e	eucharistia cur panis angelorum	91.b
doctrina prauorum quasi ventus & tempestas	172.d	electi quomodo qui non erant	162.e	eucharistiæ sacramentum in duabus speciebus datum	99.b
doctores gloriæ incrementum præter illud omnibus commune habebunt	164.a	elementa cur infirma vocat Paulus & egena	154.c	De Eucharistiæ manducatione multa	99.b, & seq.
doctores cur pastores dicuntur	171.a	ephesii qui	162.b	exaltatio christi secundum quod homo	181.c
doctorem siue prædicantium ordo quadruplex	178.c	epimenides cretensis cur ab apostolo non nominetur	227.b	exaudit deus alios ad voluntatem, ad sanitatem alios	138.a
dolus	10.a	episcopi verbo & exemplo docere debent	171.a	Non exaudimur misericorditer intertergum	138.a
cum domino quomodo semper erimus	202.b	Episcopi præbyterorum nomine	177.c	excæcatio meritorum est	51.e
donec particula vsus	110.f	episcopatum desiderans opus bonum desiderat	213.c	excæcatio mentis quomodo ad deum pertinet	121.e
dona dei sunt merita nostra	23.f	episcopi inter pretatio. Ibidem.		excelsus mentis	124.f
donum dei spiritus sanctus.	170.e	epistolæ Pauli generales sunt instructiones	196.e	exceptus a passione flagellorum, exceptus est a numero filiorum	261.f
donis dei beatus esse nemo potest, qui est donanti ingratus	72.b	epistolam ad Hebræos Pauli esse	131.c	exclusores qui	7.f
dorsum curuum habere	52.b	epistola ad Hebræos cur elegantius scripta	231.d	excommunicatio non debet fieri, nisi in confesso, aut aliquo iudicio nominato atque conuicto	79.a
dulia	183.b	Non erubescendum est de christo	50.a	excommunicationis sententia non temere ferenda	79.b
<b>E</b> Brietas vnde dicta	59.e	esau odium vnde	45.a	exemplare quomodo in se dicitur christus potestates & principatus diaboli	193.b
ecclesia super petram non Petrum fundata	68.b	esau quam longe a religione fuit	263.a	exemplar & exemplum	248.f
ecclesiastici iudicii forma describitur	73.d, e	esau quomodo poenitentiam non inuenit	263.b	exequiarum pompa: quatenus ferenda	201.b, & seq.
In ecclesia gradus maiores & minores	95.a	esse Dei quid	7.f	exinanitio christi quæ	2.c
ecclesia quomodo regnum dei	110.c	esse qui dicantur, qui non esse	21.a	exire ab homine	127.e
ecclesia sponsa christi	133.d	esse in carne quid	38.b, c	expedire nihil posse quod non licet.	80.c
ecclesia tota vna est virgo	133.e	Eua typus carnis	112.b	Qui non expedit quod licitum est	93.e
ecclesiam continet & vegetat spiritus sanctus	107.a	euangelii etymon	1.e	extasis quod	124.f
ecclesia vestis dealbata super niuem.	174.f	euangelium non subitum, sed longe ante annuntiatum	1.f	extensio est tota vita nostra	184.d, e
ecclesia ex morte christi facta	175.b	euangelium non subitum, sed longe ante annuntiatum	1.f	extollendi non sumus de dono dei	204.d
ecclesia cum christo vna caro		Ad Euangelium sola gratia christi peruenimus	4.c	exuere veterem hominem	172.a
Ibidem.		euangelizandum non ut manducemus, sed manducandum ut euangelizemus	89.f	<b>F</b> Abulas quid vocet Apostolus	209.a
ecclesiæ typus cum sponso christo est Adam cum Eua. Ibidem.		Quantum seruus a domino, tantum distat euangelium a lege	5.c	facie ad faciem videre	105.b
ecclesia congregata operante deo patre	197.c	euangelium virtus Dei quomodo	6.b	In faciem	135.b
ecclesia cum ab Abel coeperit, quomodo christus caput eorum	203.c	euangelii fructus quantus	6.c	faciens quod non vult, quomodo consentit legi	35.a
ecclesia hic magna domus intelligenda	223.d	euangelium dei non esse erubescendum	6.c	factores legis quomodo iustificare dicantur	12.c
efficientia quomodo quædam dicuntur, & tamen ipsa non efficiant	21.a	euangelium iustitiam dei quomodo reuelat	6.d	fallax dulcedo	33.c
Egregius quis	183.c	euangelizantes bene qui	50.c	falsi aliquid de Deo dicere perhorrendum est, etiam si ad laudem eius pertinere videatur	109.f
elati	10.a	euangelizare minus est quam baptizare	68.f	falsa doctrina veri semper aliquid intermiscet	143.c
elemosyna vtilior facienti quam recipienti	130.a	In euangelizantes propter lucrum	89.f	falsitas non minore scelere laudatur in deo quam veritas vituperatur	109.f
elemosynæ etiam malis, peccatoribusque tradendæ	161.b	euangelium non innititur terrenis	176.e	fama bona quam necessaria	130.f
elemosyna odor suauitatis, & incensum dei	187.d	euangelistæ qui	171.a	fato christus non est subiectus nec	
legit nos deus dum non eramus.	21.b	euangelium non vendere licet, sed		quod sub eo natus, sed eius hora & tempore	

IN P. LOMBARDV M

est eiu	152.d, e	fidei commendatio	184.a	hærens quis deo, adhærēt mundum	81.c
fermentum quia in scriptis	157.c	fides certa cognitione vtrunque inchoat	185.a	fornicatione generali quomodo quisque in corpus proprium peccat	Ibidem.
feruere spiritu quomodo dictum	56.f	fidem habere posse sicut charitatem est natura hominum: habere autem fidem sicut charitatem est gratia fidelium	207.e	fornicatio sola diuortium potest	83.d.
fiat & huiusmodi quibus imprecari videtur, non optatis sunt sed prophætantis	52.a	fieri non potest, quod iuste non fit	155.a	fornicatio est etiam idololatria & quilibet prima supersticio.	83.e
fides principium & perfectio christus	3.a	fieri aliud, aliud nasci	2.d	fornicatio mentis eodem modo quo carnis diuortium facit.	83.e, f
fides verborum	6.e	figulus est deus	47.f	fractio panis quomodo fit in sacramento altaris	99.e
fides quid sit & quando	6.e, 312.d	figurata magis mouere debent quam figuræ	92.c, f	fratres quos vocet Paulus	55.f
fides rerum quid	6.e	figuræ ipse quomodo vmbra dei cantur	192.b	fratres christi qui	42.e
fides cum charitate fundamentum omnium virtutum & bonorum	6.f.	filius iræ nascimur	152.f	fratres quatuor modis in scripturis dicuntur	142.a
fides dæmonum quæ	6.f	filius charitatis dei patris christus	189.b	fratres christi quomodo sumus	237.b
fides tribus modis accipitur	6.f	filius sunt opera	213.b	frons christiani cur signetur	50.a
fides merces vita æterna	7.a	filius nomen proprietatem ostendit, non adoptionem	233.c	fruentium quibus, quibus vtendum	219.c
fides & iustitia christi quomodo dicuntur	17.a	filius & spiritus sanctus per subiecta creaturam vni immutabiles sunt vt pater	234.f	fugere quibus liceat christianis	136.a
In fide & per fidem indifferenter dicitur apostolus	18.c	filius omnis hominis homo, sed non omnis homo filius hominis potest intelligi	236.a	fundamentum christus est & fides quæ per dilectionem operatur.	73.d
fides qualis a nobis exigitur	18.f	filius christum deo patre minore non esse	162.f	fundamentum spiritualis fabricæ in summo	84.d
fidei laus & merces	49.e	filius dei vnicus vt sine flagello non esset, carne indutus est	261.f	fures si vitare non possumus in ecclesia exemplo christi erga ludam tolerare discamus	88.e
fides differentiam non admittit	58.d	filius dei sine peccato, non tamen sine flagello fuit	262.a	fur & latro quis	178.f
fides nostra de trinitate habenda.	54.f	filius dei nascimur si sumus pacifici	262.e	fures & latrones in ecclesia cauens di.	181.d
fides vera fundamentum est, & christus	73.d	finis legis christus	49.a	futura non sunt in natura sed in præsentia dei	21.a
fides sola sine charitate & bonis operibus non sufficit	73.d	finis noster christus	49.b	futurum tempus quomodo per præteritum seruetur in scripturis	50.e
fidelis cum infideli manere vel non manere potest	83.e	finis seculorum qui	13.f	<b>G</b> Alata qui	140.f
fidelis discedens ab infideli cohabitare volenti, an potest altera ducere	84.a, c, d	finis consummationis & cõsumptionis	111.a, b	Galea salutis	176.f
fidelis infidelem odio fidei discedere sequi non debet, sed alia ducere potest	84.c	finis sine fine	245.f	gemere spiritus quomodo intelligitur	41.f
fides dei nummus	102.b	flagella patris toleranda	262.b	gemitus columbæ	42.a
fides patrum per nostra eadem aquæ vtriusque saluauit	122.e	stere tanquam non stentem	85.d	genethliaci	94.a
fidei lux, similis est paradiso, 133.	143.c	flammam ignis facit deus ministros suos	234.b	geneleos I I verba de Adam & Bua ad C H R I S T V M pertinere.	175.c.
fideles omnes per apostolos credunt	143.c	fluimus & effluimus quomodo	235.d	gentes quæ legis sunt quomodo facte dicantur	12.e
fides in nullo fuit ante gratiam.	151.e	formari christum in nobis quid	155.b	gentes cur potius quam israelitæ iustitiam apprehenderunt	48.d
fides opus, dilectio sine qua inanis est	157.c	fornicatio	10.a	gentilis quomodo deum cognoscere potuit	7.b
fides sine operibus	157.e	fornicantis hominis cor fit seruum corporis	81.d	genus non saluat	44.e
fides per dilectionem christianos facit	157.e	fornicatione sola quomodo quis in corpus proprium peccat, secus tamen in aliis fornicarios	81.d	gloria Moysi quomodo euacuata	120.b, c
fides dæmonum quæ	157.e	fornicatio sola fuga vincitur,	81.d	gloriarum sapienter quomodo potuit apostolus	137.d
fideles qui	162.c	fornicatio maximum potentissimum que flagitium	81.d, e		
fides in nobis, est christus in nobis	168.e	fornicatio generalis quæ non ad			
fides integra non est in solo patre, nec in solo filio	169.d				
fides & Credita differunt	170.b				
fides catholica vnde	170.b				
fides scutum est iustitiæ	176.f				

INDEX

gloria dei est fidelium incrementū 163.e  
 In gloria dei patris esse quid 181.e  
 gloria Christi est, implere desideria suorum 187.b  
 gloriae humanae vires 197.c  
 gratia quid est 4.d  
 gratia quando dicitur 4.d  
 gratia est specialiter remissio peccatorum: pax vero reconciliatio 4.d  
 gratias deo agere quid 4.e  
 gratia sub meritum non cadit 17.b  
 gloria dei quid, & cur nominata 17.b  
 gratia deo necessariae habendae 17.b  
 gratia dei quid, & quod sola iustificat 17.c  
 gratia gratis datur 17.c  
 gloriatio laudabilis 17.f  
 gratia, quia gratis datur 19.a  
 gratia Christi efficacior ad salutem quam Adae peccatum ad damnationem 26.b, 28.a  
 gratia christi multiplex 26.b  
 gratia meretur augeri 22.a  
 gratia Christi, virtutum perfectio quae in Christo homine fuit 26.c  
 gratia Christi abundans 26.d  
 gratia quomodo superabundavit vbi abundavit delictum 28.d, e  
 gratia merita nostra bona facit 31.f  
 gratia pro gratia redditur salutis 31.f  
 gratia pro gratia quid 32.a  
 gratia iustificationis, & glorificationis 32.a  
 gratia vocatur vita aeterna, & quare 32.a  
 gratia liberat si manserit 36.a  
 gratia sola redemptos discernit a damnatis 46.a  
 gratia gratis data quae 46.c  
 gentiles quomodo dicebantur non gens 51.a  
 gratia, virtus est sacramentorum 92.d  
 gratia non tollit liberum arbitriū 109.d  
 gratia non secundum merita datur 109.d  
 gratia Dei sola liberamur a malo 140.a  
 gratia meritum praecessit, non consequitur 165.f  
 gratia est praedestinationis effectus 166.a  
 gratia Christo non ad mensuram data 170.c

gratia divinae augmentandae modus 184.e  
 gratiam reddit deus pro gratia praemians ob merita 225.b  
**H**abere, & non habere quid dicitur 72.b  
 Habitare in nobis quomodo Christus dicitur 192.b  
 habitu quomodo inuentus homo Christus 181.a  
 haeredes dei quomodo sumus non deus functi 40.c  
 haereticorum peruersitas in corruptis scripturis 26.a  
 haereditas aeterna fors dicitur, 188.f  
 haereticorum error serpens 33.f  
 haeresis nonnullorum de animarum creatione, quodque non peccauerint in caelo priusquam infundatur corporibus 46.b  
 haeretici quomodo exercent ecclesiam 97.c  
 haeresis non in scriptura & sermone sed in sensu & intelligentia 96.e  
 haeretici deus bene vitur ad utilitatem catholicorum 97.c  
 haereticos diabolus quando & cur excitavit 97.d  
 haeretici suo malo quomodo profunt, 97.e, f  
 haereticus quis 97.f  
 haereticorum animositas semper in quiete 223.c  
 haeretici per dici comparantur, 223.c  
 hebraei vnde dicti 183.c  
 hiacintus quid 85.c  
 hierusalem superna 156.b, c  
 hierusalem terrena 156.d  
 hilariter dandum 131.c  
 hodie genui te, quomodo intelligendum 233.c  
 homicidia 10.a  
 homines sunt electi vt Christus glorificatus 3.c  
 homo creatura mundi dicitur per excellentiam 7.c  
 homo quomodo in potestatem diaboli traditus intelligatur 23.f  
 homo iuste tenebatur a diabolo, tamen est iniuste eum diabolus teneret 24.b  
 homo duplex 33.d  
 homo interior 35.e  
 homo aduersario quando possit resistere 35.f  
 homo nolens omnia sacramenta accipere potest, credere non nisi volens 49.f  
 hominibus spiritus ad mensuram datur 56.e  
 homo optimus quis 59.a  
 homo animalis quis 72.c  
 homines nihil fiunt cum peccant. 87.a  
 homo dicitur factus ad imaginem dei propter impari similitudinem 95.f  
 homo sibi met abyssus 76.a  
 homines quomodo dii appellati sunt & non angeli 87.d, e  
 homines nos spe angeli sumus, & quare 93.b  
 homo interior & exterior vnus homo 123.a  
 homo tam exterior quam interior percipiet post resurrectionem habitatiois caelestis dignitate 123.a  
 homo quatenus ad imaginem dei creatus 123.a  
 hominibus datum ad mensuram deus non ad mensuram accipit 171.a  
 homo exterior corpus, interior anima 172.a  
 hominem veterem exuere quid 172.a  
 homo in quo est imago dei 172.b  
 homo quo irrationabilibus antecellat 172.b  
 homo nummus dei 189.c  
 homo imago dei imitando 189.c  
 homo vetus, vita vetus 194.f  
 homo in quo creatus est ad imaginem dei 194.f  
 homo ad imaginem dei factus secundum rationalem animam 195.a  
 honorare patrem quid 175.f  
 hortus conclusus quibus confertur 223.b  
 hostia quomodo nulla relinquitur pro peccatis nostris 254.d  
 humanitas Christi pes eius est 164.e  
 humanus homo & sermo 210.b  
 humana omnia dubia 230.d  
 humilitas dispositio ad purgationem mentis & contemplationem 8.c  
 humilitas vera 57.b, c  
 humilitas custodit in omni tetatione 93.b  
 humilitas Christi vsque ad quid extendatur 181.a  
 humilitas superbiae medicamentum 181.b  
 humilitas Christi maxime in passione apparuit 181.a  
 humilitas charitatis meritum 181.b  
 hymnus quid 174.d  
**I**acobus minor quomodo frater domini 142.f  
 idolum quid 87.b  
 idolum nihil esse in mundo quomodo intelligendum. ibidem.

IN P. LOMBARDV.M.  
 modo intelligendum. ibidem.  
 idola per se nihil esse 94.a, d  
 idololatria lufui puerorum similis 92.e  
 idololatria zelo inuidiae Satan inuenit 94.b  
 Iesu etymon 1.d  
 Iesus proprium est nomen, Christus sacramenti ibidem.  
 Iesus saluator omnium 210.c  
 Ignes duo futuri 74.a  
 ignis tentationis & tribulationis 74.b  
 De igne purgatorio 74.a, b  
 ignem quem misit deus in terram 57.a  
 Ignis inferni aeternus, non tamen vt deus aeternus 66.a  
 ignis non est sine splendore, nec pater sine filio 232.d  
 ignominia & ignominiosus quid 9.d  
 ignorantia dei peccatum est, & peccata peccati 10.d  
 ignorat quis quod non approbat 36.b  
 ignorantia fidelis melior, quam temeraria scientia 46.c  
 ignorans ignorabitur quomodo 108.d  
 ignorantia fidei neminem excusat a toto, licet bene excuset a tanto 12.d  
 ignotum dei quid 7.d  
 illicitis qui abstinet, laudem habet qui vero ab illicitis se temperat praemium & laudem 195.c  
 illuminet deus quomodo omnem hominem 212.b  
 imago dei in anima humana non omnino detrita est 12.e  
 imago, aequalitas, & similitudo differunt 121.f  
 imago patris Christus 189.c  
 imago quomodo est aliter in numero qua in filio 189.c  
 imago quae coli debet ibidem.  
 immundum non tangere 127.e  
 impietas in deum 7.b  
 implebimur quomodo in omnem plenitudinem dei 169.c  
 impenitentia est blasphemia siue peccatum in spiritum sanctum. 11.a  
 impenitentia in nullo viuente certe cognoscitur 11.b  
 impositura tenebras quaerit 107.e  
 incarnatio Christi & omnis ex initiatione occultum est mysterium 190.d  
 Incarnationem Christi ad purum non intellexisse angelos, ante completionem 167.e

incompositi 10.a  
 increpantes vt plurimum verbo dubitationis vtuntur 86.d  
 indignatio quid 194.e  
 indignatio quae 173.b  
 induentes Christum 151.f  
 induere Christum quid 172.g  
 indurat i quomodo credere non possunt 50.d  
 inexcusabiles quos vocet scriptura 8.b  
 infantes etiam Christus saluat. 210.c  
 infidelitas maligna vita facit 239.c  
 infirmitatem nostram nosse, melius est quam naturam rerum 86.f  
 inhabitat deus in nobis aliter quam homo in domo 75.b  
 inimico familiari nulla pestis maior 128.c  
 iniquitas, in homines 7.b  
 iniquitatis partes 9.f  
 iniquus & prauaricator differunt iniquitatis mysterium quod, 206.a  
 innocentia a deo commendata 195.f  
 infeminavit deus omni animae principia intellectualia 232.d  
 insipientes 10.a  
 instauratio omnium 163.c  
 intellegibilia quae 7.f  
 intelligenda quae 185.a  
 intentio bonum opus facit, intentionem dirigit fides 18.c  
 interior homo 37.a  
 inueniendum quomodo sit & quare rendum 185.a  
 inuidia 10.a  
 inuidiae zelus in diabo lo quantus 159.e  
 inuisibilia dei per ea quae facta sunt cognosci 7.e  
 inuocatio quid possit 50.a  
 inuocare nemo vere potest sine fide ibidem.  
 Ioannis baptismus 68.b  
 ira dei pro poena & vindicta 27.d  
 ira dei pro poena in scripturis 7.a  
 ira quae, cum qua omnes nascimur 165.c  
 ira durans, diabolo orationem dat 172.d  
 irasci & non peccare 172.d  
 irasci nobismetipsis quid 172.e  
 ira quae 173.b  
 ira res inconsiderata 195.f  
 isaac non sine magna rei figura contra naturam generationis fuit promissus 21.d  
 Isaac & Hirmaelis generatio, & quid vterque nobis significant, 155.e, f

Isaac filios gratiae significat. 156.e.  
 Ismaelis sunt omnes qui in ecclesia terrena felicitatem quaerunt 156.f  
 Israel quomodo audisse & cognouisse dicitur aduentum dei & euangelii doctrinam 51.a  
 Israelitae quare iusti sunt mulieres alienigenas dimittere, & quo pacto viros inducebant ad idola 83.f  
 Israel duplex carnalis & spiritalis. 93.f  
 Iudam cur Christus non abiicit, 78.c  
 Iudaeus Graeco praepositur ordine & causa patrum non gratia. 6.d  
 Iudaeus qui plus disciplinae suscipit plus puniendus est 18.a  
 Iudaeus vere quis 13.f  
 Iudaei quomodo gentibus digniores 13.b  
 Iudaeus vnde ibidem.  
 Iudaeorum iactantia 13.c  
 Iudaei & si ordine priores quam gentiles, gratia tamen aequales 15.f  
 Iudaeos, quo consilio lex data esset nescisse 28.a  
 Iudaei captari nostri 44.f  
 Iudaei quomodo credere non poterant 50.d  
 Iudaei & audiuisse & cognouisse quae de deo dicta sunt 50.f, 51.a  
 Iudaeorum casus non incomparabilis. 52.b  
 Iudaeos Helias conuertet 53.d  
 Iudaeorum pars aliqua cur excacata, pars non 53.b  
 iudicium habere contra aliquem, est peccatum 80.a  
 iudaizandum nunc non est. 145.d & sequen.  
 Iudas quomodo Christum tradidit & Christus se 173.d  
 iudicium dei verum & infallibile, contra humanum 10.d  
 iudex iustus iudicatus iniuste. 14.f.  
 iudicii diem quomodo filius nescire dicitur 42.a  
 iudicium & misericordiam deo specialiter inesse 56.c  
 iudicis non est sine accusatore danciare. 78.c  
 iudicandus homo quomodo ab homine, non ex arbitrio suspensionis, nec usurpato iudicio extraordinario, sed ex lege dei secundum ordinem ecclesiae 79.b  
 iudicii dies quando futurus, sed quo

I N D E X

modo futurus sit scire expedit 202.d  
 iudicabitur talis qualis quisque moritur. 205.d  
 iudicium occultum quod merito vnius peccati cadit in aliud. 207.a  
 iurat apostolus 5.a  
 iuratur etiam non dicendo per 82.c.5.a  
 iurandum nisi necessarium non his indultum 5.b  
 iurandum a malo illius, propter quem iuratur. Ibidem  
 iurandum exigens, etiam si nescit iuraturum fallum an peccet. Ibidem.  
 iugum Christi quomodo suauiter 126.c  
 iustitia dei quomodo iniquitas nostra commendat 15.a  
 iustitia dei quomodo, & quare sic dicta 6.d  
 iustitia dei sine lege est, sed non sine lege manifestata 17.a  
 iustitia quomodo per legem & prophetas testificata 16.f  
 iurare verum non est peccatum 111.e  
 iustitia non ex operibus: sed opera ex iustitia 18.a  
 iustificatur quis sine operibus procedentibus, non sine sequentibus susceptionem fidei 18.b  
 iustificari hominem sine operibus legis quomodo intelligatur 18.a  
 iustificationes duæ 18.e  
 iustificati gratis sumus quævis ex fide. 22.a  
 iustificare impium, grauius esse, quam iustos saluare 23.d  
 iustitia dei in morte, potentia in resurrectione 24.a  
 iustificari non plures per Christum quam per Adam condemnantur 26.c  
 iustitia plena plus exigit quam peccatum. 31.b  
 iustitiam cum iniquitate appendit 31.c  
 iustitia stipendium quare non videtur dicitur, sicut peccati stipendium mors. 31.f  
 iustitiam dei vituperare non possent, etiam si omnes damnarentur. 46.a  
 De iustitia non præsentia iudicat deus 47.e  
 iustitia dei 49.a  
 iustitia legis quid 49.c  
 iustitia fidei. Ibidem.  
 iustitia legis quæ 182.d.5.f  
 iustitia ex Christo non ex lege, 49.a.c  
 iustitia duplex, diuina & humana 49.b.c  
 iustitia spes Christus 157.e  
 iustitiam legis quomodo sectabatur Paulus, & an damnus sit in ea fuisse. 182.d  
 iustitia nostra temperanda in corrigendo 172.d  
 iustitia ex fide Christi 182.f  
 iustum esse melius est quam hominem esse 182.f  
 iustificat te sine te, qui fecit te sine te. 182.f.  
 iustitia vera 185.a  
 iustus hic nemo sine peccato 226.e.  
 iustus, quique iniustus dicendus venit. 6.d  
 iustus quomodo ex fide viuat. 6.f  
 iusti qui Christi aduentum præcæserunt, in inferno detinebantur vsque ad eius passionem 17.e  
 iusti veteres non solius verbi fide liberati, sed fide incarnationis Christi venturi 27.c  
 iustus si patitur, quid iniustus cõtinuget. 204.d  
 iusto quomodo lex non est posita 210.a  
 iuuentia ruffæ mystica ratio, 252.d.  
**L** Abores & omnia huius seculi mala quæ procedunt de peccato originali, cur remaneant remisso peccato 52.c  
 lac gregis est quicquid distribuitur præpositis 88.f  
 lapis offensionis Christus 48.e  
 latræ soli deo debita 55.a  
 latræ. 183.a  
 laudandus deus non solum voce sed operibus & vita 94.e  
 laus gloriæ dei est, cum multi ad fidem veniunt 173.e  
 legalia quibus permiffa, quibus non 157.b  
 legis dei ignorantia inexcusabilis 12.b  
 lex dei quæ sit & qui sine ea peccant sine ea peribunt. 12.b  
 legis factores quomodo iustificentur. 12.d  
 legis quæ sunt quæ gætes facere dicantur. 12.f  
 lex quæ quantaque significet. 16.c  
 legis opera quæ 16.d  
 legis opera non iustificat, quando faciens ea sibi tribuit 16.e  
 lex sibi quomodo quis esse potest 12.f.  
 lex quid ostendit. 16.f  
 lex operum & fidei quid differant 18.a  
 legis status per quæ firmatur. 18.c.  
 lex impletur per gratiam fidei. ibi.  
 lex sine gratia non modo non auferret peccatum imo auget. 21.a  
 lex peccatum auferre non potuit 25.a.  
 lex naturalis & scripta 25.a  
 lex Mofi non adiuuare poterat, sed tantum præcipere 85.c  
 lex naturalis 25.d  
 lex quomodo in natura adiutoriû data. 28.a  
 lex data vt homo infirmitatem suam agnosceret 28.b  
 lex mediocri pædagogus: perfectio signum, duro flagellum. Ibidem.  
 lex quid, quibusque modis accipias tur. 28.b  
 lex cur Iudæis tantum data. 28.c  
 lex data omnibus, sed non pro omnibus, & pro quibus. Ibidem.  
 legalia quæ dicantur. Ibidem.  
 lex carnis quid 30.c  
 lex spiritus cur 32.e  
 lex mortis cur. Ibidem  
 legem non esse malam probatur 32.f.  
 legem non esse peccatum, sed peccati indicem 32.a  
 lex ad quid data. Ibidem.  
 legem tantum gratiam habentibus prodesse 34.b  
 lex sancta & bona 4.a  
 lex euangelii, lex spiritus 34.d  
 lex Mofi sancta & spiritualis. Ibidem.  
 legis datæ utilitas, & ad quid data. 27.f.  
 legis infirmitas ibidem.  
 leges quatuor 35.f  
 legem concupiscentiam nolle quomodo dicatur 36.d  
 lex peccati fomes cur 35.e  
 lex peccati cur 85.e  
 lex præbyterorum carnis quæ 37.a.  
 lex carnis, peccati, & mortis 37.e.  
 lex spiritualis & lex spiritus differunt. 37.e  
 lex spiritus, lex gratiæ 38.f  
 lex quomodo infirmata per carnem 58.b.  
 legis finis Christus 49.b.  
 legalia an post Christum sine peccato seruari poterant 90.d  
 lex data, vt eius infirmitate ad gratiam accelerarent 171.d

Lex instar pædagogi 151.e  
 lex cur dicitur elementa mundi 152.c.  
 Lex infirma 154.b  
 lex post Christum nunc non distat ab antiqua idololatria. Ibidem.  
 Lex synagoga vir 156.c  
 Libertas vera seruum Christi facit 158.c  
 lex omnis completur dilectione 159.d  
 Sub lege esse quid 159.a  
 Lux interior 171.f  
 Latitudo charitatis & crucis, 159.b  
 lux interior quæ 171.f  
 legem adimplens timore pœnæ an iustus 182.f  
 lex quomodo bona si non est iusto posita 200.a  
 legalia cur Christianis legedæ sint 246.d  
 leges scriptæ in cordibus nostris 249.c  
 In lege non permanferunt Iudæi vitio suo 249.c  
 Lex quando impletur 261.e  
 libera & Agar quid significant, 155.d.e.f  
 liberantur cur non omnes 47.a  
 libertas vera quæ 31.d  
 liber & liberatus differunt 31.e  
 libertate nostra non abutendû non bis 158.c  
 Libertas Christiana non est flagitandam Iudæorum more 218.a  
 liberum arbitriû in peccatore non omnino preiisse, & qui per ipsum maxime peccent 31.e  
 liberum arbitrium a nobis non auferretur 35.b  
 liberum arbitrium non tollit gratia 109.d  
 De libero arbitrio nullo modo præsumendum 165.f  
 liberum arbitrium bonam voluntatem facere non potest 182.a  
 libidinis vltis naturalis 9.c  
 licita quæ dicuntur 80.d  
 licita sola charitate tractanda, 80.d  
 licere potest aliquid, & non expedit, & non contra 80.c  
 linguarum diuersitas humani generis societates in Christo 170.b  
 litera vetustas 32.e  
 locum dare diabolo 172.c  
 longanimitas & patientia differunt 10.f  
 loquendi modus per præteritum de futuro in scripturis 50.e  
 loquendi modus, cum quod semper

I N P. L O M B A R D V M.

fieri dicitur in aliquo, cum ab eo cognoscei cœperit 110.f  
 lorica iustitiæ 176.e  
 lotio pedû discipulorum quod non bis est exemplum 115.b  
 Loth vxor in statuum salis conuerfa quid designet 216.b  
 Lulus Hirmaelis Paulus persecutio nem vocat 156.f  
**M** Agistri fructus, discipuli obedientia 199.c  
 magnus non est qui a nobis visus explicari potest 137.c  
 Maiores & minores qui 150.a  
 Mala non esse faciendæ, vt veniant bona 15.c  
 maledictû quomodo Christus pro nobis factus. 9.f  
 mala nostra ad quid profint 42  
 male viuere de nostro est 47.f  
 malis quomodo vtatur ad profectû nostrum deus 53.e  
 malum si persequeris, malum te facis. 57.e  
 male agentibus compendium, cita mors. 78.f  
 mali tolerandi quando per iudiciû auerti non possunt 79.b.  
 malis etiâ beneficiendum 161.b  
 malus duobus modis non maculat 173.f  
 a malis quomodo separandi sumus in hac vita 173.f  
 malitia, 10.a. 78 e, 194.a  
 malum pro malo reddere quid 203.c  
 malignitas 10.a  
 Mandatum quomodo ad mortem 33.e.f  
 Manducare ex fide quid 62.d  
 manducare corpus & sanguinẽ reuera spiritaliter quid sit 81.b  
 manducare Christum vita est 93.d  
 manducans & bibens modeste, frugaliter & temperanter laudat doctorem. 94.e, Contra per immoderate sumptum cibum blasphematur deus. Ibidem.  
 Manichæorum hæresis 32.f  
 Manichæorum error de anima & corpore hominum 37.c  
 Manichæorum error 38.d  
 De manifestis iudicare licet. 217.e  
 manna vnde parabatur 91.e  
 manna quid figurabat. 91.e. 92.a  
 mansiones multæ in patria. 111.b. 112.d.  
 manus expandere quid. 51.b  
 Maranatha quid 115.c  
 Maria quomodo concepit 2.e  
 Mariarum trium historia. 142.f  
 Maria mater domini filia Annæ & Ioachim 142.f  
 maris rubri transitus, baptisimi figuræ. 91.f  
 martyres differenter pro Christo patiuntur, & Christus pro ipsis 43.d.  
 martyrem non facit pœna, sed causa. 43.d  
 martyres quomodo vindicta a domino petant. 57.d  
 martyres aduersus peccata vsque ad sanguinem certant Ibidem.  
 martyrum dilectio perfectissima est. 261.f  
 Mater Christi virgo fabro nupta nobilitatis extinxit typum. 261.e  
 mathematici 94.a  
 matrimonii tripertitum bonum 83.b  
 matrimonii indissolubile vinculû vtraque parte viuente 84.c.  
 matrimonium ratum non est, quod sine dei deuotione est. 84.c.  
 matrimonium plura quare in Coniugium.  
 mediator noster esse debuit deus & homo. 24.a. 212.c  
 mediator noster Christus, & vnde nomen sumptum. 150.f  
 medicus summus ægros omnes inuenit. 38.d  
 medico comparatur deus, Paulus saluator. 138.a  
 medici vt famam acquirant, desperatos ægros sanados eligunt 210.c.  
 melchisedech. 245.d  
 Memor & oblitus quomodo capiatur 5.b  
 mendax quisnam iudicandus, 117.b  
 mendax est omnis homo 14.d  
 mensa quid. 51.f  
 mens superior vis aër 105.e  
 mendacium fidem corrumpit. 133.e  
 mentiendum in doctrina religio nis omnino non esse 146.c  
 mentiendum nunquã. 194.e  
 mercatoris modum expleuit Christus. 237.f  
 mercenarius 178.f  
 mercenarii in ecclesia tolerandi 179.a  
 merita hominis bona, etiam e dei munera 31.f  
 merita nostra bona vt sint efficiunt gratia. 31.f  
 merita nostra cum coronat deus sua merita coronat 32.a  
 meritorum præsumptio non finit credere in Christum. 50.e  
 merita sunt bona post gratiam. 109.



Meretrici adhaerens quò vnú cor  
pus est cum ea 81.c.  
miseria hominis communis 184.c  
miseri qui 19.d  
misericordia dei nõ sufficit, nisi ad  
sit voluntas 45.e  
misericordia & iudicium deo spes  
cialiff. inesse 56.e  
misericordia medicina quotidiana  
na 56.e  
misericordia quò fieri debeat. 56.f.  
misericordiam dei consequuntur  
& scienter peccantes, & facilius  
qui ignorant. 210.c.  
missæ ordo ostenditur 211.d  
mors Christi tã peccata tulit quã  
resurrectio, & vtraque iustificat  
& si vtriusque sit differentia.  
21.f.  
mors filii dei quomodo facta è no  
stra reconciliatio 23.e.  
mors regnum quid 25.b.  
mors regnum sola Christi gratia  
destruit 25.b.  
mori peccato quid 28.f.  
mors & resurrectio Christi, non tã  
tum res, sed etiam sacramenta  
sunt 29.c.  
mors victa, non penitus interem  
pta 29.f.  
mortuº peccato Christi quò 30.a  
mortem deus nõ fecit, sed hõ sibi  
per peccatum accersuit 30.b  
mors a deo esse quò dicatur, & nõ  
esse 30.b  
mortua lex quando dicitur 32.c  
mors non ex ipsa lege, sed hominũ  
vitio 34.a  
mortuũ & mortale differunt 39.a  
mors et si de peccato carnis mar  
tyrib. tamen utilis fuit 42.c  
mortem Christus quomodo sensit.  
71.c  
de manducatione corporis & san  
guinis Christi. 93.d.e.  
mors Christi sit deo odor suavis  
quò qui eum occiderunt, pecca  
uerunt 173.e  
mors citã male agentibus compen  
dium 78.f  
morituri an sint qui adueniente  
Christo viuunt 202.a  
mors Christi magna polliceri de  
buit 253.c  
mors Christi & Adã comparatio  
110.a  
mors nostra è poena peccati mors  
Christi hostia pro peccato 110.b.  
mori cur homines deus voluit.  
201.d  
mediator & deus & homo esse de  
buit 212.c  
mortis author diabolus 237.c  
mori cur Christus voluit 237.d  
mortuum tangere 243.b  
moses idololatrias paucos quomò  
gladio vindicauit 78.a.b.  
moses mare rubrũ transiens Chri  
stum figurat 91.f.  
moses quomodo deum videre con  
cupiuit 137.a  
mundus, vniuersum genº hominũ  
24.e  
mulier a viro & legitime discedens,  
viuente viro nubere non po  
test, similiter & vir aliam duce  
re 83.d  
mulieres sanctæ Christum, & post  
apostolos secuti ad præparanda  
victui necessaria, & quare 88.e  
mulier facta in adiutorium viri nõ  
ad concupiscentiam carnis. 96.a  
mulier sensualitas est. 86.d  
mulier quid in script. 153.a  
mundus cur factus. 7.d.  
mundum nobis crucifigere debe  
mus, & nos mundo 161.e  
mundi rectores 176.b  
munda mundis omnia quomodo i  
telligatur 227.d  
murmurantes in deum repro  
bat. 46.c  
muscipulam diabolo Christus te  
tendit 37.e  
mysteria antiqui non plene intel  
lexerunt 66.b  
mysteria omnis sacramenti dei in  
Christo sunt 191.c  
**N**Ati secundum carnem perfe  
quantur filios spiritus. 156.e  
naturam quod de deo est, deus est  
232.e  
natura communis omnibus est, sed  
non gratia 21.b  
natura bona a deo creata 32.a  
natura humana sola fide & sangui  
ne Christi iustificatur 49.b  
contra naturam nihil facit deus  
53.b  
contra naturam quid fieri quomò  
intelligatur 53.b  
natura humana in Christo solus  
deus maior est 226.e  
naufrago idem est quibus a quis  
operiatur 139.c  
negatio sit factis quoque 227.e  
nequitia 10.a. 78.e  
neronem quò quidam Antichristũ  
suspicati 206.b  
Nitimur in vetitum 33.e  
nobilitas Iudæorum quæ 182.d  
nocendi potestas bonis & malis

prodest 58.a  
nolens omnia potest, credere non  
nisi volens 49.f  
nomen dei inter gentes quomodo  
blasphematur 13.d  
nominis mutatio vnde i sacris. 1.c  
nominatio quid Paulo 79.a  
nostra quomodo omnia sint 75.d  
notum dei quid 7.c  
nouatianorum hæresis de secundis  
nuptiis 86.c  
noua quò omnia facta sunt 125.e  
noui testamẽti promissiones. 149.e  
nouũ testamẽtu in lege vix viquã  
nominatum & expressum. 249.d  
noua creatura, noua vita est. 161.f  
nouus homo quis 172.a  
nubes i mari rub. spũs sancti figura  
91.f  
numero toti quandoque attribui  
tur qº maior parti cõuenit. 109.b  
nuncios habet deº ppter nos. 178.a  
nuptias probandas docet 82.b  
nuptiæ ad quid concessæ. 82.e, &  
quod bonæ & laudabiles 83.b  
nuptiis quomodo secundum ve  
niam coitus concedi intelligitur  
83.b  
nubere esse melius quã vri quomò  
intelligatur 83.c  
nuptiæ iniuicæ prouentus malos so  
lent habere 86.c  
nuptiæ primæ tantum a domino  
instituta & benedictione sublimes  
secundæ vero permittit, & in præ  
senti, gloria carentes 86.c  
nuptiæ secundæ etiam beatæ sunt,  
sed viduitas beator 86.c  
nuptiæ nec tertiar nec quartæ dã  
nandæ, quamquã nõ sint sine vere  
cundia 86.d  
nutrix mater ex amore, aliena pro  
mercede nutrit 198.d  
**O**bduratio quomodo iusta, &  
quid sit 46.c  
obdurat deus quomodo 46.a  
obduratio temporalis tatum. 46.d  
obedienciæ laus 27.e  
obediencia quali modo adhibenda  
58.b  
obediencia quali modo adhibenda  
potestibus 8.b  
obsecratio quid 5.c. 211.d  
obseruantia omnes vet. test. futu  
rorum vmbra 192.b  
obsonii immunditia non timenda  
sed cupiditatis 62.b  
obseruare dies, menses, annos, & tẽ  
pora quid 154.b  
obstinatio quid 2.b

obtemperari sibi velle a minoribus  
& nolle obtemperare maioribus  
iniquissimum est 97.c  
ocium sanctũ quærunt charitas 213.d  
ocium & æstuositas temperanda  
sunt 213.d  
odibiles deo 10.a  
odor bonus qui 119.a  
offensio lapis Christus 48.e  
offensio dei in Israelitis cur tanta  
62.b  
oleo spiritali vnctº Christus 234.d  
oleum exultationis & spiritus san  
ctus 234.c  
olea in oleastrum inferi solet non  
contra 53.b  
olea insertio 52.B.F  
omnibus per omnia placere 94.F  
omnes homines, pro omni genere  
hominum 212.b  
onera diuersa 160.c  
onus suũ quisque portabit, & alter  
alterius portare iubemur 160.c  
orandum quid sit nescimus 41.e  
oratio nostra infirma a spiritu. iuu  
atur 41.e  
oratio etiam gratiæ donum è  
quid impetrat 41.e  
oratio necessaria est 50.a  
orare nemo vere potest, nisi prius  
credat 50.a  
oratio quare necessaria 57.a  
orandum spiritu & carne 167.a  
orat semper, qui bene semper agit  
203.c  
orare spiritu & mète 106.f  
orationes quæ 311.d  
originale peccatũ quibus nominibº  
vocetur, & quid sit 19.b.c  
originale pec. quomodo per bap  
tismum dimittitur, & tamẽ in posteri  
tate remanet 19.c  
originalis pec. generalitas 23.f  
originale pec. etiam solum ad dam  
nationem sufficit 26.d  
originale peccatum vt cetera ex  
voluntate esse 27.e  
oris confessio sit ad salutem 49.f  
origenis error 41.c  
operatur in nobis deus inclinando  
sive ad bona sive ad mala 9.a  
opera iustificatũ sequuntur, non præ  
cedunt iustificandum 18.c  
opera sunt vt magnæ vires & cur  
sus celerimus præter viam 18.c  
opus bonum intentio facit, inten  
tionem dirigit fides 18.c  
opera sola bona quæ sunt ex dile  
ctione 18.f  
operis remuneratio etiã ex gratia  
dei retribuentis 19.a

opus nullum ex debito remunera  
tionem a deo reposcit 19.a  
opera quædam bona videtur & nõ  
sunt 49.b  
operari pro accipere 88.e  
opera mala blasphemæ in deum  
94.e  
opera ex gratia nõ cõtra 165.f  
opera bona non ex quantitate sui  
sed ex charitate plus vel minus  
profunt 104.c  
opera bona & pia non frustrabun  
tur sua remuneratione 165.f  
operante & cooperante deo, & bo  
na volumus & facimus 177.f  
operatur in nobis deus & velle &  
operari 182.a  
oportunitas est omni medicamẽto.  
necessaria 24.c  
oppugnant non expugnant bonos  
diaboli 189.a  
oculum sanctum 65.c  
ostium claudere diabolo 172.e  
**P**AEdagogus quid 151.e  
pædia quid 262.c  
participes Christi qui. 234.d  
panes occulti, sunt hæreticorum er  
rores 224.b  
paradisus quomodo hic accipitur  
137.b  
parentum merito non esse differen  
tia in generatis 44.e  
parentum curam filius habere de  
bet 216.c  
pascendis ouibus non quæ nostra  
sed quæ Christi quaerenda. 223.b  
pascha Hebraicum nomen 28.d  
pascha transitus 78.d  
pascha immolatio est 78.e  
paschæ diuer sa celebratio, & cele  
brationis significatio 263.e  
per passionis sacramentum, quid  
Christus a nobis exigit 29.c  
passionibus mori quid 32.f  
passionẽ Christivere noscitur qui per  
eam ad salutem peruenire credit  
184.b  
passionibº Christi defuisse creditur,  
quicquid membrum eius hic pati  
tur 190.c  
pastores cur dicuntur doctores &  
episcopi 171.a  
pastor quis 178.f  
pastoris officia 223.b  
pater caelestis moritur nobis i ænig  
mate 4.c  
pater in diuinis non habet patrem  
vt sit sicut filius 55.b  
pater non solus sapiens 66.c  
pater operatus est cum filio nõ pas  
sus, nec natº nec resurgens &c. 152.e

patris & filii inseparabilis operatio  
87.f  
pater cur dicitur dedisse. quod diui  
nitas filii dare poterat 181.d  
patres antiqui per mortem Christi  
seruati 192.f  
pater quomodo solus deus, & inuisi  
bilis dicatur 210.e  
patris & filii æqualis potentia.  
219.a  
pater non vocandus qui ex adulte  
rio genuerit 262.b  
patientia & longanimitas differunt  
10.f  
patienter viuentes 179.d  
patienter morientes 179.d  
patientia exempla in patribus quo  
que mira fuisse 261.a  
paulus vnde nomen assumpsit 1.b  
paulus omnibus debitor 6.a  
paulus cur alio exordio Corinthiis  
scribat quam 67  
paulus manuit negocia Christiano  
rum per contemptibiles iudica  
ri, quam in forum deferri 79.e  
paulo ad vitandam elationem, istis  
mulus carnis datus 86.f  
paulus cur nihila Corinthiis acci  
pere noluit 189.b  
paulus quod Iudæus Iudæis factus  
est &c. Denique omnibus omnia  
nõ per mendacium sed compas  
sionem 97.d e f  
Paulus tanquã agrotº agrotis mis  
erabatur 90.c  
Paulus libertate prudenti congrue  
bat consuetudini Iudæorum  
90.f  
Paulus in quo plus laborauit  
109.d  
Paulus quomodo nuditatem passus  
quaerens primo regnum dei. 135.e  
Paulo etiam fugienti cura gregis  
fuit 136.a  
Paulus quomodo arcana vidit.  
136.d. & seq.  
Paulus non ex euangelio datum  
sed fructum quaerebat 138.e  
Paulus per Christum vt deum non  
vt hominem mortalem factus  
est apostolus 141.b  
Pauli autoritas vnde acquisita.  
143.d.  
Pauli tadium 179.e  
Paulus cur Petrum arguit 145.c  
Paulus quomodo in lege sine que  
rela conuersatus sit. 182.d.  
Paulus primus peccator. 210.d  
Pax quid. 4.d  
Pacem habere cum deo facit fides,  
& qui eam cũ deo habeat. 22.b  
b ii

I N D E X

Pax mundi qua	zz.b	Peccatores i peccatis praescitos ee	personarum nulla e exceptio apud
pacem euangelizare quid	50.c	no preparatos: licet poena praepa	Deum.195.b.
Pax vinculum est unitatis.	169.c	rata sit secundum quod praesciti	perturbatio multorum correctoru
Pax Dei an superet humanum ins	47.c.	47.c.	profruit postea ad salutem.
tellectum & non angelicum.		Peccati natura cui similis	74.d
186.c.		Peccata aliqua per sanctos viros	
Pax necessaria ad mysterium vnita		quare morte nonnunquam punita	
tis.93.e		sunt.78.a.b.	
Pacem charitas facit & tuetur		Peccatum est iudicium habere con	
195.c.		tra aliquem	80.a.
Pax Christi quid	195.c	Peccare est in potestate malorum,	
Peccatores quomodo Christi dicat		sed non hoc vel hoc genere.53.e	
tur esse.3.f		Peccatum nihil est	87.a
Peccatum omne, quod citius poeni		Peccare in Christo & in Christum	
tendo non tegitur, & causa est &		diuerse dicitur	88.b
poena peccati & quare & quomo		Peccatum stimulus mortis	114.a.c
do.8.f		Peccatum veluti scorpius	114.c.
Peccatum vitari non potest, nisi ad		Peccatum quomodo Christus factus	
sit gratia.16.e		125.f.	
Peccati cognitio, quomodo ex lege		Peccatum quid in scripturis inter	
16.e.		dum significet	125.f
Peccatum in spiritu sanctum, quod		peccata parua sed crebra, collecta	
& quod dupliciter committitur.		aggrauant & opprimunt.	139.c
11.a		Peccator grauius sonat quam pec	
Peccasse omnes, quomodo intelli		cans, sicut irrisor quam irridens	
gatur.17.b		148.e.	
Peccata videre deum punire est pec		peccatum, Delictum	159.f.
cata.19.d		peccatori quia homo est, non quia	
Peccata quomodo tecta sunt.19.d.		peccator subueniendum	161.b
Peccatum quomodo per virum &		peccatorum remissio est in spiritu	
no per feminam intravit	24.c	sancto	170.a
Peccatum in omnes transiens quid		Sine peccato nisi vnigenitus dei est	
25.a.		se nemo potuit	203.c
Peccatum non imputari quid. 25.b		peccantem corripere quando pri	
Peccare in similitudinem Adae.		uatim, quando publice decet.	
25.c.		217.b.c.	
Peccatu ante legem quomodo igno		Non peccare quibus est datum, no	
tum.25.d		naturae id est, sed gratiae.	219.a
peccatum per legem abundauit		Sub pedibus Christi quomodo om	
28.a		nia subiecit pater	164.c
Peccati prohibitio nisi adfit gratia		Pelagianoru error de peccato origi	
auget eius desiderium	32.c	nali.24.f.	
Peccatum non post legem accessit		per praepositionis insolentia	20.c.
& non ante	33.b.	peregrinari quid	124.b
Peccans contra mandatum, supra		perfectum quod in spe est dicitur.	
modum peccat	34.c	165.e.	
Peccatum per legem reuixit.	33.e	perfectio quid adhuc Apostolo	
Peccatum quomodo ante legem		defuit.184.d.e.	
mortuum intelligitur	33.d	perfectus nemo in praesentivita	84.c
Peccatum omne mortale concupi		perfecti quomodo hic sunt in cursu	
scendo committitur	35.c.	non in affectu.	185.b
Peccatum quomodo in carne habi		Permittere aliud quam praecipere.	
tat.35.b.		83.a.	
Peccatores non nosse se quomodo		perscrutandum non esse cur deus	
Christus dicat	36.b	hunc non illum liberet	46.c.
Peccata vniuersa baptismo soluun		persecutio Christianorum quae.	
tur.37.d		224.a	
Peccatum quomodo in nobis habi		persona in euangelio tres pastores	
tat.36.e.		mercenarii & furis.	178.f
Peccatum de peccato quomodo da		persona nostra, persona est ecclesiae	
natum in corpore.	38.a	corporis Christi	190.a

I N P. L O M B A R D V M

penitentiae agenda opus est poeni	50.d.	proximi dilectio qualis esse debeat.	
tentia	zz6.f	59.a	
penitentiae semper locus	254.d	Proximi nomie omnis homo intel	
ponrifices vnde nomina mutet.1.c		ligitur	59.b
populus transiens mare rubrum fit	174.e	Proximus quis dicatur	172.e
delium figura	91.f	Prudentia carnis & spiritus	38.c
porta duae per quas diabolus intrat	159.f	Pfallere quid	106.f.
cupiditas & timor	172.e.	Psalms quid	174.d
potentia dei in resurrectione, iustit	13.c	Pudicitia virginalis coniugali praes	
tia autem in morte	24.a	stantior	86.c
potetia sola deus hominem libera	47.c	Pueri etiam non secundum quod ge	
re poterat, sed humilitate maluit.		sturi erant si diutius viuerent, sed	
24.b		secundum quod per alios gesserint	
potentia sola deus hominem libera	47.d	iudicabuntur	124.d.
re poterat. Ibidem.		Puer nascitur suae miseriae propheta	
portare Deum in corpore quid,	47.d	174.b.	
82.a.		Pugna adulti baptizati	29.c
potestas omnis a deo	58.a	Pugna nobis continua in corpore	
potestatis nomine quid designetur	93.a	mortis huius	37.c
58.b		Puto, non dubitantis sed increpan	
potestatis quo modo obediendum	50.e	tis apud Paulum, Puto quod spiri	
libidem.	76.d	tum dei habeo. i. ad Corinth. 7.	
potestas omnis a deo	63.a	86.d.	
potestas nocendi bonis & malis pro	141.e	<b>R</b> Ami oleastri inserti sunt pa	
dest.63.a		triarha	53.a
potestatis nomine quid significetur.	184.f	rami fracti	52.e
58.b.		Ratio cur in viro significata	96.d
potestas siue potetia dei quid. 68.c		recedere a nobis	127.c
potestatem omnem & principatum	211.d	reconciliatio per mortem filii Dei	
quomodo euacuabit Christus.	53.f	quomodonam intelligenda	23.e
111.a		reconciliare nos deus alio modo	
potestas interior diaboli occisa.	177.e	qua per mortem filii sui potuit: sed	
192.f		nullus sanadax miseriae nostrae co	
potestas tenebrarum	165.a	uenientior	23.e
potestas tenebrarum	169.b	reconciliationis nostrae precium	
postulationes quae	211.d	24.b	
pro potestatis quo modo orandum		Reconciliationis vis quanta.	
& cur	d.e	34.b	
praepceptorum decalogi diuisio	59.b.	Redemit nos Christus non emit	
59.b.		17.c	
Praecepta dei de dilectione qua in	169.a	Redemptio nobis data est in san	
uicem coherentia	158.d	guine Christi fuso	189.f
praedestinatio quid	42.d	per redemptionem peculiariter dei	
praedestinatio quid	2.c	sumus	81.f
praedestinatio vtrius de eo quod sem		redemptionis nostrae pretium	
per fuerit, an de eo quod non sem		189	
per sit	3.a	redimere tempus quid	174.b
praedestinatus est Christus secundum		redemptio nostra in sanguine Chri	
humanitatem no diuinitatem.		sti	252.e
Ibidem.		de refectione corporis & sanguis	
praedestinationis caput Christus		nis domini	93.d
sancti membra. Ibidem		reformatio vera	55.e
praedestinatio gratiae est praepara		reformare se mes humana no po	
tio, gratia ipsa donatio & praede		test sicut de formare	172.b
stinationis effectus	166.a	regeneratis Christus plus praestat	
Pradicatores malos malis cur mit		quam Adam generatis nocuit.	
tit deus aliquando	50.c	26.b	
praedicatio Christiana cultu oratio		regnum dei quid	612
nis non indiget	69.a	regnum dei, electi	110.c
praedicatorum labor ingens	155.b	regnum deo quomodo tradit Chri	
Quia praedicat deus, ideo non facit		stus	110.c



INDEX

Regnum dei est hic, id est in mundo sed non hinc, id est de mundo. 189.a  
 regnum dei qui sunt 189.a  
 remissionis effectus duplex. 17.c  
 remissio peccatorum cur spiritui attribuitur 40.a  
 remissio peccatorum est in spiritu sancto 176.a  
 remuneratio operis etiam ex gratia dei retribuendis 19.a  
 remuneracionem non accipiet de eo quod inuitus quis fecit 89.c  
 renouamur de die in diem 123.a  
 renouari secundum deum & secundum imaginem dei 194.f  
 repetere sua quoad perfectis imperfecitque liceat 77.a  
 reprobatio temporalis & aeterna 46.d  
 requies nostra per sabbatum figurata. 240.f  
 res significans nomine rei quam significat nominari interdum solet 91.f  
 respere quid 223.a  
 resurrectio duplex 3.f  
 resurrectio Christi omnem ambiguitatem & diffidentiam abstulit & compressit 4.a, b  
 resurrectio Christi, generalis nostra resurrectio 4.b  
 resurrectionis commendatio 110.c  
 Gloria resurrectionum diuersa erit. 112.c  
 resurrectionem futuram qualiter iudaei credebant 113.c  
 resurrectio fieri non potest, nisi praecedente morte 113.d  
 resurrectiones duae 222.a  
 resurrectionis credulitas sola nos a paganis distinguit Ibidem.  
 resurgemus ea aetate qua Christus mortuus est & resurrexit. 171.b  
 resurgemus omnes in virum perfectum quomodo. 171.a, b, c  
 resurrectio sanctorum erit sine vltimo vitio 171.c  
 resurrectio Christi ad quid nobis profuit 184.a  
 resurrectio sanctorum & impiorum differet 184.b  
 resurrectio Christi nostra est iustificatio. Ibidem.  
 retributio quid 52.a  
 retributio aequalis peccato erit. 235.d  
 revelatio quid 106.b  
 Non auscultandum falsis rumoribus de aduentu domini 205.c  
 S.

Sacerdotium Leviticum. 246.  
 Sacerdotum dignitas 246.a  
 sacerdotes omnes praeterquam Christus necessitatem habent quotidie 248.a  
 sacerdos omnis purgatione eget praeter Christum. 248.c  
 Sacerdotum ludaeorum figura fuit nostri 143.c  
 Sacerdotes ante Aaron omnes primogeniti erant. 263.a  
 sacramentum aliud, aliud sacramenti virtus 92.a  
 sacramenta omnibus communia, sed non sacramentorum virtus, id est gratia 92.d  
 sacramentum & re sacramenti quomodo bonus accipere, malus vero sacramentum tantum dicitur. 99.c  
 sacramenti omnis dei mysterium in Christo 191.c  
 sacrificium verum 55.d  
 sacrificium quatuor respiciunt. 243.d  
 sacrificium quod deo gratum. 248.d.  
 Salomon & Daniel & alii cur tam sapientes 191.c  
 Samaritanorum origo 90.c  
 salus domini 125.a  
 saluos omnes fieri quomodo vult deus, cum non omnes saluabitur 212.a, b  
 sanguinis Christi efficacia 24.c  
 sancti qui vocentur 4.d  
 sancti quomodo Christum imitentur ad assequendam eius iustitiam. 24.f  
 sancti viri quomodo spectaculum sunt angelis & hominibus. 77.a  
 sancti qui vere 162.c  
 sancti luminaribus comparantur 182.a  
 sanctificatio quaedam in matrimonio fidelium 84.a  
 sanctificato spiritu non potest non esse corpus sanctum 85.f  
 sapientes & insipientes qui vocentur Paulo 6.a  
 sapientia verbi quae 69.a  
 sapientia aliquando pro astutia ponitur in script. 75.c  
 sapientes in locis consistentes examinatores negotiorum esse volunt, non praedicatores 79.c  
 sapientia dei multiformis 167.f  
 sapientes aliter Christus, aliter homines 189.d  
 sapientia & scientia differunt. 191.b  
 sapientia & scientia nostra Christi 191.b, c  
 sapientia diuitia Christus 91.c

Satanas tradere in interitum carnis 78.a  
 Satanus in angelum lucis transfiguratus, sensus tantum corporis corumpens nullum est in religione periculum 134.f  
 satanas in angelum lucis cur se transfuratur. Ibidem.  
 satanas angelus datus paulo a Deo non a diabolo 137.c  
 satanas technas solo dei adiutorio cauere possumus 234.f  
 Saulus a Saule dictus 182.d  
 scandalum patientes fratribus sunt habentium charitatem 135.f  
 schema visitatus quam figura 105.b  
 scientia dei nihil decedit aut succedit. 55.b  
 scientia inutilis per se, adiuncta charitatis utilis 86.f  
 scientiam suam qui addit, addit dolo peregrinationis ex desiderio patriae. 86.f  
 scientia in futuro euacuabitur. 105.a  
 scientia gloriae dei quae 122.c  
 scientia & sapientia inter se distat 191.b  
 scriptura bonis refectio est, malis autem laqueus 51.f  
 scire dei 173.a  
 scripturis sacris resistitur vitio. 59.f  
 scutum fidei 176.f  
 secreta doctrinae nulla paruulis esse se tacenda 72.f  
 secularia iudicia an habenda 79.d  
 seculum praesens nequam, cur dicitur. 141.c  
 secundum quomodo in scriptura usurpetur 3.c  
 seducitur nemo ex his quos deus vitam aeternam elegit 222.c  
 seminandi tempus quod 161.a  
 In semine duo sunt 246.c  
 sensibilia quae 7.f  
 sensualitas in muliere cur signatur. 96.d  
 sepulchrum 21.f  
 sermo humanus quis 210.d, e  
 serpens a Mose exaltatus quid significet. 29.c  
 serpens virginitatem mentis corrumpere praetendit 134.c, f  
 serpens quaerit nos vt Euam de paradiso ecclesiam deiicere 133.f  
 serui libertas quae? 31.d  
 seruitus Christi omni libertate non bilior. 11.d  
 seruitus libera 176.a  
 seruitus duplex 177.c  
 seruitus duplex 11.d

seruos quilibet emere potest, sed Christus etiam creare 237.f  
 seruituti corpus subici quid 91.g  
 serui dei an corporaliter operari debeant vt viuant 208.a  
 signum in alto & profundo petere quid. 43.e  
 silentium triplex 150.d  
 similitudo quid 87.b  
 similitudines multas etiam de rebus non laudatis trahi 91.c  
 similitudine non locorum interuallo acceditur a deum 95.f  
 similitudinum diuersa genera applicanda sunt ad patris filiique aequalitatem significandam 232.c  
 Simon quare vocatur Petrus. 68.a  
 synagoga habuit virum legem 156.c  
 sine corpore esse non est optandum. 175.b  
 sol iustitiae & veritatis Christus non ster. 172.d, e  
 sobrietas templi ministrorum 213.c  
 somnus quid significet 59.d  
 sorte vocati quomodo sumus. 163.d  
 Sothenes 67.a  
 sperare quis vere dicitur. 219.d  
 sperando & desperando periclitantur homines 11.a  
 spes quid 22.c  
 spes non est nisi de non apparentibus. 41.d  
 spes in tribulatione patientem facit. 57.a  
 spes in homine non ponenda. 68.b  
 spes quod futurum est, certum & perfectum facit 165.c  
 spes nostra in caelo 185.c  
 splendor est ab igne 232.d  
 spiritalia sursum sunt 194.b  
 spiritalis homo & vita 72.c  
 spiritalis omnia iudicat 72.d  
 spiritus sancti nomen vt patris & filii in salutatione epistolae cur paulus non apposuerit 4.d  
 spiritus, cur bis datus 22.e  
 spiritum sanctum mali accipere non possunt, licet tamen cetera sacramenta 22.f  
 spiritus dei, qui & Christi 38.e  
 spiritu dei agi, quid 39.d  
 spiritus, a patre filioque procedens. 39.b  
 spiritus seruitutis & timoris. 39.d  
 spiritus adoptionis Ibidem.  
 spiritus idem, sed propter diuersa opera dissimiliter accipitur. 39.e  
 spiritus sanctus, spiritus patris, & filii. 39.b

lii. 39.b  
 spiritus, quomodo testificatur, & quado, quod sumus filii dei. 41.a  
 spiritus sanctus pro nobis interpellat. 41.f  
 spiritus, aliter inuauit inhabitans, aliter non inhabitans 42.a  
 spiritus, corda nostra scrutari, quomodo intelligatur 42.b  
 spiritus, ad mensuram hominibus datur. 56.c  
 spiritus, a quibusdam plus a quibusdam minus percipitur. 56.c.  
 spiritus sanctus ignis seruens. 56.f  
 spiritus dei spiritus charitatis, spiritus mundi spiritus elationis. 72.a.  
 spiritus sanctus cum solus dicitur scire quae dei sunt, non excluditur pater nec 72.a.  
 spiritus, noster dicitur, & salus nostra dei quomodo? 72.a  
 spiritus hominis, est anima ipsa vel potentia animae rationalis. Ibidem.  
 spiritus hominis subiectus deo in sorte vocati quae spiritaliter dicuntur 72.c, d  
 spiritus, deus est 75.a  
 spiritus, quomodo in caelestibus sedens in cordibus sanctorum inhabitet 75.a, b.  
 spiritus, quod quosdam inhabitat non dum cognoscentes deum, non tamen non cognoscentes. 75.b  
 spiritus, quomodo locum in nobis occupare intelligatur. Ibidem  
 spiritus, connexio patris & filii. 75.f.  
 spiritus, cur aliquando non fit commemoratio in enumeratione personarum & quando 75.c  
 spiritus hominis deo adhaerentis quomodo vnus cum spiritu dei 81.c  
 spiritus dei & hominis diuersitas 81.c.  
 spiritus, an dici debeat etiam pater, vt deum patrem dicimus 87.e  
 spiritus hominis quasi animae maritus animalem affectionem tanquam coniugem regit 95.b  
 spiritus, cooperator patris & filii. 102.c  
 spiritus, donum dei quomodo 102.c, 104.b, d.  
 spiritus, totam animam vegetat. 102.c  
 spiritus vis animae quaedam est mente inferior. 105.f, 106.c.  
 spiritu & mente orare quid 106.f.  
 spiritus facit intus diligi, quod extra timetur 120.a

IN P. LOMBARDV.M.

Spiritus gratiae facit vt habeamus fidem, qua facere possumus quae iubemur 122.  
 Spiritus, pignus nobis 124.b.  
 Spiritui sancto qui contumeliam facit. 154.E  
 Spiritus filii. 156.e  
 Spiritus, efficit nos vnum corpus cum Christo 170.a  
 Spiritus, continet & vegetat ecclesiam. 170.a.  
 Spiritus, cur variis linguis apparuit 170.b  
 Spiritus, donum dei 170.e  
 Spiritus mentis quid 172.b  
 Spiritus, contristare quid. 172.f  
 Spiritus sanctus est deus, & latris adorandus 183.b  
 Spiritu orare 177.a  
 Spiritus, tam patris quam filii. 153.d  
 Spiritus, cur sic dicitur. Ibidem  
 Spiritus, virtus dei est 153.d, e  
 Spiritus, extinguere quid 103.d  
 Spiritus timoris dei 220.c  
 Stabilitas in aeternitate, varietas in tempore. 232.b  
 Stellarum appellatione sancti vocantur. 182.b  
 stimulus carnis Paulo ad vitandam elationem datus 86.f  
 stipendium vnde 31.f  
 stipendia antiquitus pendebantur militibus non numerabantur Ibidem.  
 stipendium iustitiae quare non vitadicitur, sicut peccati stipendium mors, Ibidem,  
 subiecti deo quomodo nos sumus, & Christus patri 75.c  
 subsistentiae omnis creaturae causa est creatoris omnipotentia. 223.a  
 substantia malum non est, sed defectus 242.f  
 Sufficit, nemini dicendum est. 184.c  
 Suffragium dei non ante necessarium quam deficit humanum 136.a  
 superbia fecit philosophos insipientes & obcaecatos 8.c  
 Superbia non solum peccatum, sed & supplicium 8.c  
 superbia peccati caput 8.c  
 superbi 10.a  
 superbia vitiorum omnium causa 109.f  
 superbia sola vitiorum omnium in recte factis cauenda 137.e  
 superbia omnium malorum radix 218.d  
 superbiae causa diuitia 219.a  
 sustentatio dei quid 17.d  
 susurrones 10.a

INDEX

**T**abernaculum domini super  
 mum operimentum cur ex  
 pellibus hiacinthis, 85 b  
 tabernaculi descriptio 150 c  
 tegere, non imputare, & remitte-  
 re vnus rationis sunt 19 d  
 Ad templum dei qui pertinent  
 75. b.  
 tempus redimere quid 17. a. b  
 temporu obseruatio quam damno-  
 sa & quatenus sequenda 154. d  
 temporum volumina per clementa  
 superiora administrari.]  
 154. c. d. e.  
 tempus amatorum mundi semper  
 paratum: Christi autem & suoru  
 nondum 194 c  
 tenebra aeterna non fuerunt.  
 122 b  
 tenebra in se, lux in domino 173 e  
 tentatio humana quousque proce-  
 dere debet, & quando est venialis  
 76 b  
 tentatio humana 93. a  
 tentatio carnis, si ei non consentia-  
 tur, peccatum est veniale 137. f  
 tentatio cui non datur consensu no-  
 est peccatum, sed materia exercen-  
 da virtutis 137. f  
 tertulianus Nouatianorum alti-  
 pulator 86 d  
 testamenti vtriusque no eadem pro-  
 missa sacramenta, & praeccepta  
 249 a  
 testamentum nouum veteri melius  
 249 b  
 testamenti veteris auctoritate cur  
 teneamus, cuius ritum non obser-  
 uamus 249 d  
 testamentum nouum cur dictum  
 249 c  
 thesaurus quid 122 c  
 thesaurus omnis sapientiae & scien-  
 tia Christus 291. c  
 timor sapientiae initium 14 b  
 timores duo ex eodem spiritu 39. e  
 timores quatuor 39 f  
 timor castus 52 a  
 timor seruitus, custos malorum.  
 85 f  
 cum timore & tremore operandum  
 82 a  
 timor duplex, & seruitus duplex  
 177 d  
 timoris dei spiritus 220 c  
 timore poena non peccans fidem  
 habet, sed iustus non est 26 e  
 timotheum solum pastorem inter  
 mercenarios habuit Paulus 182 d  
 tolerandi mali pro passe 127 d  
 tota die quomodo dicatur 51 a

tradendo filium pater, & seipsum fi-  
 lius bene fecerunt: Iudas autem  
 male 43 a  
 transitus noster ad bona etiam ama-  
 rus est 122 e  
 tribulatio no tollit patientiam sed  
 auget. 22 c  
 tribulatio index est fixae spei, & pra-  
 mii augmentum 22 c  
 tribulationes vrut homines bonos  
 135 f  
 tribulationibus itur ad caelum.  
 22 c  
 tributum 58 e  
 trinitas nobis credenda. 55 a  
 trinitas substantiae trinitas dici-  
 tur 87 d  
 tristitia iustoru habet quasi gaudi-  
 um non habet 127. a  
 tristis non facit, sed de ipso fit.  
 131 c  
 tropus vsitatus est nomen quam  
 modus 105 b  
 tuba nouissima quae 113 e  
 tubae sonus quid 263 c  
 tunica inconsutilis charitas 195 c  
 V  
**V**anitas philosophorum genti-  
 lium 8 c  
 vanitati subiecta in mundo omnis  
 creatura 40 e  
 vesticigal 58 e  
 velamenta capitis quale 95 e  
 velamen capiti mulieris adhiben-  
 dum non viri, & quare 95. d. e  
 velle triplex 34 f  
 velle bonum sine dei auxilio homo  
 non potest 41. f  
 velle adiacere nobis quomodo in-  
 telligatur 35. b  
 venditio nostra per Adam, redem-  
 ptio per sanguinem Christi 34. e  
 venter deus quibus est 185. d  
 verbum perficitur baptismum. 49. e  
 verbum dei excidere quid 44. c.  
 verbum dei gladius bis acutus  
 176. f.  
 veritatem dei in iniustitia quomo-  
 do detinent philosophi 7. c  
 veritas & iustitia idem 15. d  
 veritas dei quis 7. c. 21. d  
 veritatis cognitio in gentibus esse  
 potuit 7. a  
 veritas dei gloria est dei 9. b  
 veritas cordis & oris exigitur 49. f  
 veritas ab omnibus annuncianda,  
 178. f  
 veritatem melius est non agnouisse  
 quam post agnitam retroire  
 190. b  
 veritati qui vita contradicunt]

227. a  
 veteres boni per fidem etia vt nos  
 saluabatur, non ex operibus  
 legis 16. e  
 vetus homo noster cu Christo cru-  
 cifixus 29. d  
 vetustas nostra duplex poena & cul-  
 pa per Christum destructa, & 29. e  
 vetustas litera 32. c  
 vetus homo quis 172. a  
 veteris & noui testamenti appella-  
 tio. 177. a  
 vetus testamentum quata cura no-  
 bis & legendum & intelligendū  
 82. f  
 vetus testamentum vnde dictum  
 249. e.  
 vetus testamentum cur in Syna A-  
 rabia datum 156. b.  
 Vigilantia nobis aduersus draconē  
 necessaria, sicut patribus aduersus  
 leonem patientia 133. e  
 vindicta quorundam criminum est  
 eorum augmentum 9. c  
 vindictam quomodo sancti petant.  
 57. c  
 vindicandi finis, correctio 88  
 vino inest luxuria 174. d  
 vinolentia arguendi auctoritatem  
 tollit 174. d  
 vir si dimittat vxorem suam etia le-  
 gitime, aliam ducere non potest.  
 83. d.  
 vir pro saluanda vxore mori debet  
 exemplo Christi qui se pro eccle-  
 sia in cruce extendit 175. a.  
 vir vxorem instruere debet verbo  
 vita. 175. a  
 viri appellatione. i. mariti dicuntur  
 naturales sensus, qui primam ata-  
 tem regunt 95. b  
 viri caput quomodo Christus 95. b  
 viri cur no caput velent 95. e  
 vir quomodo imago & gloria dei,  
 & non mulier 95. e. f  
 vir caput mulieris quomodo 95. b  
 virum vnus vxoris esse 213. e  
 virginitatis commendatio 85. b.  
 virginum victoria maior quam an-  
 gelorum. Ibidem  
 virginitas humanae naturae conditio-  
 nem supergreditur. Ibidem  
 virginitas quod excellentior coiu-  
 gio, & quomodo 86. b. c  
 virginitatem vuentibus vel vidui-  
 tatem non solum nubere, sed etia  
 velle damnabile est, 116. b  
 virtutem hic cur sine labore ample-  
 ctimur. 137. a  
 virginitas cordis quid 133. d  
 virginitas carnis quid. Ibidem.

IN P. LOMBARDV M.

Visonum praestantia 137. a.  
 visonum tria genera 136. d  
 vita hominis Christiani quo sola  
 cnofiguretur ex dictis gestisque  
 christi 29. c.  
 vita bona tunc & prodest si fides e-  
 in Christo 162. c.  
 vita duae, anima & corporis,  
 171. f.  
 vita hominis deus 172. f.  
 vita nostra tora desideriu est boni  
 184. c.  
 vitia ex corporis sensibus nasci,  
 39. c.  
 vitia caetera tantum in malefacto  
 valent, superbia vero in recte fa-  
 ctis sola cauenda 137. e.  
 vitia omnia non contingere anime  
 ex carne 159. b.  
 vitia diabolo attributa 159. b.  
 vitia vox quae possit 155. c.  
 viuere Christi quid 10. b  
 vltor est rei deus, cuius author no  
 est 15. b.  
 vnctus deus a deo Christus est,  
 234. d.  
 vnitas quam amplectanda 40. b.

vnus est in scripturis quomodo de-  
 diuersa & eadem substantia dici  
 potest 81. c.  
 vnum vtraque factum 166. d.  
 vnum quod de fuit Apostolo,  
 184. d.  
 vnum & vna quid 184. d.  
 vnitatis mysterio necessaria pax est  
 93. e.  
 vocati qui dicuntur 4. d  
 vocati secundu propositum sancti  
 qui 42. b.  
 vocare qui 42. f  
 vocatio duplex, dexterior & interior  
 42. c.  
 vocatione in qua quisque vocatus  
 est permanere iubetur 84. f  
 Ex mala voluntate, opera omnia  
 mala esse 27. e  
 voluntas nostra a deo paratur 45. d  
 voluntates malas deus in melius co-  
 uertere potest 46. c  
 voluntas bona siue gratia non suffi-  
 ciat ad credendum 48. f  
 voluntas dei quid 55. f  
 voluntas nostra nihil non agit, sed  
 sola non sufficit 140. b

voluntas, sed deus in nobis opera-  
 tur velle 182. a  
 voluntas bona sine gratia dei in ho-  
 mine esse potest 182. a  
 voluptas omnis carnalis a diabolo  
 est. 78. b.  
 voluntas dei fors est 188. f  
 voluptas necessitati immiscet 59. f  
 vox verborum quid 263. c  
 vri quid est 83. c. 135. f  
 visonum genera tria. 7. f  
 visonum ordo 146. e. f  
 vsque quomodo vsurpatur 25. e  
 vsque adhuc quid dicatur 14. a  
 vt particulae vis 14. c  
 vxor tristis amaritudo magna  
 85. f.  
 vxoris propriae omnis vehemens a-  
 mator, adulter est 84. d  
 Z  
 Elare dominu quid 94. b  
 Zelum dei habere no secun-  
 dum scientiam quid. 49. a

FINIS

VITA P. LOMGOBARDI, AVTHORE  
 IOANNE TRITTENHEMIO.

PETRVS LONGOBARDVS EPISCOPVS PARISIENSIS, EX  
 Scholastico, vir in diuinis scripturis studiosissimus, & nobiliter doctus, ingenio subtilis, & clarus elo-  
 quio, nomen suum scribendo cum tanta gloria transmisit ad posteros, vt vsque in hodiernum diem suis  
 opusculis theologorum Schola vbique exercitata, singulari veneratione Magistrum eum nominet  
 & habeat.

Scriptis enim sagaci studio ex dictis sanctorum patrum commendabile opus  
 Sententiarum Lib. IIII.  
 In totum Psalterium Lib. I.  
 In omnes epistolas Pauli Lib. XIII.  
 Sermones varios Lib. I

Alia quoque non pauca composuit, quae ad notitiam meam non venerunt.  
 Claruit sub Conrado Imp. III. Anno domini M. C. XL.

PETRI LOMBARDI, MAGISTRI SENTENTIARVM  
EPISCOPI PARIENSIS. IN EPISTOLAS D. PAULI,  
PRAEFATIO.



**P**RINCIPIA RERVM REQVIRENDA sunt prius, vt earū notitia plenior haberi possit. Tunc enim demū facilius poterit causæ ratio declarari, si eius origo discatur. Si ergo Epistolarū scripturæ post euāgelium editæ modū & rationē ostenderimus, poterit videri verum quod dicimus. Sciendū igitur, quod sicut in veteri testamento post legis Mosaicæ eruditionem, vbi culturæ diuinæ mādāta cōtinebantur, prophetica doctrina fuit necessaria, quæ rediuita populi peccata suppliciorū denūciatiōe cōpesceret, atq; eūdē populū honorū repromissionib; ad obediēdū ac seruiēdū nōviniēti commoneret: ita in nouo testamēto post euāgelii, i quo Christianæ religionis ordo & perfectæ sãctitatis doctrina tradit, Epistolarū Pauli & aliorū perutilis secuta est doctrina: vt ecclesiã dei cōtra hæreticas cōmuniret prauitates, & sub oriētia vitia ressecaret, & post futuras quæstiones excluderet. Hi sunt panni, qui ad extrahendū Hirciniã de lacu, funibus circūligati sunt. Epistolarū siquidē doctrina, legis & prophetiæ atq; euāgelii consonis testimoniis, velut triplici fune circūligata, de lacu ignoratiæ & infidelitatis peccator ad lucē gratiæ & veritatis educitur. Inter omnes verō Epistolarū scriptores, Paulus in tribus, & pluribus forte excellit: scilicet, in operis profunditate: in fidei assertionē: & gratiæ cōmendatione, seu spei subleuatione. In operis profunditate, quia hoc opus & cæteris prolixius est, & ad intelligendū difficilior. In fidei assertionē, quia Paulus in legi & prophetis peritus ad fidei catholicæ assertionē congrua autoritatū legis & prophetiæ induxit testimonia, vt esset basis sub colūna. In gratiæ cōmendatione, seu spei subleuatione, quia contra superbos & arrogantes, & de suis operibus præsumentes pro cōmendanda dei gratia fortiter, prudēter, atq; acriter dimicauit. Quæ nimirū in illo euidentior & clarior apparuit, quia inter alia opera violenter ecclesiã dei persecut; pro quo summo dignus fuit supplicio, pro maledictione cōsecutus est gratiam, & pro damnatione suscepit misericordiã. In quo ipso spes nostrã plurimū subleuatur. Sicut enim cū audimus Dauid homicidã & adulterū per pœnitentiã prophetiæ spiritū recuperasse, omnis veniæ diffidentia peccatori tollitur: Ita cū Paulū prius ecclesiæ persecutorem, postea factū Apostolū & prædicatorem aduertimus, nō modicū spes nostrã tollitur. Inde est quod in ecclesiã hæ Epistolę Pauli plus cæteris frequētantur, vt psalmi Dauid magis aliis prophetis. Sciendum verō est quod, XIII scripsit epistolas, X ad ecclesias, III ad personas singulas, sub huiusmodi mysterii insinuatione: vt scilicet in hoc opere vtriusq; testamenti summa contineri monstraretur. Per denariū nãque vetus testamentum significatur. Quaternarius verō noui testamēti nota est. Ideo itaq; XIII scripsit, vt vtriq; legi se consentire insinaret, atq; æmulorū calumniã dirueret, vt ipsum legis dei per Moysē datæ destructorē esse calūniatū, eūq; in odiū Iudæorū trahētū, quos placatos habere volens, X ad ecclesias scripsit. Vt sicut Moyses Israelitico populo a Pharaonis & Aegyptiorū seruitute educto, X mādatorū doctrinam tradidit: Ita & ipse Apostolus dei ecclesias a diaboli potestate, & idololatriæ seruitute redēptas, X epistolarū doctrina informaret. Ideo & XIII scripsit: vt duorū testamētorū concordia atq; conueniētiã significaret, quam & Moyses in duabus tabulis lapideis simul iunctis, quibus legis decalogus inscriptus erat, ostēdit. Moyses quoque noster id est Christus idē in cœna cū discipulis pascha celebrans figurauit. Ibi enī lapis reprobatus, quē gessit angulus, mira præstans in oculis nostris, panē supercœlestē cū typico agno coniunxit, finiēns testamētū vetus, & inchoans nouū. Per agnū etenī qui in veteri lege solennis erat hostia, & panē qui nouæ legis sacramēti forma est duo testamēta figurauit: atq; illa duo coniungens, prædictorū testamētorum consonantiã declarauit. Est enim rota in medio rotæ, sicut vidit Ezechiel. Ex prædictis itaq; patet mysterii euidentissima ratio, qua Epistolas XIII scripsit, & distincte X ad eccle-

PRAEFATIO.

sias, XIII ad personas direxerit. Vnde quorūdã insania repercutitur, dicentium Epistolam, quæ ad Hebræos scribitur, non fuisse Pauli, sed Barnabæ, vel Clemētis, vel Tertulliani, vel Lucæ. quos in hanc errorem occasio deduxit huiusmodi, quia nec salutatio eius nomine intitulata præscribitur, & longe facundiore & splendidore stylo quã cæteræ edita est. Quibus sufficienter respondetur hoc modo, Quia si ideo non est dicenda Pauli, quia nomen eius in titulo non habet: ergo nec Barnabæ, nec alicuius prædictorum, cum nullius eorum nomine scripta sit. Nec ob id quoque Pauli non esse putanda est, quia diligentius est scripta: Cū naturale sit vnicuique pl; valere in sua lingua quam in peregrina. Illam enim hebraice, cæteras vero græce scripsit. Nomen vero suum ideo præmittere noluit, quia Hebræis odiosus erat, eum legis destructorē arbitrantibus. Quocirca de legis atque ceremoniarū abolitione tractaturus, recte nomen suū tacuit: ne præscripti nominis inuidia, vtilitatem sequentis excluderet lectionis. Est itaque & illa Epistola Pauli sicut & aliæ. DE ORDINE quoque Epistolarum quæri solet, Quare non ordine sunt dispositæ, quo ab Apostolo editæ, quod constat non esse cum Epistola, quæ Romanos scribitur, prima ponatur, quæ tamen nō est ante alias omnes scripta. Epistolam enim quæ ad Corinthios scribitur, ante istã scripsisse videtur, quia hanc de Corintho scripsisse euidenter monstratur. ex eo quod dixit, Commēdovobis Phœbē sororē nostrã, ministrã ecclesię quæ ē Cenchrus. Cēchris enim dicitur locus Corintho vicinus, imo portus ipsius Corinthi. Ex hoc ergo apparet de Corintho scripta, & ex eo quod dicit, Salutat vos Caius hospes: de quo scribens Corinthiis commemorat dicens, Gratias ago deo meo, quod neminem vestrum baptisauit nisi Crispum & Caium. Hęc ergo epistola ad intelligendum cæteris difficilior, in qua Apostolus videtur perfectior, primatū obtinuit in corpore Epistolarum: non quod ab Apostolo prima sit scripta, sed causa dignitatis Romanorum, qui tunc temporis vniuersis gentibus imperabant. Interpretantur autem Romani sublimes siue tonantes: quia illo tempore, quo Apostolus hanc epistolam eis misit, cūctis gētibus dominabantur: ideoque sublimiores erant omnibus populis, & intonabant præcepta publica & priuata: eorumque fama omnium hominum resonabat in ore. Aimo autē ab Athenis Apostolū scripsisse Romanis dicit, his verbis, Ab Athenis ciuitate Græcorū scripsit Apostolus Romanis hac epistolã, q̄ nō ipse, nō Petrus nō aliquis XII Apostolorū primū instruxit, sed quidã Iudæorum credētium qui fide Christi ab Apostolis percepta, venientes Romam, vbi princeps orbis residebat, cui erant ipsi subiecti, quæ apud Hierosolymam didicerant, Romanis euangelisauerunt, Attende diligenter, quod Aimo dicit Apostolū ab Athenis scripsisse: Origines vero de Corintho. Itē inspicere quod idem Aimo ait, Petrum Romanis primum prædicasse: cum ecclesiastica historia sic cōtineat, Claudii temporibus clementia diuinę prouidentię Petrum ad urbem Romam misit. Ille adueniens primus in vrbe Roma Euāgelii sui clauibus ianuam regni cœlestis aperuit. Hieronymus quoque super epistolam ad Romanos, vbi scriptum est, Vt aliquid impartiar vobis gratiæ spiritualis: sic ait, Romanos Petri prædicatione fidem tenentes confirmare se velle Paulus dicit: non quod minus accepissent a Petro, sed vt duobus Apostolis attestantibus atque doctoribus, eorum corroboraretur fides. Harum itaque autoritatum cōflictum qui videtur, dirimentes, dicimus, Petrū primum prædicasse Romanis, quantum ad alios Apostolos: sed non primum quantum ad omnes credentes. Itē dicimus, Athenis Paulū Epistolę partē scripsisse Corinthi vero perfecisse, atque inde eã Romanis destinasse. Vel potius igitur prima ponitur, quia primum gradum erroris destruit, scilicet superbiam, omnium malorum radicem: sicut scriptum est, Initium omnis peccati superbia est, quæ natione cœlestis sublimium mentes inhabitat, sub cinere & cilitio latitant. Quæ Romanos adeo occupauerat, vt inter se altercantes, & se sibi inuicem præferentes dissensiones & schismata facerent. Erant enim Romani de Iudæis & Gētib; ad Christū conuersi. Iudæi autē propter sãctos patres, a quibus originem ducebant: & propter legē quã soli inter cæteras gentes acceperant, Gentiles credentes dispiciebant: dicentes, Propter obseruantiam legis cui seruierant meruisse accipere gratiam Christi, & fidem Euāgelii: & propter merita



operum legis, sibi venisse Euangelium domini nostri Iesu Christi, atque his inflati, gē-  
tibus se praeferbant dicētes, Nos de lege Abrahae sumus, cui primū facta est promissio  
nos populos peculia ris dei sumus: nos de Aegypto forti manu, & mirabilibus signis  
dominus eduxit: nos sicco vestigio mare Rubrum trāsire fecit. in deserto māna pavit,  
aquam de petra produxit. & aliis sub silentio relectis, nos soli sumus digni legem dei  
accipere, & eius voluntatem cognoscere. Ad nos quoque specialiter dei filius venit, vt  
ipse in euangelio ait, Non sum missus nisi ad oves quae perierunt domui israel. Genti-  
les autē contra dicebant, Quanto beneficia plura vobis exhibita memoratis, tāto vos  
deteriores esse ostenditis. Eisdem si quidem pedibus quibus mare transiistis, ante ido-  
lum postea saltauistis, quod & propriis manibus fecistis. Et illo ore quo paulo ante de  
submersione i Pharaonis & Aegyptiorum laudem deo persolueratis, idola adorastis.  
Præterea manna cælitus datum in deserto fastidistis, cupientes redire in Aegyptum  
ad ollas carniū. Sæpe etiā dominum in iram irritastis. Adultimū Christum vobis i le-  
ge & prophetis promissum occidistis. Nōne itaq; vobis digniores sum⁹, qui vt de Chri-  
sto audiuimus, in eum credidimus? Vnde per Prophetam dominus ait, Populus quem  
non congregavi, seruiet mihi, in aurem autem obediet mihi. Vnde constat nos non ex  
malitia, sed ex ignorantia deliquisse. Si enim prophetas aut Apostolos ante habuissē-  
mus, idola non coluissēmus. Quod autem de generis nobilitate vos iactatis, si qua ta-  
lium gloria est, tunc Ismael & Esau possunt pariter gloriari, cum de eisdem parentib⁹  
sint nati. His itaq; altercationibus Apostolus se medium interposuit, omnes illorum  
contentiones hinc inde dirimens, & quasi bon⁹ cōcionator voce sonora illos alloquēs  
ad vnam omnes concordiam adduxit, ostendens nullos eorum suis meritis esse salua-  
tos (quia omnes & Iudæi & gentiles sub peccato tenebantur) sed per gratiam dei. Pro  
altercatione itaq; prædicta scribit Romanis, confutans modo Iudæos, modo Gentiles  
& docens eos humiliari, vt omnia attribuant gratiæ dei. Et ostendens omnibus gratis  
venisse gratiam fidei & euangelij Christi: quam propterea & gratiam vocari ostendit,  
quia non quasi debitum iustitiæ reddita est, sed gratuito data. Quid enim est gratia?  
Gratis data donata, non reddita. Si enim tibi debebatur, antequam gratiam haberes,  
merces tibi reddita ē, nō grā donata. Merito itaq; hæc Epistola prima ponit, quia om-  
nium malorum, vt prædictum est, radicem perimit. Assignatis rationibus Operis, Nu-  
meri, & ordinis Epistolarum: explicato quoq; vnde & quare Apostolus Romanis scri-  
psit: superest de materia & intentione, & modo tractandi exequi. Generalis omnium  
Epistolarum M A T E R I A, est doctrina Euāgelij. I N T E N T I O, Monere ad  
obediendum Euangelicę doctrinæ. Præter hæc autem in singulis proprias intentiones  
& materias requiremus. Prima itaq; Epistola Materiam habet Romanorum vitia: atq;  
Gratiæ dei bona, ad quæ eos hortatur. Intentio, vitia eorundem increpare, & ad verā  
pacem & fraternam concordiam sub manu Gratiæ humiliare. Modus Tractandi, ta-  
lis est More scribentium epistolas salutationem præmittit, in qua tria facit. Commē-  
dat enim personam suam, & negocium, & authorem negocii: in quibus cōgrue captat  
benevolentiam. Post salutationem vero vtriusq; partis vitia arguit, ostendens Genti-  
les a naturali ratione, & Iudæos a lege exorbitasse: deinde pluribus modis ostendit iu-  
sticiam & salutem æque vtriusq; esse, non per legem, sed per fidem Christi Iesu, vt a le-  
ge eos tollat, & in sola fide Christi eos constituat. Circa finem vero moralis subditur  
instructio, atq; in actione gratiarum finem tenet Epistola. Præmittit autem saluta-  
tionem, dicens,



**P** A V L V S seruus Iesu Christi, vocatus Aposto-  
lus, segregatus in euangelium dei, quod ante promi-  
ferat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio  
suo, qui factus est ei ex femine David secundū car-  
nem, qui prædestinatus est filius dei in virtute, secū-  
dum spiritum sanctificationis ex resurrectione mor-  
tuorum Iesu Christi domini nostri, per quem accepi-  
mus gratiam & apostolatam ad obediendum fidei in  
omnibus gentibus pro nomine eius, in quibus estis &  
vos vocati Iesu Christi, omnibus qui sunt Romæ dilectis dei vocatis sanctis  
Gratia vobis & pax à deo patre & domino nostro Iesu Christo.

**V** C V S Q V E pendet litera vt perficiatur sententia, & subintelligit mā-  
dat vel scribit. In hac autem salutatione primum personam commendat  
quatuor modis, scilicet à nomine, à conditione, à dignitate, ab officio. A  
nomine, dicens, Paulus: à conditione, seruus, à dignitate, Apostolus: ab  
officio, segregatus in euangelij dei. Ex noīe autem laudē sortitur, si vis ipsius nomi-  
nis & ratio impositionis animaduertatur. Paulus enim Hebraice, quietus Græce, mo-  
dicus Latine sonat, id est hoc nomen Paulus quod est Hebraicū origine & inuentiōe  
nō terminatione, impositum est Apostolo propriē in notam geminæ virtutis, scilicet  
modicitatis & quietis: quarū alterā notat hoc nomē generali appellatione apud Græ-  
cos. i. quietē: alterā apud Latinos. i. modicitatē: Hoc enim nomen Paulus, cū sit ap-  
pellatiuū apud Græcos Hebræos & Latinos, impositū Apostolo propriū fuit: qui vt  
ait Beda super Actus Apostolorū, anno passionis & resurrectionis Christi ad fidē ve-  
nisse perhibetur: tertio vero decimo anno post Christi passionē apostolatū gentiū cū  
Barnaba, & Pauli vocabulū accepisse. Prius enim vocabatur Saulus a Saule persecu-  
tore, quia sicut ille David, ita hic ecclesiā dei est persecutus. Quarto autē decimo an-  
no, iuxta cōdictū apostolorū ad magistreriū gentiū est profect⁹. Huic autē sententiæ de  
noīe Pauli, cōsentit August. sic dicēs, Non ob aliud hoc nomē quantū mihi videtur  
Paulus sibi elegit, nisi vt ostenderet se parū tanquā minimū apostolorū: ipse primo  
Saulus, postea Paulus dict⁹ est: nec quasi iactantia aliqua nomē sibi mutauit Apostol⁹  
sed ex Saulo factus est Paulus. i. ex superbo modicus. i. humilis. Paulū enim modicū  
est. Immutatū ergo se esse significās, ex Saulo quod interpretatur inquietudo vel ten-  
tatio, Paulū se dicit. i. quietū. Qui enim prius tērationes aliis inferebat, post eas pas-  
sus est. Porro ex more sanctorū apostolorū id fecisse perhibetur, qui in virtutib⁹ pro-  
ficiētes mutato noīe sunt vocati, vt essent etiā ipso noīe noui, vt Cephas, & filii toni-  
trui, & hmōi. Vnde & sancta ecclesia iā in cōsuetudinē dixit, vt quos in cathedra bea-  
ti Petri Apostoli sublimat, noīa eis mutet. Vel sicut Hieronymus ait, Paulus à primo  
spolio quod sanctæ ecclesię cōtulit, scilicet a Paulo Sergio Procōsule, quē apud Cy-  
prū cōuertit, hoc nomē sibi iposuit, vt sicut Parthicus qui Parthos superauit, & Ger-  
manicus qui Germaniā vicit, est dictus: sic ab eo p̄cipe quē prius subiugauit, Paulus  
sit appellatus. Sed quia nulla talis in scripturis diuinis cōsuetudo deprehenditur magis  
placet quod in nostra cōsuetudine frequēter reperitur. Inuenimus enim in scripturis,  
alios binis, alios ternis vfos esse noībus, & hoc vtiq; in vtroq; vt Salomō qui Eccle-  
siastes & Idida vocatus est, & Matthæus qui & Leui dictus est, & alia plura in hunc  
modū. Secundū ergo hanc cōsuetudinem videtur nobis & Paulus duplici vocitatus  
vocabulo: sicut scriptū est in Actibus Apostolorū, Saulus qui & Paulus. vbi euidenter  
ostēdit scriptura nō ei tunc primū Pauli nomē impositū, sed veteris appellationis id  
fuisse assignat. A Hieronymo autē in libro Hebraicorū nominum Paulus mirabilis  
siue electus interpretari dicitur, quē & dñs ipse vas electionis vocauit, & tā vita quā  
doctrina mirabilē fecit. Seruus Iesu Christi. Ecce cōditio. Sed querēdū est cur seruus  
dicatur, qui alibi scripsit, Non enim accepistis spiritum seruitutis &c. Et iterū alibi,  
Itaq; iā nō est seru⁹, sed liber. Et dñs apostolis ait, Iā nō dicā vos, seruos, sed amicos.  
Ad quod dicenū est, q̄ duo sunt ḡna seruitutis. Est .n. seruitus timoris, & pene seru-

Beda.

Augustinus  
de spiritu &  
litera.  
Augustin. in  
Psalmo. 71.  
Ambrosius.Victor epus  
Cap.

Hieronymus

Origenes.

Origenes.

lis: & est seruitus amoris, & filiationis, & humilitatis, qua instar filij qui seruit nō vult offendere p̄sem. Si ergo id secundū humilitatis & amoris seruitutē dictū putem⁹, non errabim⁹. nō enim per hoc lādīt veritas libertatis in Paulo, qui omni libertate nobilior est seruitus Chr̄i. Dicēdo ergo, Seruus, nomē humilitatis ponit, vt ad eam proūo cet superbos quibus scribebat. Et ne misera seruit⁹ videat⁹, nō simpliciter ait seru⁹, sed addit Iesu. i. saluatoris, cui merito oēs seruire debēt: ei etenī seruire regnare est. Iesus vero Hebraicē, sother Gręcē, Latine saluator dicit⁹. Quod nomē ab āgelo fuit impositū, dei filio, eo q̄ saluū faciat populū suū à p̄tīs eorū. Addit Chr̄i. i. regis & sacerdotis. Chr̄us. n. Gręcē, Messias Hebraice, Latine dicit⁹ vnct⁹, & in veteri test. reges & sacerdotes vngebant. Chr̄us autē vnctus est, nō oleo visibili sed inuisibili. i. oleo gr̄e spiritualis. Vnde in psal. Vnxit te deus de⁹ t. o. l. Hoc nomē aliis olim fuit adiectū, sed Iesu factū est propriū: & est hoc sacramēti nomē. Seruū autē Iesu Chr̄i se profites Apōstolus, à lege factorū se exutū oñdit, & vtrunq; nomē ponēdo. i. Iesu Chr̄i, vnā dei & hoīs cōtra hereticos personā esse testat⁹, ne aliū quidē Iesu, aliū vero Chr̄m suspicaremur fuisse. sed vnū & eundē scirem⁹ esse. Vocat⁹ Apōst. Ecce dignitas ad quā promotus ē, ecce de hūili factus ē altus: ac si illis superbis quib⁹ scribebat diceret, Ex seruo & hūili fecit me de⁹ Apōstolū & sublimē, ita & vos hūiles sitis vt exaltemini. qui. n. se hūiliat exaltabit. Gram vero cōmendās, nō simpliciter ait Apōstol⁹, sed & ponit, Vocat⁹, quasi nō à se veniēs tāquā sibi met honorē sumeret, sed à deo vocat⁹. ē Apōst. i. ad apōstolatū & eterna electiōe, quē ē secundū propositū, & tēporali missione qua à Chr̄o missus ē, ex qua & Apōstoli vocati sunt. Nā sicut gręcē āgeli, latine nūcij vocantur: ita gręcē apōstoli latine missi vel legati appellant⁹. Vel vocat⁹ Apōst. i. dicit⁹ ab hoīb⁹ excellētia & priuilegio noīs. sicut excellētē cū dicit⁹ Vrbs, intelligit⁹ Roma. Segregat⁹ in euāg. dei. Ecce officiū. q. d. Paul⁹ dico. Segreg. i. à doctrina scribarū & pharisōrū, & ab vtero synagoge vbi locū doctoris habebat, vtpote pharisē⁹ separat⁹ in euāgelio dei, p̄dicandū. Et dicit⁹ hoc cōtra Iudēos à quorū lege dissimulauit, vt Chr̄i stū p̄dicaret, qui quod lex nō potuit credētes iustificare. Vel segregat⁹. i. à rege separat⁹. i. ab aliis apōstolis, nō mēte sed corpore. Vñ spūscētūs in actib⁹. Apōst. ait, Segregate mihi Barnabā & Paulū i opus ad quod assumpsi eos, vt. i. p̄dicet nomē meū in gentib⁹. Vñ & hic addidit, In euāgelio. i. p̄dicandū in gentib⁹. Destinatus est Apōstolus gentib⁹ totius orbis p̄dicator: at reliqui, singulis prouinciis facti sunt legati ac p̄dicatores. Est autē euāgelio, bona annūciatio. ē enim gręcē, latine bonū, & γελός nūcius, inde euāgelio, bonū nūciū, vel bona annūciatio. ea vero est de his quē ad fidem catholicā & bonos mores pertinet. Euāgelio dico, Dei, quasi nō ab hoie inuentū, sed diuina inspiratiōe reuelatū. Quod ante promiserat. Hic est cōmendatio negocij, .i. euāgelij, quod cōmendat iij. modis. A tēporis antiquitate, ab auctore, a testibus, à materia. A tēporis vero antiquitate, & ab auctore simul cōmendat: sic dicit⁹, quod euāgelio, ante, cōpletionē, promiserat gratis deus p̄. nō venit vt subitū, sed lōge ante promissum & pronūciatū. Vñ in euāgelio Ioan. In hoc verbū verū est, quia alius est qui feminat, & alius qui metit, Promiserat dico, Per prophetas suos. vñ Hieremi. ait, Ecce dies veniūt & cōsummabo test. nouū super domū Israel, & super domū Iuda. Itē, Feriā (inquit) vobiscū pactū sempiternū. Idē & alij, qui nō ex se, sed ex deo magni sunt, vt nō ex se mēdaciū loquerent⁹, sed ex deo veritatē. Ecce quā vera & magna promissio. Nemo. n. rē vilē magnis p̄curforib⁹ nūciat. Et ad maiore cōfirmationē addidit, In scripturis, quasi nō mō promiserat verbis, sed etiā in scripturis, ne dare obliuioni. Et ad cumulū verē protestatiōis, addit, Sct̄is, nō ethnicis, Sct̄e sunt, quia vitia dānant, & sacramētū vni⁹ dei, & incarnationē filij dei cōtinent. Scripturis dico sct̄is, nō de quibuscūq; sed, De filio, quod oēs ad filiū ducūt. De filio dico nō adoptiuo, sed suo. i. proprio & libi cōsubstantiali, cōeterno, cōequali. Et est hęc, cōmendatio à materia. Qui fact⁹ est, & c. Ecce cōmendatio auctoris, quē cōmendat iij. modis, ab origine, ibi, ex semie David: à virtute, ibi, qui p̄destinat⁹ ē fili⁹ dei in virtute: à gr̄a, ibi, secū dū spiritū sc̄ificatiōis & c. à liberalitate, ibi, per quē accepim⁹ & c. q. d. scripturē sanctā agūt de filio, qui fili⁹ fact⁹ est ei. i. deo p̄ri. i. ad honorē eius, fact⁹ dico tantū, secū dū carnē, nō secū dū diuinitatē. hoc dicit ne putet⁹ hō tantū. dicēdo nāq; eū factū secū

dum carnē, innuit alterā eē naturā, secundū quā ē nō fact⁹. i. diuinā. Eū nāq; qui erat dei fili⁹ secū dū spiritū factū. i. secū dū deū, quia de⁹ spūs est, & sine dubio fact⁹ est, factū dicit secū dū carnē. iuxta illud, Et verbū ca. f. ē: vt iā vn⁹ sit dei & hoīs fili⁹ Iesus Chr̄us. Qui fact⁹ ē secū dū carnē opere spūscētū de virgine. i. nat⁹. Vbi occurrit impietati hereticorū, qui obtuso corde hoc capitu. itelligētēs, Chr̄m tātū hoiem accipiunt: diuinitatē vero i eo nō intelligūt. Addēdo enī secū dū carnē, seruat diuinitati suā dignitatē, quā Chr̄us verbū dei ē, per quod fact⁹ sunt oīa. Nō. n. fact⁹ est secū dū id quod verbū dei est: oīa. n. per ipsū fact⁹ sunt: nec fieri cū oīb⁹ posset per quē fact⁹ sunt oīa. ne q; an oīa fact⁹ ē, vt per eū fierēt oīa. ideoq; Apōst. cū factū diceret Chr̄m, addidit, Secū dū car. vt secū dū verbū quod ē fili⁹ dei, nō factū à deo, sed natū esse mōstraret. Fact⁹ est autē sine dubio id quod pri⁹ nō erat secū dū car. secū dū vero deū, erat pri⁹: & nō erat qñ nō erat. Fact⁹ ē autē, vt ita dixerit, humanat⁹ de⁹, qui etiā in assumptiōe carnis de⁹ eē nō destitit, incōuertibilis manēs affūpto cōuertibili hoie, naturā suā nō minuens hoīs affūpta natura. Secū dū car. ergo ex semine David fact⁹ ē. De⁹ autē an secula ex deo nat⁹ ē. Qui ergo erat, fact⁹ ē. Sed quid erat? quid est fact⁹? verbū erat, fili⁹ dei erat, fili⁹ hoīs fact⁹ ē: de⁹ erat, hō fact⁹ est: susceptus hūanitatē, nō amisit diuinitatē: factus ē hūilis, māsit sublimis. Dei ergo fili⁹, hoīs fact⁹ ē fili⁹: nat⁹ secū dū veritatē naturę ex deo dei fili⁹, & secū dū veritatē naturę ex hoie hoīs filius, vt nō adoptiōe vel appellatiōe, sed vere in vtraq; nativitate filij nomē haberet nascēdo, & eēt ver⁹ de⁹ & verus hō vn⁹ filius. Pater. n. de⁹ de sua natura genuit filiū deū sibi equalē, & eadē quā ipse naturaliter etern⁹ ē, diuinitate cōeternū. Sed idē deus fili⁹ cū sit de⁹ etern⁹ & verus, pro nobis ē hō fact⁹ verus & plen⁹. In eo verus, quia verā habet deus ille hūanā naturā: In eo plen⁹, quia car. suscepit hūanā, & rationalē animā. Vñ idē vnigenit⁹ deus secū dū nat⁹ dicit⁹, semel ex p̄re, semel ex m̄re. Natus ē. n. de p̄re, dei verbū: nat⁹ de m̄re, verbū caro factū. Vnus igit⁹ atq; idē est dei filius, natus an secula, & natus i seculo. Itē deus vnigenit⁹ dū cōciperet, veritatē carnis accepit ex virgine: & cū nasceret, integritatē virginitatis seruauit i m̄re. Istaq; causa ē, quā deus factus ē, filius virginis, & virgo facta ē mater vnigeniti dei: vt quē pater genuit ex eternitate, ipsum virgo cōceptū proferret in tēpore. Dei ergo fili⁹: vt carnē hoīs aiām; mūdaret, susceptiōe carnis & aię rationalis aiatus est, vel incarnatus. Vñ etiā seipso, Chr̄us minor factus est, formā serui accipiēs. nō. n. sic accepit formā serui, vt abiiceret formā dei, in qua equalis patri, vt in forma serui, & in forma dei idē ipse sit vnigenit⁹ filius. Est ergo dei fili⁹ deo p̄ri natura equalis, habitu minor. In forma. n. serui quā accepit minor est p̄re: In forma dei, i qua erat antequā hęc accepisset, equalis est p̄ri. In forma dei, verbū: i forma serui, fact⁹ est ex muliere. In forma dei, hoiem fecit: In for. serui, fact⁹ ē hō. Ergo quia formā dei accepit formā serui, vtrūq; deus, vtrūq; hō. Chr̄us tñ est deus etern⁹ & vnus, veraciter secū dū tēpus cōceptus & natus ex virgine. Illo. i. deo fact⁹ naturaliter hoīs filio, qui vn⁹ ē naturaliter filius dei p̄ris, qui oīm naturarū creator & dñs creauit virginē ex eadē ex virgine. Hic autē deus hūanā naturā i vnitate personę suscepit, qui se humiliās per misericordiā incorruptę virginis vterū ex ea nascitur⁹ impleuit. Formā ergo. i. naturā serui, i suā accepit deus ille personā: nō. n. accepit personā hoīs, sed naturā. Cūq; tota trinitas operata sit formationē suscepti hoīs, quoniā inseparabilia sunt opera trinitatis, solus tñ filius accepit hoiem. i. formā serui, in singularitate siue in vnitate personę, nō in vnitate seu singularitate diuine naturę. Si autē adhuc queris, ipsa incarnatio quō fact⁹ sit? Ipsum verbū dei dico carnē factū. i. hoiem factū: nō tñ in hoc quod factū est cōuersum atq; mutatū, sed carne vt carnalib⁹ cōgruētē appareret indutū. Ita sanē factū vt ibi sit non tantū verbū dei & hoīs caro, sed etiam rationalis hoīs aiā, atq; hoc totū & deus dicat⁹ propter deū, & hō propter hoiem. Agnoscamus igitur geminā substantiā Chr̄i: diuinā. i. quā equalis ē patri, & hūanā quā maior est pater. Vtrūq; autē simul, nō duo, sed vnus ē Chr̄us, ne sit quaternitas nō trinitas deus. Ac per hoc Chr̄us est deus, aiā ronalis, & caro. Tanta est. n. vnio vtriusq; naturę, vt totū dicat⁹ deus, totū hō, & vicissim deus hō, hō deus. Quod si difficile intelligit⁹, mens fide purget⁹ magis magisq; à p̄tīs abstinēdo, & bona operādo, difficilia. n. sunt hęc. Vt tā breuiter dicā, nō aliud fuit illa dei summi exinanitio, nisi formę seruilis. i. naturę humanę susceptio. Vtraq; ē igit⁹ in Chr̄o forma, quia vtraq; vera & plena est in Christo

Ambrosius

Aug. in epist. ad Romanos

Vt Ariani dicebant.

Origenes in epi. ad Rom. Cassiod. in psal. iiii. lib.

Aug. in lib. iiii. de trinitate.

Aug. contra hereses

Cur verus hō &amp; natus.

Quod bis natus.

Aug. in primō de trinitate.

Quō Christo immortalē ipso.

Aug. de fide ad Petrum.

In iiii. de trinitate de mō incar.

Super Ioan.

De fide ad Petrum.

Ioan. Damas scenus.

Verū cibus in corpus vt gutta in ca-  
mino ignis.  
Augusti. con-  
tra Maximu-  
num.  
Ambro. in li.  
de trinitate.  
Ambro. in li.  
q̄o. vet. & no-  
ui test. qui ab  
ignorantibus  
intitulantur  
Augustini.  
Quare factū  
nō natum di-  
cat Apostol⁹  
Augusti. in li.  
de trinitate. An  
Christus dicē-  
dus sit creatu-  
ra.  
In lib. de tri-  
nitende.  
Aimo.  
Ambrosius.  
Intende.  
Augustinus.  
De prædest.  
Augustinus.  
Ibidem.  
De bono per  
seuerantia.  
De prædest.

substantia, Inconuerse. n. & inalterabiliter vnitate sunt adinuicē naturæ, neq; diuina di-  
stāte à propria simplicitate, neq; humana, aut cōuersa in diuinitatis naturā, aut in  
existētiā diuisa, neq; ex duabus vna facta est cōposita natura. Christus ergo vna perso-  
na est, geminæ substantiæ, nec tñ deus, vel homo pars hui⁹ personę dici pot. Alioquin,  
filius dei aiquā formā serui susciperet, nō erat totus, & creuit cū homo diuinitati eius  
accessit. Sciendū tñ quod nō semper factū esse, ad creationē refertur: sicut ibi, Dñe re-  
fu. factus es nobis. Et itē, factus es mihi in salutē. Nō vtiq; creatiōis diffinitio, vel edi-  
tio hic declarā, sed nobis in refugiū, vel salutē esse dicit quod prius nō erat. Sed que-  
ri potest cū nos saluatorē nostrū profiteamur, cur Apostolus eū factū dicat ex semine  
Dauid, cū aliud sit fieri, aliud nasci. Qui etiā alio loco dixit, Factū ex muliere. Ali-  
quid igit significauit hoc dicto. Quia. n. nō humano semine cōcreta est caro dñi i vte-  
ro virginis & corpus effecta, sed effectū & virtute spūs san. ideo Apostol⁹ dicit, factū  
nō natū. Aliud enim est semine amixto, & sanguinis coagulo generari: aliud nō per a-  
mixtionē, sed virtute procreari. Possūt hoies generare filios hoies, sed nō facere. Itē  
etū nō intercessit semē hominis in cōceptiōe virginis, tñ quia ex ea carne Christus for-  
matus est, que cōstat ex semine, recte dicit factus ex semine. Querēs aut vtrū debeat  
dici creatura, vel res creata simpliciter: audiat Augustinū super hoc idē ita differentē,  
In principio erat verbū: & verbū caro factū est, propter natiuitatē incarnationis eius  
quæ facta est in tēpore ex virgine: & omnia per ipsum facta sunt. neq; dicit oīa nisi  
quæ facta sunt. i. omnē creaturā. Vñ liquido apparet ipsum factū nō esse per quæ fa-  
cta oīa. Et si factus nō ē creatura nō ē: si aut creatura nō ē eiusdē cū patre substantiæ ē  
Oīs enim substantia quæ nō ē, deus creatura ē: & quæ creatura nō ē, deus est. Si filius  
nō eiusdē substantiæ ē cuius ē pater, ergo facta substantia ē: & si facta substantia ē nō oīa  
per ipsum facta sunt. At per ipsum facta sunt, facta igitur subā nō est: qui tñ sicut ait  
Apo. Factus est ei. i. ad honorē patris, secūdū carnē, infectus vero secūdū deitātē. Fa-  
ctus dico & specialiter, Ex semine Dauid, quia maria fuit de stirpe Dauid, ex cuius se-  
mine formata est caro dominica opere spūs. in vtero virginali. Sed attendendū ē, qua-  
re spāliter hic nominat Dauid, cū cōstat q̄ promissio facta ē Abrahæ, sicut & Dauid  
sed Apo. volēs grām cōmēdare, maluit Dauid dicere, qui & criminofus fuit: nō de se-  
mine Abrahæ, qui iustus fuit, vt nō pro merito sed grā natus de Dauid putē: & ēt iō  
vt ex hoie rege secūdū carnē rex natus oñda, sicut de deo rege rex añ secula natus ē.  
Deiñ à virtute cōmēdas eū, subdit. Qui prædestinatus ē filius dei in virtute, secūdū  
spūm s. ex. r. m. l. i. C. d. n. Hic primo vidēdum ē, quid sit prædestinatio: & de quo sit  
prædestinatio, vtrū de eo quod sēper fuit, an de eo quod ex tēpore fuit: & vtrū de per-  
sona an de natura: & si de persona ē, postea attendendū est, secūdū quā naturā sit præ-  
destinata. Prædestinatio est grē præparatio, qua ab æterno deus homini Chrō & cun-  
ctis quos præsciuit cōformes fieri imagini filii sui, bōa sine meritis præparauit. Præcla-  
rissimum ei lumē prædestinatiōis & grē ē, ipē mediator dei, & hoim hō Chrūs Iesus.  
Ille ei hō vt à verbo patri coeterno in vnitatē personæ assumptus filius dei vnigeni-  
tus eēt, vñ hoc meruit: quod eius bonū qualecūq; præcessit, vt ad hāc ineffabilē excel-  
lētā perueniret: Faciēte ac suscipiēte dei verbo, ipse ex quo cōepit esse hō, filius dei  
vnicus eē cōepit, filiū dei vnicū fōemina illa grā plena cōcepit de spū sctō. Ex virgīe  
Maria deus vnicus natus ē, nō carnis cupiditate, sed solo dei munere. Libera in illo  
volūtas erat, & rātomagis quāto magis peccare nō poterat. Apparet itaq; nobis in no-  
stro capite ipse fons grē, à quo in cūcta mēbra eius grā diffunditur. Ita enim ab ini-  
tio fidei suæ hō quicūq; grā sit christianus, sicut grā hō ille ab initio factus est Chrūs  
de ipso spū hic renatus est, de spū ille natus est: spū sit in nobis remissio pctōrū, spū fa-  
ctū est in illo vt nullū haberet pctūm. Qui fecit illū hominē sine vllis eius præceden-  
tibus meritis, nullū quod ei dimitterē, vel origine trahere, vel voluntate perpetrare.  
pctūm, ipse nullis eorū præcedētibus meritis facit credētes in eū quibus dimittat oē  
pctūm: qui fecit illū talē vt nūquā habuerit nec habiturus sit volūtātē malā, ipse fa-  
cit in mēbris eius ex mala volūtate bonā. Et illū ergo & nos prædestinauit, quia & in  
illo vt eēt caput nostrū, & in nobis vt eius corpus essemus, nō præcessura merita nrā,  
sed opera futura sua præsciuit. Hæc se deus eē facturū profecto ab æterno præsciuit.  
Ipsa est igitur prædestinatio sctōrū, quæ in sctō sctōrū maxime claruit, quam negare

A quis nō valet, recte intelligētū eloqui a veritatis. Humana igit merita cōticefcāt hic,  
quæ perierūt per Adā, & grā regnet per Iesum Christū. Quilibet in capite nrō præce-  
dētia merita singularis illi⁹ gnationis inuenerit, ipse in nobis mēbris eius præcedētia  
merita fidei & regenerationis requirat. Neq; enī Christo tributū est, nec nobis pro ali-  
quo merito, sed gratis tributū est. Ille quippe nos fecit credere in Christū, qui nobis fe-  
cit in quē credim⁹ Christū, ille facit in nobis principiū fidei, qui fecit hoim principē  
fidei, & perfectōrē Iesum. Nullū igit est illustri⁹ prædestinatiōis exēplū, quā ipse  
mediator. Quisquis ergo fidelis vult eā bene itelligere, attēdat Chrīm, atq; in illo in-  
ueniet, & seipsum qui in eo verā humanā naturā credit suscipiēte deo verbo ita subli-  
matā, vt qui suscepit, & quod suscepit: vna esset in trinitate persona. Neq; enī in hoie  
assumpto trinitas facta est, sed trinitas māsit, assumptiōe illa ineffabili faciēte personæ  
vni⁹ in deo & hoie veritatē. Hoc de ipsa prædestinatione sufficiat. Deinde videamus,  
vtrū de re quæ sēper fuerit, vel de eo quod nō sēper fuerit sit ipsa prædestinatio, & vtrū  
de persona an de natura. Eūdē sane ipsum, qui secūdū carnē factus est ex semine Dauid,  
prædestinātū dicit filiū dei i virtute. Itē, Recte quippe dicit fili⁹ dei nō prædestināt⁹,  
secūdū id quod est, verbū dei, de⁹ apud deū. Vt quid enī prædestinare, cū iā esset qui  
iā erat sine initio, sine termino sempiternus? Illud aut prædestinādū erat quod nondū  
erat: vt sic suo tēpore fieret, quēadmodū prædestinātū erat, añ tēpora vt fieret. Quis-  
quis ergo filiū dei prædestinātū negat, hūc eūdē filiū hois negat. Prædestināt⁹ est er-  
go Iesus, vt qui futur⁹ erat secūdū carnē fili⁹ Dauid, esset in virtute fili⁹ dei. Item, in a-  
quātū hō factus est fili⁹ dei, prædestinātū esse dicim⁹. Ecce ex his patet prædestinatio-  
nē eē de persona. i. de Chrō Iesū, nō secūdū id quod sēper fuit, sed secūdū id quod nō  
semper fuit. i. nō secūdū diuinitatē, sed secūdū humanitatē. & est sensus, Chrūs factus  
est secūdū carnē. Qui Chrūs secūdū quod est hō, Est prædestināt⁹. i. sola grā præce-  
dētis: ad hoc, vt ipse hō sit fili⁹ dei, nō vtiq; adoptiuus vt nos sum⁹, sed in virtute. i. in  
eadē potētia cū patre: nō per gratiā adoptiōis, sed per vniōē verbi, i. per grām qua hu-  
mana ei⁹ natura vnita est verbo. Nō ergo per adoptiōē fili⁹, neq; adoptiu⁹ fili⁹. Di-  
cit enī Ambro. volui & reuolui diuinā scripturā, & filiū dei nusquā adoptiuū inueni.  
Sed sicut Chrūs inquātū de⁹ est, naturaliter habet, vt sit naturalis dei fili⁹, & sit deus:  
ita inquātū hō per grām habet, vt sit idē fili⁹ dei, naturalis. De filio vero, hoc est de  
dño nrō Iesū Chrō scriptū est. Quod sēper cū patre fuit, & nūquā eū vt esset volūtas  
paterna precessit: & ille quidē natura fili⁹ est, nos vero adoptiōe: ille vero nūquā fili⁹  
nō fuit, nos antequā essem⁹, prædestinati sum⁹, & tūc spūm adoptiōis accepimus, quē  
credidim⁹ in filiū dei. Cōtēdūt heretici adimere pri quod pr est, dū volūt filio aufer-  
re quod fili⁹ est. Adimūt aut, cū dicūt, quod nō de natura sit filius. Non ex natura aut  
est, qñ nō eadē in se habet natus & generās. Neq; enī fili⁹ est, cui alia ac dissimilis erat  
à patre substantia. Pater aut quō erit si nō quod in se est substantiæ atq; naturę genuerit  
in filio? Dñs dicēs, Clarifica filiū tuū, nō solo noie cōtestat⁹ est, se esse filiū dei, sed &  
proprietate. Nos filij dei sum⁹, sed nō talis hic fili⁹. Hic enī verus, & propri⁹ est fili⁹,  
origie, nō adoptiōe: veritate, nō nūcupatiōe: natiuitate, nō creatiōe. Idē natura fili⁹ est,  
quia eadē naturā quā ille qui genuit habet. Nos sum⁹ filij grā, nō natura: Vnigenit⁹  
aut natura nō grā. An hoc etiā in ipso filio ad hoim referēdū est? Ita sane, quod enī  
vnigenit⁹ est, equalis pri, nō est gratiæ, sed naturæ. Quod aut in vnitatē personę vni-  
geniti assumpt⁹ est hō, gratiæ est nō naturę. Querī solet à quibusdā, an secūdū quod  
hō Chrūs sit de⁹, vel dei fili⁹: quod ita esse, ita probare conant, Christus secūdū quod  
hō prædestinatus est, vt sit dei filius: sed illud est quod vt sit prædestinatus est, ergo quia  
prædestinatus est secūdū quod hō vt sit filius dei, etiā secūdū quod hō est filius dei. Ad  
quod respōdem⁹ dicētes, Christū esse id ad quod prædestināt⁹ est, vt sit: sed non est il-  
lud secūdū id, secūdū quod prædestināt⁹ est. Est enī prædestināt⁹, vt sit dei fili⁹. Et ip-  
se itaq; est vere filius dei, sed prædestinatus est ad hoc, secūdū quod hō: quia per gra-  
tiā hoc accepit, secūdū quod hō, ipse tñ secūdū quod hō nō est illud: nisi forte secūdū  
vnitatis sit expressiuū personæ. secūdū enī aliqñ cōditionē humanæ naturæ vel diui-  
næ exprimit, aliqñ vnitatē personæ cōditionē naturæ, vt cū dicit, secūdū quod hō. i.  
inquātū hō, vel secūdū quod de⁹. i. inquātū de⁹: vnitatē personæ exprimit, vt cū dici-  
tur, Christ⁹ secūdū quod hō dimittit pctā. i. ipse hō qui est Christus vel persona ipsa

De tracta:  
psal. cxviiDe bono per  
seuerantia.In epist. ad  
Roma.  
Super Ioan.In lib. ad Pro-  
sperū & Hila-  
rem.

Ambrosius.

Hieron. super  
epist. ad Ephe.Hylarius in li-  
bro ii. contra  
Arrium.Idem in ter-  
tio.  
Augustinus in  
ser. xxx. Super  
per Ioan. in  
sermo. xx.  
Quæstio.





quod non debent sub lege agere, quia sine lege susceperunt ceterę gentes fidem Christi: ceteri populi vocati sunt sine lege Moysi, & hi eam seruare debent. Omnibus qui sunt Romę dilectis dei vocatis sanctis. Hucusq; pendet litera. quasi dicat, Paulus: talis & talis scribit, omnibus qui sunt Romę, non alijs, sed dilectis dei a deo. Quantis enim Romanis scribat, illis tamen se scribere significat, qui in charitate dei sunt, qui sunt hi, nisi qui de filio dei recte sentiunt: hi sunt sancti, & vocati dicuntur. Et aduerte, quia etiam hic significauit Apostolus benignitatem dei potius quam meritum illorum. Non enim ait, diligentibus deum, sed dilectis dei. prior enim dilexit nos, ante omnia merita, vt nos eum dilecti diligeremus. Vnde etiam addidit, vocatis sanctis, vt nemo sibi tribuat qd vocatus est. Non enim ita intelligendum est quod ait, vocatis sanctis, tanquā ideo vocati sint qd sancti erāt: sed ideo effecti sancti, quia vocati sunt: & ideo vocati, quia dilecti. vt sit sensus, scribit dilectis dei vocatis sanctis, id est illis quos dilexit, vt ad sanctitatē vocaret, quia sancti essent sanctificati per baptismū. Restat autē vt Apostolus dicat salutem, & cōpleatur vsitātū epistolę principiu: ideo subdit, Gratia vobis &c. pro eo quod alij solent dicere salutem, ait, Gratia vobis &c. q. d. Apostolus scribit Romanis, & in scribēdo salutat, sic optādo dicens, Gratia sit vobis, id est remissio peccatorū, ea enī est gratia qua iustificatur impius, & fit iustus qui prius fuerat impius, & ideo percipiendę huius gratię merita nulla pręcedunt, quia meritis impij non gratia sed pœna debetur. nec ista esset gratia, si non daret gratuita, sed debita redderet. Addit, Et pax. s. sit vobis, id est reconciliatio ad deum, & tranquillitas mentis. Sicut enim gratia dei est, qua donantur nobis peccata: ita pax est, quia ex inimicis reconciliamur deo: tamen sciamus etiam vtrūq; scilicet gratiam & pacē ad generalē dei gratiā pertinere, & si ita distincta sint. Et vt ostendat vniuersum bonū esse a deo, subdit, A deo, quasi dicat, hęc scilicet gratia & pax sint vobis, a deo patre nostro. i. ab eo qui potest dare, quia deus est: & vult, quia pater. Et vt sine Christo nullam esse pacem & gratiam doceret adiecit, Et domino Iesu Christo, sine quo nulla bona sunt nobis. Quod autem non adiungit spiritum sanctum non mihi alia ratio videtur, nisi quia ipsum donum dei spiritum sanctum intelligimus. Gratia porro & pax quid aliud est, quam donum dei? Vnde nullo modo hominibus gratia dari potest, qua liberamur a peccatis, & pax qua reconciliamur deo, nisi in spiritu sancto: & ideo ipsa trinitas pariterq; incommutabilis vnitas in ista saluatione cognoscitur: vnitas apparet, per hoc qd ait, a deo. De hoc eodem ita ait Aimō, Spiritus sancti nomen non potuit, quoniam in donis suis comprehendit eum. id est in gratia & pace: quia enim per eum diuinitus honorantur electi, ideo in donis suis intelligitur.

Primum quidem gratias ago deo meo per Iesum Christū pro omnibus vobis: quia fides vestra annunciatur in vniuerso mundo. Testis enim est mihi deus, cui seruiō in spiritu meo in euangelio filii eius, qd sine intermissione memoriam vestri facio semper in orationibus meis, obsecrans sicut modo tandem aliquando prosperum iter haheam in voluntate dei veniendi ad vos.

Præmissa saluatione, ante alia de bonis eorum gratias agit. Gratias vero agere deo est sentire omnia bona a deo data esse, & pro eo laudare voce & opere & corde. Finita ergo præfatione, prius lenit eos quibus scribit, post grauer eosdem increpatur. Cōgaudet enim hic de bono incepto eorum, & præcipue in hoc gaudere se dicit, quia fides illorum in omni loco currebat. quantis enim fidem non accepissent, secundum regulam ab auctoribus traditam veritatis, tamen quia quod de vno deo audierant, inter apostolo noīe Christi cōperant venerari, gratulatur Apostolus, sciens illos posse proficere. Per quod etiam charitatem suam erga illos ostendit, & hortatur ad profectum, ita dicens, Primum quidem, quasi dicat, quod incepistis perficite, quia a deo bonum est, quod de eo ante alia deo gratias refero: & hoc est, primum quidem, id est ante omnia ago gratias deo pro omnibus vobis, quod & vos ipsi faciatis. Hęc ante omnia se agere dicit, quia fides illorum multis proficit. nam & illi qui crediderant, roborati sunt, videntes principes suos fratres sibi factos in fide: & qui non crediderant, facile poterant credere eorum exemplo. prompte enim facit inferior, quod viderit fieri a potiore. Vel ita, Ago gratias deo meo pro omnibus, scilicet vobis & alijs: & cū pro alijs, primū quidem id est præcipue pro vobis de quibus magna vtilitas

venit: sicut ante dictum est, Cui ago grās. Deo meo, quē. s. meo. s. meū facio, quod nō vos Romani facitis. Nō est ociose accipiendū, quod ait, Deo meo, nō. n. vox ista potest esse, nisi scōrū quorū de? dicitur, sicut de? Abraham, deus Isaac, & de? Iacob. Cū ergo oīm vn? sit deus per naturā, eo qd sit creator oīm, illis tñ proprie per grām de? dicitur esse, qui merito si dei & iustitię, eius cultores esse probantur. Per quid ago grās: nō per legē neq; prophetiā, sed per Iesum Christū mediatorē dei & hoīm. per quē deus dedit vobis oīa. bona quia ipse est minister oīm bñficiorū dei. deinde quare pro eis præcipue vel an oīa gratias agat, ostendit subdēs, Quia fides v̄ra. q. d. cum multa sint talia i vobis, pro quib? gratias agere debeo. (erat. n. disciplina mirabiles, & hōi operis cupidi, studiosq; magis agendi hñ quā loquēdi) in hoc tñ præcipue grās ago, quia fides vestra, & si nō perfecta, annunciat in vniuerso mūdo: quia Roma caput mūdi erat, & iō fidei illorum fama oēm locū peragrat: vnde proficerent multi. Et nota qd nō laudat. Apōsto. fidē illorū tanquam perfectam, sed facilitatē fidei, quia in auditu, auris crediderunt, & votum erga Christum, id est affectum propensum, quem erga Christum habebant. Testis est mihi deus. Dixit se pro illis gratias agere, nunc dicit se pro eisdem orare in quo etiam affectum suū circa illos ostendit, vt suadeat illis charitatem. Ad hoc autē deū testē dat cui seruit, dicens. Testis est. n. deus: vt melius sibi credatur quod dicitur est. Præmissa est igitur auctoritas. i. iuramentū quo sit fides dicēdis. Nisi forte quis dicat qd nō iurauerit, quia nō dixit per deū, sed dixit testis est de?, ridiculū est putare hoc si dicas per deū, iuras: si dicas, testis est deus: non iuras. Quid. n. est per deū nisi testis est deus? aut quid est testis est deus, nisi per deū? Ecce dico charitati vestrę, & qui per lapidē iuratur falsum, per iurur est, quia creatorē deū adhibet testē. Nec facit. Apōst. qui hic & aliibi sepe iurauit, cōtra dñi mādātū: qui volens iustitiā nostrā abundare plusquā scribarum & pharisæorū, dicit in euang. Ego vobis dico nō iurare oīno. Et itē, Sit sermō vester, est, est, non, non: quod amplius est, a malo est. Ibi. n. prohibuit dñs, quod est malū: sua sit bonū, quod est appetēdū: indulsit quod ē necessariū: prohibuit. n. falsum, vel sine necessitate iurare: sua sit verū loqui: indulsit iuramentum quod est necessariū, cū ait quod amplius est. Iuramentū. n. faciendū est in necessarijs, cū pigri sint hoīes credere quod eis est vtile: non ē iuratio bona. i. appetēda, non tñ mala. i. prohibita, cum est necessaria, licet sit a malo infirmitatis eorū quibus aliquid dicitur. Si. n. iurare cogēris, scias de necessitate venire infirmitatis eorū quibus aliquid persuades, quæ infirmitas utiq; malū est, vñ nos cotidie liberari precamur, dicētes, Libera nos a malo. Iō que non dixit dñs quod amplius est malū est: Tu. n. non facis malū qñ bene vteris iuratione, vt alteri suadeas quod vtile est, sed a malo est illius. Et notandū, quia multū interest, si exigat iurationē, qui nouit illū iuraturum falsum, an nō. Qui autē nescit & iō dicit iura mihi, vt ei fides sit, nō audeo dicere nō esse pētū, tñ humana tētatio est. Si autē nouit fecisse, & cogit iurare, homicida est. Iurat ergo sine pētō Apōsto. cū ait. Testis est mihi deus &c. q. d. quod habetis dño imputo: & recte, nā habenda ab eo oro & vere, quia sine intermissione memoriā vestri facio semper in orōnib?. Vel ita, se dixit grās agere, mō exponit qñ gratias agit. s. in orationibus: & quō. s. sine intermissione. q. d. pro vobis gratias ago, & hoc modo quia in orationibus meis quæ pro vobis, & pro alijs sunt, semper habitis in horis constitutis ad orādum, Facio memoriā. id est deum memorem. Memor dicitur deus esse cum dat: oblitus cū cessat. Et hoc, sine intermissione. Vel facio memoriā vestri sine intermissione, hoc ideo dixit Apōstolus s. se esse memorem illorū in orationibus, vt seminet in illis charitatem. i. vt eū amēt, & sic desiderent eum audire. Quis. n. non amet eum quem audit memorem sui esse? Quod autē ita sit, iuramento affirmat. Testis &c. q. d. & credendum est, ita esse vt dico. Enim, id est quia. Testis est mihi deus, & ideo non est tutum mentiri, cum nihil eū lateat. Cui seruiō in spiritu meo, non in carne, id est in voluntate quia enim deus spiritus est, animo illi debet serui. Vel seruiō, non in carne, id est in carnalibus obseruatijs: sed in spiritu meo, id est in spiritualibus, scilicet in fide spe & charitate: In quo seruiō? In euangelio, prædicando: non in lege, non in circūcisione, nō in eo quod Moyses seruus tradidit, sed in eo quod filius vnicus docuit. Quantū enim distat seruus a domino, tantum distat euangelium a lege. Euangelio dico filii eius, quod scilicet filius eius tradidit, non scribendo, sed mentibus inspirando. Obsecrans. Si quomodo tandē



aliquando prosperū iter habeam in voluntate dei veniendi ad vos q. d. pro vobis gratias ago, & oro. ego dico obsecrans. i. per obsecrationes tentans. Obsecratio est per facta ad iuratio, vt per natiuitatē & passionē. Tentans inquit, si quō. i. aliquo modo, prospero vel aduerso. s. quacūq; ex causa, facili vel difficili, habeam tandē. s. post longa de sideria aliqn. s. hyeme, vel estate, iter veniendi ad vos: iter dico prosperū, quod nō reputat Apost. esse, nisi ita sit vt perueniat ad illos quibus desiderat donū dei predicare Prosperum. n. iter est, non incassum laborem itineris subire. Prosperum iter habeam: Prosperum dico, In voluntate dei, secundū voluntatē dei: non sicut mali qui reputant prosperitatem sibi esse in suo malo perpetrato. Sunt enim quidam, qui per dei permissionem non voluntatem prosperum iter videntur sibi accipere ad malū, si aliquod scelus perpetraverunt. Hoc ergo voluit intelligi Aposto. addens. In voluntate dei: quia non semper prosperitas itineris dei voluntate perficitur: qui multi in rebus seculi prosperi videntur successibus, & exultant in prosperitatibus suis: sed non est talis prosperitas in voluntate dei. Aposto. vero iter solummodo reputat prosperum, si sit in voluntate dei: quia tunc utilis erit aduentus Apostoli.

Orige.

Ambr.

Desidero enim videre vos, vt aliquid impertiar vobis gratiæ spiritualis ad cōfirmandos vos, id est simul consolari in vobis per eam quæ inuicem est fidem vestram atque meam.

Quasi. d. iō obsecro venire ad vos, Enim. i. quia, desidero videre vos. His, quos scripto corrigebat, & a carnalis sensu abstraherat, iō sui presentiam necessariam dicit: quia ea quæ scribit etiam peruersæ possunt accipi; quia aliter dicta solēt ad aliud referri ab hæreticis. Iō ergo desiderat eos videre, vt præsens doctrinam euangelicam sensu quo scribit eis tradat: ne sub auctoritate literarum eius nō auferretur, sed confirmaretur error, & etiā iō, vt quæ verbis suadere nō poterat, præsens suaderet virtute miraculorū. Sed, deinde desiderii sui causam exponens, addit, Vt aliquid quasi dicat ad hoc desidero vos videre, vt impertiar vobis aliquid græ spūalis. i. vos participes faciā gratiæ beneficii dei. s. doctrinæ euangelicæ. Gratiæ autem dico, nō carnalis sed spiritualis: quia mō carnaliter sapitis. Cū. n. dicit, græ spūalis, carnalem illos sensum assecutos significat: quia sub noīe Christi, Iudæi eis contraria Christo tradiderant. Qui consilens infirmitati humanæ, fide sola addita legi naturali; humanum gen<sup>9</sup> saluari decreuit. Impertiar spiritualem gratiam ad confirmandos vos: quia aliquid iam habetis. Id est cōsolari in vobis simul: vel, id est vt consolemur vobiscum, alia litera. Per eam quæ inuicem est fidem vestram atq; meā. q. d. desidero vobis impertiri grām ad cōfirmationē quæ cōfirmatio adeo est mihi grata, quia id. s. vos cōfirmari, est me cōsolari in vobis. Hoc ideo dicit, quia & si congaudeat facilitati fidei illorum, dolet tamen de non recta fide. Aliena. n. dolebat vitia quasi sua. Addit simul. q. d. hæc consolatio mea, fiet simul vobiscum, quia & vos cōsolabimini. Mō. n. ego sum desolatus, sicut & vos, & si nō sentitis: sed sic consolaremur simul. Vel secundū aliam literam sic pōt legi, eodem sensu manente. q. d. desidero venire, vt impertiar vobis grām ad cōfir. i. vt consolemur vobiscum. Deinde per quid fiat consolatio, subdit, consolari dico per eam fidem non vt quæ nouam, sed vestram atq; meam, quæ est inuicem. i. cōis. i. per hoc pōt esse cōsolatio si vnus eiusdemq; fidei sumus in Christo: vel, per eam fidem vestram atq; meam quæ est inuicem. i. quæ per dilectionem operatur.

Augustinus

Ambr.

Nolo autem vos ignorare fratres, quia sepe proposui venire ad vos, & prohibitus sum vsque adhuc: vt aliquem fructum habeam in vobis, sicut & in cæteris gentibus.

Propositū & votum suum ostendit Aposto. q. quædam illos scire non ambigit per eos fratres qui ab Hierusalē vel a cōfinibus ciuitatibus, causa aliqua siue religiōis gratia Romā veniebant. Cumq; sepe vellet venire, & prohiberetur, sic factum est, vt scriberet epistolā, ne diu in malo detenti difficiliter corrigerentur: quasi quis diceret. Desideras vñre, cur ergo nō venis? Ait, Quia prohibitus sum, cū hoc proposueri. Nolo autē vel nō arbitror, vos ignorare fr̄es: hoc. s. quia sepe proposui, nō solū volui vñre ad vos & prohibitus sum venire, aliquibus impedimētis deo id agēte: sed putetis culpa vestra fieri, vt mō dignos vos paretis. Nō ergo ociose se prohibitu dicit, sed & cās morarum

Aimo.  
Ambr.

discernit, qui & hos vt se preparent adhortatus est: vt audientes grām sibi spiritualem ministrandā fore, dignos se efficerēt a vitiis carnalibus abstinētes ad excipiendā eam. Prohibitus sum dico, vsq; adhuc. i. vsq; in presens. Per hoc ostenditur, id etiā esse curā deo quo vnusquisq; Apostolorū vel debeat ire, vel nō debeat: & q. dis p̄fatiōe quādā, alijs quidem sinat predicare verbū dei, alijs prohibeat. Fratres autē eos vocat, nō solum, quia renati erant: sed etiā, quia erant inter eos qui recte sentirent, licet pauci. vñ supra dixit, vocatis sanctis. Vt aliquē fructū habeam in vobis, sicut & in cæteris gentibus. q. d. ideo desidero venire, vt habeam in vobis fructum. i. vt vos fructificetis per meam predicatōem: vel, vt habeā fructū aliquē in vobis. i. vt ego a liquod prēmium pro vobis acquiram. Pro vtilitate ergo cōi, cupidū se veniendi ad hos declarat, vt & hī salutem spiritualis græ consequantur, rectam habentes fidei professionem: & hic fructum habeat apud deum ministerii sui. Fructum habeam in vobis, dico, Sicut & in cæteris gentibus. Exemplo cæterarum gentium lacescit illos ad fidem rectam, p̄optior enim sit quis ad rem sibi traditā, si illi multos videat assentiri.

Græcis ac Barbaris, sapientibus & insipientibus debitor sum, ita quod in me promptum est, & vobis qui Romæ estis euangelizare.

Quasi dicat, ideo volo fructum habere in omnibus, quia debitor sum omnibus etiā euangelizare. Græcis ac Barbaris. i. omnibus gentibus. Græcos præposuit, quia ab eis oīs philosophia mūdāna exordium sumpsit: barbaros vero eos dicit, qui sunt quasi exleges, qui nec Hebræi, nec Græci, nec Latini sunt. Et debitor sum euangelizare, Sapientibus, & insipientibus, vt nemo de vtroq; populo excludatur. Sapientes vero dicit illos qui mundialibus rōnibus eruditi erant: Insipientes qui illarum rerū imperiti sunt. His autem omnibus se debitorem testatur, quia missus ad oēs, nulli enim gentium populo specialius debetur hæc predicatio, quia ad hoc missus fuit, vt omnib<sup>9</sup> predicaret, qui ad hoc accepit doctrinā vt alijs traderet. De Iudæis autē tacet, quia magister gentium erat: & sicut alijs debeo, ita & vobis qui Romæ estis debeo euangelizare, quia oibus debitor sum. Quod tale. s. euangelizare vobis in me p̄optū est. & si ego ad hoc parat<sup>9</sup> sū ergo alterius culpa remansit. Quāuis missum se dicat predicare oibus gentibus promptū tñ Romanis se asserit euangelizare, apud quos regni Romani caput est, & sedes. Ad mēbra enim pertinet, si caput inquietū non fuerit: iō Romanorū pacem optat, vt non multum se iactet Satanas: & vt meliores sui operis fructus habeat.

Non enim erubescō Euangelium. Virtus enim dei est in salutem omni credenti, Iudæo primum & Græco.

Q. d. In me p̄optū est, & vere, quia non erubescō euāgelii, sicut illi qui falsa prædicāt, & qui crucē Christi putāt ignominia. Hoc enim dicto tāgit eos qui nō recta tradiderāt: vel qui de cruce cōfundebantur, de qua potius gloriari deberēt cū ipso Aplō Iō non erubescō euangelium, quia ipsum euāgelii est virtus dei. i. virtutē dei annunciat, nō infirmitatē: sapientiam, nō insipientiam. Quod. n. infirmū dei, fortius est hominibus: & quod stultū dei est, sapientius est hoibus. Vel euāgelii est virtus dei, nobis credentibus, non alijs: quia per doctrinā euangelicā peccatum dimittitur credenti & cum res exigit: sunt miracula quibus cōmēdatur doctrina. Quia. n. credibile videbatur quod prædicabatur, iō signis & prodigijs ab apostolis factis firmabatur, ne disiderent homines de his quæ dicebant qui tanta faciebant. Nulli. n. dubium est virtuti verba cedere. Iōque non se dicit apostolus erubescere de euangelio dei: illos autem erubescere significat, quia quod tradiderant, in reprehensionem veniebat, nec quoquā virtutis testimonio firmabatur, & discordabat, a doctrina euāgelica & apostolica. Euāgelii igitur est virtus dei, quia inuitat ad fidē, & dat salutē omni credenti dū peccata remittit. & iustificat, vt a secunda morte detineri non valeat, signatus mysterio crucis Vñ subdit, Euāgelii dico, valens in salutē omni credenti. Quod vero dixit omni, de terminat: Iudæo primū, credenti. Et græco. i. gentili, quod in græco manifestū est. In græco enim gentile significat. Quāuis autē præponat iudæum causa patrū, tamen & ipsum simili mō indigere dicit dono euāgelii Christi. Si itaq; & Iudæus non iustificatur nisi ex fide Christi, quid ergo op<sup>9</sup> est, esse sub lege? Vel ita, Iudæo primū & Græco. q. d. euāgelii valet in salutē omni credenti: euangelium dico, necessarium Iudæo,

Orige.

Ambrō.

Aimo.

Ambr.

E sicut.

& Græco. i. gentili: sed primum. i. maxime Iudæo. Iudæi enim hanc euangelij salutē & liberationem habebant necessariam valde, vtpote etiam alios seducentes.

Iustitia enim dei in eo reuelatur ex fide in fidem, sicut scriptum est, Iustus autem ex fide viuuit.

**Aimo.** Quasi dicat, vere euāgelium est credenti in salutē, quia est ei in iustitiā, quæ est cā salutis, quod clare ostēditur in ipso euāg. & hoc est, quod ait. Iustitia. n. dei reuelatur in eo. f. euāgelio. Iustitia dei est qua gratis iustificat impiū per fidē sine operibus legis, vt alibi dicit Apost. Inueniar in eo nō hñs meā iustitiā quæ ex lege est, sed eā quæ ex fide est. Hæc est iustitia dei, quæ in testō veteri velata in nouo reuelatur. quæ iō iustitia dei dicitur, quia impartitēdo eā iustos facit. Hæc autē iustitiā, euāgelium reuelat, ipso effectū. f. dū fidē hoī per quā iustificatur, qui credit deū iustū & veracē i promissis. Reuelat etiā hanc iustitiā verbo, dum in eo dicitur, Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. i. iustus. Vel iustitia dei est, quia quod promissit dedit, quæ iustitia reuelatur in eo, qui credit se cōsecutū, quod promiserat deus per prophetas suos. Qui enim hoc credit & cōfiteatur, iustū deū probat, & testis est iustitiæ eius. Et loquitur Apost. hic cōtra Iudæos, qui negāt hūc esse Chrūm, quæ promissit deus. Secūdū hoc, ita lege, Bñ dixi esse in salutē omni credēti, quia in eo qui credit, siue Iudæus sit, siue Græcus, Reuelatur iustitia dei. i. iustus apparet de⁹ & verax. In eo vero qui nō credit, iniustus vr. negat eī veracē esse deū, qui nō credit eū dedisse quod promissit. Vñ subdit, Ex fide in fidem. q. d. iustitia dei reuelatur, tēdēs ex fide dei promittētis in fidē hoīs, qui credit ei, quia in credēte iustus apparet deus. Vel secūdū alterā prēmiam sniam sic procede, iustitia dei est ex fide, hæc autē iustitia fidei, est ei hoī qui trāsīt ex fide in fidē. Hoc dicit propter oēs partes fidei, vt oīs qui vult per fidē iustificari, vniuersos articulos symboli habeat vt transeat Iudæus & quicunq; alius ex fide vet. test. vbi vnus deus colebatur in fidē noui test. vbi pater, & filius, & spūs sctūs colitur: ex fide primi aduētus, i fidē secūdi, vt vtrūq; credat ex fide priæ resurrectōis quæ est in aīa, i fidē secūdæ quæ erit in corporibus: ex fide promissionis, in fidē redditionis: vt credat deū promississe, ac reddidisse, vel redditurū fore, ex fide prædicatorū i fidē populorū, vt credat quod credit maiores & minores, ex fide seminantiū. i. prophetarū, in fidē metentiū. i. apostolorum transeat iustificandus, vel transeūdū fore intelligat, de fide verborū & spei in fidē rerū & speciei. Est enim fides qua creduntur quæ nō videntur, quæ proprie dicitur fides. Sed tñ etiā est fides rerū, qua nō verbis, sed rebus ipsis præsentibus creditur: quod erit, cum per spēm manifestā se contēplandā sanctis præbebit ipsa dei sapia. Nō ergo esset iustitia fidei, nisi esset abscōditum quod prædicatum crederemus, & credendo ad videndū perueniremus. Dicit ergo iustitiam illi esse qui trāsīt ex fide verborū quibus credimus quæ nō videmus, in fidem rerū qua credita obtinebim⁹. f. ex fide in qua ministratur deo, in illā vbi fruatur deo, quæ tñ improprie dicitur fides. Et quia de fide fit mentio hic, videndū est quid sit fides, & quot modis accipiatur fides, & de quib⁹ sit. Fides est virtus qua creduntur quæ nō vidētur, apparentia enim nō habent fidem, sed agnitionē. Fides. n. est, quod nō vides credere. Accipitur autē fides tribus modis. f. pro eo quo creditur, & est virtus: & pro eo quo creditur, & nō est virtus: & pro eo quod creditur. Fides. n. qua creditur, cū charitate virtus est, & hoc est fundamētū oīm bonorū in qua nemo perit. Hæc fideles facit, & vere Christianos. Alia vero dæmonū est, & noietenus Christianorū, nā & dæmones credūt & cōtremiscūt. Hæc est informis qualitas mētis, quæ dī informis, quia sociā nō habet charitatē, quæ est forma oīm virtutū Pro eo autē quod creditur accipitur fides, sicut ibi, hæc est fides catholica, quā nisi &c. & ita hic accipit cū ait ex fide in fidem. Fidei. n. quæ creditur. i. symboli fidei, multæ sunt partes, quarū aliquæ sunt hic positæ. Eodē quoq; mō accipitur fides, cū dicit fides catholica, quasi quod vniuersaliter ab oibus credēdū est. Solet autē a quibusdā inquiri vtrū illa informis qualitas mētis quæ in malo dicitur christiano fides, qua vniuersa credit, quæ verus christianus credit, accedente charitate remaneat, & fiat virtus, an ipsa eliminetur, & alia succedat qualitas quæ virtus sit. Ad quod potius diuinū oraculū implorādū vī, quā aliquid a nobis diffiniendū. Vtrūlibet tamen sine periculo dici pōt. Est autem fides de bonis, & de malis, & de præteritis, & de præsentibus, & de futuris,

**A** Spēs autē de futuris tātū, & de bonis. Sicut scriptū est, Conuertit se apostolus ad exemplum prophetæ Abacuch, vt declaret olim ostensum nō iustificari hominē per legem apud deū, sed per fidē, quasi dicat, ex fide est iustitia, & ita ex fide est salus, nō ex lege. Sicut scriptū est in Abacuch, Iustus autē ex fide viuuit. Sic expon. Iustus est ex fide, omnis qui iustus est. & ita, Viuit. nō vita ista que presens est, sed futura, id est æterna, quæ est merces fidei. Merces enim fidei, est videre quod credidim⁹ antequā videremus. Sciēdū autē aliter esse in Abacuch quā hic posuit apostol⁹. In Abacuch enim ita est, Iustus autem meus, ex sua fide viuuit. Sed & hoc, & alia plura testimonia que ponit ab Hebraicæ veritatis translatione, quia nunc vtimur, vidētur discordare. Quod ideo est, quia aliquando sumit a. LXX. interpretibus, aliquando sicut loquens eodem spiritu, quo prophetæ, sensum sumit tantummodo suis vtens verbis, suāq; dispositione.

Reuelatur enim ira dei de cælo super oēm impietatem & iniustitiam hominum eorum, qui veritatem dei in iniustitia detinent, quia quod notum est dei manifestum est in illis. Deus enim illis reuelauit.

**B** Commendata pietate fidei, qua iustificati grati deo esse debemus, cōtrariū detestando, id est impietate, subinfert, quod gentiles inflati, & leues in idolorū figmēta tāquā deciderunt, vbi nō requiescerēt, sed cōfracti desiliret in lapides. Hic enim specialiter aggreditur gentiles, secūdū priorē statū, quia iactant bonā naturā, & excusant turpitudines per ignoratiā. Ecōtra autē apostolus dicit eos, & prius habuisse notitiā, & perdidisse per culpā, & bonā naturā sibi ipsis à deo relictam in omnia mala præcipitatā, quasi dicat, ex fide est iustitia, & inde, salus: quia ex impietate est iniustitia, & inde, ira, id est pœna, & hoc reuelatur in euāgelio dei, & hoc est, Reuelat. n. in euāgelio, Ira dei, id est pœna. Quoties ira dei legitur, nō perturbatio animi eius ē intelligēda, sed iudiciū quo irrogatur pœna pro peccato. Dei, dico, venturi de cælo ad iudiciū: ira, dico, processura super omnē impietate & iniustitiā. nō dicit super omnes impios, sed quod plus est super omnē impietate & iniustitiā, id est super omnes impietatis & iniustitiæ partes. Impietas est, in deū peccare, iniquitas in hoīes. Vel impius pro infideli hic ponitur. i. à pietate religionis alienus, sicut idolatra. Iniquus vero dicitur qui prauitate operis ab æquitate discordat. & est sensus, Vindicta dei de cælo vaturi ad iudiciū vitiorū, & mortuorū in euāgelio manifestatur vettura, super omnē impietate, & iniustitiā. Vel ita lege, ira dei, vettura super omnē impietate, & iniustitiā, reuelatur de cælo. Quod accusat eos quia indicauit eis creatorē vel saluatorē. Ex ipsa enim cæli fabrica, iratus illis deus ostenditur, qui ideo tā pulchra astra cōdidit, vt ex his quātus & quā ammiabilis creator eorū est possit agnosci, & solus adorari. Reū igit facit apostolus gētīlē per legē nature, per quā potuit deprehēdere fabrica mūdi testificāte authorē deū solū diligendū: sed iniustitia, & impietas in eis apparet, dū hæc videntes dissimulat à veritate, nō fatētes vnū deū: vnde subdit, Eorū qui veritatē dei in iniustitia detinēt: quasi quis diceret, Cur est eis ira dei de impietate, cū nō cognouerūt deū? ad quod respōdet, merito est eis ira, quia poterāt quidē cognoscere deum, & aliqui etiā eorū partim cognouerunt, sed sibi tollūt malētes morari iniuste in sua voluptate. Sic lege literā, hominum dico, eorum qui veritatē dei, id est verā de deo cognitionē detinēt, cū spōte se eis offerat: ipsi dico manētes in iniustitia, id est in opere malo. Bonum est quod tenēt, sed malū est vbi tenēt. Veritatē enim tenent, sed in iniquitate. Inuenisti enim deū, o tu gētīlis, o philosophē, & colis idolum: inuenisti veritatē, & ipsam detines in iniustitia: & quod per dei opera cognouisti, per hominis opera perdidisti. Totū cōsiderasti rerū ordinē, & nō vis attendere, quod mūdus opus dei sit, idolū, opus fabri. Si faber idolo sicut dedit figurā, daret & cor, ab ipso idolo faber adoraretur. Quomodo ergo homo faber tuus deus nō est, si homo idoli faber est? Quis est deus tu⁹? qui fecit te. Quis est deus fabri? Qui fecit illū. Ergo si idolū cor haberet, nonne fabrū adoraret qui fecit illud? Ecce quomodo detinēt veritatē dei in iniustitia. Occurrebat autē apostolo, vt ei diceretur, Vnde illi veritatē detinēt, ad quos locut⁹ nō est deus? nec legē acceperūt, si cut popul⁹ Israel? Respōdet, & ostēdit vñ, Quia quod notū est dei, manifestū est in illis, de⁹. n. reuelauit illis, quasi dicat, vere detinēt veritatē dei, quia hoc dei quod notū est. i. de deo noscibile est, manifestū est in illis, ductu ratiōis. q. d. i se habēt, vñ nosce-

Augustinus.

Hier.

Augu. de spū &amp; līc.

De ciuitate.

Aimo.

Orig.

Aimo.

Ambro.

August. in sermone quodā.

Aimo.

August.

De verb. d.

Orig.



Ambrosius. re possint, quod cognoscibile ē de deo. s. naturalē rationē. Ideo dicit quod de deo cognoscibile est, quia multa sunt quę de deo per naturā sciri nō possunt, vt de mysterio redēptionis & incarnationis. Notū dei est, hoc quod ex huius mūdi dispositiōe, & naturali rōne assequi possumus. Ignotū vero dei, est ratio substantiā eius, vel nature, quę oēm latet creaturā: similiter & mysteriū hūanę liberationis. Et vere manifestū est in illis, quod est noscibile de deo, quia nō solum ratio naturalis ad hoc profuit, sed & deus illis reuelauit, vel manifestauit per opus suum, per quod eos adiuuit. Hoc dicit, ne sola natura sufficere videret. Vt. n. deus qui natura inuisibilis est, etiā à visibilib⁹ posset sciri, opus fecit, quod opificē visibilitate sui manifestauit, vt per certū incertū posset sciri: & ille esse deus oīm crederet, qui hoc fecit, quod ab his impossibile est fieri. Hęc philosophi nobiles quęsierūt, quasi interrogātes creaturas de creatore, & omnium specie ac dispositione quasi voce respondente ex arte artificem cognouerunt.

Aug. de verbo dei.

Inuisibilia enim ipsius à creatura mūdi, per ea quę facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius virtus & diuinitas. Ita, vt sint inexcusabiles. Quia cum cognouissent deum non sicut deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euauerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum. Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt, & mutauerunt gloriam incorruptibilis dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrū, & quadrupedum, & serpentium.

Ostendit quid de deo, & quō scire potuerūt. & quasi quis quereret, Quō potuit id quod notū est dei, manifestū esse in illis qui nō acceperūt legem: subdit, Inuisibilia. n. &c. Et notandū quia cū deus vna sit & simplex essentia, nec ex diuersitate aliqua constet, pluraliter tñ dicit, inuisibilia: quia plurib. modis, per ea quę facta sunt cognoscit, .i. quod æternus ex perpetuitate creaturarū: omnipotens, ex magnitudine creaturarū, & hmōi: ex quorū etiā gubernatione, virtus eius conspici: & ex eo quod oīa replet, eius diuinitas. i. bonitas, intelligit. & hoc est quod ait, Vere quod dei notū est manifestū ē in illis: Enim. i. quia, Inuisibilia ipsius .i. ipse natura inuisibilis intellecta, nō corporea, vel imaginaria visione, sed tantū intellecta ea vi mētis, quę dicit intellectus. Intellecta dico, Per ea quę facta sunt, & si nō per legē scriptā quā nō habuerūt, Cōspiciunt à creatura mūdi. i. ab hoīe: nō solū ab angelis. Hō vero creatura mūdi dicit per excellentiā, quia excellit inter alias creaturas: vel quia cōuenientiā habet cū oī creatura. Est. n. localiter in loco, vt quodlibet corpus: sentit cū animalib. intelligit cū angelis. Vñ in euangelio dñs ait, Prædicare euāgeliiū omni creature .i. hoī. Et attende quod ait, Ipsa inuisibilia intellecta per ea quę facta sunt, quia per cælū & terrā, & alias creaturas, quas immēsas, & perpetuas esse intellexerūt, ipsum conditorē incōparabilem, immēsum, æternū, mente conspexerūt. Viderūt. n. summi philosophi, quos ceteris nō immerito fama atq; gloria prælatos cernim⁹, nullū corpus esse deū: & ideo cū cta corpora transcēderent quęretes deū. Viderunt etiā quicquid mutabile est, nō esse summū deū: & ideo aīam oēm mutabilesq; spūs transcēderūt. Deū viderūt oēm speciem in re quacūq; mutabili, quę naturaliter est, omneq; vniuersū mūdi corpus nō posse esse nisi ab illo qui incōmutabiliter & simpliciter est: Quia nō aliud est illi eē, aliud viuere, aliud intelligere, aliud beatū esse: sed quod ē illi viuere, intelligere, beatū eē, hoc est illi esse. Propter hęc incōmutabilitatē, & simplicitatē intellexerūt eū, oīa ista fecisse, & à nullo fieri potuisse. Cōsiderauerūt. n. quicquid est in substantiis, vel corpus esse, vel spiritū: meliusq; aliquid spiritū esse, quā corpus: spēmq; corporis eē sensibilem, spūs vero speciē intelligibile: & intelligibile speciē sensibili prætulerūt. Sensibilia dicimus, quæ visu, tactuq; corporis sentiri queunt: Intelligibilia quę cōspectu mētis queūt intelligi. Cū igit in eorū cōspectu corp⁹ & anim⁹ magis minusq; speciosa essent, si aut oī specie carere possent, nulla oīno essent, viderunt esse aliquid vbi eēt prima & incōmutabilis species, ideoq; incōparabilis: atq; ibi esse rerū principiū rectissime crediderūt, quod factū nō esset, & ex quo cū cta facta eēt: atq; sic, Inuisibilia debēt intel. per ea q̄ facta sūt cō. Sed mirū ē quod dixit eē inuisibilia: & rur⁹ dixit, cōspiciūtur: sed addēdo itellecta, determinat modus visiois. Tria. n. gñā visionis in scripturis inueniunt. Est. n. visio corporalis, spūalis vel imaginaria, & intellectualis. De tertio

Aimo.

Aug. de ciui. dei.

Idem contra manichæos.

A genere est ista visio, quā hic cōmemorat Apost. Hac. n. visione videtur deus, cum pietatē fidei, & agnitionem morū optimorū corda mundant. Vel ita lege literā, Vere quod notū est dei, manifestū est in illis, Quia inuisibilia ipsius mūdi conspiciunt. i. in intellectu mentis capiunt, Per ea quę facta sunt à creatura mūdi. i. à constitutiōe mūdi. Et vt omnino impietas excusari nō possit, adiecit. Virtus quę oīa gubernat, conspiciet per ea quę facta sunt. Et diuinitas. i. bonitas dei quę oīa replet, similiter per eadē conspicietur. Vel sicut quidā volūt potest hic intelligi trinitas, vt per inuisibilia, intelligat pater: per virtutē, filius: per diuinitatē, spūs sanct⁹: vt sit sensus, inuisibilia ipsius .i. pater: sempiterna quæque virtus eius. i. filius: & diuinitas. i. spūs sanct⁹: intellecta conspiciuntur per ea quę facta sunt à creatura mūdi. Secundū hoc videtur, quod per ea quę facta sunt illius summę trinitatis notiā habuerint gentiū philosophi. Alibi vero dicit Augusti. philosophos nō pertigisse vsq; ad notiā tertię personę. i. spūs sancti, in illo videlicet loco super Exodū, vbi magi Pharaonis defecerunt in tertio signo, nō in primo vel secūdo. Quia summi gentiū philosophi, inquit, *απειρα γαρον*. i. de summo bono. s. p̄re, & de v̄. i. mente eius. s. filio, philosophati sunt. Sed i tertio signo defecerunt magi, qui vsq; ad tertiam personā nō valuerunt peruenire philosophi. Quō ergo hic dicitur, quod tres personas per facta intellexerūt, vel cognouerunt? Ad quod dicimus eos hanc distinctionē summę trinitatis, quā fides catholica profitē nullaten⁹ habuisse, vel habere potuisse absq; doctrinę, vel internę inspiratiōis reuelatione. Fit. n. reuelatio tribus modis, per opera, per doctrinā, per inspirationē. Reuelant eis de⁹ per opera veritatē, sed nō per doctrinā, vel per inspirationē. Viderunt ergo de longinquo veritatē, sed nō appropinquauerūt per humilitatē. Nō ergo illas tres personas ideo dicuntur intellexisse, quod eas distincte veraciter & proprie intellexerint: Sed quia illa esse cognouerunt in deo, quę illis tribus personis in sacra scriptura frequenter solent distinctim & specialiter attribui. s. potentia, sapientia, bonitas. Potentia. n. patri: sapientia filio: bonitas spiritui sancto sæpe attribuitur: tum vna eadēq; sit potentia, & sapientia, & bonitas triū personarū, & tres illi eadē bonitas, sapientia & potentia sunt, quod quare fiat, nō est otiosum inquirere. Sicut. n. ex motibus, & administratione corporis animā, quā nō vides intelligis: sic ex administratiōe totius mūdi, & regimine oīm creatorem intellexerūt. Ita vt sint inexcusabiles. Illos quippe inexcusabiles scriptura dicit, quos nō latet veritas, & i eis perseverat iniquitas: de hoc, scilicet, quia cū per naturalem rationē, & creature reuelationē cognouissent deū, vsq; adeo vt faterent, vnum principiu esse, à quo oīa initiu fortita sunt, Nō sicut deū glorificauerūt, bñ viuendo & colendo. Aut, id est, Gratias nō egerūt, de cognitionē, sed sibi attribuerunt, in quo vani & falsi fuerūt. Vnde subdit, Sed euauerūt in cogitationib⁹, putantes se aliquid esse, cum nihil sint, quod vere vanitas erat. Cogitationibus dico, Suis, quę. s. à seipsis sunt non à deo. & ideo. s. qui deum nō glorificauerūt, Cor, id est ratio eorū, quia ab eis credita est esse, Obscuratū est, timore superbię obdurante, ita vt sit insipiens. i. paulatim vsq; ad insipientiā cor eorum deductū est. Nebula. n. erroris contexit cor illorū, quia cum creatorē ex creatoris cognouissent, nec sicut deū glorificassent, amplius obtusi sunt. Vnde obscuratū est cor eorū? Ecce ex hac superbia. Dicentes, ore vel corde se esse sapientes, à se nō à deo, stulti facti sunt in deum. Ecce illa duo quę dixerat, hic aperte signat, scilicet quō euauerunt, quod oādit, ibi, dicentes se esse sapientes, vbi culpa monitrat: & quō obscuratū est cor eorum, ibi, Stulti facti sunt, quod est vindicta.

B Sapientes. n. in naturis rerū, stulti facti sunt in deo. Inuestigabant. n. rationem physicam, perscrutantes cursus siderū, & quantitates elementorū, deum aut eorum spernebant. Ideoq; stulti sunt. Si enim hęc laudanda sunt, quanto magis creator illorū? Viderunt ergo quo veniendū esset, sed ingrati ei qui illis præstitit vt viderent, sibi voluerunt attribuire quod videbāt, & facti superbi, amiserunt etiā quod videbāt. elisi sunt, vel cæcati sunt, quia superbi erant. Superbia caput pcti est, de qua dictū est: Initium omnis peccati, superbia est. Superbierunt aut dicentes se esse sapientes. Nō debebant sibi arrogare quod deus donauerat, nec se iactare ex eo quod non à seipsis, sed ab illo habebāt. Quod vtiq; illis credendū fuit, vt ad hoc tenendū quod videre poterant, ab illo sanarent qui dederat vt viderent. Si enim hoc facerent, humilitatē seruarent, &

C

Ad Valentianū monachū. Aimo. Ambrosius. Augustinus.

Ambrosius. Aimo. Augustinus. Aimo.

Augustinus.

Augustinus.

Ad Valentianū monachū. Aimo. Ambrosius. Augustinus.

Ambrosius. Aug. s. Ioan. Aug. de spiritu & litera.

ab illo sanarent qui dederat vt viderent. Si. n. hoc facerent, humilitatem seruarent, & possent purgari, atq; illi beatissimæ contemplatiõis coherere. Quia vero superbia erat in eis, obumbravit eos cecitas. Quod enim curiositate inuenerunt, per superbiã perdidit. Quod enim deus dederat gratis, tulit ingratis. Et conuersi sunt à veritate, ad idola & simulacra, & ad culturas demoniorum: & adorauerunt creaturam contempto creatore. Vnde subdit, Et mutauerunt. Ecce quomodo obscuratum est cor eorum, vt videlicet maiestatem inuisibilis dei, quæ ex creaturis cognouerant, non in hoies, sed quod peius est & inexcusabile crimẽ, in similitudinẽ hoim immutarent: vt forma corruptibilis, deus ab eis vocetur, hoc est simulacrum hois: vt quos viuos hoc noie donare non au deant, mortuorum imagines in gloriã dei reciperent. Quanta hebitudo? quanta est stultitia eorum, apud quos plus potest imago quam veritas? & potiores sunt mortui quam viui? A viuo. n. deo recedentes, mortuis fauent. De quorum numero & ipsi sunt, sicut in lib. Salomonis dicitur, Mortuus mortuum fingit, operibus iniquis. Lege literã, quasi dicat, nõ solum sensu & cogitatione peccauerunt, sed etiã opere. Et. i. quia. Gloriã in corruptibilis dei, id est culturã debitã deo, qui incorruptibilis est, Mutauerunt, quantum ad se, prius. In similitudinẽ imaginis corruptibilis hois, id est in imaginẽ eius cui erat assimilata. Et, postea in similitudinẽ imaginis volucrum. Ecce maior hebitudo. Et, in ad, Quadrupedũ, & deinde serpentium. Hec dixit ad cumulũ hebitudinis ostendendũ. Sic enim dei maiestatem & gloriã minuerunt, vt horum quæ minima & parua sunt similitudini, dei honorificentia darent. Hic ergo damnat simulacra impiorum in quibus alij solem, alij terram, alij hoies mortuos, & huiusmodi plura venerabant. Ideo aut dicit, in similitudinẽ hois. & volucrum, & quadrupedũ, & serpentium: quia horum simulacra diuersis temporibus, à Romanis colebant. Mos enim fuit ab antiquo Romanis adorare simulacra hoim, vt Romuli, Iouis, & aliorum, & maximè ab aduentu Aeneæ in Italiam. Volucrum aut & quadrupedũ, & serpentium simulacra coluerunt, ex quo Alexandria ab Augusto victa est, & Romæ subingata.

Propter quod tradidit illos deus in desideria cordis eorum, in immunditiã, vt contumelias afficiant corpora sua in semetipsis. quia commutauerunt veritatem dei in mendacium, & coluerunt, & seruiuerunt creaturæ potius quam creatori, qui est benedictus in secula. Amen.

Hic itẽ vindicta dei contra eos ostendit. Quia. n. ad iniuriã creatoris dei, figmenta, & similitudines rerũ deificauerunt, traditi sunt illudendi desideris carnis, non vt illa gererent quæ volebant, sed vt illa perficerent quæ desiderabat. Tradere aut est permittere, nõ incitare aut immittere. Precedentibus quippe culparum causis, iure & merito deserunt à deo, hi qui veritatem dei in iniquitate detinet, & creatoris gloriã creaturæ attribuunt, & per hoc deserunt, & tradunt desideris. Ista vero peccata, quia de superbia sunt, nõ solũ peccata, sed etiã supplicia sunt. Omne quippe peccatũ quod tñ citius poenitẽdo nõ tegitur, aut peccatũ est, & causa peccati: aut peccatũ, & poena peccati. Peccatum nanq; quod poenitentia nõ diluitur, suo pondere mox ad aliud trahit. Vnde fit vt nõ solũ peccatũ sit, sed & causa peccati. Ex illo quippe culpa subsequens oritur. Peccatum vero quod ex peccato oritur, nõ solũ peccatũ, sed & poena peccati est: quia iusto iudicio deus cor peccatis obnubilat, vt precedetis peccati merito, etiam in alia cadat. Quæ enim liberare noluit, deserendo percussit. & hoc est quod ait, Propter quod. i. propter idololatriã, & quia cultũ & religionẽ dei imaginibus tradiderunt, Deus tradidit illos, i. subtrahendo grãam tradi permisit. Nihil enim absq; eius permissione fit, etiã in malis. Ista utiq; obscuratio, vindicta, & poena iam fuit, & tñ per hanc poenã. i. per cordis cæcitatem quæ fit deserente luce sapientiẽ, in plura & grauiora peccata collapsi sunt. Tradidit, dico, prius. In desideria cordis, cordis dico: quod erat eorum, id est à deo sibi ipsis relictum, à quibus sic paratum fuit, nõ à deo, & post ea tradidit illos. In immunditiam, id est in actũ immunditiẽ, vt ipso actu operarentur turpitudinẽ tantam, vt afficiãt corpora sua contumeliis, quantum ad naturam, id est vt corpora naturaliter repugnãtia, quadã vi applicarent, & vitio aptiora facerent. Et ostendit hic item vindicta, qua traditi sunt, nõ modo in desideria praua, sed & in immundas actiones & contumeliosas, quibus afficiunt & inficiunt corpora sua. Ipsi dico habetes hec, In semetipsis, id nõ ali-

unde: sed à semetipsis. Nõ. n. habet homo hæc à deo, sed dicitur his tradi, quia desertus à deo cedit his atq; cõsentit, vincitur, capitur, trahit possidet. A quo. n. quis victus est, huic & seruus addictus est: & sit peccatũ cõsequens poenã precedetis peccati. Vel ita, Afficiant cor, ipsi dico agentes: Contumelias in semetipsis. i. in suo sexu, masculi cũ masculis, fœminæ cũ fœminis. Diligẽter animaduertendũ est quod hic, & subsequẽter ait, Tradidit deus, qui hominũ malitiã nõ facit. Intetator. n. malorum. Qui ergo dicit deũ hoies ad ista nõ cogere, sed dignos desereri tantũ deserere, verissime dicit. Deserit aut deus non apponendo gratiã, vel apposita subtrahendo. Manifestum est. n. deum operari in cordibus hominũ ad inclinandas volũtates eorum quocũq; voluerit, siue ad bona pro misericordia sua, siue ad mala pro meritis eorum: iudicio utiq; suo, aliquãdo aperto, aliquãdo occulto, semper autẽ iusto. Et nota quod dicit deus operari in cordibus hoim ad inclinadã voluntatẽ eorum ad malũ: quod nõ ita intelligendũ est, quasi deus malitiã impertiat, sed quia sicut apponit gratiã, vnde inclinãt hominũ voluntas ad bonũ, ita subtrahit à quibusdam, qua subtracta incuruatur voluntas eorum ad malũ. Quia cõmutauerunt veritatem dei in mendaciũ, & coluerunt, & seruiuerunt creaturæ potius quam creatori qui est benedictus in secula. Amen. Hic exequitur latius per partes culpã eorum, & poenã, vt cõparet inuicem, & est hic repetitio prædictorum. Ostendit enim per partes eos mutasse gloriã dei. f. quod deũ putauerunt qui nõ erat: & coluerunt, & seruiuerunt creaturæ potius quam creatori. Et exequitur subsequẽter partes immunditiæ. f. quod fœminæ in fœminas, masculi in masculos turpitudinẽ operabatur: in quibus cõparat poenã culpæ, vt sicut contra naturã creantẽ peccauerunt, ita in natura propria punientur. vnde concludit in subsequẽti sic, Et mercedẽ erroris quã oportuit &c. q. d. illi afficiunt. i. deturpant corpora sua. Qui cõmutauerunt, veritatem dei in mendaciũ. i. id quod de deo verũ est, dederunt idolo. f. quod sit deus. & dicit hic veritatem dei, quod supra vocauit gloriã dei, Veritas quippe dei est gloria dei. Veritatem dei tenere, est vnũ deũ colere: veritatem in mendacium cõvertere, est creaturæ seruire pro creatore. Vera. n. religio in vniũ consistat veri dei seruitio. Ipsa nanq; veritas verus deus est. Ipsa enĩ, vna veritas est, vna vere diuinitas, & ita nõ possunt duõ veri dii veraciter dici, sicut ipsa vna veritas naturalitẽr nõ potest diuidi. Verũ itaq; deũ colere, verõq; deo seruire, nõ est utiq; veritatem dei in mendaciũ cõmutare. Ille autẽ dei veritatem cõmutat in mendaciũ, qui deo nõ vero æstimat seruiendũ. Cõmutauerunt ergo veritatem dei in mendaciũ, dum nomẽ dei qui verus est, dederunt his qui non sunt dii. Lapidibus. n. & lignis, atq; metallis auferetes quod sunt, dantes quod non sunt, vt dei veritas sit mendaciũ: vt quado lapidẽ dicunt deũ esse, non enim negant deum, sed seruiunt creaturæ potius quam creatori: hoc est mutare verum in falsum. Vt enĩ viderentur digne hæc colere, dei nomẽ, & honorẽ eis imposuerunt. Veritas quippe creaturæ à deo est, sed non est deus, quã illi in mendaciũ conuertunt, creaturas tanquã creatorẽ colentes. Sed ne quis dicat, nõ colo simulacra, sed res eorum, vt solẽ & lunã, & huiusmodi, addit, Et coluerunt creaturã, diligẽter orãdo eã: sed, Et seruiuerunt, actibus, Creaturæ. Hic damnat ea quæ in simulacris intelligebãt. Seruiuerunt, dico. Creaturæ potius quam creatori, quã illud esset melius. Qui, tamẽ licet ab illis priuatur honore suo, Est benedictus. i. super omnia exaltatus, & hoc, In secula. i. sine fine. Amen. q. d. hoc est verũ, quod deo vero est benedictio in secula. Dijs autem gentium ad tempus impietas dat honorem, ideoq; quod illi dicunt, est falsitas.

Propterea tradidit illos deus in passionẽ ignominia. Nam fœminæ eorum immutauerunt naturalem vsũ in eum vsũ qui est contra naturam. Similiter autem & masculi relicto naturali vsũ fœminæ exarserunt in desideris suis in inuicem, masculi in masculos turpitudinem operantes, & mercedem quam oportuit erroris sui in semetipsis recipientes.

Iterũ hic vindicta repetit. q. d. & quia ita peccauerunt in naturã creatã, propterea tradidit illos deus. i. tradi permisit. hic itẽ vindicta repetit sicut añ repetijt culpã, In pas. ig. i. voluptates carnis, quæ etiã delectãt, sunt passioes naturæ nõ noĩandæ. Ignominia enĩ dicitur quasi sine noie dignitatis: inde ignominiosus, qui desinit habere dignitatis nomẽ, dũ in aliquo crimine deprehendit. Tradidit ergo illos deus, prius. In pas. ig. i. in ardore libidinis, quæ est passio naturæ, nec noĩanda: postea tradidit in ipsum actũ libidinis, &

Augustin. in sermone de monte. Augusti. de verbo dei.

Ambrosius.

Augustinus.

Augustinus. Ambrosius.

Origenes.

Origenes. August. in sermone quodã. Gregorius.

Aimo.

Augustinus.

Aug. contra Iulianum.

Augustinus.

Augusti. de lib. arbi.

Ambrosius.

Augustinus.

Ambrosius.

Fulgentius ad Donatum.

Ambrosius.

Augustinus de vnico baptismo. Ambrosius.

Aimo.



**Aimo.** vere. Nam foemina eorum immutauerunt naturalem usum, viri legitimi, in eius usum qui est contra naturam, inter se. scilicet agetes. Naturalis usus est, ut vir & mulier in uno concubitu coeant: contra vero naturam, ut masculus masculum polluat, & mulier mulierem. Si quis vero relicta coniuge aliam cognouerit, turpitudinem operatur, & peccat, sed non est contra naturam: qui vero & cum ipsa coniuge alio modo quam decet dormierit, contra naturam operatur. Similiter autem & masculi relicto usu foeminae exarserunt in desideriis suis intumescere, Ecce peccata voluntatis: desideriis dico suis, quia se sunt, non a deo. Hec irato deo propter idolatriam humano generi prouenisse, testatur apostolus, ut foemina foeminam, masculus masculum turpi desiderio ad usum appeteret indebitum. Quod non est mutare naturalem usum, in eum qui est contra naturam, nisi sublato usu concessu aliter uti quam concessum est, cum illa pars corporis non habeat huiusmodi usum datum a natura. Quod non habet homo concessa & licita, in alium ordinem conuersa, & aliter facta, quam sunt concessa, peccatum sunt. Si iam putas o Iuliane apostolus ex hoc laudasse libidinem, quia usum foeminae dixit esse naturalem, omnem profecto usum foeminae laudare compellis. At per hoc, & ea quae committuntur cum foeminis supra laudabis, quia & illic utique usus naturalis est, & quantum dandum, qua legitimus non est: unde & filij non legitimi, sed naturales vocantur, qui inde nascuntur. Non ergo concupiscentiam carnis in illo verbo laudauit apostolus, sed naturalem usum appellauit illum usum, unde natura humana potest nascendo subsistere: nec dixit usum conjugalem, sed naturalem, eum volens intelligi qui fit in membris ad hoc creatis, ut per ea possit ad generandum sexus uterque misceri. Ac per hoc eum eisdem membris aliquis, etiam meretrici miscet, naturalis est, nec tamen laudabilis, sed culpabilis, ab ea vero parte corporis quae non ad generandum est constituta, si etiam quis cum uxore utatur, contra naturam est & flagitiosum. Masculi in masculos, quod non tantum exarserunt, sed etiam masculi, fuerunt. Turpitudinem operantes, actu in masculos, & ita fuerunt Recipientes mercedem erroris sui, id est pro errore suo. Quae oportuit, scilicet quae peccato congrua fuit, id est receperunt vindictam dignam culpa. Quatum non idololatria per impium & grauissimum delictum, tantum & compensatio eius horrida & perfordida est passio quam receperunt, in semetipsis, scilicet in natura sua vendicantes deum, id est vindictam dei sustinentes in suo sexu, scilicet deformitate operantes, & nota quod dicit eos oportuisse istam mercedem recipere. Hic utique vides causam propter quam traditi sunt sine ulla ambiguitate monstrata. Dixit enim quid mali ante fecissent, & postea adiunxit, Propterea tradidit &c. proinde praecedens haec est poena peccati, & tamen ipsa peccatum est. Iudicio enim iustissimo dei traditi sunt, siue deserendo, siue alio modo explicabili, vel in inexplicabili, in passionibus ignominiae, ut crimina criminibus vendicarentur, & supplicia peccatum non tantum sunt tormenta, sed etiam vitiorum incrementa, Sed istas pauci vident poenas, propterea eas maxime commemorat apostolus. enumerat multa quae peccata sunt, & poenam peccati. Inter primum enim peccatum apostasiae, & ultimam poenam ignis aeterni: media quae sunt, & peccata sunt, & poenae sunt.

**Ambro.** Et sicut non probauerunt deum habere in notitia, tradidit illos deus in reprobum sensum, ut faciant ea quae non conueniunt, repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia, homicidio, contentione, dolo, malignitate, susurriones, detractores, deo odibiles, contumeliosos, superbos, elatos, inuentores malorum, parentibus non obediens, insipientes, incompósitos, sine affectione: absque foedere, sine misericordia.

**Ambro.** Et sicut, vel quia non probauerunt deum habere in notitia, tradidit illos deus in reprobum sensum. Ecce ite quia non deum respiciunt in alia cadunt pro eadem culpa. Per hoc autem quod dicit sicut, poenam peccati assimilatur, ut sicut peccauerunt in sensu dei, arbitrantes deum nescire mala sua, sic puniti sunt in proprio sensu: & hoc est, Et sicut probauerunt, id est putauerunt, Deum non habere in notitia peccata hominum, ita, Tradidit illos in reprobum sensum &c. vel ita, ut legitur ibi, Quia non sicut, hoc modo, Et quia non probauerunt deum habere in notitia sua, id est quia non nouerunt deum, quod ratio probat eis, vel, Quia proba, id est putauerunt. Deum non habere in notitia mala, id est deum nescire vel negligere mala hominum, ideo tradidit illos deus in reprobum sensum, scilicet ut nihil intelligat, nisi quod a probitate remotum est, quos sua caecitas a veritatis lumine fundit, excludit: tradidit dico, ut faciat, opere, Ea, quae non conueniunt, rationi, illos dico, Repletos omni iniquitate, quasi non parum habentes. De-

**A** inde enumerat iniquitatis partes, ut aperte accuset, illos dico. Repletos malitia. Malitia est quando damnus molitur quis alicui. Fornicatione. Fornicatio est omnis usus carnalis commistionis praeter legitimum concubitum. Auaritia. Auaritia est multum adquirere, nec superflua pauperibus erogare. Nequitia. Nequitia est temeritas, quando quis audet, quod nequit: vel, nequitia est intemperantia sui. Illos dico, Plenos inuidia, id est dolore alieni boni. Inuidus enim dicitur qui alterius felicitate torquetur, & sic scinditur in duplicem passionem, cum aut quod ipse est alium esse non vult, aut alium videns meliorem, dolet se non esse consimilem. Homicidijs, pluraliter dicit, quia sunt homicidia actus & voluntatis. Contentione, contentio est impugnatio veritatis per confidentiam clamoris. Dolo, dolo est quando aliud simulatur, & aliud agit. Malignitate, malignitas est mala voluntas cum ultra non potest, vel de beneficijs gratiam non referre. Susurriones, inter amicos discordias seminantes. Detractores, qui aliorum bona negant, vel inuertunt, & ne leuia putentur susurratio, & detractatio, quia in verbis sunt, addit de eis, Deo odibiles, & contumeliosos, qui dictis vel factis contumelias & turpia inferunt. Superbos, in honoribus. Elatos. Elati sunt illi qui nolunt pati priorum vel parem. Inuetores, res malorum, qui nouum genus mali cuiuscumque inueniunt verbo vel opere. Parentibus carnalibus vel spiritualibus, Non obediens, scilicet feris indomitiores, Insipientes, id est non discernentes inter bonum & malum. Incompósitos, Habitu, vel incessu. Incompositio corporis indicat qualitatem mentis. Sine affectione, id est sine dilectione proximi. Absque foedere, id est sine societate, sine misericordia, quia non compatiuntur miseris.

Qui cum iustitiam dei cognouissent, non intellexerunt quoniam qui talia agunt digni sunt morte, non solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus. Qui cum iustitia &c. Itē hic ostendit eos ulterius cadere, dicens, Qui, tales. Cum cognouissent prius ratione. Iustitia dei, id est iustum deum. Non tamen, Intellexerunt, hoc, scilicet quoniam qui talia agunt, digni sunt morte aeterna. Ne putaretur his poenis praedictis tantum affligi, quibus delectatur, addit hic vitam mortem aeternam. Et non solum qui faciunt ea, digni sunt morte, Sed etiam qui consentiunt facientibus, ut nullus excusetur. Consentire est tacere cum possis arguere, vel errorem adulando fouere.

## CAP. II.

**R**opter quod inexcusabilis es o homo omnis qui iudicas. In quo enim iudicas alterum, te ipsum condemnas. Eadem enim agis, quae iudicas. Scimus enim quoniam iudicium dei est secundum veritatem in eos qui talia agunt.

Supra contra gentiles locutus est, superbia eorum, & turpitudines, in quas propter eam traditi sunt detestans: Hic autem communiter de gentibus & Iudaeis agit, qui se inuicem iudicabant, nec tamen a malis cessabant. Quod. Propter quod, scilicet quia omnis facies & consentiens, est dignus morte, Inexcusabilis es o homo, scilicet carnalis. Omnis, scilicet Iudaeus quam gentilis. Qui iudicas alterum, id est damnas, in quo ostendis te esse, quod non es, id est iustum. Iudaeus iudicat gentilem, secundum priorum statum: & gentilis Iudaeum: & uterque homo, non spiritus, id est carnalis, non spiritualis, & uterque inexcusabilis. Si enim gentilem iudicat Iudaeus de idololatria, & ipse idololatra: si gentilis Iudaeum de legis praeruaricatione, & ipse praeruaricator est legis naturalis ideoque uterque inexcusabilis est, vel specialiter propter Iudaeos haec dicit & si non deum noiatim exprimit, qui in lege gloriatur, & agunt ea quae dantur in alijs, sicut in sequenti ostendit, & quia non deum noiatim eos exprimit, ideo in sequenti noiat: & quia non solum qui in lege peccauerunt peribunt, sed etiam qui sine lege peccauerunt: ideo de gentibus ibidem addidit dicens, Ira in omnem animam hominis operantis malum, Iudaei & Graeci, & gloria omni operanti bonum Iudaeo & Graeco. Quod. Propter quod, scilicet quia gentiles praedicta facientes sunt inexcusabiles multo magis, O homo omnis qui iudicas, id est Iudaeus qui per legem instructus, alios dadas, Inexcusabilis es, quia te ipsum non seruas ab his, in quibus alios reprehendis. Quod autem inexcusabiles sint probat, siue specialiter de Iudaeis, siue eorum de Iudaeis & gentibus. Quod. Vere inexcusabilis es tu qui iudicas. In quo enim alterum iudicas, te ipsum condemnas, id est tu ipse es testis damnationis tuae, dum alium iudicas. Quare hoc? Enim, id est quia. Eadem agis quae iudicas, id est in alijs reprehendis. Scimus enim vel aut, quoniam iudicium dei est, secundum veritatem in eos qui talia agunt. Inane excusationem Iudaeorum & gentilium sua auctoritate destruit hic apostolus. Possent enim excusationem sui peccati dicere Iudaei

& si eadē ago quæ iudico, me tamē Iudæū defēdit genus & lex: & cōtra gētilis me defendit ignorātia. cōtra quod aplūs ait, Scimus & c. Ostendens Iudæos nō posse excusari per legem vel genus, nec illos per ignorantiam. Ignorātia. n. in eis qui intelligere noluerūt, peccatū est: & in eis qui nō potuerūt, pœna peccati. Scimus & c. q. d. vos ita opinamini, sed nos Scimus quia iu. & c. vel si est ibi, enim, ita lege, Vere in excusabilis es, Quia scimus, quia iudi. est f. ve. i. æquitatē rei, nō secundū acceptionē personarum. In eos. i. contra eos, Qui talia agunt, siue Iudæi, siue gentiles sint. i. in eos qui illa faciunt, quæ in alijs reprehendunt. Homines in iudicio attendūt personas potentium diuitum propinquorū, sed dei iudiciū in hoc verū est, quia qui verax est nō attēdit personā, sed vitæ meritū. Humanū quippe iudiciū multis modis corrūpitur, amore, odio, timore: sape iudiciū integritate violā, & cōtra iustitiæ regulā interdum misericordiā inclinatur: Iudiciū vero dei est secundū veritatē, quia vnicuiq; reddet secundū mensurā boni vel mali. Veritas quippe iudicij hoc postulat, vt malus mala, bonus recipiat bona. Sed illud in hoc loco videt ostēdi, quod folius dei sit secundū veritatē iudiciū, quia corda hoīm nōsse foliū dei est, & mētis secreta dignoscere. Sūt enī quēdā quæ cōmittūtur, opere quidā malo, aīo autē nō malo: vt si quis verbi causa hoīm nō voluntate occiderit. Alia vero sunt opere quidē bono, sed animo nō bono: vt si quis misericordiz opus nō pro mādato dei, sed vt laudetur ab hominibus faciat.

Existimas autē hoc dō homo qui iudicas eos qui talia agūt, & facis ea, quia tu effugies iudiciū dei? An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis cōtemnis? Ignoras quoniam benignitas dei ad pœnitentiam te adducit? Secundū autem duritiam tuam & impœnitens cor, thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iustij iudicij dei: qui reddet vnicuique secundum opera eius.

Q. d. Nos apostoli ita scimus, sed tu O homo. f. carnalis, nō spiritualis, Omnis qui iudicas eos qui talia agunt, qualia supra memorauimus. Et tamē. Facis, ea. Existimas id est opinaris, hoc. f. Quia tu effugies, quocūq; modo, iudiciū dei: & an hoc facis? q. d. mirū est, & est hic increpatio cū ironiā. Irasci. n. eis aplūs, quia ipunitatē sibi promittūt, alios iudicātes. Et cū hoc capitulū gñaliter agat cōtra Iudæos, & gētilis, pōt etiam specialiter accipi cōtra quēlibet superstitiosū p̄latū ecclīæ, qui per hypocrisim examē fallit intuentiū: vt cū puniēdus sit, honore dignus appareat. similiter & de Iudæo, qui simulat quod nō est. Et ideo cōgrue ait, Iudicas, quasi aliorū doctor: nō te accusas, sed alias: ipunitatē sperās, quia hæc potestas data est tibi, & nō est ī mūdo, qui te iudicet: sed etī desit ad p̄fēs qui te iudicet, effugere tñ iudiciū dei quod ī mūdo enasisti, in futuro nō poteris. Et quasi ille diceret, Cur ergo nō punit? Ait aplūs, Quia bonus de? ex p̄ctat te, quod tu ignoras, & ideo cōtēnis. Et hoc est, Tu cōtēnis diuitias bonitatis ei? i. copiosā bonitatē ei? Copiosa est bonitas dei quæ multis peccātib? multa bona ministrat: blādiēs vt ad pœnitentiā attrahat. Et, cōtēnis diuitias Patiētiæ. i. copiosam patiētiā dei, quæ tot & tāta peccātes sustinet, nec cito eos punit. subdit, Et cōtēnis diuitias Lōganimitatis ei? i. copiosā lōganimitatē dei, quæ nō ad horā est, sed lōga, & per multa expectās tēpora. Hæc exhibet de?, quia modo tēp? est misericordiæ. Et, An hoc facis? Quasi dicat, mirū. Videt autē lōganimitas quæ alibi sustētatio dicit̄ à patientia differre, quia qui īfirmitate magis quā propōsito deliquit, sustētari per lōganimitatē dicūtur: qui vero pertinaci mēte exultāt ī delictis suis ferri patiēter dicēdi sūt. Patiētia ergo est qua per superbiā, & pertinaci mēte peccātes nō statim punit. Lōganimitas est qua per īfirmitatē, & nō deliberatī animi malitiā peccātes diu portat expectās ad pœnitentiā. Hęc autē cōtēnit qui nō sic vtīr ad pœnitentiā, vt de? intēdit, sed ad ipunitatē vertit. quē vt sollicitū faciat atq; apertū redarguat, addit, Ignoras, quare cōtēnis bonitatē dei: & etiā, Ignoras quoniam benignitas dei adducit te, quātū ī te est, Ad pœnitentiā? Ecce deū misericordē nescis. Et an hoc facis? Q. d. mirū est. Seuere in his oib? loquit̄, quia mala mēs nō reuocat ad vitā nisi timore. Et attēde ī his trib? versib? tres p̄ctōrū gradus annotatos. Peccas. n. o hō, dum tu ipunitatē promittis: quod ibi notatur, Existimas autē & c. Itē grauius peccas, quia cōtēnis bonitatē dei. Vnde ibi, An diuitias bonitatis & c. & grauius peccas, quia ignoras te cōtēnere. Vnde ibi, Ignoras & c. An hoc facis? Increpatio est. q. d. mirū est. Secundū autē duritiā tuā & ipœnitēs cor,

A thesaurizas tibi irā. q. d. benignitas dei te adducit ad pœnitentiā, sed nō adducēs. imo, thesaurizas tibi irā. i. accumulās tibi vindictā: & hoc, Secundū duritiā tuā, & cor impœnitēs. i. quia durus es, & in malo tuo pertinax, de quo nec corde pœnitēs. Sūt enī quidā quib? mala quæ agūt displicēt, & ducti pœnitētia cordis, quaten? eis dat, ex eis exire laborāt, de quib? nō loquit̄ hic. Sūt alij quib? placēt mala, & de misericordia dei nimis p̄sumētēs, & patiētia abutētēs, in eis pertinaciter perdurāt. In quo illi? ostendunt patiētiā, & suā accumulāt sarcinā deterī? peccādo. Sūt alij quib? displicēt quidē mala, sed quoniam ea gratia esse intelligūt, putāt sibi iā nō posse ignoscit, sicut Ca-im qui dixit, Maior est iniquitas mea quam vt veniā merear. Et hac desperatione super eis, vt quicquid libuerit tāquā dānationi destinati sine pœnitētia faciant. Illi ergo nimia spe deū nō iustū autumāt, isti vero desperatione deū nō bonū existimant. Et vtroq; igīt periclitabūtur, & sperādo & desperādo. Cōtrarijs reb?, & cōtrarijs affectibus laborātes peribūt. Ista. n. duo occidūt animas. f. desperatio, & perversa spes. His duob? sit blasphemia in spūm sanctū. Vnde dicit̄ in euāgelio, Qui peccauerit. i. blasphemij verbū dixerit in spūm sanctū nō remittet̄ ei hic neq; in futuro. De quo Ioānes in epistola canonica ait, Est peccatū ad mortē, nō pro eo dico vt oret quis. Peccatū ad mortē, vel in spūm sanctū cōmittit̄ duob? modis. f. per obstinationē. vel desperationē. Obstinatio est indurare in malitia mētis pertinacia, per quā fit hō impœnitēs: & hæc impœnitētia est blasphemia in spūm sanctū. Desperatio est qua quis pœnitentus diffidit de dei bonitate. Et vtrūq; dicit̄ peccatū in spūm sanctū, quia spūs sanct? amor est patris & filij, atq; benignitas quæ tanta est cui? finis nō est. Vere igīt in spūm sanctū delinquit̄, qui suā malitiā dei bonitatē excedere putāt, tollētēs in hoc turbulentiſſimo iniquitatū mari, portū diuinæ indulgētīæ, quo se recipiāt fluctuātes. Atq; ipsa desperatione addūt peccata peccatis: dicētēs, Misericordia nulla est, & super peccatores necessaria dānatio debet, qui etiā pertinaciter malo inherēt ī spūm sanctū. i. cōtra dei bonitatē peccāt, quæ eos patiētissime sustinēs: plurimis donat bonis, atq; ad correctionē & pœnitentiā vndiq; vocat. Vocat enī beneficijs creaturæ, vocat impariēdo tēpus viuēdi, vocat per flagellū correctionis, vocat per misericordiā consolatio nis: sed obserua ne lōgitudine misericordiæ dei, male vtendo thesaurizes tibi irā. Nō tibi videatur sic deus misericors, vt non videatur iustus: nō ita iustus, vt misereri non velit. Ad hoc enī parci? homini, vt cōuertatur, & nō sit, qui dānetur? Solet hic quæri quare peccatū in spūm sanctū irremissibile dicatur. De quo diuersi varie sentiunt. Alij. n. ideo dicūt irremissibile: quia taliter peccātes pœnitere nō possunt: habētēs corda indurata, velut lapides. sicut de diabolo dicitur, Induratū est cor eius tanquā lapis. Alij vero dicūt, ideo dici irremissibile, quia taliter peccātes nūquā pœnitēt, cū tamē possint, & ideo nunquā eis remittitur. Vtrūq; vero in assertiorē suā opinionis auctoritates in mediū conferunt. August. nāq; ait, Ista impœnitētia, vel cor impœnitēs quantum diu quisq; in hac carne viuūt, nō potest iudicari. De nullo enī desperandū est, quādiu patiētia dei ad pœnitentiā adducit. Paganus est hodie, Iudæus infidelis est hodie, quid si cras amplectatur catholicā pacem, & sequatur catholicā veritatē? Quid si isti quos in quocūq; genere erroris notas, & tāquā desperatissimos dānas antequā finiāt istā vitam agant pœnitentiā, & inueniāt verā vitam in futuro? Nolite ergo antequam tēpus veniat quenquam iudicare. Item præbendo patiētiā dominus dat locum pœnitentiæ, nolens aliquem perire, id est digna morte facere, vel adhuc damnare. Super Mattheū autē cōtra dicitur. Tanta est labes illius peccati, vt deprecandi humilitatem subire nō possit, etiam si peccatū suum mala consciētia cognoscere, & enuntiare cogatur. Super Marcum quoq; dicitur quod taliter peccans digne pœnitere nō potest. Aduertētēs igītur vtrūq; auctoritatem attestacionem sine præiudicio alicuius illarum partium dicimus, ideo irremissibile nobis videri dici, non quod nūquam pœniteant, vel pœnitere nō possint, sed quia vix raroq; atq; difficulter pœniteant. Vnde Augustinus ait super illū locum psalmi, Conuertam in profundum maris, id est eos qui erāt desperatissimi. Vnde de Ioannes caute non ait, Dico vt non quis oret: sed non dico vt quis oret. Et quod dicuntur tales non posse pœnitere, vel humilitatem deprecandi subire, intelligendum est, non posse nisi vix, & difficulter & raro. Vnde Augustinus ait, Quasi inuitus in reos vendicat dominus, qui in vitam nō mortē à principio cōstituit hoies. Ipse enim



Augu. infert sibi interitū, qui medētis cōtēpūt cōsiliū dñi. Ergo dum tēpus est, prauitatē suā vnusquisq; deserat, dei patientiā pertimescat: ne, quē nūc tranquillū despicit, iratum postmodū euadere nequaquā possit. Tales apostol⁹ deterrēs ait, Thesaurizas tibi irā, id est accumulas tibi vindiētā. Perspicuū. n. est iram in deū nō cadere, sed clemētissimū vitijs nris ad vindiētā prouocari. Irā dico exercendā, In die irę, & reuelatiōe iusti iudicij dei. Tēpus iudicij appellat diē irę, & reuelationis. Diē vocat, non pro tēpore, sed quia oīa tunc erūt aperta quę modo sunt occulta: Irę quātū ad pētōres qui tūc puniētur: reuelationis, quia tunc reuelabiť quod à nobis modo nesciť, vt cōstēatur etiā inuiti iustū iudiciū dei, quod modo futurū negatur. Bene dixit, iusti iudicij. Quia ipse est qui reddet vnicuiq; iuxta opera sua. Reddet. n. de⁹ tūc vnicuiq; secundū opera sua, qui modo illis quos liberat nō reddidit secundū opera sua: cuius etiā erga iniquos modo est larga bonitas: in futuro autē reddet mala pro malis, quoniā iustus est: & bona pro malis: quoniā bonus est: & bona pro bonis, quoniā bonus & iustus est: tantū mala pro bonis nō reddet, quoniā iniustus nō est. Reddet ergo mala pro malis. s. pōnā pro iniustitia, vt in reprobis: & bona pro malis. s. gratiā pro iniustitia, vt in paruulis: & bona pro bonis. s. gratiā pro gratia, vt in adultis, qui bona operādo vitā meruerūt: Sed forte alius quis quæret, Quo modo secundū opera reddet, & iuste retribuet, cū pro tēporali opere peccati pēpetuo puniat? Ad quod respondeť sic, Ad distriētū iudicij iustitiā pertinet, vt nunquā careat supplicio, quorū mens in hac vita nūquā voluit carere pētō: & nullus detur iniquo terminus vltionis, qui quādiu valuit, habere noluit terminum criminis. Postremo querit vtrū mala voluntas atq; cōsciētia reprobōrū in gehēna punitōrū sit peccatū, vel tantū pōna: & si peccatū est, vtrum per illud mereatur pōnam. Ad quod dicimus, post hanc vitā nō esse tēpus merēdi, sed recipiēdi. Nullus. n. meret nisi dū in corpore est, sicut in cōsequētibus epistolarū locis legit. Ideo quidā cōcedūt malam illā voluntatē quę est in reprobis, post hanc vitā peccatū quidē esse. i. culpā simul & pōnā, sed per eā nihil mereri: sicut bona voluntas in electis quidē bonū est, & gloriosa remuneratio, sed per eā nihil meretur. Alij vero dicūt illā malā voluntatē tantū pōnā esse & nō culpā. Si enī inquit culpa est, & puniri non meretur, impunita remanet, & ita nōnullū peccatū impunitū reliquit deus, cum autoritas dicat nullū malū impunitum, & nullum bonum irremuneratum. Ad quod alij respondent, illud accipiendum fore de commissis vitę pręsentis, nec tamen illud impunitum concedunt, quia mala illa voluntas, non tantum culpa, verum etiam pōna est. Deinde exequitur apostolus quomodo reddat singulis secundum opera, sic dicens.

His quidem qui secundū patientiā boni operis, gloriā & honorē & incorruptionem quærentibus vitā æternam. His autem qui sunt ex cōtētionē, & qui nō acquiescūt veritati, credūt autē iniquitati, ira & indignatio, tribulatio, & angustia in omnem animam hominis operantis malum: Iudæi primum & Græci.

His quidem & c. i. qui bene vsi patientiā dei operātur bona, reddet gloriā, quia fulgebūt vt sol in regno patris sui. Et honorē, quia ad dexterā dei sancti erūt. Et incorruptionē, quia quod habebūt permanebit sine fine. Hoc ideo adiecit, vt alia gloria & alter honor ille intelligeret, quā in pręsenti habet: In pręsenti. n. honor & gloria frequēter amittit, quia corruptibilis est, & qui dat, & qui accipit. In futuro autē incorruptibilis dat honor & gloria. His qui sunt secundū patientiā dei boni operis querētibus vitā æternā. i. qui hac intentione bona operati sunt, vt habeāt vitā æternā: nō vt videant ab hoibus, sicut hypocritę faciūt. His autē qui sunt ex cōtētionē. i. qui cōtēdit inter se vt vos Romani facitis, vel qui cōtēdūt cū deo volētes pōnitere, cū ipse multis modis ad pōnitentiā vocet. Et qui nō acquiescūt veritari, cū eis dicit. Credūt autē iniquitati, id est impunitati diffidēs de dei iudicio futuro. His inquā talibus erit post iudicium, Ira. i. pōna materialis, vel spiritualis: & in ipso die iudicij erit ei⁹, indignatio, quia si bijs indignabūtur: & interim ante iudiciū post carnis absolutionē erit eis, Tribulatio & angustia, in anima sola: post iudicium autem erit ira & indignatio, vt dictū est, vel ita vt duo sequentia sint expositio duorum pręcedētium. q. d. illis talibus erit, Ira dei. id est videbitur deus iratus, in quo omnis trāquillitas, & nulla est perturbatio. Nā dei natura ab his passiōibus immunis est. Et ne videatur irasci, & non vindicare, subdit,

A indignatio, quia addēs supra iram, iniuriā suā deū vindicaturū significat. Vnde prędicta exponens subdit. Tribulatio & angustia. & appellat tribulatio quod pri⁹ ira: & angustia, quod pri⁹ indignatio. In oēm aīam hoīs operātis malū, Iudæi primū, & Græci. Quod supra idiffinite dixerat, dicēdo, His qui sunt & c. hic vniversaliter dicit, vt includat Iudæū, & gētilē. Quasi dicat, hæc pōna veniet in oēm aīam tā Iudæi quā gētilis, operātis malū. In hoc opere nō solū facta significat, sed etiā perfidie professionē. De incredulo enī agit, & ideo in animā dixit, vt spūales pōnas itelligas, quia anima increduli pro perfidia artabitur spirituali pōna. In oēm dico animā, Iudæi primū, id est maxime, quia etiā scriptā legē habuit. Et Græci. i. gētilis. Iudæū semper antepōnit, pręrogatiua patrū, vt aut coronet prius, aut dānet grauius qui credēs propter Abrahā honorificetior est: diffidēs autē pei⁹ tractād⁹ est, quia donū promissū prib⁹ refutauit.

Gloria autē & honor & pax omni operanti bonū, Iudæo primum & Græco. Non enim est acceptio psonarū apud deū. Quicūque enī sine lege peccauerūt, sine lege peribunt: & quicūque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. Non enim auditores legis iusti sunt apud deū: sed factores legis iustificabuntur.

Pax, quod supra incorruptio, erit. Omni operati bonū, Iudæo primū, tēpore operanti, vel primū. i. maxime operati bonū, quia melius instructus, melius operat. Et Græco. i. gentili. Nō. n. est acceptio psonarū apud deū. i. quia deus iudicat non secundū personas, sed secundū merita, quia vtroq; secundū modū peccati dānat. Nō enī pręrogatiua generis sequit, vt suscipiat causa patrū diffidētē, aut abijciat à se propter indignitatē, causa patrū credētē: sed vnūquēq; proprio merito, aut remunerat, aut cōdemnat. Et vere. Enī. i. quia, quicūq; peccauerūt sine lege. s. scripta. i. gentiles, Peribūt. i. dāna bunt. Sine lege. i. nō pro legis pręuaricatione. Nisi de lege scripta diceret, quomodo diceret sine lege peccare, cū oēs subditi sint naturali legi? Sed de Mosi lege dicit, cui Iudæi obnoxij sunt. Aiebat. n. aplūs, hic de illa lege, quā dedit dñs per Mosē populo Israel. Ideo ergo sine lege dixit eos. i. gētilēs peccare, quia nō acceperāt legē quā se acceperāt gloriabatur Iudæi: ideoq; ait, quicūq; sine le. pec. s. scripta quę per Mosē data est, sine lege peri. & quicūq; in lege. i. legē scriptā habētes, peccauerūt. i. Iudæi, iudicabuntur per legē. i. etiā pro legis pręuaricatione. in quo aggrauat eos. Qui ergo nouerūt diuina mādata, auferť ab eis excusatio quā solēt habere hoēs de ignorantia. sed nec ipsi sine pōna erūt qui legē dei nesciūt: & licet graui⁹ sit hoīem peccare sciētē quā nesciētē, nō tñ ideo fugiēdū est, ad ignorantia tenebras, vt in eis quisq; excusationē requirat. Aliud est. n. nescisse, aliud scire noluisse. Ignorātia quippe quę nō est eorum qui scire nolūt, sed qui tāquā simpliciter nesciūt, neminem sic excusat vt sempiterno igne nō ardeat, sed fortasse vt miti⁹ ardeat, si propterea nō credit quia nō audiuit quod crederet: ideoq; inexcusabilis est oīs pētōr, vel reatu originis, vel additamēto in proprie voluntatis: siue qui nouit, siue qui nō nouit: siue qui iudicat, siue qui non iudicat.

quia & ipsa ignorantia in eis qui intelligere noluerūt, peccatū est: in eis vero qui nō potuerūt, pōna pētō: ergo vtriusq; iā nō est excusatio, sed iusta debet dānatio: ideo ait de vtriusq;, Qui sine le. pecca. sine le. peri. & qui in le. pec. per le. iu. Quod autē ait, iudicabunt, nō ita est intelligēdū, vt quasi per ignē salui fiant, vt quidā dicūt, sed prorsus peribūt. Nūnulli. n. catholici tractatores in his verbis apli parūper intēdēdo aliter quā res se habet sapuerūt: vt dicerēt illos perire qui sine lege peccauerūt. Hos autē qui in lege peccauerūt, iudicari tātū, & nō perire: tāquā per pōnas purgatorias credantur esse purgādi: sicut ille de quo dictū est, Ille autē saluus erit, sic tñ quasi per ignem. Sed hoc merito fundamēti bñ intelligit, de quo ibi agebat aplūs. hic autē de Iudæis ait aplūs, qui sine fundamēto Christo sūt. Quis autē Christian⁹ dicat, nō perire Iudæū si nō credat in Christū, sed tātūmodo iudicari cū Christ⁹ ipse dicat, Quod tolerabili⁹ erit Sodomę in iudicio quā Iudæis in Christū nō credētibus qui tanta in eis fecit mirabilia. Et itē dicit quod excusationē nō habebūt de pētō ifidelitatis, quia venit & locut⁹ est eis, de quo habet excusationē illi: quibus nec per se, nec per suos locut⁹ est: qui tñ non effugiet dānationē, quia qui sine le. pec. sin. le. peribūt. leuiores tñ passuri. Cui. n. pl⁹ cōmittit, plus ab eo exigit: & seru⁹ sciēs voluntatē dñi sui, & nō facies, multis vapulabit. Nō enī & c. & quasi aliquis diceret, dicis eos qui in le. pec. per legē iudicari, sed nonne

lex sola saluat: ait enī, quia nō facit iustos Et hoc est, Vere etiā legē habentes iudicā D  
buntur. Non enim auditores legis iusti sunt apud deū, & si apud homines, id est non  
Ambro.  
pro auditu legis solo aliqui iusti sunt apud deum. Sed factores legis, id est illi qui legē  
Augustinus  
Augusti. de  
spō & lit.  
opere implent, scilicet qui credunt in Christum, quem lex promisit, quicūq; sint: quod  
quidem est per gratiā, iustificabuntur, id est iusti habebuntur, iusti deputabuntur apud  
deum & homines. Vel ita lege, factores legis iustificabuntur, id est iusti fient à deo, vt  
sint factores. non enim ita est intelligendum, vt dicat eos qui ante erant factores le-  
gis. postea iustificari: sed potius sic, vt sciamus aliter non esse factores legis, nisi iustifi-  
centur: vt non iustificatio factoribus accedat, sed vt factores iustificatio præcedat. vt si  
diceretur: homines creabuntur, non possit intelligi eos creari, qui ante erant homines,  
sed ipsa creatione fieri vt sint homines. Sic ergo intelligendū est hic, factores legis iu-  
stificabuntur, id est gratia iustificat eos, vt adimpleant legem, quia nō faciūt vt iustifi-  
centur, sed iustificantur vt faciant. In alijs tamen quibusdam aliter intuentur, vt cum  
Augustinus.  
dicitur, facientes bonum honorabuntur, & homines liberabuntur. Intelligitur equi-  
dem honor accedere iam bonis, & liberatio illis qui iam erant homines, sed nō ita hic  
accipiendum est, sed potius sicut supradictum est.

Cum enim gentes quæ legem nō habent, naturaliter ea quæ legis sunt faciūt, E  
eiusmodi legem nō habentes, ipsi sibi sunt lex: qui ostendūt opus legis scriptum  
in cordibus suis: testimoniū reddente illis cōscientia ipsorum, & inter se inuicē co-  
gitationum accusantium, aut etiam defendētium, in die cum iudicabit deus oc-  
cultā hominum secundum euangelium meum per Iesum Christum.

Dixerat supra gentile si male operaretur damnari, & saluari si bene operaretur: sed cū  
Remygius.  
nō legē habeat, quasi nesciat, quid sit bonū, quidve malū, videretur sibi neutrum debere  
imputari. Contra quod apostolus ait, Et si nō habeat scriptā legem, habent tamē na-  
Hilarius.  
Augusti. de  
spū et litera  
turalē, quia intelligit, & sibi cōsciū est, quid sit bonū, quidve malū. Lex enī natura-  
lis est iniuriā nemini inferre, nihil alienū præripere, à fraude & periurio abstinere, alie  
no cōiugio nō insidiari, & cætera talia: & vt breuiter dicat, Nolle alijs facere quod ti-  
bi nō vis fieri. quod euāgelicē cōcordat doctrinē. Proinde nō videt hic alios significasse  
sub noīe gentiū, quā eos qui ad euāgelium pertinent. Ne moueat quod naturaliter  
dixit quæ legis sunt facere, nō spiritu dei, nō fide, nō gratia, hoc enī agit spūs gratiæ, vt  
imaginē dei in qua naturaliter facti sumus instauret in nobis. Vitiū quippe contra na-  
August. in eo.  
turā est, quod utiq; sanat gratia. Nō ergo vsq; adeo in anima humana imago dei ter-  
renorū affectuū labe detrita est, vt nulla in ea liniamēta remāserint nō omnino dele-  
tum est quod ibi per imaginem dei cū crearetur, impressum est. Proinde vitio sanato  
per gratiā naturaliter sunt ea quæ legis sunt. nō quod per naturæ nomē, vt dictū est, E  
negata sit gratia: sed potius per gratiā reparata natura, qua gratia interiori hoīe inno-  
uato lex iustitiæ scribit, quā deleuerat culpa. Hoc enī illic scribit per renouationem,  
quod deletū erat per vetustatē: & ideo talis, & si legem Mosi scriptā nō habeat, creden-  
dum est bene vel male operari, & merito saluari siue dānari: bene operari dico, & sal-  
uari, quod tamē nō est nisi per gratiam & fidem quæ renouat naturalem imaginem dei  
in homine sopitā, sine qua renouatione male operatur quis & dānatur, accusante eum  
cōscientia. Q. d. Vere factores iustificabuntur, quia etiā gentes. Et hoc est, Cū enī gē-  
tes quæ legē scriptā Mosi, Nō habent, naturaliter faciūt ea quæ legis sunt, id est natu-  
rali ratione illuminata per gratiā discernūt faciēda & vitāda. quæ faceret lex. Vel, fa-  
ciūt ea quæ legis sunt. i. credere in Christū, & deum, quanuis eiusmodi legem non ha-  
bentes, id est scriptā, Ipsi sibi sunt lex, id est valent sibi legem, qui ostendunt, indicijs  
operū, opus legis scriptū in cordibus suis, id est firmiter infixum rationi eorū, dum il-  
la opera laudat quæ lex iubet, illa dānant, quæ lex prohibet. Vel, opus legis, est fides  
quā vltro habet in cordib; .i. in intimo affectu, vbi fides per dilectionē operat, quā cū  
quis exhibet deo, naturali iudicio oñdit semetipsū legē sibi esse, quia quod mādat lex,  
facit. s. vt credat in Christum. Testimonium reddente illis cōscientia ipsorum, & in-  
ter se inuicem cogitationum accusantium aut etiam defendētium: quasi dicat, opus le-  
gis habet scriptū in cordibus suis, vnde ipsi testes erunt sibi in futuro boni & mali. In-  
de sciētes merito dānari, vel saluari, & hoc est, Naturaliter faciunt ea quæ legis sunt.

Cōscientia ipsorum, redd. te. salutis vel damnationis, & si aliis nō videatur: & nō Ambro.  
A solum cōscientia operū, sed etiam cōscientia Cogitationum. i. malarū, & bonarū co-  
gitationum. Inuicē accusantiū eos, & dicitur hoc de non credentibus. Aut etiam de  
defendentium, hoc dicitur de credentibus. Nō credētes. n. accusabūt cogitatiōes malæ.  
Credētes vero, defendēt bōæ. & hoc, Inter se, quia illæ illos accusabūt, istæ hos defen-  
dent. Vel sunt hic genitiui pro ablatiuis more Græcorū, qui ablatiuis carent. vñ i lib.  
quorūdā per ablatiuos scriptū reperitur, sic, Et inter se cogitationibus inuicem accu-  
santibus, aut etiā defendētibus. Reddet autē eis testimonium cōscia. In die iudicii fū-  
turi. Cū iudicabit deus occulta hoim. i. ea quæ mō hic occulta sunt. iudicabit dico. Per  
Iesum Christum, quod totū est certū. Secundū euangelium meum. Sciēdū autē quod in  
illa die cogitationes accusabunt aīas, vel defendent: non utiq; illæ cogitatiōes quæ tūc  
erunt, sed istæ quæ nunc sunt in nobis, quarū notæ quædā, & signacula relinquentur in  
Origenes  
Attende.  
corde nostro velut in cæra: quæ in occulto nunc pectoris posita, in illa die reuelari di-  
cūtur. Per Iesum Christum, quia pater neminem iudicat, sed omne iudiciū dedit filio  
Et hoc secundū euangelium meū, Pauli, id est quod Paulus annunciat.

Si autem tu Iudæus cognominaris, & requiescis in lege, & gloriaris in deo, &  
nostri voluntatem eius, & probas vtiliora instructus per legem: confidis te ipsum  
B esse duce mæcorum, lumen eorum qui in tenebris sunt, eruditorem insipientiū,  
magistrum infantium, habentem formam scientiæ & veritatis in lege. Qui ergo  
alium doces, te ipsum non doces: Qui prædicas non furandum, furaris: qui dicis  
non mæchandū, mæcharis: Qui abominaris idola, sacrilegium facis: Qui in le-  
ge gloriaris: per præuaricationem legis deum inhonoras: Nomen enim dei, per  
vos blasphematur inter gentes, sicut scriptum est, Circuncisio quidem prodest  
si legem obserues, si autem præuaricator legis sis, circuncisio tua præputium fa-  
cta est. Si igitur præputium illius in circuncisionem reputabitur, & iudicabit id  
quod ex natura est præputium, legem consummans, te qui per literam & circū-  
cisionem præuaricator es legis.

Si autē tu Iudæus cognominaris & c. vel, tu autē Iudæus cog. alia litera. Hic Iudæos  
specialiter aggreditur, grauius accusans eos de peccatis, eo quod plura habent auxilia,  
q. d. Gentilis tantum habet naturalem legē. Tu autē o Iudæe plura habes, quia cogno-  
minaris Iudæus a Iuda patriarcha, quasi ex cogitatione hoc nomen tibi venit. Et re-  
quiescis in lege. i. non vagaris erroribus, certus quid debeas obseruare, sicut vagantur  
illi qui sunt sine lege. Et gloriaris in deo. i. de cogitatione dei. Et nostri voluntatē eius  
de redemptione humani gūs, quā tibi per prophetas nunciauit. Et probas vtiliora. i. Aimo.  
C de vtilibus vtiliora scis eligere: quia es instructus per legem, & confidis te ipsum ducē  
esse cæcorum, id est non intelligentium, & confidis, Te ipsum esse lumen eorum qui in  
tenebris sunt. i. confidis quod etiam illuminare potes eos qui in tenebris sunt. Cæcos &  
in tenebris existentes dicit gentiles, qui & ratione priuati cæci sunt, & si quid sciunt ta-  
men in tenebris sunt. Et confidis te esse eruditorem insipientium. i. Iudæorum nondū  
prouectorum. Et magister infantium, id est Iudæorum qui de lege adhuc differere ne-  
sciunt. Et confidis te esse Habentem formam, id est perfectionem, Scientiæ in lege: &  
non tantum scientiæ, Sed etiam veritatis, vt alijs exemplum scientiæ legis sis, & veri-  
tatis. Non sine causa vtrunq; posuit, scilicet scientiæ & veritatis. Quidam enim scien-  
tiam & intellectum alicuius libri habent, & ita sentiunt sicut auctor ipse sensit, nō ta-  
men habent inde veritatem, quia nesciunt quomodo sit verum, nec etiam esse verum:  
sed Iudæus iactat se habere sensum legis, & scire verum eē ipsum sensum legis, ita vt  
alijs scire volentibus sit exemplar: & cum hæc omnia habeas o Iudæe. Qui ergo aliū  
doces, cur te ipsum non doces? Vel si superius in litera est, si, leges ita, quasi hæc & illa  
habes. & si ita est, Qui ergo alium doces, cur te ipsum non doces? & qui prædicas non  
furandum sicut lex dicit, cur furaris? scilicet sensum de Christo in lege. Et qui dicis nō  
esse mæchandū, mæcharis. i. veritatem Christi de lege tollis, & mendacium ponis: &  
cur hoc facis? Et qui abominaris idola, sacrilegium facis: Christum negādo vel cultū  
dei dando idolis, quod sæpe fecerunt Iudæi, & cur hoc facis? Et tu qui in lege glo-  
b y



riaris per præuicationem legis. i. quia sensum legis qui est de incarnatione Christi. & diuinitate præteris. Deum inhonoras. i. causa es quare alii inhonorent. & vere. No men. n. dei, hodie, Blasphematur per vos inter gentes. Dum testimonium quod pater dedit de filio suo non recipitis in quo pater detrahitur, quia in Christo pater blasphematur: sicut ipse ait, Qui me recipit, non me solum recipit, sed eum qui me misit. Et ideo inter gentes blasphematur nomen dei per Iudæos, quia credentibus gentibus Iudæi suadere nitentur Christum non esse dicendum deum. Et nota quia verbis Ezechielis prophetae utitur Apосто. pro suis, qui Ezechiel ad Iudæos sui temporis hoc dicebat, nomen dei blasphematur per vos inter gentes, quia olim gentes non animaduertebant Iudæos sibi traditos pro noxis suis, sed idolis suis dabant gloriam de victoria, quasi Iudæorum deum vicissent in Iudæis. & quod aliunde hæc verba sumpsit Aposto. ostendit dicens, Sicut scriptum est, in Ezechiele de contemporaneis suis. Circūcisio quidē prodest tibi si legē obserues &c. Ostendit supra legem non iuuare eos ad obtinendam iustitiam & vitam. mō ostendit circūcisionem nō iuuare. q. d. & cū Iudæi sint tales, o Iudæe, Circūcisio quidem prodest tibi, qui es de gñe Abraham: Si tñ legē obserues. i. spūaliter custodias, vt Christo credas, quem lex promisit, vt deponas oīa turpia, vt cor circūcideas. Prodest ergo ad vitam spūaliter, & hoc & alia sacramenta legis intelligenti, quia obediendo deo facit ei signū veritatis vt pie gaudeat, & spiritali suauitate veritatē cōtemplans in Christum credat. Prodest etiam rudi populo literam legis secūti, dum sub timore dei custoditur. Quæritur autē quō hic dicat circūcisionem prodesse: cum in sequenti dicat, Si circūcidimini, Christus vobis nihil proderit. Ad quod respondemus, hoc dici secūdū diuersitatem status diuersorū tēporū, nā secūdū statum veteris legis olim profuit circūcisio, sed nō profuit ad salutem sine spūalis legis obseruantia. Vnde hic ait, Tēpore autē græ postquā exhibita est veritas non mō non prodest, sed etiam obest. Vñ in sequentibus dicit. Si circūcidimini &c. Si autē præuicator legis es. q. d. Tūc prodest circūcisio si legē obserues: Si autē præuicator legis sis. i. si nō impleas quod circūcisio exigit. s. vt credas in Christū, Circūcisio tua, carnalis, facta est præputiū. i. non plus valet quā præputium. Deinde a cōtrariis inferens subdit. Si igitur &c. q. d. Et quia circūcisio tua o Iudæe fit præputium si legem præteris, Igitur si præputiū. i. Gentilis quilibet custodiat. Iustitias legis. i. mandata per quæ iustificatur homo, vel fidem Christi quem lex ad iustificationem venturū cecinit, quā ipsa dare non potuit. Nonne præputium illius reputabitur in circūcisionem? vt sit filius Abraham qui est pater fidei. q. d. Nemo potest hoc negare. Et præputiū. i. Gentilis cōsummans. i. perficiens, Legem, quod est ei ex natura illuminata & adiuta per grām dico perficiens legem. s. credendo in Christum in lege promissum. Nonne iudicabit te o Iudæe, qui quāuis doctus sis Per literam. i. per scriptam legem: Et circūcisionē, quæ est signum depositionis vitiorum: Tamen præuicator legis es? .i. nōne comparatione sui te damnabilem ostendit, qui non per naturam, neq; per legem, neq; per circūcisionem nouisti, quod ille nouit per naturam. i. Christum. q. d. damnabit utiq; & ita patet quod lex non iuuat. Videtur ergo in præsentī loco præputium dicere gētes, quæ in præputio carnis ad fidem Christi venerunt, quas legem spiritualem seruantes comparat & præfert Iudæis, qui per literam, & circūcisionem carnis præuicatores sunt legis, quos & iudicandos ab aliis dicit.

Non enim qui in manifesto Iudæus est, neque quæ in manifesto in carne est circūcisio: sed qui in abscondito Iudæus est: & circūcisio cordis in spiritu non litera, cuius laus non ex hominibus, sed ex deo est.

Quasi d. bene pōt Iudæus fieri Gentilis, & Gētilis Iudæus, sicut dictū est. Nō. n. vere Iudæus est, Qui in manifesto, tantum Iudæus est. s. & nomine & natione, & qui laibus confitetur, corde est remotus. Iudæus. n. interpretatur confitens, qui ei vere credit & vere cōfiteatur, vere Iudæus est. Neque illa est vera circūcisio quæ in manifesto ē, s. quæ manu facta est. In carne. i. in ablatione cutis: sed ille est vere Iudæus, Qui est Iudæus in abscondito cordis. i. qui est ex corde confitens. Et illa est vera circūcisio, Quæ est circūcisio. i. mundatio cordis: ipsa dico facta In spiritu, id est per spiritum sanctum, Scilicet non litera, id est non lapideis cultris, vt litera legis in figura do-

cebat. Cuius, circūcisionis, Laus. i. quæ circūcisio vere laudabilis, Non ex hominibus, sed ex deo est. i. ex gratia dei. Circūcisio. n. cordis est quæ purificat aīam, & vitiorum maculas abscondit, ideoq; talis circūcisio Non ex hoībus, est: Sed ex deo est, quæ illicita cōcupiscentia amputatur: quod non fit Ira docente & minante, sed spū iuuante & subsequente. Vel ita, Cuius, hominis, Laus, illius. s. qui in occulto est Iudæus & circūcisus, Non ex hominibus, Iudæis qui terrena sapiunt, & in carne gloriantur. Sed ex deo est. Laudat. n. deus credentem non carne circūcisum. Iudæorū laus est ex hoībus, qui si faciunt quod lex iubet, sine spū faciunt timore pœnæ, non amore iustitiæ, qui sunt in carne Iudæi, in corde pagani. & ita non est corā deo, quod apparet coram homine. Qui vero in spū gloriatur, huius laus a deo est. Spiritu. n. credit, per quod placet deo: & ille vere beatus est, qui coram deo iustus est.

## Cap. III.

**Q**uid ergo amplius est Iudæo, aut quæ utilitas circūcisionis? Multum per omnem modū. Primū quidem, quia eredita sunt illis eloquia dei. Quid enim si quidam illorum non crediderunt? Nūquid incredulitas illorum fidem dei euacuauit? Absit.

Hucusq; demōstrauit Aposto. quod non est apud deū acceptio personarū, & eouis que peruenit vt diceret quod Iudæus carnalis sit Gentilis, & Gentilis spiritalis sit vere Iudæus: ideoq; nūc obiicit quod videt sibi nūc posse obiici, vt soluat. s. quæ dignitas sit Iudæo, secūdum priorem statum, maior quā Gentili. q. d. quāquidam Iudæus sit Gētilis, & eōuerso, Ergo quid ampl. est, secūdum priorē statū, Iudæo, de lege vel de legalibus obseruantis, qui dicitur populus peculiaris dei, quā Gentili qui dicitur canis immundus. Aut quæ est ei utilitas circūcisionis. i. quid cōsecutus est de circūcisione? Ad hoc respondet. Valuit quidem olim, sed non ideo digniores sunt in fide. & hoc est quod ait. Multum, amplius est Iudæo secūdum priorem statum, quā Gentili. Et hoc per oēm modū. Omnis modus est vel in administratione temporalium vel in refertione spūalium, in quo vtroq; multa Iudæis deus fecit, quæ non Gentibus, & ita secūdum priorem statum digniores fuerunt. Primum quidem, prætermittēs Aposto. de minoribus. i. de temporalibus, exēplū de præcipuis ponit. i. de spūalibus. s. de eloquiis dei. q. d. Vt alia minora de tēporalibus prætermittā, hoc primū. i. præcipuū quidē pono. s. de eloquiis, quod factū est Iudæis. s. Quia eloquia dei. i. lex & prophetæ. Sūt eredita illis, vt amicis, per quæ intelligerent de futura redemptione, quæ promissa erat fieri per Christum. Quāquam ergo multa significet Aposto. quæ ad honorificentiam pertineant feminis Abraham: hoc tamen solum aperte memorat, quia maxime laudis eorum est, vt legem per quam addicerent rectum a peruerso distinguere, digni iudicarentur accipere: & ideo plus est Iudæis secūdum priorem statum quam Gētilibus. Sed dices, non ideo plus factum est eis quia non crediderunt eloquiis, vt Christū promissum redemptorem reciperent quidam eorum. Ad quod respondet dicens, Quid. n. &c. q. d. et si non crediderunt quidam, non tamen ideo minus profuit credentibus. Quid enim obfuit credentibus, Si quidam illorum non crediderunt? Non ideo minus factum est credentibus. Nam et si quidam eorum non crediderunt, non ideo fides euacuata est. Et hoc est, Nunquid incredulitas eorum euacuauit, i. inexpectam fecit fidem dei? Absit, quod euacuata sit. Fidem dei dicit, vel quod quidam Iudæorū crediderūt deo: vel exhibitionem eius boni, quod deus homini promiserat. Quorundam autem infidelitas non effecit vt quidam ad fidem Christi non accederent, vel vt deus promissionem suam credentibus non impleret, id est non effecit quin aliqui Iudæorum sint fideles deo credendo in Christum: vel vt deus non sit fidelis in promissis illis qui credunt. Non enim quia aliqui credere noluerunt idcirco præiudicabitur cæteris Iudæis, ne digni dicantur accipere quod promissit deus fidelibus: quippe cū sic facta fuerit promissio, vt credentibus proficeret. Vt autem firmaret Aposto. quod supra dixit. s. quia deus in promissione sua fidelis est, subdit,

Est autē deus verax, omnis autem homo mendax, sicut scriptum est, Vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.

Origenes  
Augustinus  
de spū & Irā,  
August.  
in prioribus.  
In epi. ad Romanos.  
Aimo.  
August.  
Ambro.

Ambro.

Origenes  
Origenes

Ambro.

Est autē deus verax & c. q. d. Inc redulitas illorū nō enactuauit fidē dei, sed potius De⁹  
 verax ē. i. implēs promissa. Oīs autē hō mēdax, ex se, ēt Iudæus, & ita indign⁹ est pro-  
 missione. hoc iō dicit ne dignior Iudæus videatur in nouo statu, quā Gētilis. Hac pro-  
 phetæ auctoritate, monstrat & deū esse veracem, quod pertinet ad superiorū cōfirma-  
 tionē: & hoīem esse mendacem, quod pertinet ad hominis indignitatem. Hoc autē. s. f.  
 omnis hō mendax, ideo ait Apōsto. vt appareat promissionem dei factā esse & cōple-  
 tam, non propter aliquā hominis dignitatem, sed propter miām dei, vt grā dei detur  
 indignis, & commēdabilior sit grā dei. Deus autē dī verax. i. inuariabilis tā in essentia  
 quā in promissione. homo mendax dicitur. i. nec hñs verum esse, nec in qua conditus  
 est, & per peccata diffuens. Hoīs est. n. fallere & falli, quē tēpora & naturæ imbecilli-  
 tas faciunt esse mutabilē. Natura. n. quæ fallitur non absurde dicitur mēdax. De⁹ autē  
 apud quē nil futurū est immutabilis perseuerat. Vel, Omnis homo est mendax. s. qui  
 non credit quod promissit deus, qui negat deū implese promissa. hoc facit maxime Iu-  
 dæus, qui diffidens de promissis dei, mendax est, & deū mēdacem pronūciat, quoniam  
 promissis eius nō credit, quē vincit deus dū dat promissa. Et est sensus vtriusq; sniā ta-  
 lis. Oīs homo, cōtradicens promissionibus dei, Mēdax est. Vel, omnis hō in quantum  
 a se ipso est, mendax est. i. labilis in essentia, & per pētā diffuens. Quod autē verax de⁹  
 sit, prophético exēplo confirmat subdens. Sicut scriptū est. q. d. Deus est verax, Sicut  
 scriptū, in Dauid. Vt iustific. in s. t. & v. c. iud. Dauid. q. d. Ego peccaui & malū feci in  
 adulterio & homicidio. Vt tu, o deus mittendo filium de stirpe mea sicut promissisti,  
 In sermōibus iust. qui sunt de promissionibus filii. i. iustus esse, & ex sola iustitia non  
 ex meis meritis cōplēse comproberis, Et vincas implendo promissa. Cū iudicaris a po-  
 pulis, non debere implere promissa propter mea pētā. i. nō mittere filiū de stirpe mea.  
 Dauid. n. postquā factus est adulter, & homicida vxorē Vriæ accipiēdo, & illū gla-  
 dio filiorū Amōn occidēdo, dicebant multi, Vacua efficietur promissio dei, quæ facta  
 est Dauid. s. quod ex femine eius Chrūs nascitur⁹ sit: quia non nascetur Chrūs de ho-  
 micida & adultero, sed falsum erit quod sibi pollicitū asserbat. De⁹ autē verax ē, quia  
 misit Chrūm de femine Dauid, sicut promissit: & sic vicit cū iudicatur, quia dat, quod  
 daturus negatur: cūq; dat quod iudicatur nō daturus, vincit: oñdens se veracē, illū autē  
 mēdacē qui nō credit verbis ei⁹. Et ē hic, Vt cōsecutiū, nō affectiū vel causatiuum.  
 Vel ita vt sit, Vt, causatiuum, & respicit ad illud quod Dauid prædixerat, A pētō meo  
 mūda me. q. d. Iō mūda me, Vt iustificeris. i. vt iustus & verax cōproberis. In sermoni-  
 bus t. qui sunt de venia ingemiscētis. Dixisti. n. quacūq; horā pētōr ingemuerit o. ini-  
 quit. e. n. r. am. Et vincas, indulgentiā pētī dādo. Cū iudicaris, ab hoīb⁹ mihi veniā  
 nō dare. Dicebāt. n. quidā Dauid adeo grauius deliquisse, quod veniā pētōrū nō pos-  
 set hñe: quos deus mēdaces oñdit, & se veracē exhibuit, qñ ei indulst. Vel ita, & respi-  
 cit ad illud quod dixerat, Tibi soli pec. q. d. Tibi tātū dico me peccasse qui vides quod  
 hoīes nō vident, qui & adeo iustus es, vt dū ego & oēs peccam⁹, tu solus Iustificeris. i.  
 iust⁹ appareas, In oīb⁹ ser. t. i. in oīb⁹ promissis tuis. Et vin. i. superes oēs in iustitia,  
 Cū i. i. cū aliis in iudicio cōpararis. Tātā. n. miā est de⁹, vt velit cōparari hoīem fe-  
 cū. Vñ per Esaiā ait, Iudicate inter me & vineā meā. Superat. n. de⁹ in iudicio hoī cō-  
 parat⁹. Inuenitur. n. dedisse hoī oēs affect⁹, oēsq; mot⁹, quib⁹ ad virtutes niti posset &  
 progredi. Insuper ēt vī rōnis inferuit, qua agnosceret quid deberet agere vel cauere.  
 His autē acceptis hō neglexit iter virtutis incedere, cui ex deo, nil defuit, ipse vero iue-  
 nitur defuisse his quæ a deo data sunt sibi. Merito ergo dī talē in iudicio deus vincere  
 & iustificari in verbis suis. Vel ita, Tibi soli peccaui, qui adeo iustus es, vt iustificeris,  
 id est verax cōproberis in oīb⁹ Serm. t. Solus. n. iter hoīes per oīa verū dicere potuit  
 hō de⁹. Et adeo iustus es Vt vincas. i. vt superes oēs hoīes in iustitia, Cū. i. quāuis in ius-  
 ste, Iud. a Iudæis. Iustus. n. iudex a pētōrib⁹ est iudicatus iniuste, & in eo tñ. i. in iustitia  
 vincit oēs hoīes. Huic itaq; nullū pētūm hñti, dicit Dauid, Tibi soli peccaui, qui a  
 deo iustus es, Vt iusti. in s. & v. c. iud. Tu. n. qui superas oēs iudices in iustitia, qui solus  
 iuste iudicās, iniuste iudicaris. Vel a liis nō mutatis, illud pōt ita dici, Et v. cum iud. q.  
 d. tu talis es vt iustificeris in ser. t. & talis etiā, vt vin. cum iud. i. quādo iudicaris a Pi-  
 lato & a Iudæis. Vicit enim homo deus quando iudicatus est, quia propter illā humi-  
 litatem dedit ei deus pater nomen quod est super oē nomē. Hic tñ sentus nō pertine

ad superius argumentum. i. ad sui propositi demonstrationem. s. ad probandum quod  
 A deus sit verax, sed est additum ex abundantanti.

Si autem iniquitas nostra iustitiam dei commendat, quid dicemus? Nunquid  
 iniquus est deus, qui infert iram? Secundum hominem dico. Absit. Alioqui quo-  
 modo iudicabit deus hunc mundum? Si enim veritas dei in meo mendacio abun-  
 dabit in gloriam ipsius, quid adhuc & ego tanquam peccator iudicor? & non sicut  
 blasphemamur? & sicut aiunt quidam nos dicere, Faciamus mala, vt veniant bo-  
 na: quorum damnatio iusta est.

Offēditur hic sensus qui ex verbis Dauid prophetæ, quibus ipse dixit, Peccaui vt iu-  
 stificeris, iniuste trahebatur a carnalibus, causam diuinæ iustificationis nostræ pecca-  
 ta fore intelligentibus. Erant enim quidam qui dicebāt deum velle nos peccare: iō vt  
 cōparatiōe nostri iustus apparet: & dum peccatū nobis dimitteret, quod misericors  
 sit patefaceret. Dicebant etiam eū velle nos mentiri, vt ipse solus verax inueniretur:  
 quod si ita esset, iniuste ab illo damnaremur. Cōtra illos tales loquitur hic Apōstol⁹.  
 Quia non est hic sensus in verbis prophetæ, sed maleuolorum hominum praua inter-  
 pretatione extorquetur, asserētium quod peccata hoīm, & actus mali dei iustificatiōi  
 proficiant, & per mala nostra iustus appareat, & iniustitia nostra iustum illum osten-  
 dat. Dixit enim supra quod verax est deus, & oīs homo mēdax, & quod indignis dat  
 bona, in quo apparet cōmendabilior eius grātia & iustitia. Vñ carnalis dicens deū vt  
 malis quasi instrumento ad gloriam suam, eo rē deducit, vt dicat deū iniquū qui pec-  
 cata punit, quæ sibi profunt. Si enim iniustitia nostra ei proficit, sine dubio iniqu⁹ est  
 si damnat peccantem. quod remouet Apōsto. hic dicens, Si autē. q. d. De⁹ est verax, &  
 omnis hō est mendax, cui indigno dat bona, in quo apparet cōmendabilior grātia ei⁹  
 & iustitia. Si autem, hoc est, & ita Iniquitas nostra cōmendat iustitiam dei. i. laudabi-  
 lem facit iustitiam & sanctitatem dei. Quid dicemus? i. ex hoc quid sequi videtur? q  
 Iniquus est deus, qui propter peccata Infert iram. i. vindictam, & condemnationem.  
 Iram nanque hoc loco Apōstolus pro cōdemnatione posuit, quia deus illius rei vltor  
 est, cuius auctor non est, id est iniquitatis, quam potest deus punire non facere. Etiam  
 est sensus, Si iniquitas nostra deum laudabilem facit, & quāto amplius peccamus tan-  
 to ei placet secundum quod stolidissimi dicūt, & eo amplius iustitia eius, & sanctitas  
 crescit & apparet, iniquus est deus inferendo vindictā pro malis quæ vult vt faciam⁹.  
 Si. n. vult vt peccemus (vt quidā stultorū dicunt) ergo qñ damnat hoīem peccatorem  
 iniquus est. Sed nunquid deus iniquus est qui infert iram? Vñ vtiq; hoc quibusdam  
 Sed absit, vt sit iniquus, & quod nostra iniquitas commendat illum. Si enim cōmen-  
 daret illum, ipse non vindicaret, quia iustus est. Et quia hoc verum non est quod deus  
 sit iniquus, vel quod nostra iniquitas deū cōmendat, addit Apōstolus, Secūdu hoīem  
 dico. i. secundum intelligentiā carnalis hoīs. q. d. hæc quæstio carnaliū est, quos com-  
 stat & errare & falli, & fallere. Nā deus immutabilis perseuerat, nō potest non amare  
 quod fecit. Non. n. vult nos peccare, & quia iustus est, iō infert iram peccāti. Cū ergo  
 peccatori iusta pœna redditur, non est iniquitas, sed iustitia apud deū. Quō. n. ex hoc  
 iustus videbitur deus, quia aduersatur iniustitiæ? Inducit. n. iram hoīb⁹ pro eo quod  
 in semetipsis locum iniustitiæ dederunt. Nō ergo iniustus vt deus qui est ipsa iustitia,  
 cum irascitur aduersus iniustitiā: cui enim non decet esse propitium, sed peruenit ira  
 ei⁹ et in hoīes, qui se ministros iniustitiæ cui de⁹ irascitur, præbuerūt. Nō est ergo ini-  
 quus deus. Alioquin. i. nisi hoc est quod non iniquus est deus? Quō iudicabit deus hūc  
 mūdum? q. d. non potest esse iustus iudex. Quō enim iudicabit si iniquus est. q. d. male  
 bonis. s. dans mala, & malis bona. Si enim veritas & c. Interiecta remotione iniquita-  
 tis dei. i. interposita demonstratione, qua ostenditur quod deus non est iniquus. Vnde  
 apparet verba prophetæ non eo quod dictū est sensu accipienda, redit Apōsto. ad pro-  
 bationem, carnalis nitentis probare quod si deus punit malos iniquus est. q. d. Vere si  
 iniquitas nostra iustitiam dei cōmendat, iniquus est deus quia punit. Enim. i. quia. Si  
 in meo mendacio. i. per meum peccatum: Veritas, id est iustitia dei, Abundauit, id est  
 creuit, in gloriā ipsius, id est si ex meo peccato gloriosior est. ergo. Quid adhuc, id est  
 cur etiam nunc non solum in futuro, Iudicor ego tanquam peccator, quod non sum.

**Ambro.** Manifestum est. n. quia si ad gloriam dei proficit mendacium hominum, ut ille solus verus  
**Aimo.** appareat, non sint dicendi peccatores qui peccant, quia non voluntate sed impulsu eius vi-  
 debuntur peccare. quod absit. Accipitur hic veritas, quod supra iustitia & mendacium,  
 quod supra iniquitas. Et est sensus. Si deus meo mendacio. i. peccato verax appareat,  
 quare me iudicat tanquam peccatorem etiam in presenti non modo in futuro? Vel, Quid iu-  
 dicor tanquam peccator etiam adhuc. i. post conversionem, postquam dedit bona indigno, vñ  
 gloriosus appareat. Ante conversionem. n. cum male mererer, ex meis non erat gloriosior.  
 & est sensus, Ac si diceret, quod ante remissionem videri poterat, post videri non de-  
 bet. s. quod ego peccator iudicandus sum, quia nunc certum est quod dimittendi veritas,  
 non abundasset in gloria, nisi peccassem, Et non sicut, Item aliud infert falsum **Apost.**  
 ex eodem quod dixerat. s. si veritas dei ex meo mendacio abundavit in gloria. q. d. Et si  
 istud est. s. quod veritas dei in peccato abundet in gloria. cur. s. Non facimus nos mala ut  
 veniant bona. i. ut crescat iustitia & gloria dei? Sicut blasphemamur, nos **Apostoli.**  
 Et sicut aiunt quidam nos dicere. i. sicut imponitur nobis apostolis blasphematio a qui-  
 busdam hoc sentire & dixisse, & etiam predicasse quod est blasphematio. Quid imponi-  
 tur nobis, dixisse? hoc. s. Faciamus mala ut veniant bona. Quidam. n. peruersi homines  
**Aimo.** non intelligentes & ad reprehendendum procliuus cum audissent a Paulo, & ab alijs **A-**  
**Ambro.** **August.** postolis predicari. Vbi abundavit delictum superabundavit & gratia: dixerunt **Apostolos**  
**Aimo.** predicasse, Faciamus mala ut veniant bona. & dicebant. Quanto ergo amplius maiora  
 mala commiserimus, tanto amplius maiora bona percipiemus, & maiorem gratiam, quia deus vult  
 ut peccemus, ut habeat quid dimittat, & ipse misericors appareat. Vel ita, poterit continua-  
 ri haec scriptura, cum praecedentibus. s. Si. n. ut propius coniungatur, cum praecedenti scriptura quam  
 ante. q. d. Quo iudicabit deus hunc mundum, si est iniquus? q. d. non recte, quod in par-  
 te ostendit, quia nec modo iuste iudicaret me, quasi peccatorem, quod ego non sum, &  
 vere. Si enim veritas & c. Sententia verborum non mutatur a prima expositione. Quo-  
 rum damnatio & c. q. d. Quidam imponunt nobis, Quorum, talium, Damnatio iusta  
 est, & ideo non est credendum eis.

Quid igitur: Praecellimus eos nequaquam. Causati enim sumus Iudaeos & Graecos  
 omnes sub peccato esse: sicut scriptum est, Quia non est iustus quisquam, non  
 est intelligens: non est requirens deum. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti  
 sunt, non est qui faciat bonum, non est usque ad unum. Sepulchrum patens est  
 guttur eorum linguis suis dolose agebant, venenum aspidum sub labiis eorum.  
 Quorum os maledictione & amaritudine plenum est, veloces pedes eorum ad  
 effundendum sanguinem. Contritio & infelicitas inuis eorum, & viam pacis non  
 cognouerunt, non est timor dei ante oculos eorum.

**Origenes** Quid igitur, **Apostolus** velut arbiter quidam medius inter eos qui in circuncisione cre-  
**Ambrosius.** diderant, & eos qui ex gentibus venerant, tam Iudaeos quam Graecos reos esse supra ostendit,  
 ubi etiam demonstravit personarum acceptionem apud deum non esse: ubi etiam  
 quae sunt quod quaerendum esse putavit, scilicet quid amplius sit Iudaeo secundum prio-  
 rem statum, & respondet multum, & in quo maxime demonstravit. Modo quaeritur  
 utrum in hoc statu gratiae plus sit Iudaeo quam Gentili, & respondet non. immo pa-  
 res sunt in hac gratia evangelii. q. d. quia plus fecit deus Iudaeo in priori statu, & quod  
 bona eis implevit non est ex aliquo eorum merito. Quid igitur dicemus. Praecellimus  
**Aimo.** eos? s. Gentiles in hac gratia. Nequaquam, Quia non est personarum acceptio  
 apud deum, sed in omni gente qui timet deum hic acceptus est illi. Vere non sumus nos  
 Iudaei digniores gentibus in hac gratia. Causati enim sumus. Id rationibus ostendimus  
**Aimo.** superius. Omnes. s. Iudaeos & Graecos, Sub peccato esse, ante hanc gratiam, quia Iudaei  
 praevanicando naturalem legem & scriptam & Gentiles naturalem inveniunt peccato-  
**Augustinus** res, sicut supra ostensum est, & ideo nullum praecellit alterum & in statu gratiae. His  
 verbis dirimit **Apostolus** contentionem, & litem componit quae inter Iudaeos & Gen-  
 tiles orta erat, cum illi tanquam ex meritis operum legis, sibi redditum evangelii praemium  
 arbitrarentur: illi contra Iudaeis se praeferre gestiebant tanquam interfectores domini. De  
 inde propheticum testimonium subdit, quo ostendit etiam Iudaeos reos, de quibus minus vi-

**A** detur, quia sub lege vivere videbatur, dicens, Sicut scriptum est. q. d. oēs sunt sub peccato  
 Sicut scriptum est de Iudaeis de quibus minus videretur. Quia non est iustus quisquam. s.  
 qui non venit ad Christum. ideo non est iustus, Quia non est intelligens. i. quia non in-  
 telligit Christum esse deum: & quod non intelligit, ex culpa sua est. Quia non est re-  
 quirens deum. i. quia non requirit deum. Ex operibus enim poterant quaerere & inuenire  
 quod Christus erat deus: non requirit dico, sed potius declinat ab eo. & hoc est, Omnes  
 declinauerunt. Nemini enim dubium est, quia oēs non quaerentes deum declinat ab eo, &  
 inclinatur ad malum. Simul. s. cum ipsa declinatione, Inutiles facti sunt, quia & alios  
 declinare fecerunt. A deo declinauerunt, quia, Non est, aliquis de illis, Qui faciat bonum  
 non est utique usque ad unum. i. nec etiam unus. Vel, Non est qui faciat bonum non est usque  
 ad unum. s. praeter unum Christum, quia nullus nisi Christus bonum fecit. Christus enim tan-  
 tum bonum in se, & in suis facit. Sepulchrum. q. d. Ita declinauerunt, ut diximus, & ita  
 aliis inutiles fuerunt, Quod guttur eorum est sepulchrum patens. i. sceleris verborum &  
 operum eorum corrumpit alios, & hiat recipere illos mortuos. Nam malis mancipa-  
 ti bonos si posset fieri deuorare vellēt: ut sicut sepulchrum patet ad recipienda cadaue-  
 ra, ita & aduersus bonos guttura illorum, & si non audent apertis malis persequi, Lin-  
 guis suis. i. malis, Dolose agebant. verbis bona dicentes, sed malum corde cogitantes:  
 quia, Venenum aspidum. i. odium insanabile erat, Sub labiis eorum, id est sub corde  
**B** eorum, quia huiusmodi hominum verba muscipula sunt. Ad hoc enim loquuntur ut  
 decipiant. Ut sicut per labia serpentis peremptorium venenum infusum est, ita per la-  
 bia eorum dolus & captio. Quorum etiam os plenum est, abundanter, Maledictione  
 id est verbis maledicis: ut, Daemonium habes, & huiusmodi. & Amaritudine. i. ama-  
 ris minis. Et, etiam, Pedes, id est affectus eorum, sunt, Veloces ad effundendum san-  
 guinem Christi & suorum. q. d. Homicidae sunt ex deliberatione, ad bonum segnes, ad  
 parricidium sunt veloces, sed inde erit eis haec poena, scilicet quia, Contritio. i. tempo-  
 ralis poena. Et infelicitas. i. aeterna damnatio erit, In visis. i. in operibus, Eorum, id est  
 pro actionibus suis malis veniet eis contritio, & infelicitas. Talia enim faciunt, unde  
 conterentur in hoc seculo, per Titum & Vespasianum: & in futuro erunt infelices pu-  
 niti anima & corpore. & hoc ideo, quia, Viam pacis, id est Christum, Non cognouerunt,  
 dum enim vitiorum bellis semper vrgentur, viam pacis ignorat. i. Christum, per  
 quem est pax multa diligentibus nomen domini: nec saltem timor dei eos reflexit  
 a malo. Quia non est timor dei ante oculos eorum. Non enim habent Dei timorem,  
 qui est initium sapientiae. De his dicit Hieremias, Tunc omnes surrexerunt in prophe-  
 tam domini volentes occidere eum: & subiecit, Omnis autem populus, non permisit il-  
 los. Sed contrarium videtur quod omnes insurrexerunt, & omnem populum non  
 permisit. Omnes ergo dixit insurrexisse. s. malos, & omnem populum non permisit  
**C** se. s. bonos. & hic enim, non quia dicit, Omnes declinauerunt, totam penitus plebem  
 significat, sed alteram partem plebis, Semp̄ enim duo populi sunt in vna plebe.  
 Hic est enim populus quem increpat dominus, dicens sub nomine Hierusalem, Hie-  
 rusalem Hierusalem quae occidis prophetas, quae occidis prophetas, & ite. Generatio  
 mala & adultera. De qua Esaias ait. Ve genti peccatrici semini nequam & c.

Scimus autem quoniam quaecumque lex loquitur, his qui in lege sunt loqui-  
 tur, ut omne os obstruatur, & subditus fiat omnis mundus deo, quia ex operibus  
 legis non iustificabitur omnis caro coram illo.

Scimus autem & c. Ostendit Iudaeos ante gratiam fuisse sub peccato auctoritate scripturae  
 David, sed ne Iudaei auctoritatis David verba inuenterent, & alio detorquerent, ait,  
 Scimus, & c. q. d. hoc David dicit, Nos autem scimus quoniam quaecumque loquitur lex, lo-  
 quitur his qui in lege sunt, supple & de his qui in lege sunt. Lex. n. aliquam appellatur  
 generaliter vetus test. aliquam pro parte vet. test. accipitur sicut ibi. Aperuit dominus discipulis  
 sensum, ut intelligerent de eo quae scripta erant in lege & prophetis & psalmis. Non unquam  
 vero psalmi lex vocatur: sicut dominus ait. In lege vestra scriptum est. Ego dixi dii estis, & filii  
 excelsi oēs. Et alibi, Ut impleatur sermo qui de lege eorum scriptus est, Quia odio habue-  
 runt me gratis. Ita & hic psalmi dominus lex. i. nomine legis intelligitur, quia informat.  
 Ut ergo ostenderet **Apostolus** ea quae superius dicit de psalmo, pertinere ad Iudaeos,



quorum superbia confringenda erat, dixit. Scimus, quoniam quæcūq; lex loquitur, in loco isto. i. psalmi. His loquitur qui in lege sunt. i. Iudæis legem habentibus. Vt ita, **Augustinus de spū & lrā.** Omne os, etiam Iudæorū Obstruatur, a sua gloria. Et omnis mundus. i. omnis homo, scilicet non tantum Gentilis sine lege reus de impietate, sed etiā Iudæus reus de legis transgressione, Fiat subditus deo, totum ei tribuēs. Quia oēs peccatores sunt inuenti & grā sunt saluati, nō meritis. Quia ex operibus &c. Hic incipit agere plenius de lege vt ostendat iustitiā nō esse ex ea. q. d. dico vt oīs mundus subditus sit deo: quod debet, quia certū est. Quod ex operibus legis, non iustificabitur corā illo. s. corā deo, et si coram hoībus, Omnis caro. i. hō, vel carnaliter viuens, & ideo illi qui cū sub lege essent Christo crediderūt, non quia iusti erant, sed vt iustificarentur, venerunt ad gratiam fidei. Destruitur autem hic superbia gloriantium de operibus legis, ne gratia fidei videatur non necessaria, sed etiam opera legis iustificare crederentur. Opera autē legis dicuntur, quæ cū lege instituta, & terminata sunt, vt erāt ceremonialia & figuratiua quæ nunquā valuerūt consciām mundare, etiā si cum charitate & deuotione fierent. Si vero quæritur. Quare illa facta in charitate non iustificarent, sicut nūc opera bona quæ facimus in charitate iustificat? Rōdemus, quia illa non fuerunt instituta in iustificationē, sed in futurorū significationē, & peccati & infirmitatis ostensionē. Ex illis ergo nemo iustificabitur. Corā illo. s. deo, qui itima videt. s. vtrū ex amore iustitiæ quid agatur, vel timore pœnæ, quod nō vident hoīes. Hic itē quæritur, Nūquid Moses, Dauid, & alii boni ex lege nō fuerunt iustificati? Ad quod dicit, Fuerunt quidē iustificati sed non ex operibus legis. Vñ Petrus ait, Quid tentatis nobis imponere iugum &c. Si cut ergo nos saluamur mō per fidē Christi, sic & illi saluabantur. & quare nō ex operibus? Quia lex non venit tollere peccata, sed ostendere & punire. Deceuit enim Deus per factm mysterii fidei, quod in Chrō est, hoīem iustificari, nō per legē: quia lex non iustificat apud deū, sed fides. De lege autē loquimur secundū ceremonialia, vt dictū est non secundū moralia, quæ vtiq; iustificat, & in euangelio cōsummantur.

Per legem enim cognitio peccati. Nunc autem sine lege, iustitia dei manifestata est, testificata a lege & prophetis.

Per legē. n. q. d. Vere ex lege nō est iustitia, quia, Per legē, tātū, Est cognitio peccati, non consumptio. Si ergo cognoscunt & non cauent, præuaricatio est: & ita ira. i. pœna debetur. Cauere autē non potest homo peccatum, si non adiuuet gratia, vt cognitum caueatur: & ita sine dubio lex iram operatur, sicut in sequenti dicitur. quod ideo dicitur, quia ira dei maior est in præuaricatore, qui per legem noscit peccatum, & tamen facit. Quod autē dicit per legem peccatū cognosci, non iō hoc dicit quod peccata ante legem prorsus nescirentur, cum etiam Ioseph accusatus de crimine missus fuit in carcerem: & fratres eius dixerunt, Merito hæc patimur quia pec. in f. n. Sed ideo dicuntur peccata cognosci per legem, quia quædam cognita sunt p̄ctā, quæ ante ignorabantur esse peccata: & quædam grauiora per legem cognita sunt, quæ ante putarentur: & cōiter omnia non impune futura apud deū per legem cognita sunt. Nūc autē &c. q. d. Ex operibus legis non fuit olim iustitia. Nunc autē. i. in hac gratia quæ est nunc. i. in aduentu Christi in tempore gratiæ, Iustitia dei, non hominis data est, Sine lege. i. sine legis auxilio: & non solum data est, sed etiam manifestata est, non dubie, sed miraculis. s. domino cooperante & sermonem confirmante, sequentibus signis. Iustitia autē dei dicitur hic, nō qua ipse iustus est qui essentialiter iustitia est: sed qua induit impiū quando misericorditer de infideli facit fidelem. Et vt homines certius credant, addit, Iustitia, dico, Testificata, vel, Testimonium habens a lege & prophetis. Quia lex eā multis sacramentis præfigurauit, eo ipso etiam lex perhibet testimonium iustitiæ dei, quia in ea nemo iustificatur. Cum enim lex non iustificat impium de præuaricatione conuictum, mittit ad iustificantem deum, atque ita perhibet testimonium iustitiæ dei dum iubendo & minando, & neminem iustificando satis indicat dono dei hominē iustificari. Prophetæ vero perhibent testimonium id prænunciando quod Christi impleuit aduentus: prænuiciauerunt enim Christum qui factus est nobis sapientia & iustitia & sanctificatio, & redemptio. Idcirco autem dei iustitia dicitur quæ magis proprie videretur dicenda misericordia, quia de promissione originem habet, & cum pro

missum dei reddit iustitia dei dicit. Iustitia enī est, quia ex solutū est quod promissum est: & cū suscipit cōfugiētes ad se, iustitia dei dicit, quia nō suscipere iniquitas est.

Iustitia autē dei, per fidē iesu Christi, in omes, & sup omnes qui credūt in eū. Nō enī est distinctio. Oēs enī peccauerūt: & egēt gloria dei, iustificati gratis per gratiā ipsius, per redēptionē quæ est in Christo iesu, quæ proposuit de<sup>9</sup> propitiā torcē per fidē in sanguine ipsius ad ostensionē iustitiæ suæ, propter remissionem præcedentiū delictorū in sustentatione dei ad ostensionē iustitiæ eius in hoc tempore, vt sit ipse iustus, & iustificans eum, qui ex fide est iesu Christi.

Iustitia autē. q. dicat. Dixi iustitiā esse ex deo. Hæc autē iustitia, dei est. i. hæc iustificatio qua iustificamur a deo est. Per fidē Iesu Christi. i. per fidē qua credūt in Christū, iustificatore impiorū, quia fides impetrat, quod lex imperat. Sicut autē ista fides Christi est dicta, nō qua credit Christus: sic illa iustitia dei, nō qua iustus est deus. Vtrūq; enī nostrū est sed ideo dei & Christi dicit, quia ei<sup>9</sup> nobis largitate donat. Iustitia ergo dei sine lege est, sed nō sine lege manifesta. Quomodo enī per legē testificata si sine lege manifesta? Sed iustitia dei sine lege est quā de<sup>9</sup> per spūm gratiæ credēti cōfert sine adiutorio legis. i. nō adiutis lege, sed nō sine lege ostendit. quia per legē ostendit homini infirmitatē suā, vt ad ei<sup>9</sup> misericordiā per fidē cōfugiēs sanaret. Ideoq; de sapiētia ei<sup>9</sup> dicit, quod legē & misericordiā in lingua oportet: legē, quæ reos ostēdat superbos: misericordiā vero, qua iustificet humiliatos: ergo iustitia est per fidē Christi. Hæc autē iustitia venit i oēs, & vt magis proprie dicat Super oēs, quia cēlit<sup>9</sup> data est. s. Super oēs, Iudæos & Gētiles. Qui credūt in eū. Et vere in oēs, Nō enī est distinctio, Iudæi & Gētilis. Oēs enī, tā Iudæi quā Gētilis, Peccauerūt, vel in semetipsis vel in Adā, quia sine p̄ctō nō sunt, vel quod originaliter traxerūt, vel quod malis moribus addiderūt. Peccatū enī primi hoīs nō solū ipsum, sed etiā omne vitiauit genus humanū, quia ex eo oēs dānationē simul & culpā suscepim<sup>9</sup>. Peccauerūt ergo oēs cū ex vno peccatore oēs nascūtur p̄ctōres. Et egēt, adhuc quotidie, Gloria dei. i. iustitia dei, non sua: quæ ideo dicit gloria dei, quia per hoc de<sup>9</sup> gloriosus apparet. Oēs igit p̄ctōres inuenit gratia Christi, qui sol<sup>9</sup> sine p̄ctō venit. Et oēs egēt gl. dei. i. vt ipse liberet, qui p̄ctō nō tu qui liberatore indiges. Hæc igit Christi gratia sine qua nec infantes, ne grandes salui fieri possunt, nō meritis reddit, sed gratis datur, propter quod & gratia noiatur. Vniuersa enī massa pœnas debet. & si oibus debitū dānationis supplicii redderetur, nō iniuste proculdubio redderēt. Qui ergo inde per gratiā liberant, nō vasa meritorū suorū, sed vasa misericordiæ noiānt recte. Quisq; ergo agat gratias misericordiæ dei quos voluit liberatis. quia recte nullus posset iustitiam culpæ vniuersos si veller dānantis. Oēs enī pec. & eg. g. d. id est indulgētia & venia p̄ctōrū: vnde gloriosus apparet deus. Et quia oēs peccauerūt, Ergo iustificati sunt gratis. i. sine meritis præcedētib<sup>9</sup>. & hoc, Per gratiā ipsi<sup>9</sup>. i. per gratuita dona. Gratia quippe dei donū dei est. donū autē maximū, ipse spūs sc̄tus est. Nō igit iustificati sunt per legē, nō per propriā volūtātē, sed per grām Christi: nō quod sine volūtate nostra fiat, sed volūtas nra ostēditur infirma per legē, vt fanet gratia volūtātē, & sana volūtas impleat legē, nō cōstitutā sub lege, nec indigēs lege. Ipsa igit est grā iustificat ipsius, & ideo percipiēde hui<sup>9</sup> gratiæ merita nulla præcedūt, quia meritis ipsi<sup>9</sup> nō grā, sed pœna debet, nec ista esset grā si nō dare<sup>9</sup> gratuita. Dat autē gratuita, quia nihil boni ante feceram<sup>9</sup>, vnde hec merere mur, quia nihil præcesserat i meritis nris, nisi vnde dānari deberem<sup>9</sup>. Nō inuenit igit merita bonorū, sed merita suppliciorū. Ergo iustificati sunt gratis, quia nihil operati erāt. Per gratiā ipsi<sup>9</sup>, quia fide iustificati sunt. & præcipue, Per redēptionē: quæ est nobis, In Chrō Iesu. nusquā alibi. i. per precii dat<sup>9</sup> pro nobis à Chrō Iesu. de quo Petr<sup>9</sup> ait, Quia nō corruptilib<sup>9</sup> argēto, vel auro, redēpti estis, sed precioso sanguine vni-geniti filij dei. Nempe vt iustificarent hoīes diuina grā, veritas de Maria nata est, vt posset pro illis iustificādis offerre sacrificiū passionis & crucis. Nisi enī à nobis fumeret carnē mortalē, Christ<sup>9</sup> mori nō posset. Notādū vero quia recte dicit redēnisse nos nō emisse. Ips<sup>9</sup> enī ante per naturā fueram<sup>9</sup>, sed nris delictis, alienati fuim<sup>9</sup>. Si ergo ad p̄ctā nō redeam<sup>9</sup>, fructuosa erit nobis redēptio Christi. Quæ Christū, De<sup>9</sup> p̄, Proposuit. i. lōge añ disposuit, & prædixit. vel, Proposuit. i. palā oib<sup>9</sup> posuit, Propiciatorē

Aimo.

Augustinus de spū &amp; lrā tera

Aimo. Aimo.

Augustinus de natura & gratia. Augustin<sup>9</sup> ex lib. Hiponosticon. Augustinus in psal. xxxv. Augusti. de natura & gratia.Aimo. Augustinus de spū & lrā. Augustin<sup>9</sup> de verbis domini.

August. in libro ad Sixtū, Ambrosius.

Augustinus in Psal. xxxiii. Ioannes.

Aimo.

id est misericordē, & reconciliatorē: & hoc, Per fidē in sanguine ipsi⁹. i. per fidē passiōis, sine qua nihil placet deo. vel, Per fidē in san. ip. i. per fidē & passiōē. hęc simul iungit, quia neutrū sine altero valet, dico quod proposuit eū propitiatorē, ad hoc utiq; .f. Ad ostensionē iustitię suę. i. vt ostēderet se veracē in promissis. .f. vt nos à pctis liberaret, sicut ante promiserat, quod cū ipse iustū se esse ostēdit, quę ostēsiō necessaria fuit, nō solū pro remissione pręsentū, sed etiā propter Remissionē pręcedētū delictorū .f. eorū quę pręcesserūt Christi aduentū, delictorū dico existētū In sustentatione dei, deo. .f. patiēte & nō puniēte tūc. Sustentatio enī dei est, vbi peccator nō statim puniit vt peccat, sed per patiētā dei adducit ad pōnitētiā. Quidā igi sublimē dicit Apostolus. .f. quod de⁹ Proposuit filiū suū. Propitiatorē humano generi. Per fidē in san. ipsi⁹. i. per fidē & sanguinis sui effusionē, vt per hoc ostēderet iustitiā suā dū eis remitteret pręcedētia delicta quę pessimis tyrānis seruēdo cōtraxerat, eo tēpore quo sustinebat, & patiebatur de⁹ hoc fieri, quia diu sustinet & supportat pctā hoim. quod nisi esset, in primo hoīe finis hoīs per iudiciū fuisset. Ad quid autē tūc paterē, & sustineret, ostendit subdēs. .f. Ad ostensionē iust. eius in hoc tēpore. Iustitia hic accipiit, qua iustificat de⁹ credētes in Christū. Vel ipse Christus qui iustificat pctōres. Et est sensus, Ad hoc patiebatur delicta vt ostenderet in hoc tēpore Christi suā iustitiā quę iustos facit. .f. quod ipse iustificat & saluat. Quod nullo alio tempore fieri potuit, nisi quo de⁹ dedit, quod olim promiserat dandū. Vel ita, Propter remissionē delictorū, nō tantū pręsentū hominū, sed etiā hominū pręcedētū Christi aduentū. Delictorū dico existētū, In sustentatione dei. Illi enim iusti qui pręcesserūt Christi aduentū in inferno tenebatur, vsq; ad Christi passiōē, vbi nec pōnis opprimebatur, nec tamē deū videbant, quod erat eis pōna. Hoc autē erat eis pro pctō primi hoīs, siue pro pctō originali, propter quod oclus⁹ erat adit⁹ regni celorū, qui per Christi passiōē est reseratus. Vnde Zacharias, Tu quoq; in sanguine testamēti tui emisisti vinctos tuos de lacu, in quo nō est aqua. Super hunc locū dicit Hieron. In resurrectione Christi, iusti, qui pro peccato Adā vincti in inferno tenebatur, resurrexerunt. Solet autē quærī vtrū antiquis iustis qui in inferno tenebatur pctā essent remissa per fidē & pōnitētiā, quā eos vere habuissē cōstat: & si remissa erāt oīa, qua de causa apud ieros detinebatur. Ad quod dicim⁹, quod oīa erāt eis dimissa per fidē, & pōnitētiā, sed omnimodū remissionis effectū cōsecuti nō fuerāt. Est enī duplex remissionis effectus. .f. carere pōna, & frui gloria. Alterum habuerūt ante Christi mortē, quia pōnā actualē nō sentiebāt. Alterū vero nō, quia deū nō videbāt, sed per Christi mortem data est eis gloria diuinę visionis à qua differebantur deo sustentante eorū delicta. Ad ostensionē iustitię eius in hoc tēpore id est vt ostenderet in tēpore mortis Christi iustitiā suā qua coronat sperātes in se. Vt sit ipse. q. d. ita iustitiā ostendit, Vt ipse sit. i. esse appareat, Iustus, in promissis, dās quod promissit, aliter nō posset viuare. Et sit, Iustificans, id est iustum faciens. Eum qui est ex fide Iesu Christi: non ex lege. i. qui credit in Christum.

Vbi est ergo gloriatio tua? Exclusa est. Per quam legem? Factorū. Nō. sed per legem fidei. Arbitramur enim iustificari hominem per fidē sine operibus legis.

Vbi est & c. Reddita ratione ad eos loquitur qui agunt sub lege, ostendēs q sine causa gloriatur: blandiētes sibi de lege, & de genere Abrahę vidētes nō iustificari hoīem apud deū nisi per fidē. q. d. Quia ex fide sine lege est iustitia, Ergo ò Iudæe, Vbi est gloria tua? Non potes gloriari. nā illa vitiosa gloriatio tua de superbia veniēs, Exclusa est. i. ablata est. Et, per quam legem. .f. exclusa est. Interrogat Iudæū, vt consideret per quam legem exclusa est superba gloriatio. Nūquid per legem Factorū. i. per legē Moī, quę carnalia mandabat. Non, sed per legem fidei. q. d. Attēde per quid exclusa est, nō per laborem operum, sed facilitatem fidei. Vel ita, Et agit de gloriatione bona. q. d. quia ex fide est iustitia. Vbi est ergo, ò Iudæe gloriatio tua. i. quid est i quo debes gloriari? Exclusa est gloriatio tua. Gloriationem laudabilem dicit quę in domino est, eamq; exclusam dicit. i. vt emineret expressam: nō, vt abscederet, pulsam. Vnde & exclusores dicitur quidā artifices argētarij, in qua significatione etiā accipitur illud in psal. Vt excludatur qui probati sunt argento. i. vt emineant hi, qui probati sunt eloquio dñi: ita & hic dicit exclusa est, id est manifestata est, & expressa. Gloriatio tua id est manifestum est in quo debes gloriari, scilicet non in lege factorum, sed in lege

Ambrosius.  
Orige.  
Aimo.  
Orige.  
Aimo.  
Ambrosius.  
Hieron.  
Quæstio.  
Responso.  
Ambro.  
Augustinus.  
de spū & lit.  
Aimo.  
Aimo.  
Augustin⁹  
Augusti. de  
spū et litera

A fidei, & hoc est quod subdit, Per quam legem? .f. debes gloriari, per legem Factorum? Quæstio.  
Non, sed per legē fidei. Quæratur autē quare lex Moī dicitur lex factorū, & nō lex euangelij dicat lex operū sed fidei, sed iustitię, sed spiritus. Quod operā precii est cōsiderare, si tamen valemus aduētere atq; discernere. Magna enī res est, lex enī euāgelij & si nō habet opera veterū sacramentorū, circuncisionis. .f. atq; cæterorū, habet tamen opera in sacramētis suis, huic tēpore cōgruis, & habet opera misericordię in moralib⁹ pręceptis. Quare ergo & ipsa nō dicit lex factorū? Ad quod breuiter dicā, quod lex quę dicit operū, minādo imperabat, sed gratiā faciēti nō pręstabat. Lex autē quę dicit fidei, opera quidē mādāt, sed credēdo ipetrat, vt fiant, & illa opera sequūtur iustitiā. Non enī ex ipīs est iustitia, sed ipsa sunt ex iustitia. ideoq; nō iustitiā operū, sed opera iustitię dicimus. Itaq; lex nō operū, sed iustitię vel fidei. vel grę dicit, quia gratiā perficiēdi opera pręstat, & iustos facit per fidē. Lex autē operū, vbi iubeantur opera, sed nō dabatur gratia. Per legem operū dicit deus homini, fac quod iubeo: per legē fidei dicit homo deo, da quod iubes. Ideo enī iubet lex vt admoneat quid faciat fides, vt cui iubetur si nō potest, sciat quid petat. Si autē cōtinuo potest & obediēter facit, debet etiā scire quod donāte possit. Arbitramur enī quod lex fidei iustificet: ab auctori tate sua ostēdit. q. d. Vere per fidē iustitia est. Nos enī, apostoli sic, Arbitramur. .f. hominē, quęcūq; etiā Gentilē, iustificari per fidē sine operib⁹ legis, carnalibus. i. sine circuncisione, aut neomenijs, aut veneratione sabbati. vel sine operibus legis quib⁹libet etiā moralibus. Sed hoc intelligendum est de operibus pręcedētibus fidē, nō sequētibus, sine quibus inanis est fides, vt ait Iacobus, Fides sine operibus mortua est. Et ipse Paulus ait, Si habuero omnē fidē, charitatē autē nō habuero, nihil sum. Bene igitur Apostolus fidē prędicans gentibus, vt ostēderet non merito bonorū operū pertinere ad fidē, sed fidem sequi bona opera, dicit, Hominē iustifi. per si. sine operi. le. nō quin credens post per dilectionē operari debeat, vt Abraham voluit filium immolare. Secū quantur enim opera iustificati, non pręcedūt iustificandū, sed sola fide sine operibus pręcedentibus fit homo iustus, vt nō magis sint iusti qui opera legis timore fecerāt: cū fides per dilectionē operetur in corde, etiā si foris nō exeat in opere. Nam fides quę per dilectionem operatur, & si nō sit in quo exterius operetur, in corde tamen seruies feruensq; seruatur. Et non meritis priorum operum, ad iustitiā fidei venit, in quo Iudæi se pręferēbant: bona opera etiam ante fidem inania sunt. Ita enim mihi videtur esse vt magnę vires & cursus celerimus pręter viam. Nemo ergo computet vere bona opera ante fidem: vbi fides non erat, bonum opus non erat. Bonum enim opus intentionem facit, intentionem fides dirigit. Non valde attendas quid homo faciat, sed quid cum facit attendat, quo lacertos optime gubernationis dirigat.

C An Iudæorum deus tantum? Nonne & Gentium? Imo & gentium. Quoniam quidem vnus est deus qui iustificat circuncisionem ex fide, & pręputiū per fidem. Legem ergo destruimus per fidem? Absit. Sed legem statuumus.

An Iudæorum deus tantū? q. d. Arbitramur quęcūq; hominē iustificari per fidem, quod credendum est, quia etiam gentium creator est. & hoc est quod ait, An Iudæorū deus tantum, id est creator est, vt eorum tantū per hoc sit credendus iustificator. Nōne & gentium? creator est vt Iudæorum. Immo & gentium, creator est vt Iudæorum, vt eorundem credatur ita iustificator vt Iudæorum. Et vere vtrorūq; est ipse deus. Quoniam quidem vnus est deus, id est creator omnium. q. d. cum alijs modis possit probari, hoc vnus pono, & cum vnus sit omnium deus, iustificat æqualiter omnes per eandem causam, id est per fidem. & hoc est, Dico vnus est deus. Qui iustificat circuncisionem. i. Iudæos ex fide. Et iustificat pręputium, id est immundos Gentiles, Per fidem. Non ad aliquam differentiam dictum est hoc, tanquam aliud sit ex fide & aliud per fidem, sed ad varietatem locutiōis. Idem est enim quod dicit ex fide & per fidem, quia Apostolus sæpe mutat prępositiones in eodem sensu. Et quia dicimus omnes iustificari per fidem. Ergo legem destruimus per fidem? Absit. Non enim destruitur lex, cū impleta secundum spiritum, cessat secundum literam. vnde subdit, Sed statuumus, id est confirmamus. Legem, quia hoc gratia fidei est per quā impletur lex, quę sine fide infirma esset. Firmatur enī status legis, quia mystica & cęrimonialia spiritualiter implentur: & quod minus in moralib⁹ cōtinebat, in euāgelio addit: & quod promittebat eis

Augustinus.

Augustinus.

Augustinus.

Ambrosius.

Augustinus.

August. de fide

de &amp; operib⁹

August. in li

bro. xxxiii.

quæsti.

August. de fide

de &amp; operib⁹

Augustin. in

psal. xxxi.

Augu.

Augu. de spū

&amp; litera.

Ambrosius.



uenturum, fides aduenisse testatur. Mystica ergo & promittentia in euangelio impleta sunt, secundum spirituale intelligentiam. Litera vero occidens tollitur. Mortalia autem in quibus minus continebatur etiam secundum literam in euangelio consummantur.

## CAP. IIII.

**Q**uid ergo dicemus inuenisse Abraham patrem nostrum secundum carnem? Si enim Abraham ex operibus iustificatus est, habet gloriam sed non apud deum. Quid enim dicit scriptura: Credidit Abraham deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Ei autem qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. Ei vero qui non operatur, credenti autem in eum qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iustitiam secundum propositum gratiae dei: sicut & David dicit, beatitudinem hominis, cui deus accepto fert iustitiam sine operibus. Beati quorum remissa sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Beatus vir cui non imputauit dominus peccatum.

Quod superius dixerat hominem iustificari per fidem, ostendit per Abraham, in quo omnes confidunt, qui per fidem adeptus est iustitiam & promissionem, & paternitatem. q. d. Et quia nemo iustus est sine fide, ergo nec Abraham. Quid ergo dicemus Abraham patrem nostrum, quem. f. imitari debemus, inuenisse secundum carnem. i. ex operibus legis. Dicemus quod fuit iustus ex eis? non. Quia si Abraham iustificatus est ex operibus legis. i. si ex carnali obseruatione vere iustus est quod utique impossibile est, sequitur hoc aliud impossibile. f. quod ipse habet gloriam aeternam, quae ex iustitia sequitur: sed a se habet eam, non apud deum, id est non a deo. Vel ita, videtur sapienter apostolus ostendere quod quaedam sunt iustificationes, quarum una ex operibus notatur, alia vero ex fide: & illa quidem quae ex operibus est, dicit habere gloriam, sed apud hominem, non apud deum: illa vero quae ex fide dicit habere gloriam apud deum, qui inspicit corda hominum, & scit qui credit in occulto, vel non. Et est sensus, si ergo Abraham ex operibus legitur iustus est, ipse habet gloriam. de hac iustificatione, sed apud homines: non secundum deum, quia haec iustificatio est in opinione hominum, & non apud deum, quia non vera est. Auertat deus talem gloriam, & illud potius teneamus, qui gloriatur, in domino gloriatur. Multi enim gloriantur de operibus cum sint mali, sicut ille pharisaeus gloriabatur qui cum publicano in templo ascendit, & opera sua iactabat dicens, Non sum sicut ceteri hominum &c.

Si ergo ex operibus iustificatus est Abraham, non habet gloriam apud deum, quia qui fecerit, inquit, legem viuet in ea. i. non morietur hic ut reus, nec tamen meritum ex hoc habebit apud deum, sed fidei causa. Abraham autem gloriam habet apud deum, non ergo iustificatus est ex operibus: & si hoc est, tunc ex fide iustus est, quod probat subdēs. Quid enim scriptura dicit in Genesi. q. d. attende, quid dicat, & vnde iustus sit. Ecce credit Abraham deo, dicenti, In semine tuo benedicentur omnes gentes, & alia huiusmodi: & ipsum credere, reputatum est illi ad iustitiam. i. fuit ei sufficiens causa iustitiae ad salutem, & est alijs: sed tamen ei qui operatur. i. qui habet tempus operandi, Merces non imputatur, id est non dabitur secundum gratiam fidei tantum, sed secundum debitum operationis suae. Ei vero qui non operatur. i. qui non habet tempus operandi sicut Abraham habuit, credenti autem in eum qui iustificat impium. i. si credit in Christum qui gratis peccata impio dimittit, Fides eius sola reputatur ad iustitiam. i. sufficit ad iustitiam quam opera non meruerunt, & ita sufficit ad salutem. Attende quod ait credenti in eum, non ei. Non enim continuo qui credit ei credit in eum. Aliud enim est credere in eum, aliud credere ei, aliud credere illi. Nam & demones credebant ei, sed non credebant in eum: & nos credimus Paulo, credimus & Petro, sed non in Paulum vel Petrum. Credere illi est credere esse vera ea quae loquitur, quod & mali faciunt. Credere illi est, credere quod ipse sit deus, quod & mali faciunt. Quid vero est credere in eum? crededo amare, crededo diligere, crededo in eum ire, & eius membris incorporari. Haec est fides quam a nobis exigit deus, & non inuenit quid exigit, nisi donauerit quod inueniat. Per hanc fidem iustificatur impius, id est de impio fit pius, ut deinde ipsa fides incipiat per dilectionem operari. Ea quippe sola bona opera dicenda sunt, quae fiunt per dilectionem Dei. Haec autem necesse est ut antecedat fides, ut inde ista non ab istis alia incipiat: quia nullus operatur bene, nisi prius credat in deum. Non ergo dicit apostolus, mercedem reddi

Ambrosius.

Orig.

Augustinus.  
in psal. xxxi.  
Aimo.

Augustinus

Aimo.

Ambrosius

Augustinus.  
Super Ioan.  
Beda.  
De fide  
Beda.  
AugustinusAugustinus. in  
Plal. lxxvi.

B

F

secundum meritum operis tanquam opera quae deus remunerat ex nobis sunt, immo ex gratia Dei sunt. Nam deus per gratiam dedit peccatoribus fidem per quam iustificarentur, ut per fidem iuste viuerent. i. bene operarentur. Quod ergo bene operamur iam accepta gratia, non nobis, sed illi tribuendum est, qui per gratiam nos iustificauit. Nam si debitam ante gratiam mercedem vellet reddere, poenam redderet peccatoribus debitam. Non ergo tibi bladiaris de meritis, cum tibi reddi mercedem secundum debitum operis audis, tanquam non sit in opere gratia retribuētis, sicut in fide est gratia iustificatis. Vix enim mihi suadeo vllū opus dici ex debito remuneratione dei deponere, cum etiam hoc ipsum quod agere aliquid possumus, vel cogitare, vel proloqui, ipsius dono & largitione faciamus. Secundum propositum. q. d. Sine operibus praecedentibus iustificatur impius. & hoc secundum propositum gratiae dei. i. secundum gratiam dei propositam hominibus creditibus: vel, secundum quod deus longe ante proposuit. Vel ita ab illo loco. Ei autem, & ait contra illos qui merito praecedentium operum legis vel quorūlibet dicebant sibi datam esse fidei gratiam. Quod si ita est, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum: quod si ita est, iam non est gratia. Si enim gratia est, gratis datur. Quid est gratis datur? Nihil boni fecisti, & datur tibi remissio peccatorum. Attenditur opera tua, & inueniuntur omnia mala. Malis operibus quid debet nisi damnatio? bonis quid debetur? merces. f. regnum caelorum. q. d. Abraham ex fide est iustus, sed, ei qui operatur, illa carnalia legis opera, vel aliqua bona ut gratia fidei & iustificationis mereatur, si merces est, ei non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. i. non est ex gratia sed ex debito meriti sui. Ei vero qui non operatur, credenti autem in eum qui iustificat. i. illi qui non facit haec carnalia legis opera, sed tantum credit in Christum, ut Gentilis facit: vel qui non facit qualibet bona opera ante fidem sed tantum credit, Fides eius reputatur ad iustitiam. id est sufficit ad iustitiam, & ita attribuit alijs quod dixit de Abraham. f. quod si est iustus ex operibus, habet gloriam, sed non apud deum: sed habet gloriam Abraham apud deum, & ideo ex fide iustus est. Dico quod ex fide est iustitia, & hoc est secundum propositum gratiae dei. Sic enim decreuit deus, ut cessante onere legis, fides iustificet. Hoc autem innuit exemplo prophetae David, subdēs, Sicut &c. q. d. dico quod ex gratia est iustitia & salus, sicut & David, dicit, Beatitudinem, hic & in futuro esse hominis illius, cui deus accepto. i. acceptaabili tempore, hoc est tempore aduentus Christi. vel aduerbiallyter dixit, Accepto quasi acceptabiliter. i. gratis. Fert. i. quasi impotenti accedere infert, iustitiam. i. remissionem, & opera bona, & hoc sine praecedentibus operibus. Beati quorum &c. Expositio sensu verborum prophetae breuiter ponit ipsa verba. q. d. David dicit, his utique verbis. Beati, sunt illi, quorum iniquitates, sine opere & labore poenitentiae remissae sunt, a deo per baptismum, ut iam non domineat peccatum in mortali corpore, & si sit. Et intelligitur hic per iniquitates originale peccatum. f. fomes peccati, qui dicitur concupiscentia, vel concupiscentia, sine lege membrorum, sine languore naturae, & alijs nominibus. Ista autem concupiscentia, vel concupiscentia quae dicitur fomes peccati, ante baptismum culpa est & poena, post baptismum autem poena est & non culpa, quae paruulum habilem concupiscere vel non concupiscere facit. Adultum vero etiam concupiscere, quae licet in regeneratis iam non deputetur in peccatum, quaeque tamen proles nascitur, obligata est originali peccato. Dimittitur ergo concupiscentia carnis, in baptisate, non ut non sit, sed ut non imputetur peccatum, hoc est enim non habere peccatum, non esse reum peccati. Quomodo enim alia peccata praetereunt actu & remanent reatu, ut homicidia & similia: ita e contrario fieri potest, ut concupiscentia. i. concupiscentia praetereat reatu, & maneat actu. De hac ita ait Augustinus, Manet quippe in corpore mortis huius carnis concupiscentia, cuius vitiosis desiderijs nos non obedire praecipimur, quae tamen concupiscentia quotidie minuitur in proficiētibus, & continentibus. Quia enim dum sibi inuicem vir mulierque miscetur, sine libidine non est parentum concubitus, ob hoc filiorum ex eadem carne nascentium, non potest sine peccato esse conceptus: ubi peccatum non transmittit propagatio, sed libido: nec foecunditas humanae naturae facit homines cum peccato nasci, sed foecunditas libidinis quam homines habent ex illius primi iustissima condemnatione peccati. Ideo Beatus David propter originale peccatum quo naturaliter obstricti filij sunt irae, dicit, In iniquitatibus conceptus. f. & in peccatis conceptus me mater mea. Ecce, Ex his liquet concupiscentiam esse originale peccatum. Originale autem dicitur, quia ex vitiosa originis nostrae conditione trahitur. Non enim quia ab Adam descendimus per carnis propaginem, ideo originali peccato te-

Augustinus.  
prioribus  
In episto. ad  
Romanos.Augusti. de  
fide ad Petr.

Orige

Augustinus.  
Attende

Ambrosius.

Ambrosius.  
Ambro.Ambro.  
Aimo.

Ambro.

Augusti. de  
nupt. & con-  
cupis.

Augustinus.

Augustinus.

Augustinus. de  
nupt. & con-

nemur, cū & Christus ab eo descēderit qui omni peccato caruit: sed quia vitiosa lege concipiendi, ex peccato primi hominis aecedenti, concepti sumus. i. carnis cōcupiscētia, ideo peccati rei sumus, quod originale dicitur. Ecce breuiter assignatū est quid sit originale peccatū, & quare dicatur originale, & quare imputetur posteris, & quomodo in baptifmate remittatur, vt. f. non remaneat post baptifmū culpa, sed pōna: & illud quod remaneat nō iam dominetur, si perseueret homo in gratia baptifmi. Ideo caute ait, Beati quorū r. f. & c. mitigatā & quantū ad culpā deletē, sed nō quātū ad pōnā. Et, quorū pētā, a ctualia, tēcta sunt in baptifmo. Pētā dicit quē sunt in actū, quē ita in baptifmo tēcta sunt, vt vltra nō videant à deo ad pōnā, quia hoc est deū, videre peccata. Oēs beati habēt quod volūt nō tamē oēs qui habent quod volūt cōtinuo sunt beati cōtinuo autē miseri sunt, qui vel nō habēt quod volunt, vel id habēt quod nō recte volunt. Beatus igitur non est, nisi qui habet omnia quæ vult, & nihil vult male. Et quia nullus est sine peccato originali, vel veniali, subdit, Baet⁹ v. c. nō im. d. ad pōnā, Peccatum, originale quod aliunde est, vel veniale. Vel aliter, Tres gradus delictorū fecit. Videtur enim tripartita ratio in his dictis propter delictorum varietatē. Primus gradus iniquitas, vel impietas est. f. cum creator non agnoscatur. i. infidelitas. Secundus gradus est in operibus grauium peccatorum. Tertius vero leuium. Remittere vero & regere, & non imputare vnius rationis & sensus sunt verba, quia & cum regit remittit, & cum remittit non imputat. sed ad laudem gratiæ dei prolixius loquitur.

Beatitudo hæc in circuncisione tantum manet, an etiā in præputio? Dicimus enim, quia reputata est Abrahæ fides ad iustitiam. Quomodo ergo reputata est? In circuncisione, an in præputio? Non in circuncisione, sed in præputio. Et signū accepit circuncisionis signaculū iustitię fidei quæ est in præputio: vt sit pater omnium credentium per præputium, vt reputetur & illis ad iustitiam: & sit pater circuncisionis non his tantum qui sunt ex circuncisione, sed & his qui sectantur vestigia fidei quæ est in præputio patris nostri Abrahæ.

Beatitudo hæc & c. Ex verbis prophetæ probauit beatitudinē esse ex gratia per fidē, nunc quærit in quibus sit, an Iudæis tantū an etiā in gentibus. q. d. cū cōstet quod beatitudo ex gratia sit per fidē, modo quærat in quibus sit, Beatitudo ergo hæc tantum manet in circuncisione. hoc est in Iudæis. An etiam in præputio. i. in gentibus. i. nunquid beatitudo, Abrahæ filijs solis cōcessa est, an etiā his qui ex gentib⁹ sunt? Deinde hui⁹ quæstionis rationē aperit dicēs, Dicim⁹ enī & c. q. d. hoc ideo quæro, quia dicim⁹ ex sensu legis loquētes. Quia fides reputata est Abrahæ ad iustitiam. nō circūcisio. i. vobis legē intelligētibus cōstat de Abrahā quod iustus est per fidē: & cū hoc cōstet. Quomodo ergo reputata est. i. in quo statu, cū esset, In circuncisione, an etiā in præputio. i. postquam circūcisus est vel antequā esset circūcisus: & sicut in eo videbit sic in alijs credi poterit. Deinde soluit vtriq; simul quæstioni respōdens. Nō in circūcisione tantū. i. in Iudæis, hæc est beatitudo. Sed etiā in præputio. i. in gentib⁹ similiter: non, In circūcisione. tantū. i. tēpore circūcisionis reputata est fide Abrahæ ad iustitiā, sed In præputio. i. tēpore præputij. Et signū accepit & c. Respondet Apostolus his quæ obijci recte poterāt. f. cū ante circūcisionē per fidem iustus esset: quare fuerit circūcisus, & quasi quis diceret, Cū ante circūcisionē iustus esset Abrahā, cur ergo circūcisus? Respondet nō sine causa, & nō superflue. Sed accepit signū circūcisionis. i. accepit circūcisionē in signū. f. nō qua fieret, sed qua iustus ostēderet. q. d. accepit circūcisionē, quæ circūcisio est iustitię signū iam habitæ. Nō ergo circūcisio aliquid magnæ dignitatis habebat, sed signū erat ei tantū. Circūcisio enī exterior dicitur signū interioris circūcisionis: tale. f. signū, Quod sit signaculū. i. habens similitudinē signatæ rei. Vt sicut carne libidinis hō in circūcisione spoliatur: sic anima spoliatur oibus sordibus primę natiuitatis. Et quia nōdū dixerat cui⁹ rei signū sit, subdit, Iustitię fidei. q. d. accepit circūcisionē in signū hui⁹ rei. f. Iustitię fidei. i. iustitię quæ ex fide. Vel alio modo, & alia ratiōe dicitur Signaculū. q. d. Accepit circūcisionē in signū, quod signū est signaculū. i. celans quoddā mysteriū quod celat inimicis. i. infidelib⁹, & seruat amicis. i. fidelib⁹ ad similitudinē sigilli quod imprimit, vt quod occultū volum⁹ esse, oib⁹ nō pateat. Hoc est autē mysteriū quod circūcisio quasi celatū cōtinet. f. quod sicut i octaua die circūcidit hō,

Augustinus de trinitate.

Ambrosius.

Augustinus Ambrosius.

Orig.

A sic in octaua ætate post finē septē dierū seculi, auferetur oīs vetustas, culpe. f. & pōnæ. Hic videndū est in quo primo instituta fuerit circūcisio, & quare, & quid conferet, & quare mutata fuerit tēpore gratiæ, succedēte baptifmo. Abrahæ primū circūcisio cōmendata est, vt sub lege mandati esset, & sic probaret, an cōpleret vel nō. Sicut Adā mandatū accepit, ne de ligno manducaret, ad probationē obedientiæ, & sicut præcepta fuit circūcisio Abrahæ, ita & semini eius. i. Hebræis ex eo nascituris: & fiebat octaua die, lapideo cultro in carne præputij sicut præceptū erat. Quinq; autē de causis data fuit circūcisio. Primū, vt per obedientiā mandati Abrahæ placeret deo, cui per præuaricationē Adā displicuerat. Secundo, in signū magnæ fidei Abrahæ. Credidit enī se habiturū filiū in quo benediceretur oēs gentes per fidē, & per quē spūalis circūcisio impleteretur, sicut iustificatus est & ipse. Tertio, vt hoc signo discerneret à cæteris nationibus ille populus. Quarto, vt circūcisio facta, in virili mēbro per quod generatur creatura mortaliū, & in quo libido solet dominari, castitatē mētis & corporis seruandā, & impudiciā recidēdā indicet. Quinto, ideo præcepta fuit, quia nō posset melius significari per Christū tolli originale peccatū: cū præputio quippe oīs homo nascitur, quæadmodū & cū originali peccato: & circūcisus præputiatū gignit, traijciens in illum quo ipse iam caruit, sicut baptizatus in filiū quæ carne generat reatū traijcit originis, à quo ipse iā liber erat. In carne præputij ideo iussa est fieri, quia in remediū instituta est. f. cōtra originale peccatū, quod à parētibus cōtrahimus cōcepti in cōcupiscētia, quæ in parte illa magis dñatur: & quia in illo mēbro culpā inobediētis primus hō cognouit, decuit vt in hoc mēbro signū obediētis acciperet. Fiebat autē octaua die lapideo cultro, quia post septenariū vitæ huius in octaua ætate quæ erit resurgentiū, omnis ab electis per petrā Christū abscidēt corruptio carnis & spūs, quādo liberabimur à seruitute corruptionis: & per Christi resurrectionē in octaua factā, circūcidēt à peccatis anima cuiusq; credentis in eum. Duæ itaq; sunt res illius sacramēti. f. circūcisio à peccatis in hoc præsentis, & circūcisio ab omni corruptione in futuro. Cōferebat autē circūcisio suo tēpore remissionē peccatorū, sicut & nunc baptifmū. Idem enī salutaris curationis auxiliū circūcisio in lege cōtra originalis peccati vlnus præbebat, quod baptifmus agere reuelatæ tēpore gratiæ cōstueuit: excepto quod regni cęlestis ianuam, necdum intrare poterant, tantū in sinu Abrahæ post mortē beata requiē consolati supernæ pacis ingressum spe felici expectabāt. Item, Quod apud nos valet aqua baptifmi, hoc egit apud veteres vel pro paruulis sola fides, vel pro maiorib⁹ virtus sacrificij, vel pro his qui prodierūt de Abrahæ stirpe, mysteriū circūcisiois. Ecce ex his auctoritatib⁹ patet per circūcisionē peccatorū fieri remissionē, sicut & per baptifmū. Cur ergo mutata est circūcisio per baptifmū? Quia sacramentū baptifmatis perfecti⁹ est, quia & magis cōmune, & magis gratiæ plenū. In circūcisione nāq; tantū peccata remittebatur, sed nō gratia ad bene operādū, per eā præstatur, nec virtutes dabatur vel augebantur. In baptifmo autē peccata dimittuntur, & gratia cooperandi cōfertur, & virtutes augentur. Ideo recte apostolus ait, quod Abraham accepit circūcisionē tantū in signū quod est. Signaculū. In signū dico, Iustitię fidei, quæ iustitia fidei, vel fides est ipū Abrahæ In præputio. i. in tēpore præputij. f. antequā circūcidere, & ideo in tēpore præputij habuit ex fide iustitiā. Vt ipse sit. i. vt ostēdatur esse pater. i. fidei auctor exēplo, Omnium credentiū. Si pater dico etiā, per præputiū. i. tēpore præputij. vel, Per præputiū. i. id quod est ei datū i tēpore præputij. i. per fidē. Nota diligēter, per, insolētē præpositionē. i. præter solitū hic positā, quæ nōnulla animaduersa explicat. potest enī sic intelligi. Per præputiū. i. in præputio, vt dicit per illud tēpus. i. in illo tēpore. vel per præpu. i. per id quod est datū ei i tēpore præputij. Si ei post circūcisionē, diceret ex ea hoc accepisse, hic agit de pñitate, quā per fidē, Abrahā cōsecut⁹ est. Nā per carnē Iudgorū tantū pater est: fide vero oim credentiū tā Iudæorū quā gētiū, ita eorū pñ est. Vt & illis credētib⁹, Reputet, ipū credere, Ad iustitiā. i. ad remissionē pētōrū & bona opera. & ita sit, Pater spūalis, Circūcisionis. i. auctor iustitię quæ ex fide sit per exemplū. Nō tantū his qui sunt ex circūcisione, carnali. i. Iudæis, est Abrahā pñ: vel reputat⁹ fides ad iustitiā, Sed & his, quicūq; sunt, Qui sectantur vestigia fidei Abrahæ, vt ita ample credāt, sicut ille credidit. Abrahæ dico, Patris nostri. i. patris omnium credentiū. Quæ fides data est ei, In præputio. i. in tēpore præputij, sicut iā dictū est. Nō enī & c.

Alcuinus.

Strabus Augustinus Ambro.

Augustinus Stra: Augustinus

Beda:

Greg. in mor talibus.

Nota:

Ambro. Ambr.

Aimo:



Ambro. dixit quod Abraham non per legem, sed per fidem iustitiam consecutus est, & paternitatem: nunc de promissione agens addit, quod per eandem fidem promissionem habuit, & hereditatem, quasi dicat, per fidem est paternitas, quia per eam est promissio, non per legem vel circumcisionem quæ nondum erant, & hoc est,

Nō enī per legē facta est promissio ipsi Abrahæ aut semini eius vt heres esset mūdi, sed p iustitiā fidei. Si enī qui ex lege heredes sunt, exinanita est fides, aboli-  
ta est promissio. Lex enim iram operatur. Vbi enī nō est lex, nec prauaricatio.

Ambro. Non enī per legē facta est promissio, ipsi Abrahæ, aut semini eius. i. ad opus seminis  
Aimo. eius. s. credentiū omniū qui sunt semē Abrahæ, nō carne sed imitatione. Vel, Semini  
Ambro. eius. i. Christo, cui dicitur facta promissio, quia in eo implenda erat. Quæ promissio?  
hæc. s. Vt esset heres mundi. Nōdū enī lex data erat, quando hæc promissio facta est.

Ambrosius. Abrahā dicitur heres mundi, i. possessor aliquorū de toto mundo qui eum imitentur.  
Ambro. Quia oēs credētes per fidē filij sunt Abrahæ, & ipse in Christo qui ex eo natus est, pos-  
sidet oīa. Abrahā ergo mūdi heres est, & in se & in semine suo. i. Christo: sed in se per  
Aimo. exemplū: Christus aut heres est. i. dñs mūdi, secundū potestatem, per quē benedictio fi-  
lij Abrahæ fit, cui dedit pater gētes, & terminos terræ: sicut ait Dauid, Dabo & gē-  
tes &c. Itaq; in illo est impleta promissio qua dictū est Abrahæ, Patrē multarū gentiū  
posui te. Et itē, In semine tuo. b. o. g. & alia huiusmodi. Hæc promissio, vt dictū est, nō  
est facta per legē, Sed per iustitiā fidei, per quā benedicuntur hoīes, & fiunt filij Abra-  
hæ. Si enī &c. Dixit per iustitiā fidei promissionē hereditatis factā Abrahæ, non per  
legē, nūc dicit, per eandē iustitiā fidei fieri heredes Abrahæ, nō per legē. q. d. Vere A-  
brahā nō est heres mundi per legem, quia filij eius nō sunt per legem. qui filij dicunt  
hic heredes: scilicet quos ille habet possidentes. Et vere Nō, quia si hoc verū esset, sci-  
licet, Si, illi, Qui sunt, heredes tantū Ex lege sunt. i. esse dicuntur heredes, hæc incō-  
uenientia sequitur, quod, Fides est exinanita. i. frustrata, qua cōstat iustum fuisse Abra-  
ham. Et promissio est abolita. i. inexplata vt nulli sint heredes. Lex enī, nō facit ali-  
quos heredes. nā potius, Operat iram. i. pœnā. Ad hoc enī data est vt reos faceret de-  
linquētes, nō efficiēti causa, sed nō adiuuante gratia. Vel vt reos faceret tēporalib; pœ-  
nis iram operat, nā prauaricationē: ex ea enī est prauaricatio. Quod qualiter dictum  
sit, aperit dicens, Vbi enī nō est lex. q. d. Ideo dico ex lege esse irā & prauaricationē,  
Ambro. quia sine ea nō est. Vbi enī nō est lex, nec prauaricatio. hoc ideo dicit, quia sublatis de  
lege data est venia: iustificatis, nulla est prauaricatio. Iustificati enim sunt qui per præ-  
uaricationem legis fuerant peccatores. Nota quod non ait vbi non est lex, non est ini-  
quitas: sed ait, non est prauaricatio. Omnis enim legem præteriens iniquus est, sed nō  
omnis iniquus est legem præteriens. Qui enim legem non acceperunt, iniqui dici pos-  
sunt, prauaricatores autē dici non possunt. In hoc ergo ostendit q; prauaricatio omni-  
nō esse non possit, vbi lex non fuerit: nec ira tanta, sine lege.

Aimo. Ideo ex fide vt secundū gratiam firma sit promissio omni semini, non ei qui  
ex lege est solum, sed & ei qui ex fide est Abrahæ, qui pater est omnium nostrū  
sicut scriptum est. Quia patrem multarum gentium posui te ante deum cui cre-  
didisti: qui viuificat mortuos, & vocat ea quæ non sunt, tanquā ea quæ sunt: qui  
contra spem in spem credidit, vt fieret pater multarum gentium, secundū quod  
dictum est ei, Sic erit semen tuum, sicut stelle cæli & arena maris.

Ambro. Ideo ex fide &c. Ex prædictis infert, ex fide fieri heredes Abrahæ. q. d. Et quia hæc incō-  
uenientia sequeretur, si ex lege essent heredes, Ideo, ex toto patet quod sūt heredes, Ex  
fide, quæ est donū misericordiæ, & sic est firma promissio omni semini Abrahæ. Vñ sub-  
dit, Vt firma sit promissio omni semini Abrahæ. i. Iudæo & gēt. li imitatori. Solis enī imitā-  
tibus firma est promissio. s. quod filij sunt dei. Firma sit, dico, Secundū gratiā fidei non  
secundū merita legalium operū, seu quorūlibet fidē præcedentiū. Firma enī promissio ef-  
se nō potest omni semini nisi ex fide, quia origo promissionis ex fide est, per quā purgati  
sunt vt digni sint dici filij dei. Nō ei &c. q. d. Firma ē promissio per gratiā fidei omni  
semini, Nō solū ei qui ex lege est. i. nō tantū ei qui ex veteri lege venit ad nouā. i. Iu-  
dæis, Sed & ei, quicūq; sit, Qui ex fide est Abrahæ. i. qui sequitur fidem Abrahæ quam

Ambro.

Ambro.  
Augustinus

Ambro.

Augustinus.  
Augustinus.

Augustinus  
Augu.  
Ambro.

Augustinus  
de bap. par.

A Gentilis habuit, vt esset iustus. Vel ita, firma est promissio omni semini & nō tantum ei.  
Qui solum est ex lege. i. qui de operibus legis præsumit, quia hic talis a gratia dei exci-  
dit. Sed ei, solum. Qui est ex fide Abrahæ. i. qui imitatur fidem Abrahæ: & id causa fidei

a lege recedendam est, vt sit firma promissio. Lex. n. sine gratia promissionis non so-  
lum non aufert, verum etiam auget peccatū: non quia sit efficiens causa peccati, cum sit  
sancta & bona: sed quia ea data, augmentū peccati accessit, quod sine ea non accessis-  
set. Multa. n. sunt quæ dicuntur efficere aliqua, nō quod ipsa efficiant, sed quia sine ip-  
sis non fierent illa quæ fiunt. Qui, Abraham, Est pater, id est institutor per exemplum  
fidei, Omnium nostrum. s. credentium pater est. Sicut scriptum est, in Genesi. q. d. Hoc  
est in quo consentit authoritas dicens, Quia posui te, o Abraham, id est constitui te,  
Patrem. i. authorem, secundum fidem non modo circumcisorū Iudæorū, sed & Multa-  
rum gentium, in quo percutitur Iudæorū superbia, qui gloriantur de progenie Abra-  
ham descendere. Non. n. carnaliter circumcisæ genti tantum factus est pater, sed etiam  
incircuncis gentibus fidem Abrahæ imitantibus. Te, dico, qui es, Ante deū. i. places  
deo. Cui credidisti. q. d. per fidem ei places. Qui viuificat. Hæc sunt verba apostoli. q.  
d. & ipse est cui merito credendū est. quia ipse est Qui viuificat, per fidem & grām,  
Mortuos. i. Iudæos mortuos in peccatis. In hunc ergo secure creditur, qui mortuos iu-  
stificat. Et vocat, per grām. Ea quæ nō sunt. i. gētiles qui nil videbantur esse, Tanquā  
ea quæ sunt. i. Iudæos qui aliquid esse videbantur. Qui. n. adherent ei per fidem & di-  
lectionē esse dicuntur: qui vero in peccatis mortui sunt, sicut erant Gētiles, quia non  
adhererent ei qui vere est, non esse dicuntur. Vel ita, secundum aliam literā. Qui vo-  
cat ea quæ non sunt tanquā quæ sunt. Nō ait vt sint, sed tanquā sint, quia præ-  
destinata sunt, & disposita. Sic. n. ea quæ futura sunt, iam apud deū sunt: apud deū quippe iā  
factum est, quod eius dispositione, vel prædestinatione futurum est. vnde alibi. Qui se-  
cit quæ futura sunt, & alibi. Qui elegit nos ante mundi constitutionem. Quis sufficit  
hoc explicare? Eliguntur qui nō sunt, nec errat qui eligit, nec vane eligit. Eligit tamē  
& habet electos quos creaturus est eligendos, quos habet apud semetipsum, non in na-  
tura sua, sed in præsentia sua: nondū erāt, quibus promittebatur: sed quibus promissum  
est, & ipsi promissi sunt. Vocat ergo quæ nō sunt, tanquā quæ sunt. i. his qui non sunt,  
disponit & preparat ab æterno, gratiā iustificationis & glorificationis, apponendam in  
tempore tanquā sint. i. tanquā illis qui iam sunt apud deum per prædestinationem: in  
quo sola apparet gratia. Non. n. homo qui non erat, promeruit, vt esset, vel vt bonus  
esset, vel beatus. Si. n. promeruit, iam erat, sed nondū erat, ergo non promeruit: sed ele-  
ctionis gratiam habuit, vt totū corpus Christi dicat, gratia dei sum, id quod sum. Cō-  
munis. n. est natura omnib; sed nō gratia nisi ipsa natura putetur esse gratia, quia gra-  
tis concessa est. Excepta ergo illa gratia, de qua mō non agitur qua condita est huma-  
na natura. s. qua homines sumus, quæ Christianis paganisq; cōis est, hæc est maior gra-  
tia, & solis electis concessa, non quod per verbum homines creati sum; sed quod per  
verbum carnem factum, fideles beatiq; facti sumus. Vel, Vocat. i. agnoscit. Ea quæ nō  
sunt, in actu, tanquam ea quæ sunt. Qui contra spem &c. Cōmēdato illo cui credidit  
Abraham, incipit commendare fidem ipsius Abrahæ, vt alii eum imitentur. q. d. me-  
rito Abraham est pater omnium. Qui contra spem, priorem, quæ erat de natura, id est  
secundum naturalem consuetudinem, Credidit, deo promittenti. In spem, id est spe-  
rans & secure expectans quod promissum erat. Prior spes, secundum naturā fuit. s. dū  
iuuenis ex iuuenula secundū naturam sperauit, sobolem nec tamen habuit: modo cō-  
trarium illi spei sperauit. s. vt vetulus ex vetula & sterili generaretur ex dei potētia, quæ  
spes est gratiæ. Credidit dico, Vt. ita, Fieret, pater multarum gentiū. Per fidem ita im-  
pleri credidit. s. Secundum quod dictum est ei, id est promissum, in Genesi scilicet. Sic  
erit semen tuum, sicut stellæ cæli, & arena maris, id est innumerabiles erunt, qui ex te  
nascuntur, qui & boni per stellas significantur: & mali, qui per arenam intelliguntur.  
Ita Abraham credidit.

B Et non infirmatus est in fide, nec considerauit corpus suum emortuum, cum  
iam fere centum esset annorum, & emortuam vuluam Saræ. In repromissio-  
ne etiam dei non hæsitauit diffidentia: sed confortatus est fide, dans gloriam

Aug. in psal. cxviii

Aimo.

Aug. de v. b. apo. tolli.

Aug. de v. b. apo. tolli.

Aug. de v. b. apo. tolli.

Aug. in v. li. de trinitate.

Aimo.

Aimo.

Aimo.



deo: plenissime sciens, quia quaecunque promisit deus, potes est & facere. Ideo & reputatum est illi ad iustitiam,

Aimo.

Aimo.

Ambro.

Ambrosius.

Et non infirmatus est in fide. Infirmatur ille qui haesitat: & si causam qua posset infirmari, haeret. s. suam senectutem, & Saræ sterilitatem & senectutē. vñ ait, Nec consideravit corpus suum esse emortuū, ab opere generandi filios: Cū fere centū esset annorū. Et similiter non consideravit, Vuluā, Saræ esse emortuā. Non sine causa hæc & alia contra naturam fecit deus. Ideo enim talia fecit vt errorem auferret, & se omnipotentem deum omnium monstraret. Aliqui. n. inflati ratione mundi, deum neglexerunt. Ideo quæ mundo impossibilia sunt, fecit deus, vt qui per hæc crederent saluarentur, dei dominio mancipati. Attendendum est etiam q̄ non præter magnæ rei figurā, Isaac contra naturam generationis humanæ fuit promissus. Hoc. n. fuit in signū, dei filium contra naturam humanam & rōnem ex homine nasciturū, filiosq; hoim per spūm regenerationis ex peccatoribus filios dei: ex mortalibus, immortales generandos. Et nō solum in promissione non haesitavit Abraham, sed etiam in promissione dei. i. q̄ iterū angelus promissit, Secūdu tempus hoc veniam, & erit Saræ filius. Et si ipsa promissio differetur, Non, tñ, Haesitavit diffidentia: sed confortatus. i. confirmatus. Est fide, dās gloriam deo de cōstantia fidei. Plenissime sciens, multo intuitu virtutis dei. Quia quæcunq; promissit deus, potens est facere, vt promittere. i. ita leuiter potest facere vt promittere. Hoc gentes imitari debent, vt. s. credant, sicut Abraham credidit. s. deum posse quæcūq; promissit. Et nota quod non ait, Quæcūq; prædixit, vel præsciuit, sed, Quæcūq; promissit potes est facere, quia omne quod promissit ipse facit, & si enim faciūt homines bona quæ promissit, ipse tñ facit, quia facit vt illi faciant, nō illi faciunt vt ipse faciat quod promissit. Alioquin vt dei promissa impleat, nō in dei, sed in hoim ē potestate. Promissit ergo quod ipse facturus fuerat, non quod hoies. Nō. n. de nostræ voluntatis potestate, sed de sua prædestinatione promissit. Congruè ergo non ait prædixit vel præsciuit. Nā & aliena facta pōt prædicere atq; præscire: sed promissit, vt hoc intelligeretur promittere quod ipse facit. Non. n. ipse promittit, & alius facit: quod iā nō esset promittere, sed tātū prædicere. Iō & c. q. d. Quia Abraham confortatus est fide, ideo & ipsum credere, Reputatū est ei ad iustitiā. q. d. per hoc quod credidit, & accepit promissum, & iustus factus est. Et quasi aliquis diceret, Quid hæc ad nos? subdit.

Augustinus de correctioe & gratia. Augustinus ad Prosperū. & Hila.

Non est autem scriptū, tantum propter ipsum, quia reputatum est illi ad iustitiam: sed & propter nos, quibus reputabitur credentibus in eum qui suscitavit Iesum Christum dominum nostrum a mortuis, qui traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram.

Aimo.

Aimo.

Aimo.

Augu.

Non autem scriptum est, tātum propter ipsum, id est propter laudem ipsius, hoc. s. Quia reputatū est illi ad iustitiam: sed & propter nos instruendos, quibus reputabitur fides ad iustitiam credētibus in eum scilicet deum patrem Qui suscitavit dominum nostrum Iesum Christum. Quasi dicat qui hæc fecit: nobis proderit. Suscitavit dico a mortuis, id est a sepulchro, qui proprie loc⁹ est mortuorum. Pater suscitavit filium & ipse filius secundum quod deus suscitavit semetipsum. Quod idem operatus est & spiritus sanctus. Qui, Christus a deo patre, a Iuda, a Pilato, Traditus est, in mortem, Propter delicta nostra, tollenda. iure diaboli destructo. Et resurrexit propter iustificationem nostram, id est vt iuste viuamus, quod aliter non poteramus. Nota quod vtraque. i. mors & resurrectio Christi, delicta nostra tollunt, & vtraq; iustificat: tñ mors Christi sola interitum vitæ veteris significat, & in sola resurrectione, noua vita signatur: quæ a iustificatione incipit, & in immortalitate perficitur: ideoq; congrue quātū ad significationis diuersitatem verba diuisit dicens, Traditus est propter delicta nostra, resurrexit propter iustificationem nostram.

## CAP. V.



Iustificati ergo ex fide pacem habeamus ad deum per dominum nostrum Iesum Christum, per quem habemus accessum per fidem in gratiā istā, in qua stamus & gloriamur in spe gloriæ filiorū dei.

A Ostendit iustitiā esse ex gratia fidei, sine lege. Hic ostendit ex eadem alia plura bona esse. q. d. quia ex fide est iustificatio, igitur pacem habere cum deo. q. d. hæc dissensio quæ inter vos est, contra deum est. Iudæi namq; & gens inter se disceptabant, & Iudæi quidem de antiquæ legis operibus, Gentiles vero de noua Christi vocatione, præsumptiue gloriabantur, & merita iactabant, ideoq; vtrorūq; iactantiā reprimēs, ad pacem monet, & ne indignentur se eis annumerat. q. d. Quia ex fide est iustitia, igitur & nos iustificati ex fide, nō ex lege, non ex nobis. i. non propter aliquod meritum nostrū quod præcesserit fidem. Pacē habeamus ad deū, quā nō habetis vos Romani. dū iniuicem arrogatis. Attende quod hic ait, Iustificati ex fide. Qui supra dixit iustificati gratia per gratiam, hoc iō dixit ne ipsa fides superba sit: nec dicat sibi, si ex fide, quō gratia? Quod. n. fides meretur, cur non potius redditur, quā donatur? Non dicat ista hō si delis, quia cū dixerit, vt merear iustificationem, habeo fidē. Respōdetur ei. Quid habes quod nō accepisti? Cum ergo fides impetrat iustificationē, sicut vniciq; deus paratus est mensuram fidei, nō gratiā dei, aliquid meriti præcedit humani, sed ipsa gratia meretur augeri, vt aucta mereatur & perfici, volūtate comitante, nō ducente: pedisse qua, non præuia. Vere igitur ex fide iustificati sumus: & per eam, Pacē habeamus ad deū. Pacē namq; cū deo hęc fides facit, non lex: hæc. n. nos recōciliat deo, sublatis peccatis, quæ nos fecerant inimicos. Pacem autē ille habet cum deo: qui aduersum mandata eius contraria voluntate non litigat, qui sequitur iussa dñi, & ad omne præceptū diuinum suū hæc est arbitriū. Pax. n. vera est, cōcordare moribus probis, & litigare cū vitis. Cōtra pax huius mundi, quæ peramica est vitis, deo diffidet, quā Christus nō veni mittere sed tollere. Dico, habeamus pacem ad deum, quia ei recōciliati sumus per ministerium gr̄e. s. Per dominum nostrum Iesum Christum. i. per auxilium & gratiā eius. Per quē & c. Enumerat bñficia, quæ a Christo habentur, dicens. Per quē Christū id est cuius ope. Habemus accessum per fidē. i. introitum, vel aditū, nō mō ad deū sed, Etiam in grām istam. i. in bonā vitę obseruantiam. In qua stamus, spe superne claritatis erecti, qui ante occidimus in Adā. Et gloriā in spe glorię filiorū dei, id est angelorum vel sanctorum, id est gloriamur de eo quod speramus, gloriam quā filii dei habent scilicet angeli vel sancti.

Aimo.

Augustinus ad Bonifaciu.

Vide quid dicitur. Idem in eo.

Ambrosius.

Cassiodorus.

Paulinus.

Ambro. Aimo.

Ambro.

Non solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus, scientes quod tribulatio patientiam operatur: patientiā autem probationem, probatio vero spem. Spes autē non confundit: quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis.

Non solum autē, gloriamur de spe glorię, Sed etiam gloriamur, per gratiā eius, In tribulationibus, quas pro Christo patimur, quibus itur ad gloriam. Per tribulationes. n. oportet nos intrare in regnum cælorum. Vel dei, ideoq; gloriandum in his dicit. Spei enim addita tribulatio augmentum facit præmii, indexque est fixæ spei tribulatio. Non. n. est magnum gloriari in lætis: recti corde, etiam in tribulationibus gloriantur, magnitudinem præmii cognoscentes, de tribulatione finienda: infinitum præmium acquirunt. Scientes & c. q. d. cur gloriamur? quia sumus, Scientes quod tribulatio operatur patientiam, quia per exercitium tribulationis docetur aliquis strenu⁹, dū fortiter tolerat tormenta: per quod sancti martyres vicerunt sæuitiam tyrannorum. Operatur ergo patientiam vel eam augendo, vel potius ostendendo. Quod autē tribulatio non tollit patientiam, sed auget, hoc facit charitas quæ est proprium donum spiritus sancti, Patientia operatur probationem. i. purificationem. Quāto magis. n. quis patitur tanto purior redditur, dum anima fidelis non resistens ordinationi dei, non diligit eius voluntatem, cuius malitiæ potestas datur in bonos, sed eius voluntatē a quo hæc potestas datur. Cum ergo quis intelligens quod non est potestas, vel dæmonum, vel persecutorum, nisi a deo, sustinet patienter, probatur, id est bonus esse monstratur & efficitur melior, tanquam aurum quod per ignem & purum ostenditur, & purius redditur. Hæc vero probatio, operatur, Spem, id est certitudinem futuræ glorię. Spes enim est certa expectatio futuræ glorię, quæ humanæ rationi vana videtur, sed testimonio virtutis, id est patientiæ vel miraculorum firmatur. Qui enim inter tribulationes, & aduersa probabilis existit per patientiam, ille securus præmium futuræ bea-

Ioan. Damasc.

Aimo. Augustinus.

Augustinus in lib. qd. lxxxiii.

Aimo. Ambro. Aimo.

titudinis expectat. Spes autem hæc, quævis stulti & hebetes a perfidis iudicentur, credentes ea quæ mundana carent ratione, Non, tamen, Confundit. i. non facit erubescere, quia impletur. Confunditur enim qui quod sperabat non inuenit, sicut contingit illi qui sperat in homine. hæc autem spes ideo non confundit, quia est in deo, qui non fallit, nec fallere potest, non in homine mendace. Maledictus. n. qui spem suam ponit in homine. Quia charitas, q. d. dico quod spes non confundit. i. impletur, & constat eam esse implendam ex eo, quia charitas dei est, Diffusa in cordibus nostris per spiritum sanctum. Non enim a nobis est charitas nobis. Qui, spiritus. Datus est nobis. i. ex eo constat. eam implendam, quia iam spiritum sanctum in aram habemus, quo charitate diffusa in cordibus nostris, deum late diligimus. Verbum effusionis largitatem muneris notat, sicut et in Iohel. Effundam de spiritu meo super omnem carnem. Fidele autem promissum dei esse probat spiritus sanctus datus nobis qui est pignus implendæ spei. Attende quod gradatim Apostolo. perducit usque ad charitatem dei, quæ maior est aliis: quæ cum dicit nos habere per donum spiritus, monstrat illa omnia deo esse tribuenda. Ergo unde est tibi, o homo, charitas, nisi quia diffusa est per spiritum sanctum in cordibus? Iamque ne quæ putaret se habere per proprium arbitrium, cum dixisset, Charitas dei diffusa est in cordibus nostris: addidit, Per spiritum sanctum qui datus est nobis. A quo, nisi ab illo qui ascendit in altum. i. ad patrem? Ipse enim dedit dona hominibus. Insinuatur nobis autoritas in patre, natiuitas in filio, cõitas patris filii; in spiritu sancto: æqualitas in tribus. Quod ergo commune est patri & filio, per hoc nos voluit habere cõionem, & inter nos, & secum quod ambo habent unum. i. per spiritum sanctum deum, & donum dei. In hoc enim diuinitati reconciliamur, eaque delectamur. Sicut. n. veritate dicimus, ita charitate diligimus: vt & plenius cognoscamus, & beati cognito perfruamur: & quia peccatis alienabamur a possessione verorum honorum, id data est charitas quæ operit multitudinem peccatorum. Arbitror ergo id spiritum sanctum bis datum, vt nobis commendarentur duo præcepta charitatis. i. diliges deum, & diliges proximum. vna est charitas, & duo præcepta: vnus spiritus, & duo data: quia non alia charitas proximum diligit, nisi illa quæ diligit deum. Quia ergo charitate proximum diligimus, ipsa deum diligimus. Sed quia aliud est deus, aliud proximus, & si vna charitate diliguntur, non sunt tamen vnum quæ deliguntur & ideo forte dicuntur duo præcepta, & alterum maius, & alterum minus. Hæc autem charitas, vt ait Apostolo. diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. A quo datur? Ab illo, vt diximus, qui dedit dona hominibus. Quæ dona? spiritum sanctum, qui tale dat donum qualis est ipse. Magna est misericordia eius. Donum dat æquale sibi, quia donum eius spiritus sanctus est, vnus deus tota trinitas est. Diffundit ergo charitatem in cordibus nostris spiritus patris & filii, quem cum patre amamus, & filio. Ipse vt diligeretur nobis dedit, qui non dilectus nos dilexit. Ipse est fons de quo scriptura dicit. Fons aquæ viuæ sit tibi proprius. Et nemo alius cõicet tibi. Alieni. n. sunt, omnes qui non diligunt deum, & ipse fons est spiritus sancti, quem non possunt accipere mali: & charitas est, quam habere, & malus esse non potest aliquis. Intelligamus ergo in dilectione spiritum sanctum esse, sed nomen Christi, & baptismum habere, & corpus domini sumere, & cætera sacramenta habere, & malus esse potest. Charitas ergo est, proprium donum spiritus, & singularis fons. Et attende quod dicendo charitatem diffusam per spiritum qui datus est nobis, ostendit quod spiritus & deus est, & dei donum est, vel ita, vt accipiatur charitas dei, non qua nos. i. secundum quam nos diligimus deum: sed qua ipse diligit nos. quasi ideo spes non confundit. Quia charitas dei diffusa est erga nos. i. quia deus late diligit nos. Et hoc habemus, In cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis, qui facit nos intelligere charitatem dei erga nos, qui diuersis linguis præstitit, vt etiam imperiti loquerentur cum interpretatiõibus: per quod & spes nostra confirmatur, & charitas dei, in nobis commendatur, vt quia charos dei falli impossibile est securos nos faceret de promissione: quia deus est qui promissit, & his quos charos vult habere, promissit.

Vt quidem Christus, cum adhuc infirmi essemus secundum tempus pro impiis mortuus est: vix enim pro iusto quis moritur, nam pro bono forsitan quis audeat mori?

A Vt quid. n. ostendit supra quod spes implebitur per hoc quod Christus diligit nos, vel nos eum per spiritum: nunc idem ostendit per hoc quod Christus mortuus est, quod & diuina dilectionis effectus est, & cæ spei nostræ implendæ. q. d. Cum nos deus diligit, vel nos eum diligamus per spiritum sanctum, constat, quod spes implebitur: quia nisi ita sit, frustra passus est Christus, & hoc est, Vere spes implebitur. Enim. i. quia nisi spes implenda sit. Vt quid Christus mortuus est. i. cur tam magnam fecit. s. vt moreretur? Et hoc, Pro impiis. i. pro dilectione impiorum, Vel pro impiis. i. vice impiorum qui deberent mori in æternum, merito impietatis. Pro impiis dico, non qui olim fuissent, & non tunc, sed potius mortuus pro nobis impiis. Cum essemus adhuc infirmi, in peccatis, & ita medico indigentes, mortuus est. dico & hoc, Secundum tempus. i. per triduum tantum, quia die tertia resurrexit. Ne ergo desperes de eius potentia, cuius apparet in mortem benevolentia, & a quo tales arras accepimus, quod donauit impiis mortem suam, qui seruat iustis vitam suam mortuus est pro te, o homo mortalis, vt viuas cum illo: suscepit mortem nostram, vt donaret nobis vitam suam. Incredibilius est, quod mortuus est æternus, quæ vt in æternum viuat mortalis. Iam quod est incredibilius tenemus. s. quod propter homines mortuus est deus? Nunc est ergo victurus homo cum deo? nunc mortalis victurus est in æternum propter quem mortuus est qui viuat in æternum? Sed quomodo mortuus est? & unde? & potest mori deus? Accepit ex te unde moreretur pro te, induit se vt moreretur pro te: induet te vt cum illo viuas: induit se carne mortali in virginitate matris, induet te vita perenni in æqualitate patris. Ecce quomodo amatus est non amandus. Amatus. n. es turpis & foedus, antequam esset in te, quod amari dignum esset. Amatus es prius, vt dignus fieres qui amareris: dilectus es prius, vt diligentem postea diligeres. Impius. n. eras, dånari merueras, & tamen pro te mortuus est Christus. Vel secundum seriem verborum potest legi ista sic, non mutata sententia: q. d. vere spes implebitur. Vt quid. n. nisi spes implenda sit. Christus cum infirmi essemus, mortuus est pro nobis impiis. i. pro nobis qui adeo infirmi eramus, quæ etiam impium. Mortuus est pro nobis impiis: & est sensus, Pro nihilo tam magnam fecit Christus, nisi spes nostra implenda esset. Et vere magnam est hoc quod fecit. Vix. n. moritur quis. i. raro moritur aliquis, etiã, Pro iusto. i. pro dilectione iusti, & boni, nedum pro impio. Id raro dico. Nã forsitan potest inueniri. Quis. i. aliquis. Qui audeat mori pro bono. Quasi dicat sed difficile est inuenire, qui hoc faciat, Christus autem pro impietibus populi adhauc non sui mortuus est. Vel ita, vt fiat distinctio inter iustum & bonum. Iustus. n. pro exercitio virtutum hic dicitur, qui & bonus est: sed est bonus, qui non est iustus. s. qui natus est in simplicitate, innocens, qui nondum laborauit, vt amplificaret se bonis, vt sunt paruuli in baptismo mundati. Iustus autem bonum naturæ suæ exercitio meliorauit, & licet iustus secundum modum quo hic accipitur melior sit quàm bonus, innocentia tamen causa est miserabilior quàm iustitia, quia non est homo iustitia sine seueritate. Et est sensus. Vere magnum fecit Christus moriendo pro impiis. Vix. n. moritur quis pro iusto, qui habet exercitium virtutum. Id dico pro iusto, Nã pro bono. i. simplici & innocenti, Forsitan quis audeat mori. Dicendo de iusto, Vix & quis, & de bono, Forsitan, & quis audeat: vtrumque difficile ostendit, & rarum, sed alterum difficilius & rarius.

Commendat autem charitatem suam deus in nobis: quoniam cum adhuc peccatores essemus, secundum tempus Christus pro nobis mortuus est. Multo igitur magis nunc iustificati in sanguine ipsius, salui erimus ab ira per ipsum. Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus deo per mortem filii eius, multo magis reconciliati salui erimus in vita ipsius.

Commendat & c. Q. d. pro iusto, vel pro bono vix moritur aliquis, sed Christo pro nobis peccatoribus mortuus est. In hoc autem deus commendat suam charitatem. i. in hoc laudabilior eius charitas apparet quæ est effusa, In nobis, qui indigni ea fuimus. In hoc eius magnus affectus dilectionis mittentis patris, & venientis filii nobis est exhibitus. Quoniam cum adhuc essemus. Quasi dicat, dico quod deus commendat charitatem in nobis ita utique commendat, Quoniam Christus mortuus est pro nobis cum adhuc essemus peccatores. i. in hoc commendat quod Christus mortuus est pro nobis peccatoribus. Et si hoc est, quod utique est. igitur. Iustificati sumus nunc, remissione peccatorum facta, In

fanguine ipsius. i. per mortem eius, Et si hoc est, quod utiq; est, Multo magis, nos iam iusti, Salui erimus per ipsum, viuentem. Grauius est. n. pro pctō mori, & pctūm tollere iā quā iustos, & iam cooperantes saluare. Salui erimus dico, Ab ira. i. a pōna aeterna, cuius cā non est nisi pctūm quod abstulit. Licet. n. plerisq; in locis iram dei legamus, non est putādum tñ quod in illo cadat vlla perturbatio, qui semper idem manet, & in tranquillitate iudicat: sed ira appellatur vindicta, & vltio ipsius. Aduertendū est quod ad cōmendationē diuinæ dilectionis sæpe Apōsto. iterat de morte Christi, & ad repressionem humani tumoris, hoīs repetit infirmitatem. Dixerat. n. supra. Christus mortuus est pro impiis: & iterum repetit hic, Christus pro nobis mortuus est, cum adhuc pctōres essemus. Ecce dum oderat nos secundum peccata, amabat secundū quod op<sup>9</sup> ei<sup>9</sup> eram<sup>9</sup>, quod & fecit añ mūdi cōstitutionē. Incōprehēnsibilis ē. n. dilectio qua nos diligit deus atq; imutabilis. Non ei ex quo ei recōciliati sum<sup>9</sup>, per sanguinē filii eius, nos cōepit diligere, sed ante mundū, prius quā oīno aliquid essemus dilexit nos, vt cum eius vnigenito, etiam nos filii eius essemus. Quod ergo nos reconciliati sum<sup>9</sup> deo per mortem Christi, non sic est intelligendum. Quasi ideo nos reconciliauerit ei Chrūs, vt iam inciperet amare quos oderat, sicut recōciliatur inimicus inimico, vt de inde sint amici, & seinuicem diligant qui ante se inuicem oderant, sed iam nos deo diligēti recōciliati sum<sup>9</sup>, cū quo propter pctūm inimicitias habebamus. Habebat. n. ille charitatē erga nos, etiā cū inimicitias exercebamus aduersus eū, operando iniquitatē. Sicut. n. ei dictum est, Odisti oēs qui operantur iniquitatem: Ita & illud ei dictum est Nil odisti eorū quæ fecisti. Proinde miro & diuino modo etiā qñ nos oderat diligebat. Oderat. n. nos quales ipse non fecerat, & quia iniquitas nostra nō penitus cōsumperat eius opus, nouerat simul in vnoquoq; nostrum, & odisse quod feceram<sup>9</sup>, & amare quod fecerat. & hoc quidem intelligi in omnibus pōt. Quis ergo possit eloqui digne quantum diligit mēbra vnigeniti filii sui, & quāto amplius vnigenitum suū? Ex his ergo non meritum nostrū, sed dei mīa commendatur. Qua nos tales & tantū dilexit, vt pro nobis impiis moreretur, quod est testimonium atq; pignus eius dilectionis, qui. n. proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis oībus illum tradidit, quō non etiā cū illo nobis oīa donauit? Dicendū utiq; hoc erat. s. quantum nos dilexerit, & quales Quantū, ne desperaremus, & ipsa desperatione non auderem<sup>9</sup> erigi in eū: Quales, ne superbiremus, & superbientes de meritis nostris magis ab illo resiliemus, & in nostra fortitudine magis deficeremus. Illud quoq; attendendum est quod dicit nos iustificatos in sanguine Christi, & reconciliatos deo tanquā non alio modo posset nos reconciliare, & iustificare nisi per mortē Christi, de quo dicimus quod fuit & alius modus possibilis deo, qui oīa potest, sed nullus alius nostræ miseræ sanandæ fuit conuenientior. Quid. n. mentes nostras tantum erigit, & ab immortalitatis desperatiōe liberat, quā quod tanti fecit nos deus, vt dei filius immutabiliter bonus in se manens quod erat, & a nobis, & pro nobis accipiens quod non erat, præter naturæ suæ detrimentū dignatus est nostrum inire consortium, sine vllō merito suo malo, mala nostra moriendo perferret, & credentibus dona sua sine vllis meritis nostris indebita largitate conferret. Quia & ea quæ dicuntur merita nostra bona, dona sunt eius. Dona nanque dei sunt merita nostra, quibus ad summū bonum peruenimus. Est præterea alia rō quare potius isto mō quā alio liberare voluit, quia sic. s. per mortē Christi iustitia superatur diabolus, non potentia. Quod quō factū sit, vt pateat explicabo, prout potero. Quā dā iustitia dei in potestate diaboli traditū est genus hūanū pctō primi hoīs in omnes vtriusq; sexus commixtione nascentes originaliter transeunte, & debito primorū parentū obligante, quocirca oēs hoīes ab origine sunt sub principe diabolo. Vñ Apōst. Eramus natura filii iræ: natura. s. vt est deprauata peccato, non vt est creata ab initio. Modus autem ille quo traditus est homo in potestatem diaboli, non ita debet intelligi tanquam deus hoc fecerit, aut fieri iusserit, sed quod tantum permisit, iuste tamen illo deferente, peccantem peccati author ilico inuasit: non tamen deus continuit in ira miserationes suas, nec hominem a lege suæ potestatis amisit, quando in potestate diaboli esse permisit, sed inter mala pōnalia, etiam malis multa præstitit bona, & tādē hominem quem commissio peccatorum diabolo subdidit, remissione peccatorum donata, per sanguinem **CHRISTI** eruit a diabolo, vt sic iustitia vinceretur

A diabolus nō potentia. Sed qua iustitia? Iesu Christi. Et quō victus est ea? quia cum in eo nihil morte dignū inueniret, occidit eū tñ, & utiq; iustū est, vt debitores quos tenebat liberi dimittantur, in eum credentes, quē sine vllō debito occidit. Iō autem potentia vincere noluit, quia diabolus vitio peruersitatis suæ amator est potentia, & deservitor oppugnatōrū iustitiæ, in quo homines magis eum imitantur, qui neglecta vel etiā perosa iustitia, potentia magis student, eiusq; vel adeptione lætatur, vel cupiditate inflammatur. Iōq; placuit deo, vt nō potentia sed iustitia vincēs, hoīem erueret, in quo hō eum imitari disceret: postea vero in resurrectione secuta est potentia. Iustitia ergo prius & potentia postea. diabolū vicit iustitia, quia nullum peccatum habuit, & ab illo iniustissimo occisus est: potentia, quia reuixit mortuus nunquā postea moriturus. Sed nōne iure æquissimo diabolū vinceret, si potentia tantū Chrūs cum illo agere voluisset? utiq;. Sed postposuit Chrūs quod potuit, vt prius ageret quod oportuit. Ad hoc aut erat opus illum esse, & hoīem & deū. Nisi. n. hō esset, nō posset occidi: nisi deus esset, non crederetur voluisse quod potuit, sed nō potuisse quod voluit. Iustitia ergo humilitatis hoīem liberauit, quæ sola potentia æquissime liberare potuit. Si. n. tres illi in cām veniret. s. deus, hō, diabolus, diabolus & homo quid aduersus deū dicerent? omnino non haberent, atq; in actione causæ pōnitus deficerent. Diabolus. n. iniuriam fecisse deo conuinceretur, quia seruum eius. i. hoīem, & fraudulenter abduxit, & violenter tenuit. Hō etiam iniuriā fecisse deo conuinceretur, quia præcepta ei<sup>9</sup> contempit, & se alieno dño mancipans suæ seruitutis damnū intulit. Hoī quoq; iniuriam fecisse conuinceretur diabolus, quia illum & prius promittendo bona decepit, & post mala inferendo nocuit. Iniuste igitur diabolus quantum ad se tenebat hoīem, sed hō iuste tenebatur, quia diabolus nunquā meruit potestatem habere super hoīem sed homo meruit per culpam pati diaboli tyrannidem. Si igitur deus qui utiq; præcitat, potentia hoīem liberare vellet, sola suæ iustitiæ virtute hoīem poterat iustissime liberare, sed propter causam prædictā iustitia humilitatis vti maluit: vñ & filium pro nobis in mortem tradidit, per quam iustificati sumus, & reconciliati deo. Hoc est pretium reconciliationis nostræ, quod Christus obtulit deo patri, vt placaretur: nō quod ante non dilexerit nos, ex qua dilectione filium pro nobis tradidit, nec filius quasi non parcente patre sibi, nobis velut iniustus est traditus, & cum de ipso dictum sit, tradidit semetipsum. Hoc ergo sicut & omnia alia pater & filius, & amborū spūs simul & concorditer operantur. Sed si ante nos diligebat deus, quō per mortē Christi ei sumus reconciliati, & ab ira liberati? Ad quod dicimus, Quod ira dei qui cum tranquillitate iudicat, nihil est aliud quā iusta vindicta. Si ergo iusta diuina vindicta tale nomen accepit, reconciliatio dei recte intelligitur, cū talis ira finitur. s. cum a reatu pōnæ ab solvimur. Non. n. inimici eramus deo, nisi quemadmodū iustitiæ sunt inimica peccata: & ideo remissis peccatis tales inimicitia finiuntur, & reconciliantur iusto, quos ipse iustificat. Peccata enī nostra diabolo tenebat, & per illa nos merito agebat in mortem: sed tantum valuit ille sanguis vt hoīes ab aeterna morte debita liberauerit mors Christi indebita, quos tñ etiam inimicos utiq; dilexit. Vnde recte sequitur. Si. n. per mortem filii. q. d. Vere iam viuēs poterit amicos factos saluare. Enim. i. quia nos. Reconciliati sumus deo, qui prius iuste eramus sub potestate diaboli, natura deprauata peccato. Reconciliati dico, Per mortem filii eius, cum adhuc essemus inimici, nō quocunq; modo peccatores. Et si hoc est quod utiq; est, ergo Multo magis, nos, Reconciliati erimus, non modo ab ira liberati, sed, Etiam salui, & hoc, In vita ipsius. i. per vitam ipsius. s. quia resurrexit a mortuis, & est sensus, Inde certum est quod viuens, poterit amicos saluare, quia mortu<sup>9</sup> potuit iustificare: quo facto inimici ex peccato sunt reconciliati. Nam amici dei. Et nota quod idem hic dicit, Per mortem reconciliati, quo supra in sanguine iustificati. Dico salui erimus.

Non solum autem, sed & gloriamur in deo per dominum nostrum Iesum Christum, per quem nunc reconciliationem accepimus.

Non solum autē salui erimus: Sed & gloriamur, iam spe de hoc quod erimus, In deo. i. idē cū deo in futuro: nō per naturā, sed per dilectionem, & voluntatē, quia nihil diligemus, vel volumus nisi quod deus. Vel gloriamur, in præsentī: non in nobis, sed

Aimo.

Augustinus  
Augu. su. lo.  
Nota.

Augustinus

Idē in eo.

Attende.

Aug. in li. de  
trinitate.

Idem in eo.

Idem in eo.

Audi &amp; vide

Augustinus.  
Augustinus.

Quæstio.

August.

Augustinus

Augustinus  
de trinitate  
Nota.

August.

Ambro.

Augustinus



In deo, & hoc non per nos, sed, Per dominum nostrum Iesum Christum, per quem iam nunc in præfenti, Reconciliationem, ad deum, Accepimus. qui a deo peccate Adam discessimus.

Propterea sicut per vnum hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors: & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt. Vsq; ad legem enim peccatum erat in mundo.

Ambro.

Propterea sicut. Dixit supra per Christum recōciliatorē esse iustitiā & vitā, & quod possit esse per eum, per similitudinē in minori. i. per simile & minus probare intendit. Sicut enim per Adam purū hoīem peccatum est, & mors: ita per Christum hominē & deum, potest esse iustitia & vita: & quia per Adam peccatum est & mors, multo magis iustitia per Christum potest esse, & vita: vt quia etiā vnus Adā peccauit in omnibus, vnus Christus filius dei peccatū vinceret in omnibus. Prolixius ergo apostolus hic de duobus hominibus disputat. scilicet de primo Adam, per cuius peccatum tanquam hæreditariis malis posteris eius obligati sumus: & de secundo Adam quo soluente pro nobis, quod non debebat, a debitis & paternis, & propriis liberati sumus. quia ergo per illum vnum diabolus tenebat, omnes per eius vitiatam carnem concupiscentialiter generatos, iustum est, vt per hunc vnum dimittat oēs per eius immaculatā grām spūali ter regeneratos. & hoc est quod ait, Propterea sicut &c. In iste literæ, ita vt a minori, & a simili ratiocinationis ordo ostendatur. Quasi dicat, dico quod per Christum est iustitia & vita, & Propterea per Christum iustitia, & vita procedit in omnes per eius grām regeneratos, subaudi. quia, Per vnum hominem, scilicet per Adā, a quo propagati sumus, Peccatum, originale, Intravit in hunc mundum, pro eodem peccato miserū. i. in oēs hoīes. Mundū appellauit vniuersum genus humanū. Sicut enim ab vno illo hoīe sunt, sic ab eodē peccato immunes esse nō possunt, nisi ab ei⁹ reatu per Christi baptismū absoluantur. Ecce a minori probatur: nō a simili idē ostendatur, & legatur, Sicut, quod dimissum fuerat. Quid, ita per vnum Christum est iustitia, & vita, sicut, Per vnum hoīem peccatum intravit in hunc mundum. & non mutatur sensus. Et per peccatum mors. i. dissolutio animæ & corporis intravit in ipsum Adā. Et ita, per ipsum, Mors pertransiit in omnes hoīes, per eius vitiatā carnē genitos. Queritur quomodo per vnum hoīem, & non magis per vnā mulierē, dicat Aplūs peccatū introisse in mundū, cum a muliere initium peccati fuerit, & ante a serpente, siue a diabolo. Ad quod dicimus Apostolum in his consuetudinis ordinem tenuisse, dum successione posteritatis humanæ quæ peccato & morti ex eo venienti succubuit, nō mulieri, sed viro attribuit. Non enim a muliere posteritas, sed ex viro nominari solet: & ob hoc, moralis posteritas, & corporalis successio viro potius tanquā authori, & non mulieri deputatur. Vel quia mulier de viro, & vtriusq; vna caro est. & iō siue a muliere, siue ab Adam dicatur, vtrunq; ad primū hominem pertinet. Præterea sciendum est hæreticos quosdam qui nominati sunt Pelagiani, dixisse peccatū primæ transgressiōis, in alios homines non propagatione, sed mutatione transisse, Vnde etiā in paruulis nolunt credere per baptismum solui originale peccatum quod in nascentibus nullum esse omnino contendunt. Sed si Apostolus peccatum imitationis, non propagationis intelligi voluisset, eius principem, nō Adā, sed diabolum daret: de quo in libro Sapientiæ dicitur, Invidia diaboli mors intravit in orbem terrarū. Et quia nō vult intelligi hoc esse factum propagatione, sed imitatione continuo subiunxit scriptura, Imitatur autem eum qui sunt ex parte ipsius, imitantur quidem Adā quotquot per inobediētiam transgrediuntur mandatum dei. Sed aliud est quod exēplū est voluntate peccatibus, aliud quod origo est cum peccato nascentibus. Nam & Chrūm imitantur sancti ad sequendam iustitiam, sed præter hanc imitationē, gratia eius illuminationē iustificationēq; nrām, etiā intrinsecus operatur, quæ etiā baptizatos paruulos suo inferit corpori, qui nondū valēt aliqū imitari. Sicut ergo Christus præter imitationis exemplū dat etiā sui spūs aliquam occultissimā fidelibus grām, quam latenter etiam infundit paruulis sic & Adā præter imitationis exemplum, occulta etiam tabe carnalis concupiscentiæ suæ tabificauit in se omnes de sua stirpe venturos. Vnde recte subdit, In quo oēs peccauerunt. Quasi dicat merito per eum in omnes mors intravit, quia causa mortis per

Augustinus in li. xiii. de trinitate.

Augustinus in Enchi.

Augustinus ad consul. Hilarii Ambr.

Orige.

Augustinus de bap. par.

Augustinus in eodem.

Augu. in eo.

A eum in omnes intravit, id est peccatum. & hoc est, In quo, scilicet Adam, omnes, Peccauerunt, vt in materia, non solum eius exemplo, vt quidam dicunt. Omnes enim illi vnus homo fuerant, id est ab eo originale peccatum traximus, qui omnium nostrum origo & materia fuit, ex quo secundum propaginis successione per carnis concupiscentiam descendimus. vel, In quo peccato, Omnes peccauerunt, proprie & circumspecte, & sine ambiguitate, dixit apostolus hoc, In quo peccauerunt, siue enim intelligatur, In quo, scilicet homine: siue, In quo. s. peccato, manifestum est. Alia enī sunt propria peccata in quibus tantum peccant quorum peccata sunt. Aliud hoc vnum in quo omnes peccauerunt, quando omnes illi vnus homo fuerant. Manifestum est itaq; omnes in Adam peccasse, quasi in massa. Ipse enim per peccatum corruptus, quos genuit omnes nati sunt sub peccato. Ex eo igitur cuncti sunt peccatores, Vsq; ad legem. & quasi dicat quis, In omnes pertransiit peccatum. Quid ergo egit lex? Nonne illa recōciliare potuit vt peccatum non transiret in omnes? Non, inquit, Vsq; ad legem enim, scriptam, vel naturalem, id est sub lege, etiam, Peccatū, originale & actuale. Erat in mundo, id est in homine. Quia nec lex potuit auferre peccatum, sed auxit, siue naturalis in qua quisq; iam ratione vtens incipit peccato originali addere propria: siue scripta, quæ per Moysen data est populo, quæ subintravit vt abundaret delictum. Non ergo ideo dicit apostolus vsque ad legem peccatum fuisse in mundo quod deinceps in neamine fuerit, sed quia non poterat per literam legis auferri quo solo spiritu gratiæ poterat fieri, ne quis fidens de viribus putaret libero arbitrio legem potuisse sufficere, & Christi gratiam derideret.

Augustin⁹.

Augu. de bap. par. uolo.

Ambrosius.

Augusti. con. Iulianum.

Aimo. Augusti. de bap. par. uolo. Augustinus. ad Hilarium.

B Peccatum autem non imputabatur, cum lex non esset: sed regnauit mors ab Adam vsque ad Moysen etiam in eos qui nō peccauerunt, in similitudinem præuaricationis Adæ, qui est forma futuri.

Peccatum autem, quasi dicat, peccatum erat in mundo, sed homines non imputabatur quia cæci erant. & hoc est, Peccatum autem non imputabatur. i. ignorabatur, & peccatum esse non putabatur ab hominibus, nō dico a deo cuius iudicio qui sine lege peccauerunt, sine lege peribunt, non imputabatur: dico, Cum lex non esset, quæ peccatum prohibet. Non dicit peccatum, non erat, sed non imputabatur, quia non erat siue lex rationis in paruulo, siue lex literæ in populo, qua arguente demonstraretur peccatum. Sed regnauit &c. quasi peccatum non imputabatur ante legem, Sed tamen, Mors, id est peccatum vel damnatio, Regnauit ab Adam, vsq; ad Moysen, & vsq; ad legem quæ per Moysen diuinitus promulgata est, quia nec ipsa potuit regnum mortis auferre. Regnum autē mortis vult intelligi quādo ita damnatur in hominibus reatus peccati, vt eos ad vitam æternam, quæ vere vita est, venire non sinat: sed ad secundam quæ pœnaliter æterna est mortem trahit, id est ad gehennā, hoc regnum mortis sola in quolibet homine gratia destruit saluatoris, quæ operata est etiā in antiquis sanctis: qui antequam Christum in carnē veniret, ad eius adiuuantem gratiam non ad legis literam, tantum iubentem non adiuuantem pertinebant. Hoc enim occultabatur in veteri testamento pro tēporū dispensatione iustissima, quod nunc reuelatur in nouo. In omnes regnauit mors, præter illos qui Christi gratia adiuti sunt: regnauit, dico, Etiam in eos qui non peccauerunt in similitudinem præuaricationis Adæ, id est qui nō sua propria voluntate peccauerunt sicut Adam, sed originali vitio tenebantur obstricti, quod ab eo traxerunt, per quod traherentur ad condemnationem, nisi gratia Christi iuarentur. Et nota quod dicendo vsque ad legem, vel vsque ad Moysen includit, quia etiam tunc scilicet sub lege peccatum erat, & mors id est damnatio. Sciendum quidem est plerosque latinos codices, sic habere, regnauit mors ab Adam vsque ad Moysen in eos qui peccauerunt in similitudinem præuaricationis Adæ, quod etiam ipsum illi qui legunt ad superiorem referunt intellectum, vt in similitudinem præuaricationis Adæ peccasse accipiant illos qui in illo peccauerunt, vt ei similes crearentur, scilicet sicut ex homine homines, ita ex peccatore peccatores, & ex morituro morituri, damnatoq; dānandi, Græci autem codices vnde interpretatio facta est in latinum, aut omnes, aut pene omnes habēt id quod primū positum est, vel alijs nō mutatis ab illo loco sic legi

Augustinus. Augustinus. de ba. par.

Augustin. ad Hilarium.

Aimo. Augusti. de bap. par.

August. con. tra Iulianum. Augu. de bap. par.

potest. Sed regnavit, & accipitur de corporali morte, quasi peccatum non imputabatur: id est ignorabatur ante legem: sed effectus indicabat. Quia mors, corporalis. Regnavit, cotidie per aliquas passiones: & tandem dissoluendo, Ab Adam vsque Mosen, cum minus videretur. Regnavit dico non solum in his, qui per se prauaricando mortem meruisse viderentur: Sed etiam in eos qui peccauerunt in similitudinem prauaricationis Adæ, id est in pueros qui nihil à se addiderunt prauaricando legem. Vel ita ab illo loco, Vsque ad legem & c. q. d. bene dixi peccatum pertransisse in omnes, Enim, id est quia. Vsque ad legem, id est etiam ante legem. Peccatum erat in mundo, cum non ita videretur, apud deum, cum lex non esset. Imputabatur quidem peccatum apud homines, sed non apud deum, apud quem putabatur impune futurum cum nesciretur vindicaturus. Asserebant enim homines deum incuriosum esse, & ideo apud eum impune futura peccata, sed non apud homines. Non enim lex naturalis pœnitens obtoruerat, quia non ignorabant quod non debebant facere, alijs quod pati nolebant. Nā vsq; adeo peccatum non erat ignotum inter homines quod Ieseph quāuis per calumniam, tum quasi reus clausus est in carcere, & pistor, & pícerna Pharaonis. Peccatū ergo non imputabatur, cum lex non esset, non dico apud homines, sed apud deum: sed ubi lex data est, nouerunt deum curare humana, & iudicare. Sed regnavit, quasi dicat ante legem non imputabatur peccatum, sed regnavit mors, animæ secure possidēte homines diabolo pro impunitate credita. Impune etenim peccare se putātes, magis delinquebant, certa hæc peccata promptiores, quæ mūdus quasi licita nutrebat. Quo facto gaudebat Satanas, securus, quod ex causa Adæ derelictum à deo hominem possidebat. Regnavit dico, Ab Adā vsq; ad Mosen, per quem redijt cognitio vnus dei, quia per eum data est lex in qua præcipiebatur de vno deo colendo. Regnavit ergo mors, vsq; ad Mosen, id est vsque ad legem, quia iam tunc datum est hominibus remediū quo possent liberari, sub qua tamē si essent similes prauaricationi Adæ, in eos mors regnaret, sed lex data est in initio regressionis de Aegypto docens, de vno deo ne regnaret mors, scilicet diabolus. vel peccatum, & cepit in Iudæa primū destrui regnum mortis. Nunc vero ubiq; destruitur per Christi gratiā. Et nota hic, Vsque, accipi excluditum. In eos qui peccauerunt in similitudinem prauaricationis Adæ. Alia litera in qua non legitur, Etiam & non. q. d. mors regnavit vsque ad Mosen, nō tamē in omnes, Sed in eos qui peccauerunt in similitudinem prauaricationis Adæ, id est in similes prauaricatori Adæ, qui scilicet neglecto creatore seruierunt creaturæ, deos sibi cōstituentes, quos colerent ad iniuriā dei, sicut ille loco dei diabolo consensit. Peccatum enim Adæ non longe ab idololatria est, qui contēpto creatoris præcepto diaboli suafioni consentiens, quasi in loco dei diabolu statuit, & sicut deus esse voluit. Fuerūt autem qui peccauerunt, nō præterito deo, qui enim intellexit siue ex traduce, siue indicio naturali, & veneratione deum nulli honorificentiam nominis ac maiestatis impartiens. si peccauit, quia impossibile erat nō peccare, sub deo peccauit, nō in deū. Ideoq; in eos mors non regnavit, sed in hos qui in similitudinem Adæ peccauerunt, id est qui sub specie idolorum seruierunt diabolo, tales erant fere omnes vsque ad legē: per pauci: vt Abraham, vni deo seruierunt, & non in eos regnavit mors, quia post mortē istā quæ prima dicitur ad secundam non peruenerunt, quæ æternaliter punit, imo sub spe seruati sunt in aduentu Christi liberandi, sicut de Abraham legitur, quia quantum apud inferos fuerit discretus, tamen longo interuallo erat à peccatoribus, ita vt Chaos ingens esset inter iustos & peccatores. Et sciendum quod liberos qui aliter habēt, dicit Ambrosius esse corruptos, vbi. f. scriptū est mortē regnasse, etiā in eos qui nō peccauerunt in similitudinē prauaricationis Adæ, quæ litera etiā in Græcis codicibus legitur quod quidā ita intelligūt, quia dicunt mortem corporū regnasse in cultores vnus dei, etiā vsq; ad Mosen, sed cur non vsq; ad fidem seculi? Sunt tamen quidam latini codices quos constat à veteribus Græcis translatis, quasi ita habēt in eos qui peccauerūt & c. quos incorruptos simplicitas temporū seruauit. & probat. postquam vero à cōcordia animis dissidentibus, & hæreticis perturbantibus moueri quæstionem cæperunt, multa tam in Græcis, quam in Latinis codicibus ab hæreticis contentione studio mutata sunt, qui cum propria autoritate vti non possunt ad victoriam, verba legis

Ambro.

Ambro.

Ambro.

Ambro.

Ambro.

A adulterant, vt sensum suum quasi verbis legis afferant, & contradicentibus sibi, quasi autoritate resistant. Qui, Adam. Est forma, id est similitudo, Futuri, scilicet Christi quantum ad Adam tunc futuri. Adam autem dicitur forma futuri, id est Christi, quia iam tunc decreuit deus in mysterio, id est in occulto suo disposuit per vnum Christū, emendare quod per vnum Adam peccatum erat. Vnde dicitur in Apocalypsi, Agnus occisus est ab origine mundi. Et forma futuri, id est Christi, dicitur à cōtrario: quia sicut in Adam omnes moriuntur, ita in Christo viuificabuntur: sicut in illo illud, ita in isto fit istud: sed hæc forma, non ex omni parte conformis est, sicut subsequenter ostenditur. Vel forma Christi dicitur, quia sicut ille sine coitu à deo factus est, ita Christus ex virgine spiritu sancto cooperante processit. Vel Adam dicitur forma Christi, quia sicut ille pater est omnium secundum carnem, sic Christus pater est omnium secundum fidem: Et sicut ex latere illius dormientis assumpta est cocta, vnde formata est Eua: sic ex istius latere post profuxerunt sacramēta, scilicet aqua ablu-tionis, & sanguis redemptionis, per quæ saluatur ecclesia. Ideoq; sicut ille communi-care potuit filijs suis, peccatum & mortem, sic iste suis iustitiam suam & vitam: & etiā iste plus bonis suis confert quam ille mali, & ideo potest magis saluare quam ille perdere: & hoc est quod subdit.

August. cōtra Iulianum hæreti. Ioan. Da.

Remigius.

Sed non sicut delictum: ita & donū. Si enim vnus delicto, multi mortui sunt: multo magis gratia dei, & donum in gratia vnus hominis Iesu Christi in plures abundauit: & non sicut per vnum peccatum, ita & donum.

B

Sed non sicut. Quasi dicat. Adam est forma Christi, id est similes sunt Christus & Adam: sed, Non sicut delictum Adæ est, Ita, est &, Donum Christi, id est maius est donum Christi quàm delictum Adæ, & ideo non sic est efficax peccatum Adæ ad damnationem, vt gratia Christi ad saluationem. quod est dicere, Non sunt pares causæ eorum, nec etiam pares sunt effectus causarum. quod ibi ostenditur, Et non sicut per vnum: sed præmittit quo probat causas Adæ, & Christi non esse pares, dicens, Si enim vnus. Quasi dicat, vere non ita est donum Christi, vt delictum Adæ: quia delictum Adæ vnus est, quo multi mortui sunt: Christi vero gratia multiplex est, qua multi viuificati. Si vero vnū delictū multos mortificare potuit, patet quod multiplex gratia viuificare multo magis possit. Causa enim Christi, est gratia abundans, ex qua omnia bona sunt homini, sine qua nihil habet boni. Causa Adæ est peccatum illud originale, cuius rei sunt omnes carnaliter geniti, cætera peccata habent ex se multa, & si ex illo originali sint ad peccandum magis proni. Præterea etiam his qui per Christum redimuntur, temporaliter valet forma mortis ex Adam: in æternum autem valebit vitæ forma per Christum. Quamuis igitur Adam sit forma futuri. plus tamen præstat regeneratis Christus, quam eis generatis Adam nocuerat: & bene hæc causa Christi omnibus suis prodest, quia si causa Adæ omnibus suis nocuit, tunc & hæc, hoc potuit suis. & hoc est, Si enim & c. quasi dicat, Vere non ita est donum, vt delictum, Enim, id est quia, Vnius hominis Adæ, Delicto, vno quidem, & si ipse plura admiserit, in posteros tamen non nisi vnum originale transmisit. Multi, scilicet omnis filij sui ex eo carnaliter geniti, Mortui sunt, id est peccatores cōstituti, Et si, hoc est tunc, Gratia dei & donum, id est gratuitum donum. Vel gratia, id est remissio peccatorum, Et donum, scilicet alia dona sancti spiritus. Multo magis abundauit, id est multo magis abundans transit, In plures id est in omnes filios eius. abundans autem & maior res omnibus suis magis prodest, quia non solum illud originale, sed etiam addita peccata soluit: hoc autem donum datur, In gratia vnus hominis Iesu Christi, id est per gratiam Christi. Gratiam dicit perfectionem virtutum quæ in Christo homine fuit, qui per suam bonitatem, de sua plenitudine nobis tribuit. Et nota, Plures, non ibi poni comparatiue, sed absolute, tāquam diceret multos. Non enim plures iustificantur per Christum, quàm condemnantur per Adam: sed ita dicendum est, multo magis abundauit, vt donum Christi delicto Adæ comparetur, & præferatur. Adam quippe ex vno delicto reos genuit multos, Christi autem gratia, etiam delicta, propriæ voluntatis, quæ originali culpæ, in qua

Augustinus ad Hylarium.

Aimō. Augustinus. de ba. par.

nati sunt: addiderunt, soluit atque donauit. Maior est ergo causa Christi quam causa Adæ. Et nunc sicut, hic ostendit dispares esse effectus causarum. Quasi dicat, Non solum causæ sunt dispares, sed etiam effectus, Et id est quia. Non sicut per vnum peccatum, fit, Ita fit & per donum, sed plus fit per donum, & hoc probat. Nam iudicium dei, est procedens, Ex vno, tantum delicto originali, ab Adam traducto, In condemnationem, corporalis & æternæ mortis. Gratia autem Christi, non ex vno tantum, sed, Ex multis delictis, procedit, In iustificationem, quia non solum ignoscit, sed etiam iustificat. Et attende quod dictum est iudicium ex vno in condemnationem: quod non ideo dictum est, quod illud solum quod originaliter trahitur in iudicio sit damnandum, sed quia etiam illud, si solum sit, damnationem facit. Christi autem gratia, non solum illud quod originaliter trahitur, sed etiam multa actualia dimittit, & insuper iustificat, id est de impio pius facit, ac deinde de bono in melius proficere. Ecce in his ostendit effectus causarum Christi & Adæ dispares esse. Effectus causæ Adæ, id est peccati quod intulit, est non omnis damnatio, sed quæ pro illo vno debetur, sunt enim, & ex nostris additis, aliæ damnationes. Effectus autem donorum Christi, cum remotis omnibus peccatis originalibus, & actualibus, omnis iustificatio & vita æterna, de qua addit in sequenti versu subdes.

Augustinus  
in enchiri.  
Augusti. codē

Si enim vnus delicto mors regnauit per vnum, multo magis abundantiam gratiæ & donationis & iustitiæ accipientes, in vita regnabunt per vnum Iesum Christum.

Si enī, Quasi dicat, Gratia Christi procedit in iustificationē, & bene hoc suis est, per vnum Christum: quia si illa, id est damnatio, per vnum Adam suis est, tunc & hoc potuit Christi gratia: & vere hoc potest, quia etiam in vitam æternam ducit. Et recte. Enim, id est quia, in Vnius delicto, etiam si propria non adderentur, Mors, id est dissolutio animæ & corporis, Regnauit, etiam ante mortem passiones inferens, Per vnum Adam, quia quas vires habuit in illo, in omnes posteros exercuit: quorum materia ille fuit, sicut & culpa, eius solius fuit, quæ in omnes transfusa est, et si, hoc est tunc homines, Accipientes, à deo non à se habentes, Abundantiam gratiæ, id est remissionis peccatorum. Abundantiam dicit, quia etiam propria soluuntur: & abundantiam, Donationis, id est charismatum, Et iustitiæ, id est bonæ operationis. Multo magis regnabunt per vnum Iesum Christum in vita, æterna, id est æternaliter in incorruptione, Multo magis, dicit hos regnare, quia multo maior res est hic, quam sit in regno mortis. Vel multo magis regnabunt in vita, quam in eis regnauit mors, quia in vita regnabunt æternaliter, mors autem regnauit in eis temporaliter, & cum fine.

Augu.

Aimo.

Augustin.

Igitur sicut per vnus delictum, in omnes homines in condemnationem, sic & per vnus iustitiam, in omnes homines in iustificationē vitæ. Sicut enim per inobedientiam vnus hominis peccatores constituti sunt multi: ita per vnus obedientiam, iusti constituentur multi.

Igitur sicut per vnus delictum &c. Ex prædictis infert disputationem suam in eodem quod proposuerat concludens. Quandoquidē Adam est forma Christi futuri, & quia maius est donum Christi, & plus confert, Igitur sicut, id est quàm digne. Per vnus delictum, transiens, non imitatione, sed propagatione. In omnes homines, itum est ab homine, vel processit sententia dei. In condemnationem, corporis & animæ, sic &, Per vnus iustitiam, valentem, In omnes homines, si ipsi velint itum est ab homine, vel processit sententia dei, In iustificationem, quæ est causa, Vitæ. Attendē quod apostolus videns nō sola imitatione Adæ fieri peccatores, sed propagatione, nec sola imitatione Christi iustificari, sed regeneratione spirituali dixit omnes & omnes, nō quod omnes geniti per Adam, regenerentur per Christum, sed quia sicut nullius carnalis generatio est, nisi per Adam, sic spiritualis nullius generatio est nisi per Christum si qui essent præter Adam generati, & si qui præter Christum regenerati nō dicere, Omnes & omnes, sicut autē nullus est homo præter illam generationē, sic nullus est iustus præter istam. Nemo enim nascitur nisi in concupiscētia carnali, quæ tracta est ex pri-

August. de bapti. par.

A mo homine: & nemo renascitur nisi gratia spirituali, quæ data est à secundo homine, eodē post dicit multos, sed aliter, ab illo loco, Sed nō sicut delictum &c. Dixerat quod Adam est forma futuri. Forma utiq; in hoc est quod vnus emendat, quod vnus peccauit: sed tamen causa Adæ non est talis qualis causa Christi, quia vnū est delictum Adæ, quo multi, id est similiter præuaricantes, mortui sunt: gratia vero Christi in plures transit, quia & in hos, & in non similiter præuaricantes. Et attende quod agit hic, de actuali peccato Adæ in quo dicit mortuos illos qui actualiter peccauerunt ad similitudinē eius. & legitur, Plures, cōparatiue. quasi dicat, Vere non est ita donum vt delictum. Si enim in vnus delicto mortui sunt, scilicet imitantes præuaricationem eius, Multo magis gratia dei, & donum in gratia vnus hominis, Christi Iesu abundat in plures. Plures enim gratiam cōsequuntur per Christum, quàm mortui sunt delicto Adæ: quo mortui sunt qui in similitudine præuaricationis Adæ peccauerunt: gratia autem Christi, & in eos qui similiter peccauerunt, & in eos qui non peccauerunt in similitudinē præuaricationis Adæ, abundauit. Nam & in multos qui neglecto deo seruiertunt creaturæ, ne ab hac vita decedentes à secunda morte exciperentur, & in cultores vnus dei qui paterno peccato ex dei sententia apud inferos tenebantur, gratia abundauit in descensu saluatoris, omnibus dans indulgentiam cum triumpho, sublatis eis in cælum. Et non sicut per vnum pecc. fit, Ita, fit &, Per donum. Nam iudicium, dei procedit, Ex vno in cōdemnationē, gratia autem ex multis, in iustificationem vitæ. Manifeste ergo diuersum est, quia in vno peccato Adæ similes ei, dānati sunt: gratia vero nō ex vno, sed ex multis peccatis iustificauit homines, & etiam in vitam perduxit, quod bene potuit. Enim id est quia, In vnus hominis, Delicto, per vnum regnauit mors, scilicet diabolus vel peccatum. Et attende quod ait mors regnauit, nō regnat concordans superiori sensui, vbi dixit mortem regnasse vsq; ad Moysen, quia qui per legem notō dei iudicio timorem eius habuerunt, sublatis sunt de mortis imperio. Ante vero dum sine lege timor dei in terris nō erat, mors in similes Adæ præualuit: & si ibi regnauit mors, Multo magis, homines. Accipientes abundantiam gratiæ, & donationis, & iustitiæ in vita regnabunt per vnum dominum Iesum Christum: id est multo magis gratia regnare debet, quæ in plures transit quam mors, & vitam confert æternam. Quod autē post dicit omnes, similiter peccantes accipit. Itē omnes credentes dicit, & hoc est quod subdit, Igitur si per vnus delictum transiens in omnes homines, similiter peccatum est, In condemnationem, sic, Et per vnus iustitiam, transeuntem in omnes homines credentes: itum est, In iustificationem vitæ. Non enim est generalis damnatio, vel iustificatio in omnibus. Vnde postea ait, Multi sicut enim &c. Hic iam determinat delictum vnus, vt sicut ille merito peccati perdidit, ita iste merito iustitiæ nos liberasse videatur: & ordinem assignationis, vnde superius loqui cōperat, scilicet qualiter Adam sit forma futuri, explicat hic, dicens, Sicut enim per inobedientiam vnus hominis, scilicet Adæ, Peccatores constituti sunt multi. i. omnes sui qui non sunt Christi, Ita, & merito, Per obedientiam hominis vnus, id est Christi, Iusti constituuntur multi. i. omnes sui. Et nota quod non ait per vnus dei vel verbi: Sed per vnus hominis obedientiam iustificari: ne putes antiquos iustos solo verbo dei, id est solius verbi fide sine fide incarnationis liberari, sine qua, nec antiqui, nec moderni liberari potuerunt. Illa enī sana fides est, qua credimus nullum hominem, siue maioris, siue paruulæ ætatis, liberari à contagione mortis antiquæ, & obligatione peccati quod prima natiuitate contraxit: nisi per vnum mediatorem dei, & hominum hominem Christum Iesum: cuius hominis, eiusdemque dei saluberrima fide, etiam illi iusti salui facti sunt, qui priusquam veniret in carnem, crediderunt in carne venturum. Eadem fides nanque est, & nostra, & illorum, proinde cum omnes iusti, id est veraces dei cultores siue ante incarnationem, siue post, nec vixerint, nec viuant, nisi ex fide incarnationis Christi, profectoque scriptum est non esse aliud nomen sub cælo in quo oportet saluari nos, ex illo tempore valet ad saluandum genus humanum, ex quo in Adam vitiatum est. Ille vnus vnus peccatum misit in mundum: Iste vero vnus non solum illud vnus, sed cuncta abstulit quæ addita inuenit. Ecce ostensum est quomodo Christi gratia Adæ delictum superat, quia non solum originale ab Adam propagatum, sed etiam actualia supradicta soluit, & iustitiam, ac vitam præstat, quæ gratia, antequam ope-

B

C

Ambrosius

Augustinus  
ad Opratum.



Augustinus.  
cōtra Iulianū  
hereticum.Quæstio.  
Responsio.Augustin⁹  
de bap. par.Augu. de spi.  
& litera.Augustinus.  
ad Eutropi. &  
Paulinum.Augustin.  
Super Ioan.Augustin⁹. in  
psal. cii.

retur in homine, ipsius est, atq; infidelis. per fidem enim impius iustificatur. Sicut ergo per fidei virtutem adultus iustificatur, ita & per fidei sacramentum paruulus. i. de impio fit pius, de infideli fidelis. Sed quærit Iulianus per quid peccatum in paruulo inuenitur, inquit, Non peccat iste qui nascitur, non peccat ille qui genuit, non peccat ille qui credit. Per quas ergo rimas inter tot præsidia innocentie peccatum fingis ingressum? Ei respondet sancta pagina, per vnum gominem, per vnum gominem, ait Apostolus, peccatum in mundum intrauit: per vnus inobediētiā, ait Apostolus: quid quærit amplius? Quid apertius, quid quærit inculcatius? Quid quærit latentem rimam cum habeat apertissimam ianuam? Item inquit, Si per hominem peccatum intrauit in mundum, peccatum, vel ex voluntate, vel ex natura est: si autem ex voluntate est, mala est voluntas quæ peccatum facit: si autem ex natura, mala est natura. Cui respondeo, Ex voluntate, peccatum est. Quærit forte vtrū originale peccatum sit ex voluntate. Rñdeo, prorsus & originale peccatum ex voluntate esse, quia hoc ex voluntate primi hominis seminatum est, vt & in illo esset, & in omnes transfret. Quod autem dixit, si ex natura peccatum est, tunc mala est natura. Quæro vt, si potest, respondeat. Manifestum est ex voluntate mala, tanquam ex arbore mala fieri omnia opera mala tanquam fructus malos: sed ipsam malam voluntatem vnde dicit exortam, nisi ex bono? Si enim ex angelo, quid est angelus nisi bonum opus dei? Si ex homine, quid erat ipse homo, nisi bonum opus dei? Immo quid erant hæc duo antequam in eis oriretur mala voluntas, nisi bonum opus dei, & bona, & laudanda natura? ergo ex bono oritur malum, nec fuit homini, vnde oriri posset, nisi ex bono. Dico ergo quia malam voluntatem nullum malum præcessit. Item dicit, Si natura opus dei est, per opus dei, opus diaboli transire non sinitur. Sed nonne opus diaboli, quando primum fuit in angelo, qui diabolus factus est, ortum est in opere dei? Quapropter si malum quod omnino nusquam erat in dei opere ori potuit, cur malum quod iam alicubi erat, per opus dei transire non potuit, homines autē sunt opus dei. Pertransiit ergo opus diaboli, per opus dei, & quia diabolus est factura, vel opus dei, pertransiit opus operis dei, per opus dei & venit vsq; ad paruulos, qui in ramo nil cōmiserūt, sed in radice perierūt: nil habet mali, nisi quod de fonte traxerūt, nisi quod de origine traxerūt. Cōmunis ergo fuit perditio, & cōmunis est inuentio. Sicut enim per inobediētiā Adæ, Multi constituentur peccatores, reatu: & ita, Per Christi obediētiā insti constituentur multi.

Lex autem subintravit vt abundaret delictū: vbi autem abundauit delictum, superabundauit gratia: vt sicut regnauit peccatum in mortē, ita & gratia regnet per iustitiam in vitam æternam, per Iesum Christum dominum nostrum.

Lex autem. Ostenderat Christum dimittere omnia peccata, tam originalia quam actualia, hic addit etiam quod à peccato legis liberat. & à præuaricatione, vt Iudæi Christo magis sint obnoxij. quasi dicat, Per Christum est iustificatio. Lex autem, Moysi, subintravit, id est latenter intrauit post culpam originale & actuale, vel post naturalem legem. Vt abundaret delictum. i. vt homo superbe fidens de suis viribus acciperet præcepta: in quibus deficiens, & factus est etiam præuaricator, liberatorem salutoremque requireret: atq; ita humilem factum, timor legis tanquam pædagogus ad fidem gratiamque perduceret. Oportebat ergo vt superbis, & de libertate sui arbitrij præsumentibus lex daretur, quia præuaricata suam infirmitatem, & legis insufficiētiā peccatum non consumentis intelligentes humiliarentur, & ad subueniētem curerent gratiam. Natis enim in peccatis, & viribus suis multum assignantibus, datur lex à deo, ad domandam superbiam, qua dicebant, Non deest qui impleat, sed deest qui iubeat. Eorum igitur superbiam domare volens deus, legem dedit: quasi dicens hominibus, Ecce do vobis præcepta, ne putetis deesse iubentem, non deesse qui iubeat: sed deest qui impleat, quia homo in peccatis natus non valet implere, ideoq; natus est Christus, id est gratia quæ sanaret. Hac ergo dispensatione lex data est vt crescente peccato humiliarentur superbi, & humiliati confiterentur, & confessi sanarentur. Non crudeliter hoc fecit deus, sed consilio medicinæ. Aliquando enim homo videtur sibi sanus, & egrotat, & quia non sentit morbum, medicum non quærit. Augetur

A morbus crescit molestia, quæritur medicus, & totum sanatur corpus. Magnum ergo dei consilium fuit, vt per legem abundaret delictum, vt in austeritate legis suam intelligentes infirmitatem, infirmi ad medicum cōfugerent, & auxilium gratiæ quærent. Per legem autem dicitur abundasse delictum, non quia lex delictum iuberet: sed quia eo quod gratia ibi non erat, auctū est ex prohibitione desiderij, & tunc ex propria quasi virtute factum est grande vitium. Sic ergo abundauit peccatum, quia & cōcupiscētia ex prohibitione ardentior facta est, & peccatibus cōtra legem, præuaricationis crimē accessit. Cōsiliū autē dei quo legem dedit, Iudæos nescisse, satis significauit isto verbo. Lex subintravit &c. Vel ita, Lex subintravit vt abundaret delictum. i. in lege data abundauit delictum. Dicit enim hic apostolus, quid prouenerit data lege, num quid fecerit lex? Data erat lex in adiutoriū, nature, vt quia ipsi nature quodāmodo sunt inserta iustitiæ semina, adderetur lex, cuius autoritate & magisterio ingeniū naturale proficeret ad fructū iustitiæ faciendū. Sicut enī natiuitas nisi nutrimenta habeat, interit, quibus fota adolescat: ita & naturale ingeniū iustitiæ nisi habeat quod respiciat, & veneretur, non facile proficit, sed ægrotat, & superueniētibus cedit peccatis. Cōsuetudine enim delinquēdi premittitur ne crescat in fructum, & per hoc extinguitur. Prouidenter ergo, & ad bonū data est lex, sed populus veterem vsum sequens multiplicauit peccata. Ipso enī vfu plus cœpit peccare quā ante peccauerat: & sic factū est, vt data lege non minueretur, sed abundaret peccata diabolo interuertēte legē bonā in malū, contra quod omnia deus dimisit, sicut cōsequēter ostenditur. Vel ita, Lex subintravit vt abundaret delictū. i. ad hoc data fuit, vt per eā abundantius cognosceretur delictū. Si enim lex non fuisset peccatum lateret: sed per legē genera peccatorū, & præuaricationis crimē homo agnouit, vt qui in sordibus erat præuaricādo, magis sordesceret. i. se sordidū cognosceret. Lex ergo author est boni. Demōstranda enī fuerat homini fœditas languoris sui, vt videret non modo doctorē sibi esse necessarium, verū etiā adiutorem. Præterea data fuit lex, vt mediocris pædagogum haberet, & perfectus signū, & durus sentiret flagellum. Et quia hic de lege magnus sermo occurrit, videndū est quibus modis lex accipiatur, & cui populo data sit, & quare illi, & non illi: & quibus, & pro quibus de illo populo data sit: postremo quibus de causis data sit, summatim dicendū est. Lex ergo aliquādo dicitur tota scriptura veteris testamēti, aliquādo scriptura quinque librorū Moysi, aliquādo decalogus scriptus in tabulis, aliquādo cerimonialia tantū. i. figurata secundum literam, aliquādo litera cum spirituali intelligentia, aliquādo obseruantia alicuius mandati, sicut in eadem lege sæpe dicitur. Hæc est lex pascuæ, hæc est lex lepræ, hæc est holocaustorum lex, & huiusmodi. Inde est quod sancti de lege variæ loquentes dissentire, atque contraria dicere videntur. Ait enim dominus per Ezechielem, Dedi eis præcepta non bona, & iustificationes non bonas, in quibus non viuent.

C Cui cōcordat Apostolus dicens, Lex neminē ad perfectum ducit. Et item, Lex irā operatur. & hic, Lex subintravit vt abundaret &c. Et dominus in euāgelio, Nisi abundauerit iustitia vestra plus quā scribarum, & pharisæorum &c. His autem videntur contraria hæc alia, Iustitia legis suo tempore custodia, non solū bona temporalia, sed vitam cōferebat æternam. Et Apostolus ait, Itaq; lex quidē sana, & mandatū sanctū, & iustum, & bonum. Et dominus in euāgelio, Non veni soluere legem, sed adimplere. Vt hæc ergo sicut videntur non esse contraria pateat, sciendum est hæc esse dicta secundum diuersas legis acceptiones. Cum enim dicitur, Dedi eis præcepta non bona, & iustifi. non bo. in quibus non viuent, intelligendum est hoc de præceptis legalium cerimonialium, quæ dicuntur non bona: non quia mala essent, sed quia bonos non faciebant obseruātes secundū literā. Hoc modo, & alia accipiēda sunt quæ dicta sunt in hac parte: quæ autē ecōtrario dicuntur, accipiēda sunt de lege secundū spirituale intellectu, & secundū moralia, quæ in euāgelio non tolluntur, sed adimplent, sicut in Mattheo ostenditur. Lex autē data est populo Iudæorū tantum, ideo quia ille populus solus vnū deum colens dignus erat, cui eloquia dei crederetur, ceteris idola colētibus. Ideo etiā quia de hoc populo nascitur⁹ erat dei filius, & ideo data fuit ei lex. per quā illud intelligeret, & dei filium venturum expectaret. Cum lex data sit illi soli populo, data est etiam omnibus generibus hominum qui erant in illo populo, sed non pro omnibus. Erant enī in illo populo tria genera hominum, scilicet duri, insipiētes. & perfecti: his omnibus

Augustinus  
ad Hylarum.  
August. n. ex  
pro. epist. ad  
Roma.

Ambrosius.

Augu. super  
Lucam.  
Augu. de spi.  
& lre.

Nota

Beda.

data est lex, sed nō pro omnibus data est, duris in flagellum. incipientibus in pedagogum iustis in signū. Sed nō pro iustis data est lex. vt enī alibi ait apostolus, iusto lex posita nō est, quia per eā iustitiā nil accreuit. Legē autē hic accipimus secūdu legalia. Legalia vero dicimus, quā in lege instituta sunt, & cū lege terminata. Lex autē data est ad domandū superbū, ad flagellandū durum: ad instituendū incipientē, ad ostēnsionem delicti & humane infirmitatis, ad manifestationē & testimoniū gratiē, & futurorū significationē. Vbi autē, hic agit de virtute gratiē, & quanta efficit gratia offendit. q. d. lege data abundauit delictū, sed nō ideo despiciatur ludæus, quia, Abūdauit & c. vel ita cōtinua, Delictū abundauit, per legem, sed etiā hoc sanat Christus, qui vbi abundauit delictū, superabundauit & gratia. Omnia cōdonans. Totū enī quod de Adā traxisti, totum quod tuis prauis moribus addidisti, dimisit totū deleuit, orationem docuit, certamē indixit, laborātī subuenit, victorem coronabit: vel, Superabūdauit gratia, quia nō solū a prāteritis peccatis absoluit, verū etiā a futuris cōmonuit, vel, Superabūdauit, quia gratia Christi, etiam his proficit quos diabolus vincere nō potuit: & quia peccatū ad tēpus regnauit, gratia autē in æternum. Vt sicut regnauit & c. Quasi dicat, dico quod gratia superabundauit, eo tamen tenore, ne quis cōfusus gratiē securius peccet, sed vigeat gratia, & per iustitiā ducat ad vitā, sicut vigerat peccatū ducens in mortem. & hoc est quod ait, Vt sicut, quasi eo tenore, dico gratiā superabūdare. Vt sicut peccatū, quod etiā prāter Adam est, quod lege data abundauit, quod non est originis, sed propriā voluntatis. Regnauit, ducens, In mortem æternā. Ita & gratia, remissionis peccatorū, Regnet, in electis, Per iustitiā, bonorum operū perducens eos, In vitam æternā: & hoc, Per Iesum Christū dominum nostrū. sine quo nulla iustitia est, sicut aliqua peccata prāter Adam sunt. Ideo cum dixisset sicut regnauit peccatum in mūdū, nō addidit per vnum, vel per Adam, quia de illo peccato hic agebat, quod non ex Adam traxerunt homines, sed sua voluntate addiderunt. Cum autem dicit, Gratia regnet, & cum addidit, Per Iesum Christum dominum nostrum, quia per eum nō tantum originalis, sed etiam voluntariorum fuit remissio peccatorum. Ab Adam autem tantummodo illud trahitur, quod est originale.

Augustinus.  
Augustin. de  
ver. apostoli.

Orig.  
Ambro.

Aimo.

Augustin<sup>9</sup>  
de bap. par.

## CAPVT. VI.

**Q**uid ergo dicemus? Permanebimus in peccato, vt gratia abundet? Absit. Qui enim mortui sumus peccato, quomodo adhuc viuemus in illo?

Quid ergo dicemus? Objicit apostolus quod videt a peruersis posse obijci? Quidam enim peruersi audientes prædicationem Pauli, & aliorum apostolorum, vbi debuerunt accipere vitam, acceperunt mortem, dicentes apostolos prædicare quod quanto amplius homo peccaret, tantomagis deo placeret, & maiorem gratiam conserueretur. Hoc autem peruersi accipiunt ex illo loco vbi dictum est. Vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia: tanquam dixerit propter abundantiam gratiæ prodesse peccatum. Hoc dicere est esse ingratos gratiæ, & hoc est quod opponendo sibi ait, Quid ergo dicemus, quasi dicat, & quia gratia vigeat, vbi delictum abundauit. Quid ergo dicemus? Dicemus, scilicet hoc quod, Permanebimus in peccato, vt gratia abundet? vt quidam nobis imponunt. Absit, vt nos hoc dicamus. Non est enim permanendum in peccato, vt quidam nos dicere existimant pro maiori gratia. Non enim peccantis merito, sed subuenientis auxilio superabundauit gratia, vbi abundauit delictum. Non enim permanendum est in peccato vt regnet gratia, sed potius per ipsam gratiam debemus, & possumus, peccato esse quasi mortui & sepulti, & resurgere in iustitiā ipsius in vitam æternam. quod consequenter ostendit Apostolus, & prius quod mortui sumus peccato, subdens. Qui enim, vel, si enim quasi dicat, Vere non est permanendum, Enim, id est quia, Mortui sumus peccato, in baptismo, id est liberati sumus a peccato, vt iam non dominetur in vobis per gratiā dei. Mori enī peccato, & liberari a peccato, Et si hoc est, Quomodo & c. vel si est ibi, Qui, ita leges, & Qui, hoc iam habemus. Quomodo, id est qua ratione, Adhuc, post tantum beneficium, Viuemus in illo? & reddemus vires hosti? Cū enī hoc præfiterit gratia vt moremur peccato, quid aliud facimus, si viuimus in eo, nisi vt gratiæ simus ingrati? Neque

Augu. de spir.  
ritu.

Augustinus  
Augustinus

Augu. de spi.  
& litera.

enim qui laudat beneficium medicinæ, prodesse morbos dicit, & vulnera a quibus illa la hoiem sanat: sed quanto laudibus maioribus medicina prædicatur, tanto magis vituperantur & horrentur vulnera & morbi a quibus liberat: quæ ita laudatur, sicut laus gratiæ & prædicatio, vituperatio est delictorum.

An ignoratis fratres, quia quicūque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus: Consepulti enim sumus cum illa per baptismū in mortem, vt quomodo Christus surrexit a mortuis per gloriam patris: ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Si n. complantati facti sumus similitudini mortis eius: si mul & resurrectionis erimus.

An ignoratis & c. Hic confirmat quod dixerat. s. quod mortui peccato quod fit in baptismo, non debemus ei iterū viuere, vt iterum mori sit ei necesse, quia cum baptizatur cōmoritur Christo. & hoc est quod ait, An ignoratis & c. & quia quis diceret, An mortui sumus peccato? Rñdet vtq; sumus, quia nos, Quicūq; .i. cuiuscūq; conditionis, Baptizati sumus. i. a vitijs purificatis, In Christo Iesu. i. in institutione Christi quæ est in nomine trinitatis vel in operatione ipsius, qui baptizat vere, Baptizati sumus in morte ipsius. i. in similitudine mortis Christi: vt sicut Christus semel mortuus est carne, & semper viuuit, ita nos semel mortui malo per baptismum, semper viuamus bono. Vel, In morte ipsius dicit nos baptizari, quia mors eius causa est huius purificationis. Et an ignoratis, vos hoc o fratres. q. d. hoc non debetis ignorare, Nota quia sæpe illos arguit de ignorantia. Consepulti. n. su. q. d. Vere in baptismate sumus similes mortis Christi, quia etiam Consepulti sumus fide in baptismo Cū illo. i. ad similitudinem eius. nos dico ducti, Per baptismum in mortem. i. in peccatorum abolitio nē. Ad hoc enim sumus cōmortui & consepulti, Vt quomodo Christus resurrexit, i. a mortuis, remotus: & hoc per gloriā patris. i. per verbū prīs hoī vnitū, vel per gratiā dei. Ita & tā firmiter Nos, a vitijs resurgētes ad bona opera, Ambulemus, de bono in melius, positi In nouitate vitæ, per iustitiā fidei & spem gloriæ. Si. n. q. d. Dico ambulemus in nouitate quod possumus. Si. n. nos explātati, ad similitudinem arboris, de mala terra, Facti sumus, a deo: Cōplantati firmiter hærentes, Similitudini mortis. i. si a veteri ritu remoti firmiter hæremus bono deo faciēte, & similes morti Christi sumus Simul. i. mox, Et erimus, cōplantati similitudini Resurrectionis Christi. i. firmiter hærebimus similitudini resurrectionis Christi, vt sicut Christus deposita vetustate a morte nouus resurrexit, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Tūc dicit nos posse fieri si miles resurrectioni, si similitudini mortis eius facti fuerimus complantati. i. si in baptismo omnia vitia deponentes, postmodum nō peccemus. Hæc enim similitudo mortis præstabit similitudinem resurrectionis, vt in nouitate vitæ ambulemus. Nota quod mors qua peccato mortui in baptismo dicimur, & vita qua nūc in iustitia & post æternaliter cum Chrō victuri sumus, in morte & resurrectione Christi demonstrati sunt. Mors. n. Christi & resurrectio, non tantū res, sed etiam sacramēta sunt. Quicquid. n. gestum est in cruce Christi. in sepultura, in resurrectione, in ascensione, & in sedere ad dexteram patris, ita gestum est, vt his rebus mystice non tantum dictis sed gestis, configuretur vita Christiana. Attende ergo singula quæ facta sunt in his prædictis, & qualiter in eis christiana vita configuretur in Christo qui vixera vetus homo. i. vetustate a primo hoīe contracta, non secundū culpam, sed secundū pœnam, famem. s. & sitim, & hmoi. Hoc mō sitim ipsam vetustatem finiuit & deposuit, vt dolorē crucis sustinēs sic haberet membra distenta in cruce & fixa, ne ad priores actus mouerentur, a quibus etiam sepultus quieuit, humanis substractus aspectibus, per hæc exigens a nobis, vt nostram vetustatem peccatorum cum gemitu & dolore pœnitentiæ deponamus, & membra nostra continētia atq; iustitiæ clauis cōfixa habeamus, ne ad priora mala redeamus a quibus etiā ita perfecte quiescamus, vt nec eorū visio nec memoria habeatur, & sic ad bona resurgētes in nouitate vitæ ambulemus, de virtute in virtutem ascendentes, quousq; in dextera dei locati deū deorū sicut est videamus. In cruce ergo est dolor cōfessorū: in sepultura, requies absolutorū: in resurrectione, vita iustorū: in ascensione, profectus perfectorū in cōsensu ad dexterā, gloria beatorū. Hæc autē nō solū a nobis exigit Christus in sacramento passiois, sed etiā si volumus imitari efficit, vñ subditur.

Aimo.

Augu.  
Aimo.

Ambro.

Augustinus

Augustinus  
in Buch.

August.

Hoc scientes, quia vetus homo noster simul crucifixus est vt destruat corpus peccati, vt ultra non seruiamus peccato. Qui enim mortuus est, iustificatus est peccato. Si autem mortui sumus cum Christo, credimus quia simul etiam viuemus cum illo, scientes quod Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur mors illi ultra non dominabitur. Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel: quod autem viuit, viuit deo. Ita & vos existimate, vos mortuos quidem esse peccato, viuentes autem deo in Christo Iesu.

Augustinus. Hoc scientes, quia vetus homo &c. Dixit nos per baptismum mortuo esse peccato ideo non debere amplius viuere in illo, sed in nouitate vite ambulare, & per quid hoc liceat ostendit. f. Quia vetus homo cru. &c. q. d. Dico ambulemus in nouitate vite. Nos dico, scientes, hoc, quia vetus homo. i. fomes peccati & consuetudo noster. i. qui ex nobis est non ex deo, simul, cum Christo, crucifixus est. i. cum crucifixione Christi ita debilitatus est, vt destruat &c. Vel, Vetus homo noster, si cum Christo crucifixus. i. veteres actus nostri morte Christi crucifixi. i. mortui sunt ita, vt destruat, dominante ratione, corpus peccati, id est omnia crimina quae simul sunt quasi corpus & congeries peccati. gratia autem dei qui in similitudine carnis peccati in cruce pendit, per baptismum id agitur, vt vetus homo crucifigatur, & corpus peccati destruat: non ita vt in ipsa viuente carne concupiscentia resperfa & innata repente absumatur & non sit, sed ne obsit mortuo quae inerat nato. Nam si post baptismum vixerit in carne habet concupiscentiam cum qua pugnet, eamque adiuuante deo superet, si tamen non inuacuum gratiam dei suscepit, si probus esse noluerit. Non itaque hoc praestatur in baptismo, nisi forte miraculo ineffabili creatoris, vt lex peccati, quae est in membris prorsus extingatur, & non sit: sed vt quicquid mali ab homine factum, dictum, cogitatum est, cum eadem concupiscentiae subiecta mente seruiret, totum aboleatur, ac velut factum non fuerit habeatur. Ipsa vero concupiscentia soluto reatus vinculo quo per illam diabolus animam retinebat, & a suo creatore separabat, maneat in certamine, quo corpus nostrum castigamus, & seruitute subiicimus. Vetus itaque nostra poenae & culpa, quae est ex maledicto primi hominis in cruce Christi destructa est, qui nostram mortalitatem suscepit, & peccata nostra pertulit in corpore suo super lignum, in cuius peccati & mortis figura etiam Moses in heremo super lignum exaltauit serpentem: persuasione quippe serpentis, homo in damnationem mortis incidit. Itaque serpens, ad significationem ipsius mortis conuenienter in ligno exaltatus est. In illa. n. figura serpens pendeat in ligno.

Nota. Quid autem pendit in ligno crucis nisi mors domini, vt mortem moriendo superaret, & maledictum geminae vetustatis nostrae factus maledictum pro nobis consumeret? Qualiter autem vetustas nostra in cruce consumpta sit, videamus. Vetus nostra sicut & maledictio in duobus consistit. f. in culpa & in poena. Alterum assumpsit Christus. i. poenam. Vnde & dicitur factus maledictum, & vtrunque in nobis consumpsit, quia nostram duplicem vetustatem sua simpla consumpsit. Vnde & vno die & duabus noctibus in sepulchro quieuit, per vnum diem simpla eius vetustas signatur, per duas noctes gemina nostra vetustas. Quieuit ergo in sepulchro vna die & duabus noctibus, quia sua simpla vetustate, nostram geminam tulit: & qualiter, videamus. Culpam deleuit Christus, & praesentem & praeteritam & futuram. Praeterita peccata tulit ea remittendo: praesentia, homines ab eis retrahendo, & item remittendo: futura vero non ea remittendo tulit, sed gratiam qua vitarentur conferendo, ergo futura tulit, quia vt non fierent, fecit. Poenam quoque similiter consumpsit. Est autem poena duplex gehennalis & temporalis. Gehennalem prorsus deleuit vt eam non sentiant vere poenitentes. Temporalem vero nondum penitus tulit. Manet. n. fames, sitis, mors & homini, sed regnum & dominium eius deiecit, & tandem in nouissimo eandem penitus exterminabit: sicut aliquis capiens hostem atrocissimum non statim interficit eum, sed patitur eum cum dedecore & dolore aliquantulum viuere: ita & Christus poenam quasi prius alligauit, in futuro autem perimet, victa ergo mors cum triumpho est, & cum ea diabolus, sed nondum penitus interempta. Inde est quod Petrus ante passionem, ad vocem ancillae negauit: postea vero ante reges & praesides ductus non cessit. Ideoque congrue ait Apostolus. Vetus homo noster crucifixus est, id est debilitatus ita, vt destruat corpus peccati, carne subdita spiritui: ita, vt ultra non

seruiamus peccato: non dico vt non sit, sed vt non cogamur seruire: & vere non cogimur, quia iustificati sumus. & vere. Qui. n. est mortuus peccato. i. qui liberatus est a peccato, vt nos sumus. Iustificatus est a peccato. i. iustus & liber est a peccato. Si autem mortui sumus cum Christo. i. si ita mortui sumus peccato, sicut Christus mortuus semel est pene credimus, etiam quia semel viuemus cum Christo. i. non alibi, sed ibidem cum eo. Id est dicere, Si mortui sumus Christo. i. similes morti eius sicut supra dictum est, praeter praedicta hoc habebimus, quia viuemus cum eo in aeterna vita. viuemus dico, & tali vita, quali ipse. Scientes quod Christus resurgens, longe, ex mortuis, remotus, iam. i. posthac, non moritur, i. dissoluitur, dissolutione animae & carnis. Et mors illi ultra non dominabitur, aliqua passioe. Quod. n. mortuus est &c. q. d. Vere Christus iam non moritur, quia Christus mortuus est semel. Semel ideo, quia mortuus peccato. i. pro peccato tollendo quod vna morte fecit quae ad hoc sufficit. Vel mortuus est peccato. i. peccati similitudini. i. carni in qua non erat peccatum, sed similitudo peccati, cui mortuus est quando moriendo exutus est carne mortali simili peccatrici. In quo sacramentum baptismatis, quod in nobis celebratur commendat Apostolo. Vt quomodo ille semel moriendo similitudini peccati mortuus praedicatur, ita quicumque in illo fuerit baptizatus eidem rei cuius fuerit illa similitudo moriatur. i. peccato, & viuat a lauacro renascendo, sicut ipse a sepulchro resurgendo quamlibet aetate gerat. A paruulo. n. recenter nato vsque ad decrepitum senem sicut nullus est prohibendus a baptismo, ita nullus est qui peccato non moriatur in baptismo, sed paruuli tantum originali, maiores vero etiam actualibus quae originali addiderunt. Nota etiam quod Apostolo. hoc dicendo voluit intelligere mortem deum non fecisse, quam utique deus non fecit, sed homo manibus & verbis accersiuit. Attende quod hic & alibi Augustinus. deum mortem dicit non fecisse. Idem tamen alibi ita dicit, Videndum est ne male intelligatur quod dixi, De mali auctore non est, qui & omnium quae sunt auctor est, quia in quantum sunt, in quantum bona sunt: & ne tamen inde putetur non ab illo esse poena malorum, quae utique malum est, his qui puniuntur. Sed hoc ita dixi, quemadmodum dictum est, deus mortem non fecit, cum alibi scriptum sit. Mors & vita a domino deo est: malorum ergo poena, quae a deo est, malum est quidem malis, sed in bonis dei operibus est numeranda: quoniam iustum est, vt mali puniantur, & utique bonum est omne quod iustum est. Sic ergo dicitur deus non fecisse mortem, quia non fecit illud pro quo mors infligitur. i. peccatum. Non. n. deo auctore sit homo deterior, sed vitium voluntatis est quo homo est deterior, quod vitium, longe est a dei voluntate. Deo autem auctore cum dicitur, deo volente dicitur. Quod autem. q. d. Mors non dominabitur Christo, sed potius viuit. Et quod viuit, non qualitercumque viuit. Sed viuit deo. i. ad similitudinem dei patris: quia sicut patris vita, ita & vita Christi, nullam inquietudinem recipit. Ita & nos. Quicquid supra dixi esse hominibus per gratiam Christi, hic Romanis attribuit. q. d. Sicut semel Christus mortuus est, & postea semper viuit: ita & vos o Romani. Existimate quidem vos mortuos esse peccato, viuere autem virtutibus deo. i. in honore dei. Et est sensus, Sicut Christus mortuus est semel, ita peccatum in vobis semel moriatur, vt non oporteat iterari: & sicut Christus semper viuit, ita & vos semper viuatis virtutibus, & hoc est in Christo Iesu domino nostro. i. in opere Christi, alibi nulla spes est.

Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentiis eius. Sed neque exhibeatis membra vestra, arma iniquitatis peccato, sed exhibete vos deo, tanquam ex mortuis viuentes, & membra vestra, arma iustitiae deo. Peccatum enim vobis non dominabitur. Non enim sub lege estis, sed sub gratia.

Non ergo regnet, quia supradixit nos mortuos peccato esse, & non debere viuere in eo cum nemo sine peccato sit, determinat a quibus maxime est cauendum, vt. f. non obediatis concupiscentiis, quasi concludat illud quod supra querebatur. f. permanebimus in peccato. q. d. quia ita mortui estis peccato, ergo peccatum. i. fomes peccati, & si sit. Non tamen regnet in corpore vestro. f. quod est vestri iuris per gratiam. Corpore dico nunc mortali, per peccatum: sed fiet immortale in futuro, si non regnet modo peccatum. Vel non regnet peccatum in corpore hoc mortali, in aeternum, id est quod per hoc moriturum est in aeternum quod regnauerit peccatum. Lex carnis est quam hic Apostolus appellat peccatum.

Augustinus  
contra Maxi-  
hæreticum.  
Augusti-  
contra Iu. hæ-  
Aug. i. Ench.

Augustinus  
ex li. Hippo-  
nosticoni

Augustinus  
ne retract. li.

Attende!

Ambro.

Augu-  
de bap. par.



Attende. **Attende.** catum, cum ait. Peccatum non regnet, quia lex vel peccatum non sic manet in membris eorum, qui ex aqua & spiritu renati sunt, tanquam non sit eis facta remissio peccatorum interfectis omnibus quibus separamur a deo, sed remanet in vetustate carnis tanquam superatum, & perceptum: nisi illicito consensu quodammodo reuiviscat, & in regnum proprium dominacioneque reuocetur. Non regnet dico, ita, ut obediat consentiendo & operando, concupiscentiis eius, & si cupitis ex infirmitate. Si enim consenseris, regnat peccatum. Et non solum non obediat. Sed, etiam, Neque exhibeatis membra peccati. id est concupiscentiæ quæ tunc sunt, arma iniquitatis. id est quibus impleatur iniquitas. Et est sensus, Non solum non obediat concupiscentiæ, sed nec concupiscatis quod est exhibere, & habilia facere membra peccato, quæ tunc sunt arma iniquitatis. Hic autem nota quod concupiscentia aliquando est nomen fomitis. id est vitii innati. aliquando actus interioris, qui est etiam in primo motu qui dicitur propassio: & in secundo, qui dicitur delectatio: & in tertio, qui dicitur consensus. Hic autem non prohibet concupiscentiam quæ est in primo motu, quia non est in potestate nostra quin surgat, sed gratia dei concupiscere possumus, ne usque ad delectationem & consensum perueniat, quod prohibet. id est ut mente non delecteris, vel consentias concupiscentiæ carnis, quæ ex languore veniens rebellat aduersum te. Languor autem iste tyrannus est qui mouet mala desideria. Est ergo in nobis mala concupiscentia quæ non est permittenda regnare, sunt etiam eius desideria quæ sunt actuales concupiscentiæ, quæ sunt arma diaboli. Per ea enim occasio datur illi ut deserere nos deo accepta potestate illudat & mortificet. Si vis ergo esse victor tyranni & inimicum inermem inuenire, & sic tibi subicere, non obedias concupiscentiæ male operando, nec etiam concupiscatis delectando vel consentiendo. Sed potius exhibete. id est habiles facite vos deo. vos dico, tanquam ex mortuis viuentes. quod dicitur exhibere vos deo debetis, & potestis, quia estis viuentes virtutibus: & debetis, quia prius mortui eratis in peccatis, & si implere non potestis opere quod bonum est. Vel. id est saltem velitis per quod habiles eritis & preparati, & hoc quod dicitur cum subdit, Et membra vestra exhibete deo, ut sint arma iustitiæ, quibus. id est impleatur iustitia. Sicut enim peccati arma præbemus membra nostra cum male agimus, ut verbi gratia, si surgenti damus iræ, vel linguam ad maledicendum, vel manus ad percutiendum: ita & iustitiæ arma damus cum recte conuersamur, membra vestra custodientes ab omni turpitudine. Peccatum enim quod dicitur dixi facite, quod & leuiter potestis. Peccatum enim vobis iam non dominabitur, ut olim solebat. Non enim estis sub lege, quæ non iuuabat, sed estis sub gratia, quæ refrigerat & iuuat, ut etiam legis quisque sit factor, sine qua gratia, sub lege positus tantummodo erit legis auditor.

Quid ergo? Peccabimus, quoniam non sumus sub lege, sed sub gratia? Absit. An nescitis, quoniam cui exhibetis vos seruos ad obediendum, serui estis eius cui obedistis, siue peccati ad mortem, siue obediens ad iustitiam? Gratias autem deo, quod fuistis serui peccati, obedistis autem ex corde, in eam formam doctrinæ, in qua traditi estis. Liberati autem a peccato, serui facti estis iustitiæ.

Quid ergo, quod dicitur quia non sumus sub lege quæ terret, sed sub gratia quæ bonum promittit. Quid ergo faciemus, an scilicet, Peccabimus, hac fiducia, quoniam non sumus sub lege, sed sub gratia. Hoc quidam dicebant, qui legem quasi coherentem gratiæ prædicabant tenendam, quod apostolus remouens ait. Absit. Vel ita, Dixi vos sub gratia esse non sub lege, & quoniam lex a deo est, ne per hoc ei forte opponeretur, ipse sibi opponit. quod dicitur quia lex a deo est. Quid ergo dicemus? dicemus hoc, scilicet quod peccabimus. Quoniam non sub lege, sed sub gratia sumus, id est quod legem dimisimus pro gratia? Absit. An nescitis, ne aliud profitentes, aliud faciamus: & cum dei serui dicimur, gestis serui diaboli inueniamur, præmonet, & denunciatur, nos esse seruos eius, cuius voluntatem explemus operibus. quod dicitur non debetis peccare, sed bene operari. Quoniam cui exhibetis. id est affectatis vos seruos, ut pronos ad obediendum consentiendo & operando, serui estis, id est cogemini quadam necessitate quam importat consuetudo ad voluntatem eius, cui obedistis, id est postquam ei obedistis: & si non ante cum primum exhiberetis vos seruos. Et an nescitis hoc? Serui estis dico, id est, siue peccati, ducentis, ad mortem, id est ad peccatum maius, vel ad æternam poenam. Siue obediens, id est iustitiæ, ducentis, ad iustitiam, maiorem, vel ad æternam vitam.

A **A** Grās &c. quod dicitur eius estis cui vos datis, ego autem grās ago, Deo, de eo quod cum prius effectis serui peccati, non modo, & hoc est quod ait, sic lege istam. quod dicitur. Ita est ut dixi, & hoc in vobis apparet, qui fuistis aliquando serui peccati, nunc autem obedistis, & per hoc estis facti, serui iustitiæ. id est christi. Obedistis dico non specie tenus. Sed ex corde. id est animi iudicio, quia per naturam non per legem, ex voluntate non ex timore obedistis fidei, de hoc autem. Ago gratias deo. id est quod cum prius effectis tales, modo non estis, vos dico tendentes. In eam formam doctrinæ. id est in doctrinam quæ est forma nostra. Doctrina euangelii est forma quæ imaginem dei deformatam restituit. In eam formam, dico, in quam formam non per vos, sed gratia dei, traditi estis, & per hoc, Liberati estis, per alium, a peccato. id est a fomite peccati ne regnet: Serui autem facti estis iustitiæ, consentiendo & operando.

Humanum dico propter infirmitatem carnis vestræ. Sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ & iniquitati, ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ, in sanctificationem. Cum enim serui essetis peccati: liberi fuistis iustitiæ. Quæ ergo fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis?

B **B** Humanum dico &c. Hactenus ostendit apostolus non esse peccatum, hic dicit quid deinceps sit agendum. id est ut seruiatur iustitiæ, de quo nullus est qui possit se excusare, quia nullus est qui non possit bene operari, saltem voluntate, quod item est per gratiam. Et ne religio christiana quasi importabilis & aspera videretur, & iō fugeretur, quidam humanum. id est leue præcipit. id est ea mensura seruire deo, qua prius famulabamur peccato, cum utique propensus deberet seruire deo quam peccato, quippe cum hic salus illic damnatio sit. quod dicitur & quia liberi estis a peccato, ideo dico. id est præcipio vobis. Quidam humanum. id est leue & sine onere, quod quidem est adultæ, sed non consummatæ iustitiæ, & hoc dico, propter infirmitatem carnis vestræ, id est quæ est ex carne vestra, pro qua humanum dico, quia maiora deberem dicere si possent ferre, qui plus seruitutis debetis iustitiæ quam peccato: sed parco infirmitati vestræ non exigens plus boni a vobis, quam fecistis mali. Sicut enim &c. Hic ostendit illud humanum, pudorem incutiens illis dum dicit, ut hoc saltem dependant iustitiæ, quod prius immunditiæ detulerant. Quid ergo tam humanum. id est tam leue tam sine onere quod profus nulla possit carnis infirmitas excusare? quod dicitur. Vere humanum dico, quia hoc humanum. Sicut enim exhibuistis, id est voluntate duce præparastis membra vestra, quæ vestri iuris essent, si velletis. Seruire operando immunditiæ carnis. id est luxuriæ, quæ corpus inquinat. Et iniquitati metis, quæ & si corpus non inquinat animam tamen corrumpit: iniquitati dico ducenti, ad iniquitatem, id est ad mali consummationem: Ita, id est similiter nunc cum sitis liberati a peccato Exhibete. id est præparate membra vestra, quæ vestri iuris sunt. Seruire, operando, iustitiæ, ducenti, in sanctificationem, id est ad boni consummationem, Et est sensus, Sicut tunc nullus timor coegit vos ad peccandum, sed libido voluptasque peccati duxit: sic modo ad iuste viuendum, non vos supplicii metus urgeat, sed delectatio charitasque iustitiæ ducat: & hæc quidem quantum mihi videtur nondum est perfecta, sed quodammodo adulta iustitia. Unde non frustra dicit. Humanum, humanum enim est quod ait, Sicut exhibuistis vos immunditiæ: Ita exhibete vos nunc iustitiæ, quia plus etiam debet amari iustitia quam tunc fuerit iniquitas, ut scilicet pro iustitia tolleretur homo dolores, & contemnat omnia, etiam mortem. Suauior est enim iustitia & lucidior quam iniquitas, & ideo magis amanda. Appende enim iustitiam & iniquitatem, tantum ne amanda est iustitia, quomodo amata est illa? absit ut sic, & utinam vel sic ametur, ergo plus amanda, plus omnino. In iniquitate consecutus es voluptatem, pro iustitia tollerere dolorem. Ecce plus, sed non dicit apostolus plus, sed sicut. Si ergo non plus seruitur iustitiæ, vel, id est saltem tantum seruiatur, quantum tunc iniquitati seruebatur, hoc dicit ne fides, quasi aspera & importabilis fugiatur. Inueniuntur tamen forsitan aliqui qui sicut iustitiæ peccati voluptatem præposuerunt: ita præponant iustitiæ delectationem, voluptatibus carnis pro iustitia tamen poenas mortemque pati formident. Huiusmodi est hoc. Parum est ut contemnas quicquid te delectabat, contemne etiam quicquid terrebatur, carceres, tormenta, etiam mortem. In utroque gradu amatores iustitiæ vos præparate. Cum enim &c. quod dicitur ideo seruiendum est iustitiæ. Enim, id est, quia cum essetis serui peccati, id est cum peccatum dominaretur vobis, Liberi fuistis iustitiæ, id est caruistis do-

Aimo.  
Aimo.  
Ambr.

Ambro.  
Origenes.  
Ambr.  
Origenes.  
Origenes.  
August.  
ad Anasta.  
Augustinus  
in eodem  
Augustinus.  
Attende.  
Augustinus  
Aug. in eo.

**Aug. in Ench.** minio iustitiæ. Serui additi, quæso, qualis potest esse libertas? libertas serui est, quæ cum peccare delectat, quod est ex libero arbitrio. liberaliter. n. seruit, qui voluntatem dñi libenter facit. Ac per hoc ad peccandum liber est quia peccati seruus est, sic & iustitiæ libere seruit, qui amat, qui lætatur. Ipsa est vere libertas propter recte facti lætitiã, simul & pia seruitus propter præcepti obedientiam. Hęc est ergo bona seruitus & libertas, illa vero mala. Quæ ergo. q. d. Cũ serui essetis peccato caruistis iustitiã, & etiã fuit vobis fructus talis vñ erubescatis, & finis mors æterna. & hoc dicit sub interrogatione. q. d. carnistis iustitiã. Quæ ergo fructũ habuistis tunc? q. d. malũ. f. maiorem turpitudinẽ habuistis dico, In illis turpitudinibus peccatorum, In quibus. i. in quarum memoria erubescitis nunc, cũ sanæ mentis estis. Est. n. temporalis confusio quædã. f. vtilis perturbatio animi respicientis peccata sua, & respectione horrentis, & horrore erubescens & erubescendo corrigentis. Et nota quod ideo mala priora memorat Apostolus, quia hæc rememoratio facit priora abhorrere, & magis obnoxios gratiæ.

Nam finis illorum, mors est. Nunc vero liberati a peccato, serui autem facti deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem: finem vero vitam æternam. Stipendia enim peccati, mors: gratia autem dei, vita æterna in Christo Iesu domino nostro.

**Ambro.** Nam finis. q. d. de fructu quæro. Nam de fine patet. f. Quod finis illorũ. f. exitus vitæ & actũ. Est mors æterna, quæ illis operibus & talia operatibus succedit. A morte. n. peccati ad mortem æternã transitur. Ecce libertas illorũ & maculis plena, & peccatorum squaloribus est mancipata. De talibus dicit propheta, Computruerunt iumenta in stercore suo. Iumenta dicuntur hoies irrationabiliter viuentes sine honestate morum & conuersationis. Iumenta ergo in stercore putrescere est in fœtore luxuriæ & turpitudine vitiorũ vitam finire. Nũc aut. q. d. Ita fuit tũc, cũ seruiretis peccato. Nũc vero cum conuersi estis, Liberati estis a peccato, cuius tunc serui eratis. Nota quod su praxidit eos liberos fuisse iustitiæ, non liberatos: nunc aut a peccato non liberos dicit, ne sibi hoc tribuant, sed dicit prouide ac vigilanter liberatos, referens hoc ad illam domini sententiã, Si filius vos liberauerit, vere liberi eritis: sed hæc voluntas quæ in malis libera est, quia delectatur malis, iõ non est in bonis libera, quia libera non est: nec potest homo aliquid boni velle, nisi adiuuetur ab eo, qui malũ nõ pot velle: & iõ hic vigilantissime dixit liberatos a peccato, & supra, liberos iustitiæ. Liberum. n. arbitrium vscueadeo in peccato non perit, vt per ipsum peccent, maxime oēs, qui cũ delectatione peccant, & quibus placet, quod eis libet. Liberi ergo a iustitiã nõ sunt nisi arbitrio libertatis, liberati aut a peccato non sunt nisi gratia saluatoris. Serui aut. q. d. liberati estis a peccato, serui aut estis facti quasi per aliũ Deo, qui tũc liberi, fuisse iustitiæ. & vos liberati & serui facti. Habetis, in præsentia, fructũ vestrũ. i. congruũ: vos dico ducti, In sanctificationẽ. i. in virtutum cõsummationem, Finẽ vero, habebitis Vitã æternam. i. in exitu & fine vitæ, habebitis vitã quæ est sine fine. Stipendia. n. & c. q. d. vere finis illorũ Mors est, quia mors æterna est. Stipendia peccati. i. digna retributio pro peccato Vita aut æterna, quæ est finis iustorũ sola dei gratia datur, & hoc In Christo Iesu dño nro. i. Per Iesum Christum. Attende q loquens de remuneratione peccati, stipendiũ nominauit, & de remuneratione electorum dixit gratiam dei, quia qui militat diabolo propriã mercedẽ accipiũt. q. d. stipendiũ. i. diabolicæ malitiæ debitum. Stipendium enim dicitur a stipe pendenda. i. substantia ponderanda. Antiquitus. n. potius pãderabatur pecunia quã numerabatur, quæ militibus pro patria militantib9 ex publico ærario tribuebatur. Iõ dixit stipendiũ peccati mors, vt mortem peccato non immerito illatã sed debitã demonstraret. Stipendia. n. quasi emeritorum sunt, & stipendium pro opere diabolicæ militiæ debitum redditur, non donatur. Gratia vero nisi gratis est, gratia non est. Intelligendũ igitur est etiã bona ipsa hominis merita, esse dei munera, quib9 cũ vita æterna redditur, quid nisi grã pro gratia datur? Et quia merita ex gratia sunt, & ita gratia pro gratia reddetur. Possent ergo recte dicere stipendium iustitiæ, vita æterna, sed maluit gratia dei dicere vita æterna, vt intelligeremus deum ad vitam æternã pro sua miseratione nos perducere, non meritis nostris. Quid enim est meritum hominis ante gratiam, cum omne bonum meritum nostrũ non in nobis faciat nisi gratia?

**Aug. in eodẽ.** **Ambro.** **Aimo.** **Aug. Aimo.** **Aug. i Ench. Augustinus Aug. in eodẽ Aug. ad Val. Aug. ad Sixtũ præbyste.**

**A** Quippe cũ deus coronat merita nostra, nihil aliud coronat quam merita sua, Vñ vita æterna quæ in fine a deo meritis præcedentibus redditur, quia eadẽ merita quib9 redditur nõ a nobis sunt, sed in nobis facta sunt per grã: recte & ipsa grã nũcupatur quia gratis datur: nec iõ gratis, quia nõ meritis datur, sed quia data sunt & ipsa merita, quibus datur. Cõstẽdũ est ergo iõ grã vitã æternã vocari, quia his meritis redditur, quæ gratia cõtulit hoĩ. Vñ in euang. legitur & gratiam pro gratia. i. pro eis meritis quæ cõtulit gratia. Certum. n. est vitã æternã bonis operibus reddi, sed ipsa opera quibus reddetur, ad grã dei pertinere. Vnde dominus ait, Sine me nihil potestis facere. Accepi mus ergo gratiam pro gratia, sed gratiam glorificationis pro gratia iustificationis in debito. Gratia enim iustificationis omne meritum malum deleuit, indebito beneficio & confirmat iugi auxilio cui gratia glorificationis iuste redditur in primo.

Augustinus de cor. & grã

Augu. Fulgentius

CAPVT VII.

**A** Ignoratis fratres (scientibus enim legem loquor) quia lex in homine dominatur, quanto tempore viuit? Nam quæ sub viro est mulier, viuente viro, alligata est legi: si autem mortuus fuerit vir eius, soluta est a lege viri. Igitur viuente viro vocabitur adultera, si fuerit cum alio viro: si autem mortuus fuerit vir eius, liberata est a lege viri, vt non sit adultera, si fuerit cum alio viro.

An ignoratis fratres & c. Hactenus egit de vi gratiæ, ostendens ex ea nõ ex lege esse salutẽ: nũc dicit q lex vltra non est tenenda, & agit de fine legis, & priori vtilitate legis. Nõ ergo mirentur Romani, quia Apõsto. ait, Nõ estis sub lege, sed sub grã. Supra enim dicebatur lex nõ iustificare: hic dicitur debere cessare, quia data est vscq; ad Christum. q. d. aliquis diceret. Cur dicis per Christum esse vitam, & nõ per legis obseruatã? Respon. quia iã finẽ habet ipsa lex, & non dat vitã, sed auget peccatũ: & hoc est quod dicit sub interrogatione, & est ordo verborũ talis. An ignoratis o fratres hoc. f. ignoratis quia lex Moisi in homine dominatur, vt ei obediat homo? Quãto tẽpore viuit. i. quãdiũ statum habet ipsa lex, quod non debetis ignorare. Enim. i. quia vos scitis legẽ f. Moisi. Erant. n. Romani de Iudæis & gentibus: & ego loquor scientibus legẽ, in qua quod dico manifestatur, si spiritualiter intelligatur. Deinde per simile illud ostendit subdens, Nã quæ iuro, per quã similitudinẽ explanat & probat quod dixerat. Sicut. n. mulier viuente viro, Alligata est legi viri. Si aut mortuus fuerit soluta est: ita dum lex statum habet ei subiectus est homo, cum vero desinet habere statum, soluitur hõ. Vel ita, An ignoratis. Agit de lege naturali. Vt. n. firmet animos eorũ in doctrina euangelii, & retrahat a lege Moisi, vt iur exemplo humanæ legis, vt per terrena suadeat cælestia. Sciunt vtiq; legem Romani, quia non sunt barbari, sed naturalem iustitiã comprehendẽt, partim ex se, partim ex græcis, sicut & Græci ex Hebræis. & hoc est. q. d. Ideo dico per Christum & non per legem Moisi, quia lex finem habet, quod patet per exemplum humanæ legis. An ignoratis fratres, quia lex naturalis generalis est, sed nõ per oēs sui partes, ab omnib9 recipitur vel obseruatur. In hoie dominatur, quãto tẽp. vi. i. quãdiũ statum habet? Mortua. n. dicitur lex, cũ cessat eius auctoritas non debetis hoc ignorare, quia vos scitis legem naturalem. Et ego loquor sci. le. hoc de lege naturali literis inscriptã, siue cõsuetudine hoim cõprobata, ait, sub qua erant Iudæi, Græci, Latini. Hęc. n. lex generalis est, postea vero specialem legem propõit, per quã etiã vult probare apertius assertionem suã. Gradatim. n. vult eis tradere veritatem: vñ subdit, Nanq; sub viro est & c. Vere dum statum habet lex dominatur, sicut per hoc exemplum ostendo. Nam mulier quæ sub viro est, viro viuente alligata est legi viri, vt non possit discedere ab eo, sic & lex Moisi quãdiũ statum habet, debet seruari. Hoc ergo sequenti exemplo apertius docet Christianum a lege factorum exutum, non ab omni lege, sicut mulier liberatur a lege viri, mortuo viro, nõ a lege naturæ, nec vltra debet Christianus esse sub lege. Si enim ei lex viuit, adulter est, non prodest ei Christianum dici, & hoc ostendit positum exemplum exequendo. Si autem mortuus fuerit vir eius soluta est a lege viri: similiter si lex statum amittit, soluitur homo: & quia viuente viro alligata est legi viri, Igitur viuente marito vocabitur adultera, si fuerit cum alio viro sic qui præuaricatur lege stante peccat. Si autem mortuus fuerit vir eius, liberata est a

Augustinus li. lxxxiii. qõ.

Ambro.

Ambro.

Ambro.

Ambro. lege viri: ita sublata lege data remissione peccatorum hi qui iuncti sunt euāgelio per gratiam liberati sunt. Vt non sit. q. d. & c. ita libera est mulier, vt nō sit adultera si fuerit cum alio viro: sic, finita lege nō prauaricatur qui ad Christū transit, dimissis figuris. Mortua enim lege non sunt adulteri qui cum Christo sunt. immo si quis seruās legem mortuam, vult esse fidei, adulter in vtroq; nec prodest ei Christus.

Itaque fratres mei, & vos mortificati estis legi per corpus Christi, vt sitis alterius, qui ex mortuis resurrexit, vt fructificetis deo, cum. n. essemus in carne, passionibus peccatorum quæ per legem erant, operabantur in mēbris nostris, vt fructificarent morti, nunc autē soluti sumus a lege mortis, in qua detinebamur: ita vt seruiamus in nouitate spiritus, & non in vetustate literæ.

Augustinus. Itaq; fratres mei. Hucusq; similitudo est, dehinc incipit rem loqui, pro qua similitudinem induxit, & infert a simili. q. d. quia ita est inter virum & mulierem: itaq; iuxta hanc similitudinē, Fratres mei, & vos vt nos Apostoli, Mortificati estis legi, dimissis peccatis. i. nihil debetis Legi, quæ data est vsq; ad Christum. q. d. non modo dimissis legem, sed etiā facti estis, vt mortui legi. i. figuratiuis. Ita. n. hic appellatur lex. mortificati dico, Per corpus Christi. i. per mysterium incarnationis, vel per completionem veritatis, ad hoc estis mortificati legi, vt vos sitis alterius. i. Christi, cuius non pudeat vos esse, quia ipse est Qui ex mortuis resurrexit, cuius vtiq; sumus vt mō Fructificemus deo, qui prius fructificabamur morti sub lege, & vere modo fructificamus deo, & non olim. Cū enim essemus in carne. i. quæ carnis sunt operantes quod erat sub lege, passionibus peccatorum. i. concupiscentiæ quæ sunt causæ peccatorum mortalium. i. cō-

Ambrosius. sensus operis, sub quibus tanquā sub viro dominante agebat aīa, antequā gratia veniret per fidem, Quæ, passionibus Per legem erant, vel notæ vel etiā auctæ, vitio faciente. Operabantur in membris nostris. i. ducebant membra nostra ad mala opera. Ita vt fructificarent morti. i. vt facerent digna æterna morte, Nunc autē cū sumus Christi soluti sumus, remissis peccatis, a lege, quæ est causa mortis. i. peccati. Aucta est. n. concupiscentia, cū lex prohiberet vbi non erat fides: & ad cumulum peccatorum prauaricationis crimen additum est, quia vbi non est lex, nec prauaricatio. Vel lex mortis ideo dicta est, quia peccantes interficit, & reos punit. In qua lege, detinebamur, Nec vnquā nisi grā dei solueremur. soluti sumus dico, ita vt seruiamus in nouitate spūs & non in vetustate ltræ. i. seruiamus operibus noui hoīs Christi, quæ non nostris viribus vel lege attingimus, sed gratia spūs sancti, in quibus est sic immorandum, vt nihil addatur de operibus legis quæ vetusta sunt. Vel seruiamus in nouit. spūs. i. lege fidei, quæ est in animo innouato, quæ etiam hoīem facit spiritualem, & ideo recte dicitur lex spiritus. Et non in vetustate ltræ. i. non secundum literam quæ seruit, quia cessauit. Attende quod in præcedenti similitudine tria sunt. s. vir, mulier, lex viri: & rursum in hac propter quā similitudo inducta fuit, similiter tria, anima, peccatum, lex: hoc solum hic diuersum est, quod in illa vir moritur, vt a lege viri soluta mulier nubat, cui velit: hic autem non peccatū, sed ipsa anima moritur peccato. Prædictis namq; passionibus ipsa anima moritur quæ iam seruit legi dei, quauis ipse passionibus nondum mortuæ sunt, quamdiu carne seruit legi peccati. Restat ergo adhuc aliquid ei qui est sub gratia quod eū tamē nō vincat, nec captiuum ducat. Quid ergo? Hic quæritur vtrū ipsa lex sit mala, quia videbatur culpasse legem dicendo passionibus peccatorum esse per legem & eandem vocando legem mortis & vetustatē literæ: quæ verba male intellecta fomitem insanie furori Manicheorum subministrarēt. Manichei. n. legē Moī dicunt nō a deo datam, & eam euāgelio contrariā esse contendunt: & quando cū eis agitur, prædictis testimoniis Apostoli quæ non intelligūt, conātur cōvincere catholicos. Quod ergo sensit Apostolus posse intelligi, opponit, vt & hoc se intellexisse neget, & legem legis ipsius laude defendat, & quo sensu prædicta dixerit verba, aperiat. q. d. Quando quidem lex mortis est, & auxit vires peccati detinens a bona operatione.

Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit. Sed peccatum non cognoui, nisi per legem. Nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret: Non concupisces. Occasione autem accepta, peccatum per mandatum, operatum est in me

A omnem concupiscentiam:

Quid ergo dicemus? Dicemus, Quia lex peccatum, id est docens vel faciens peccata. Vel talis pro qua donata peccauit auctor eius, quasi malæ rei? Absit. Non enim lex mala est, sed potius bona. Quia peccatum nō cognouit nisi per legem, id est quia peccatum fecit cognoscere, quia prius nesciebantur quædā vel esse peccata, vel adeo esse grauiora, vel esse puniendā. Non ergo adeo prius cognoui peccatum nisi per legem per quam innotuit, vel esse peccatum quod ignorabatur, vel esse graue, vel esse puniendū. Per hoc ostendit legem non esse peccatum, sed indicem peccati. Quare intelligunt legem ad hoc datam esse, non vt peccatum infereretur, vel extirparetur, sed tantum vt demonstraretur quod animam faceret ream, vt quia peccatū sine gratia dei vinci non possit, ipsa reatus sollicitudine, ad percipiendā gratiam conuerteretur. Quod autem per legem notum sit peccatum ostendit in parte. Nam concupiscentia. q. d. peccatum non cognoui nisi per legem, sicut in hoc patet. Nam concupiscentiam nesciebam vel peccatum esse, vel tam graue: Nisi lex diceret, Non concupisces. Ad probandū legem cognosci peccatum, hoc elegit Apostolus quod est generale peccatum. s. concu. vnde omnia mala veniunt. bona est ergo lex, quæ dum hoc prohibet, omnia mortalia prohibet, Non est lex peccatum sed insinuatix peccati, per eam factus est homo doctus, sed peius est victus dum sine gratia Christi erat. Et nota quod ait, Nesciebam, nō pro se hoc dicit, sed in persona sua generalem agit causam. Sed quæritur quæ sit ista concupiscentia. Dicunt quidam illam esse quæ prohibetur in decalogo cum dicitur, Non concupisces rem proximi, vel vxorem proximi. Alij ergo generaliter quamlibet concupiscentiam quorūlibet prohibitorum. Occasione autem & c. Ecce ostensum est quod lex bona est quæ peccatum prohibet, & ostendit: sed tamē ex ea malum accessit, quia, Peccatum, id est fomes peccati. s. vitium concupiscentiæ, quod & carnalitas appellatur. Vel, Peccatū, id est diabolus qui est auctor peccati, Operatū est in me omnē concupiscentiam, id est cōsensus delectationis & operis. Aucta est enim concupiscentia ex prohibitione legis, quando adhuc deerat gratia liberantis: vel, Omnem concupiscentiam. i. omne peccatum: omnē enim dicens concupiscentiā, cuncta peccata significat. Erat enim ante peccatum, sed non omne, quando crimen prauaricationis adhuc deerat. Sed modo omne peccatum accessit, quia etiam prauaricatio. Operatum est dico. Occasione accepta per mandatū, id est per legem. Fomes occasiōem accipit per mandatū, quia talis est nostra carnalitas, vt ardentius desideret prohibita, quibus nō memoratis iaceret quasi sopita, & diabolus etiā ex mādato accepit occasiōem, quia vidēs legem in auxiliū hoībus datā, magis exarsit iracūdia aduersus hoīem, & magis institit vt verteret legem illis in perniciem, cū prius quasi secure possidēs minus tentaret. Vel, Peccatū. i. diabolus vel fomes, Est operatū in me omnē concupiscentiā, nō mutatur sensus horū verborum. & hoc, Per mandatū, operatū dico. Occasione accepta, in ipsis rebus, vt visa muliere, vel auro, & huiusmodi. Attende recte dici peccatum operatum omnē concupiscentiā per mandatū. Vel occasiōem accepisse per mandatū. Minor enim erat concupiscentia ante legem, quando se curus peccabat homo. Ibat enī post concupiscentiā, & quo trahebat, currebat, eiusq; illecebras blandas, & ex carnali suauitate iocundas magnā felicitatē putabat, sed veniēte lege quasi opposito obijce, vidit homo malū suum, voluit refrenare concupiscentiā, nō ire post eā, strinxit se, conatus est homo de se præsumens concupiscentiæ fluuiū siccare, sed non valuit. Frenatus quidē est fluuius concupiscentiæ, oppositis obijcibus legis sed nō siccat, immo quia de se nō de gratia homo præsumpsit. Aucta est concupiscentia opposita lege, & quæ prius eum ducebat obijce nullo, obruit eum obijce rupto, Per legem enim doctus, ea prauaricata peius est victus, & factus est legis prauaricator qui fuit ante nescius peccator: & ideo bene dicit omnem concupiscentiam, Omnis enim est quando transcedit legem.

B Sine lege enim, peccatum mortuum erat. Ego autem viuebam sine lege aliquando. Sed cum venisset mandatū, peccatū reuixit. Ego autē mortuus sum, & inuentum est mihi mandatū quod erat ad vitam, hoc est ad mortem. Nam peccatum occasione accepta per mandatum seduxit me, & per illud occidit.

Sine lege enim & c. Bene dixi per mandatū, Sine lege enim. i. cum lex non erat,

C

Sine lege enim, peccatum mortuum erat. Ego autem viuebam sine lege aliquando. Sed cum venisset mandatū, peccatū reuixit. Ego autē mortuus sum, & inuentum est mihi mandatū quod erat ad vitam, hoc est ad mortem. Nam peccatum occasione accepta per mandatum seduxit me, & per illud occidit.

Sine lege enim & c. Bene dixi per mandatū, Sine lege enim. i. cum lex non erat,

Sine lege enim, peccatum mortuum erat. Ego autem viuebam sine lege aliquando. Sed cum venisset mandatū, peccatū reuixit. Ego autē mortuus sum, & inuentum est mihi mandatū quod erat ad vitam, hoc est ad mortem. Nam peccatum occasione accepta per mandatum seduxit me, & per illud occidit.

Sine lege enim & c. Bene dixi per mandatū, Sine lege enim. i. cum lex non erat,

Augustinus. li. lxxxiii. q. 6.

Ambro.

Ambrosius.

Augustinus.

Ambro.

Augustinus.

li. lxxxiii. q. 6.

Ambro.

Ambro.

Augustinus.

Augustinus.

li. lxxxiii. q. 6.

Aug. de ver.

domini.

Ambrosius.

Ambrosius. Augustinus ad Simpli.

Augustinus.

Aug. Hieron. Quæstio.

Ambrosius.

Augustinus.

Ambro. Augustinus ad Simpli. Augustinus.

Ambro.

Augustinus de verbis do.

Idem.



Peccatum. i. diabolus seu fomes peccati mortuum erat. i. debile, quia nō ita sēuiebat ad illusionē hominū ante legē. Patet quod nō ex sua persona, sed ex persona hoīs generaliter, loquitur Apostolus, & notatur hic primus actus hominis ante legē. i. loquitur hic in persona hoīs ante legē. Ego autē. q. d. Ante legem peccat mort. Ego autē rationalis homo, Aliquando. i. in tempore ante legem, Viuebā, ad cōparationem huius mortis cum essem, Sine lege. Nota duos homines in eodē. i. interiorē & exteriorē. i. rationē & fomite: qui est in carne, interiorē dicit assentire legi, & eius testimonio, bonā esse legem approbat: exteriorē vero dicit cōtra interiorem, & cōtra legem repugnare & captiuare, & per legem maiorem potestātē peccandi habere. Sed cū venisset. Hic notatur secundus actus sub lege. i. hic loquitur Apostolus in statu hominis positi sub lege. q. d. sine lege viuebam. Sed cum venisset mandatum legis, peccatū prius sopitū, id est exterior homo, scilicet fomes peccati, Reuixit. i. cōpit apparere, & rebellare: Ego autem interior homo mortuus sum aucto peccato & addita pręuaricatione: vel ita ab illo loco, Sine lege. Et agit de peccato cōcupiscētis, & de alijs quę per legem nota fuerunt, & respicit ad illud quod prędixerat. i. peccatū nō cognoui nisi per legem. q. d. & vere nō nisi per legem. Quia sine lege p. mor. est, id est ignotum latebat, nō apperebat, omnino tanquam sepultum ignorabatur. Ego autem viuebā sine lege aliquādo. i. videbar mihi viuere, quia nō terrebar morte ex peccato, quia nō apparebat. q. d. Nesciebam esse peccatum, & ideo secure viuebam, quasi deus non esset iudicaturus actus humanos. Sed cum venisset mandatū peccatū reuixit, id est apparuit & innotuit mihi: nec tamē ait vixit, sed reuixit, quia vixerat aliquādo in paradiso quādo contra pręceptū datum satis apparebat admissum: sed cū hominis nati peccatores sine mandato viuerent, tanquā mortuū latebat, sequebaturq; cōcupiscētias carnis sine cognitionē quia sine cohibitione: sed data lege, peccatum in notitiam nati hominis reuixit quod in notitiam primam facti hominis. Aliquādo iam vixerat. Ego autem mortuus sum, id est noui me mortuū: quia vidit se reum esse apud deū ex his quę peccabat. Ante enī erat sibi ignotus peccator, sed modo factus est sibi manifestus pręuaricator. Et ita inuentum est alicui bene attendenti, Mandatum legis, quod erat ad vitam obediēti vel obseruanti, vel erat ad vitam intentione dantis, quia bonum erat, hoc idem non aliud esse, Ad mortē aternā, mihi nō obseruāti, & peccanti. Ad mortem autē nō est ex sui vitio, sed ratione prędictę occasionis. Nam peccatum, quia dixerat peccatum esse ad mortem quomodo hoc sit determinat. q. d. quomodo mihi est mandatum ad mortem? Ecce quia per illud seductus sum falsa dulcedine, diabolo vel fomite. & hoc est, Nā peccatū, id est carnalitas vel diabolus, Fecellit me vel seduxit, id est ā bono ad malum traxit me. Occasione accepta per mandatū. Quia quod cōcupiscitur, dulcius fit dum vetatur, & sic peccatū fallit per mandatū. Ex prohibitione nāq; vbi charitas deficit, desiderium mali crescit, quo aucto dulcius fit quod prohibetur, & ita peccatū fallit falsa dulcedine. Fallax enī est dulcedo quā plures atq; maiore pōenarū amaritudines sequuntur, & nō solum seduxit per mandatū, sed etiā, Per illud, mandatū, Occidit, quia etiā pręuaricationis accessit reatus. Gladio ergo quē portabas te inimicus occidit, armis tuis te vicit, armis tuis te interemit. Mandato enī tanquā gladio armatus eras, vt inimicū occideres, quod nō vales si de te pręsumis. Esto ergo humilis nō de te pręsumas, & poteris vincere. Vide ergo paruum Dauid cōtra magnū Goliā, sed in dei nomine pręsumētē nō in viribus suis: Tu venis, inquit, ad me cū clypeo & lancea, ego in nomine domini omnipotentis sic omnino & non aliter. prosternitur inimicus. Vel ita lege, Dico quod peccatum me seduxit, Et per illud, id est per hoc quod seduxit: occidit me, id est ad aternam damnationem perduxit.

Itaque lex quidē sancta, & mandatum sanctum, & iustum & bonum. Quod ergo bonum est, mihi factum est mors: Absit. Sed peccatum vt appareat peccatum, per bonum operatum est mihi mortem, vt fiat supramodum, peccans peccatum per mandatū.

Itaq; lex quidē sancta, & mandatū & c. Supra legē peccatum esse negauit, defendens eam ā crimine, hic eandem sui laude defendit. Aliud est ā crimine obiecto defendere, aliud debito pręconio prędicare. Crimē obiectum fuit vbi dictū est, lex peccatū est.

A Defensio subiecta est cū ait, Absit. Vno verbo defensa est veritas, quia magna est defendētis auctoritas: hic autē vberissima laude legē cōmendat, nequid suspicionis aduersæ remaneret in lege. q. d. quia lex est ad vitā, & bona iubet & mala prohibet, & fecit peccatū agnoscere. Itaq; lex quidē est sancta, id est sane docens, Et mandatum, id est quod per eam pręcipitur. Est sanctum, in se, Et iustū, id est iustificans peccatorem, Et bonū. i. vitale vitā acquirens. Quid ergo? Hic queritur vtrū lex & si sit bona, sit tamen efficiendo damnosa, quod ex prędictis videbatur posse colligi. Dixerat enī mandatū esse ad mortē, & item dixerat esse bonū. Vnde minus intelligētibus videri potest bonū effecisse mortē, quod sibi opponēs remouet, & quo intellectu dixerat mandatū esse ad mortē, exponit contra quosdam impios qui dicebant vetus testamentū esse ā principe tenebrarum, nouum autē ā domino. q. d. constat legem esse bonam, & cū cōstet modo quod bona est lex, & tamē ex ea mihi est mors, vt supra dictum est, Ergo quod bonum est mihi factum est mors, id est datur hoc bonum mihi ā deo, ita vt sit efficiens causa mortis? Absit. Non enī est ex ipsa lege mors, sed ex vitio hominis, quia nō lex, sed fomes, est efficiens causa mortis, qui bonam rem vertit in malū. Sicut enī medicina nō est causa mortis si ostēdat venena mortifera, licet his mali hoīs abutatur ad mortem suā, vel aliorū: sic lex quę venena peccatorū demōstrat, & hoīem libertate sua abutē tē quasi freno cohibet, & cōposito gressu incedere docet, nō efficiēs causa peccati est, sed potius vitii hoīs. i. fomes, & hoc est quod subdit, Sed peccatū id est fomes peccati, Operatum est mihi mortem. i. peccatum actuale, quod est causa mortis, operatū est dico, Per bonū. i. per legem: nō quia & ipsa sit efficiens causa, sed quia ex ea accepit occasionē, sicut prędictū est. operatum est dico, ita, Vt appareat peccatū. i. efficiens causa peccati, quod tunc apparet, quando rationem trahit ad consensum, & ad operandū. Vel ita, Peccatū. i. fomes peccati, Operatum est mortē. i. peccatum. & hoc, Per bonum. i. per legem, non vtique efficientem peccatum, sed potius demonstrantē & prohibentem illud, ita, Vt per eam appareat peccatum: nō dico vt sit per eam, Sed appareat, quia etiam erat quando non apparebat: sicut supradictum est, Concupiscētiam nesciebam esse peccatum, nisi lex diceret, Non concupisces. Non dixit non habebā. Bonum ergo est lex quę sanctitate sua & iustitia, malum esse concupiscētiam quam nesciebam ostendit. Non igitur imputo legi Dei, sed vitio meo peccatū: bona est enī lex, sed sine gratia tantū ostendit peccatum, non intulit. ergo lex semper bona est, siue obis inanibus gratia, siue profit plenis gratia. Multa enim sunt bona quę tamen quibusdā vitio ipsorū sunt noxia: sicut sol sanos quidem oculos mulcet, dolētibus auget dolerē. Similiter ergo lex prodest habētibus gratiā, quę & mentiū sanitas. Inanibus obest nō suo, sed illorū vitio. Dico operatū est mihi mortē, in tantum, Vt peccatū. i. fomes peccati, Fiat peccās. i. peccare faciēs, Supra modum. i. plusquam ante, nō medio-criter, quia etiam pręuaricatio accessit. fiat peccans dico, & hoc, Per mandatū, sine quo nō tantū ardebat fomes, & per quod accreuit pręuaricatio. Cōcupiscētia enim carnis quę radix est malorū per mandatū magis pręualuit nō defecit. Lex enim cōcupiscētiam nō extinxit. Vbi enī nō est gratia liberatoris, auget peccati desiderium, prohibitio peccatorū. Ideo ergo dixit, Per mandatū, quia pręuaricatio addita est cum peccati libidine. Et ideo dixit, Supramodū, quia per legem non defecit, sed magis solutis cupiditatibus creuit. Vel per peccatum hic intelligitur diabolus, quia per bonum dei incensus est iracundia contra hominem, & contraria atq; illicita illi suavit, quia ei vidit ā domino prouiderit, in quo apparet, Peccatum, id est inimicus. & hoc est, Peccatū, id est diabolus, Operatum est mihi mortem incensus, Per bonum, id est per legem, ita vt appareat, Peccatum, id est inimicus dum videns homini prouideri per legem illicita suavit, vt pro vita ex lege ei mors proueniret, operatum est dico in tantum. Vt peccatum fiat peccans, id est peccare faciēs. Supramodum. i. plus quam ante. & hoc. Per mandatū, quo dato magis influit, vt hominem grauioribus pōenis subijceret. Per legem enī accepit occasionem operari homini mortem.

Scimus enim, quia lex spiritalis est, ego autem carnalis sum, venundatus sub peccato.

Scimus enī & c. q. d. Vere lex nō est malū, sed est bonū, Enī, id est quia, Scim⁹ quod spūalis est. i. spūm hoīs alens, dū de spūalibus instruit. Vel spūalis. i. ā spiritu sancto

Ambrosius. data. Attende quod lex Mosi & iusta dicitur & spiritualis. Lex autē euāgelij dicitur lex spiritus. Malis enī. i. quantū ad malos quos punit lex Mosi iusta esse dicitur. Bonis vero spiritualis est. quia peccatū prohibet, & visibilia coli. Lex ergo Mosi spiritualis dicitur, quia in ea sunt quæ dei sunt, & quia spiritualiter intelligenda est. Lex autē spiritus dicitur lex euāgelij, quia ibi deus ipse est. Ibi ergo sunt verba, hic res est. Ego autē, Hucusq; legē excusauit, quod nō debet refundi in eā culpa, hic dicit quod nō refundi debet in principalē naturā. i. rationē. secundū illud quod a deo habet, & ita nō in creatorem, sed i homines qui ex se vitiatī sunt, vt prauis morib⁹ resistere nequeāt. q. d. Lex spiritualis est. Ego autē carnalis sum. i. impotens animæ vitio resistere diabolo, quod vitium per cōcupiscentiam genitus ex carne cōtraxi. & vnde hoc sit, subdit, Ego dico, Venundatus in primo parente ita vt sum, Sub peccato. q. d. Ecce vnde infirmus sum. f. ex culpa primi hominis qui pro delectatione cibi vetiti, se & omnes alios vendidit. Adam enim vendidit se prior, ac per hoc omne semen eius subiectum peccato, vt potestate sui vt nō possit circa obedientiā legis. Adā quippe præuaricatione atq; vt ita dicam damnosa negociatione fraudulentaq; commestione venditi sumus. Omnem enim prolem suam serpentis persuasione seductus, illiciti cibi perceptione perpetuæ seruituti addixit, soletq; hic mos inter vedētes emētēsq; seruari, vt is qui se cupit alieno dñe mācipari aliquid precij pro iactura propriæ libertatis, & additione perpetuæ seruitutis, a suo cōsequatur emptore: quod etiā inter Adam & serpentē manifestū est intercessisse. Ille enim precium libertatis noxiæ, & mortiferi pomi a serpente accipiēs, a naturali libertate discessit. Maluit enī se perpetuē eius seruituti dedere, a quo vetiti pomi letale precium acceperat, quam deinceps cōditione præcepti cōstringi, & ita non immerito omnē posteritatis progeniē ei⁹ subdidit famulatu, cuius effectus est seruus. Vendere nos potuit, sed redimere nō valuit. Vendidit nos cōsensu peccati, redimimur iustitia fidei. Sanguis enim innocens datus est pro nobis vt redimeremur. In vendito re ergo erubescat superbia, in redemptore gloriatur gratia. Vendidit se homo per liberum arbitrium, sub dominante iniquitate, & accepit pro precio exiguā de arbore vitæ voluptatē. Creatus est ergo primus homo rectus sine culpa, sine vitio, sed ipse non rectum fecit se, quia deseruit imperatorem, & diuertit ad defertorē, cadensq; a manu figuli vas fractū est, quod deus permisit, vt miseria sua probaret, quia sine deo nihil potest. Si ergo & alios vendidit, voluntaria concupiscentia vt sub peccato. i. serui peccati sint. Quia enim continere cum posset noluit. ināctum est ei non posse cū velit. Per malum velle perdidit bonum posse, & factus captiuus dicit, Venūdatus sum sub peccato. Vel vnusquisq; vendidit se consuetudine propriæ voluntatis.

Ambrosius. Quod enim operor, non intelligo. non enim quod volo bonum, hoc ago: sed quod odi malum, illud facio. Si autem quod nolo, illud facio, cōsentio legi quoniam bona est. Nunc autem, iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum, scio enim quia nō habitat in me (hoc est in carne mea) bonum.

Ambro. Quod enim operor & c. Probat quod seruus est peccati, & loquitur in persona hominis sub lege. quasi dicat, Vere sub peccato sum, id est, vt seruus peccati sum, Quia quod operor, secundum exteriorem hominem dimittendo bona vel faciendo mala, intelligo, secundum interiorem hominem nō esse operandum, quia aliud videt se per legem scire, & aliud agere. Nota quia personam duorum hominum assumit hic apostolus interioris, id est mentis, & exterioris, id est carnis, vel carnalitatis. Non enim & c. quasi dicat, vere operor quod non intelligo, quia & dimitto bonum quod volo, & facio malum quod nolo, & est probatio a partibus & ab effectu. Dimittere enim bonum, & facere malum, sunt partes operari malum. Dicitur enim larga acceptione, & consueta locutione, etiam ille operari malum qui dimittit bonum. Volo autem & nolo sunt effectus intelligo. Ex eo enim quod quisque intelligit aliquid esse bonum & aliud malum, vult illud & non illud. & hoc est, Non enim hoc ago. i. bonum secundū exteriorem hominem, quod bonum ego interior: Volo, id est approbo. Subiectus enim peccato facit quod non vult, quia naturaliter quidem vult bonū, sed voluntas hæc caret effectu, nisi gratia dei addiderit velle suū, ad amādum bonum quod ad effectum potest perducī. Est enī triplex velle. f. velle naturæ, velle gratiæ, velle vitij,

A Velle naturæ per se impotēs est, nec palmā meretur, & vincit atq; trahit a velle vitij, nisi velle gratiæ subueniat, quod velle vitij fugat, & velle naturæ liberat. ideo iste non redēptus gratiæ carēs ait, Nō ago hoc quod volo, sed facio illud quod odio. i. malū. Si autē & c. Supra ostēdit carnalē esse seruum peccati, ex quo est malū. Hic alterū ostēdit. i. bonā naturā a deo creatam quæ consentit legi, & malū naturaliter nō facit quod prohibet lex, & ita probat legē esse bonā, quia naturæ suę dicit esse quod mandat lex, dum inuitus facit quod vetat lex. q. d. Non ago quod volo, & ago quod nolo. Si autē hoc. i. si quod nolo dimittere, tamen dimitto lege illud præcipiente, & quod nolo face re, Illud, tamen, Facio, lege illud prohibente, tunc ego, secundū interiorem hominem. Cōsentio legi. i. idem volo quod lex, quæ quod nolo prohibet, & quod volo præcipit. dico cōsentio legi, & testis sum, Quoniā bona est. Nunc autē, quia cōsentit legi nolēs quod prohibet, declarat aliud esse cuius impulsu hoc agit, id est peccatū. q. d. dixi facio malū, sed nō ego interior facio. quod nūc patet, quia nolo illud, & cōsentio legi. & hoc est. Nūc autē, ego interior, iam. f. sub lege, ante tēpus gratiæ, nō operor illud, sed peccatū. i. lex carnis, ad quam diabolus vt ad suā legem accedit. Quod habitat. i. semper est, In me. i. in carne mea. Vel in me. i. contra salutem meam. Cauendū est ne quis arbitretur his verbis auferri a nobis liberū arbitrium, quod nō ita est. Nunc enī homo describitur sub lege positus ante gratiā. Tunc enī homo peccati cōiunctur dū virib⁹ suis iuste viuere conatur sine adiutorio liberatis gratiæ, quæ liberum arbitriū liberat, vt liberatori credat, atq; ita nō peccet contra legem. Scio enī. q. d. Per hoc patet quod peccatum habitat in carne, Enim, id est quia, Bonum non habitat in me, & hoc est in carne mea. f. sensuali homine. & hoc scio, Quia non habitat & c. Quomodo habitat in carne peccatum cum non sit substantia, sed priuatio boni? Ecce primi hominis corpus corruptum est per peccatum, ipsaq; corruptio per conditionem offensionis manet in corpore, robur tenens deum sententiæ datæ in Adam, cuius cōsortio anima maculatur peccato. Per id ergo quod facti causa manet, in hac habitare dicitur peccatū in carne, hæc est lex carnis, ad quam diabolus accedit, vt hominem malis suggestionibus decipiat, ne faciat homo quod lex præcipit.

Nam velle adiacet mihi: perficere autem bonum, non inuenio. Nō enim quod volo bonum, hoc facio, sed quod nolo malum hoc ago. Si autem quod nolo illud facio, iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum.

C Nam velle. quasi dicat, Vere nō habitat in me bonū, quia nec bonū velle, nec bonū perficere: bonū velle, nō, Nam velle bonū adiacet mihi. i. iuxta carnem iacet, & quie scit, impotens per se surgere ad bene operādum. Iuxta carnē ergo iacet velle, quia naturale est: quodāmodo velle bonū per rationem, sed tale est hoc velle quod semper vi carnis superatur. Velle autē dei carnē superat. Attende quia bona sunt quæ iubet lex, adeo vt naturaliter amet homo, & facere velit, sed deest virtus perficiēdi. vnde subdit, Perficere autē bonū prorsus nō inuenio, quia sic pressus est dñatione peccati, vt nō possit ire quo vult, nec valeat vel audeat contradicere, quia potestatis eius alter est dominus. ergo & si velit nō tamen potest perficere bonū, quia ex deo tantū est, cuius gratia adhuc caret. Nō enī. q. d. dico quod bonū perficere non inuenio, quod in parte de qua minus videretur ostendo, quia nec etiā illud bonū quod volo inuenio, sed econtrario malum, quia etiā illud quod nolo, & hoc est, Nō enī ago hoc bonū quod volo, sed econtrario, Facio hoc malū quod nolo. Vel ita continua, Non inuenio bonū, nec mirum, quia non est ibi, & vere non. Non enī quod volo & c. Hoc ideo dicit quia multi stulti sunt qui non inueniunt bonum in aliqua re, quod tamen ibi est. Si autem quod nolo & c. Cōcludit superiorē sententiā, quod. f. non operatur malum. q. d. ego non facio quod volo, & facio quod nolo. Si autē facio illud quod nolo. f. dimittere bonū, & facere malum, Ergo ego nō operor illud. i. malum ex quo prior quæstio cōcluditur, scilicet quod cōsentit legi dei. Ego nō operor, sed quod inhabitat in me peccatū, id est fomes peccati, vel carnalis cōcupiscentia vnde omnia oriuntur peccata: Omne enī peccatum mortale cōcupiscendo cōmittitur qua iste ad peccatū trahit. pressus enī peccato nō suā, sed illius voluntatē perficit. Sed nūquid quia inuitū hoīs dicit peccare immanis debet videri a crimine: nō vitij. Ipsius. n. vitio & desiderio hæc cœpta sūt, quia enī



**Ambrosius.** **m**ancipauit se per assensum peccato, iure dominatur illius. Hoc ideo dicit, vt notet de quantis malis deus hominem eruit, & quæ exitia ex Adam traxit, cui nec lex subuenire potuit: per hæc ergo beneficia Christi demonstrat qui de tantis liberat.

Iuuenio igitur legem volenti mihi facere bonum: quoniam mihi malum adiacet. Condelector enim legi dei, secundum interiorem hominem, video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis.

**Ambrosius.** **I**nuenio igitur. Dixerat legem esse bonam, & naturam esse bonam, quæ idem vult, & eidem consentit: hic adiungit legem bonæ naturæ adiutricem, & tamē exterior homo. i. fomes peccati qui est ex carne, illa duo iuncta vincit, vt homo per neutrum se posse euadere vidēs, obnoxius sit gratiæ. q. d. quia ego nō operor malū, immo nolo: igitur inuenio legem esse bonam. i. vtilem & adiutricem, Mihi, id est rationi, dum docet quid bonū vel quid malum sit. Mihi dico, Volenti facere bonum. q. d. ex eo porbo legem esse bonam, quia nolo facere quod ipsa iubet. Quoniam mihi &c. q. d. Bene dico volenti tantū, quia perficere bonū nō possum. ideo, Quoniam. i. quia, Malum adiacet. i. prope est insidias, Mihi, rationi. In carne enim est quasi ad ianuam animæ, & ideo cogit aliud facere, quā vult homo & lex. Condelector enim &c. q. d. Vere lex est bonū rationi. Quia condelector legi dei, volēs quod ipsa iubet, & gaudens iuari ab ea. Condelector dico, Secundū interiorem hominē. Interior homo animus est, quē dicit oblectari his quæ à lege traduntur, quia in anima nō habitat peccatū, sed in carne. i. causa peccati non est ex anima sed ex carne,

quia caro est ex origine carnis peccatricis, & per traducē oīs caro sit peccati. Quia enim caro ex Adā traducit, peccatū in se habet. i. causam peccati: si anima traduceret, & ipsa haberet, quia anima Adē peccauit: si vero peccatū in se haberet homo, nō se cognosceret: nūc autē cognoscit se, & condelectatur legi dei. Video autē. q. d. Dico condelector legi dei, Sed video aliam legem. i. fomitem peccati, qui regnat, In membris meis, vt in oculo ad concupiscendū, in manu ad operandū, & huiusmodi, Repugnantem legi mentis meæ, id est legi & rationi meæ conuinctis in vnū. Fomes autē qui est ex carne, & repugnat menti, recte dicitur lex, quia legitime factū est, & qui nō obediuit suo superiori, ei nō seruiat suum inferius. i. caro. Supra te est dominus tuus, infra te caro tua. Serui meliorem, Et etiam, Captiuantem me, vel captiuum ducentem me, per consensum & operationem, quia consuetudine peccandi dominatur. Captiuantem dico, Vel ducentem in legem peccati, id est in peccatum quod dicitur lex, quia dominatur: Quæ lex, vt prædictum est, Est in membris meis, id est ex carne. quanto autem vicinior, tanto est periculosior. Hæc est lex mala, qua quisque carnali consuetudine implicatus astringitur: hanc repugnare ait legi mentis suæ, & se captiuare. Vnde intelligitur ille homo describi qui non est sub gratia. Et quia captiuat me, ergo,

**Ambrosius.** **I**nfelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius: Gratia dei, per Iesum Christum dominum nostrum. Igitur ego ipse mente seruius legi, carne autem legi peccati.

**Ambrosius.** **I**nfelix ego homo sum, quia natus est sub peccato, hostem secum habēs peccatū, per quod aditū ad illū habet Satanas. Gradus enim fabricauit Adam per quos ad filios eius expoliator ascendat, nisi clemētissimus dominus protegat: propter quod subdit, Et quis me liberabit. q. d. infelix sum, & cum per me nō possum liberari, Quis me liberabit de corpore mortis huius? id est de dominio carnis in qua mors est? nō potest facere hoc nisi magnus aliquis. Sed ecce quis me liberabit? nō lex Moysi, nō propriæ vires liberi arbitrij. Sed gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum, quæ vera misericordia dedit nobis, vt per eū peccatorū remissione percepta: homo releuet, vt de cætero possit respicere presso peccato. Potest enim homo exoneratus malis resistere aduersario, potestate recepto cōtra illum dum iuuatur à deo. Et attende quod hic inducit quartam legem fidei, potiore lege Moysi, quam & gratiā vocat. Quatuor enim leges in hac serie memorantur. i. lex naturæ, lex mēbrorū, quæ pro vna cū lege peccati accipitur, lex Moysi, quarta lex fidei. Et notat hic tertius actus, id est status hominis, in lege spiritus.

**Ambrosius.** **I**nfelix ego homo sum, quia natus est sub peccato, hostem secum habēs peccatū, per quod aditū ad illū habet Satanas. Gradus enim fabricauit Adam per quos ad filios eius expoliator ascendat, nisi clemētissimus dominus protegat: propter quod subdit, Et quis me liberabit. q. d. infelix sum, & cum per me nō possum liberari, Quis me liberabit de corpore mortis huius? id est de dominio carnis in qua mors est? nō potest facere hoc nisi magnus aliquis. Sed ecce quis me liberabit? nō lex Moysi, nō propriæ vires liberi arbitrij. Sed gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum, quæ vera misericordia dedit nobis, vt per eū peccatorū remissione percepta: homo releuet, vt de cætero possit respicere presso peccato. Potest enim homo exoneratus malis resistere aduersario, potestate recepto cōtra illum dum iuuatur à deo. Et attende quod hic inducit quartam legem fidei, potiore lege Moysi, quam & gratiā vocat. Quatuor enim leges in hac serie memorantur. i. lex naturæ, lex mēbrorū, quæ pro vna cū lege peccati accipitur, lex Moysi, quarta lex fidei. Et notat hic tertius actus, id est status hominis, in lege spiritus.

**Ambrosius.** **I**nfelix ego homo sum, quia natus est sub peccato, hostem secum habēs peccatū, per quod aditū ad illū habet Satanas. Gradus enim fabricauit Adam per quos ad filios eius expoliator ascendat, nisi clemētissimus dominus protegat: propter quod subdit, Et quis me liberabit. q. d. infelix sum, & cum per me nō possum liberari, Quis me liberabit de corpore mortis huius? id est de dominio carnis in qua mors est? nō potest facere hoc nisi magnus aliquis. Sed ecce quis me liberabit? nō lex Moysi, nō propriæ vires liberi arbitrij. Sed gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum, quæ vera misericordia dedit nobis, vt per eū peccatorū remissione percepta: homo releuet, vt de cætero possit respicere presso peccato. Potest enim homo exoneratus malis resistere aduersario, potestate recepto cōtra illum dum iuuatur à deo. Et attende quod hic inducit quartam legem fidei, potiore lege Moysi, quam & gratiā vocat. Quatuor enim leges in hac serie memorantur. i. lex naturæ, lex mēbrorū, quæ pro vna cū lege peccati accipitur, lex Moysi, quarta lex fidei. Et notat hic tertius actus, id est status hominis, in lege spiritus.

**Ambrosius.** **I**nfelix ego homo sum, quia natus est sub peccato, hostem secum habēs peccatū, per quod aditū ad illū habet Satanas. Gradus enim fabricauit Adam per quos ad filios eius expoliator ascendat, nisi clemētissimus dominus protegat: propter quod subdit, Et quis me liberabit. q. d. infelix sum, & cum per me nō possum liberari, Quis me liberabit de corpore mortis huius? id est de dominio carnis in qua mors est? nō potest facere hoc nisi magnus aliquis. Sed ecce quis me liberabit? nō lex Moysi, nō propriæ vires liberi arbitrij. Sed gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum, quæ vera misericordia dedit nobis, vt per eū peccatorū remissione percepta: homo releuet, vt de cætero possit respicere presso peccato. Potest enim homo exoneratus malis resistere aduersario, potestate recepto cōtra illum dum iuuatur à deo. Et attende quod hic inducit quartam legem fidei, potiore lege Moysi, quam & gratiā vocat. Quatuor enim leges in hac serie memorantur. i. lex naturæ, lex mēbrorū, quæ pro vna cū lege peccati accipitur, lex Moysi, quarta lex fidei. Et notat hic tertius actus, id est status hominis, in lege spiritus.

**A** Loquitur enim hic Aplūs in persona hominis, sub gratia degentis. Igitur ego ipse &c. Quia dixit se gratia esse liberatū, ne quis torpeat securus quasi peccatū nō vltra nocet: at: determinat quomodo facta sit liberatio. i. si in gratia māserit. Alioquin peccatum quidē iterū occupat. q. d. quia liberat gratia, Igitur ego. i. rationalis & interior hō licet habēs fomitem peccati vt prius, Tamē seruitio. i. potens sum seruire, Legi dei: & hoc mē te. i. voluntate. Iam enim liber animus & in cōsuetudinē bonā reuocatus gratia adiutante, malas suggestiones potest spernere, & cōtraria superare. Carne autē. q. d. mēte seruius legi de carne autē seruius legi peccati, & ideo nō remissius agendū, sed cauendū est ne regnet. A liter etiā potest legi ab illo loco, Et autē carnalis sum, loquitur enim Apostolus in persona sua, vel alicuius iusti sub gratia cōstituti. Dicit autē Augustinus, Alio quādo sibi visum fuisse in hoc Apostoli sermone describi hominem sub legi, vt ante dictū est, sed vt ait nō est nisi homo gratiæ qui hic loquitur qui cōdelectat legi dei, & cōsentit: qui nō operatur malū, nec vult, & qui ignorat. i. nō approbat, & cui nihil dānationis nunc est sicut in sequenti ostēditur, & tamē adhuc se esse carnalē, dicit his verbis, Ego autē carnalis sum. q. d. lex est spiritualis, ego autē carnalis sum, hæc nō indecēter etiā de seipso dicit Apostolus, secundū carnē quādiu hic viuūt, propter carnis motus quos sentit, & hoc etiā benedicit omnis sanctus. Idē ergo spūalis est idēq; carnalis spiritualis, quia secundū spiritū viuūt: carnalis, quia carnis cōcupiscētias sentit: sed non totus carnalis, quia cōcupiscētij nō cōsentit. Ex parte igitur mortali carnalis est, ex parte spūali spūalis. Ex parte meliori, spūalis: ex parte inferiori carnalis est. & quia hoc ex peccato primi hoīs accessit subdit, Ego, dico, venūdatus sub peccato. i. precio malæ voluptatis Adæ, subiectus peccato. i. cōcupiscētij. hoc enim peccati noīe appellat. vnde oriūtur oīa peccata. i. carnali cōcupiscētia. Quicquid enim peccatorū est in dictis, in factis, in cogitationibus, nō oritur nisi ex mala cōcupiscētia, quæ à peccato facta est: & si cōsentientē traxerit atq; illexerit, cōcipit paritq; peccatū. A peccato ergo est. i. à fomite, & peccatū nisi refrenet, generat. Quod enim, Determinat qualiter se carnalē dixerat, quia nō operat quod approbat, & hoc est, Vere sub peccato sum. Quod ei operor, nō intelligo, vel ignoro. Alia litera. i. nō approbo, non accepto, non mihi placet, non sentio. A liter enim videretur cōtrariū esse illi sententiæ qua dixit peccatū vt appareat peccatū per mādātū. Quomodo enim apparet si ignoratur? Sed ignoro, sic dictū est, hoc loco, vt intelligatur nō approbo. Secundū hanc locutionē dicit dominus peccatoribus, Nō noui vos. Nō enim eū aliquid latet. Sed quia peccata nō inueniūtur in regulis preceptorū quas habet veritas, ideo ipsa veritas dicit nō noui: & Apostolus dicit, ignoro, & vere nō approbo. Nō enim ago hoc bonū quod volo. i. nō cōcupiscere: sed potius, Facio illud malū, quod odi. i. cōcupisco ex carne: & si nō assensum præbeo ex ratione adhuc configo, nondum vici. magnum est mihi certamen, quia & si concupiscētiam nō consentio, tamē adhuc concupisco, & quod nolo facio. Facio ergo quod nolo, facio quod odio. quid odio? concupiscere. Non enim est intelligēdum quod apostolus vellet esse castus, & esset adulter, vel misericors & esset crudelis, & alia huiusmodi: sed audiens legem dicentem, Non concupisces, vitiū agnouit, & odit: bellū habuit, quia volebat non concupiscere, & concupiscebatur. ideo dicit, quod nolo facio. i. cōcupisco. Nō quod post concupiscētiam eat Apostolus, & eum ad mala trahat, luctabatur, nō subiugabatur. De se hæc tibi proponit, ne de hoc desperes vitæ. constituit tibi ante oculos pugnam suam, ne timeres tuam. Si enim hoc non dixisset Apostolus cū videres concupiscētiam moueri in membris tuis, desperares, & diceres, si ad deum pertinerem, non sic mouerer. Vide autem Apostolum pugnantem, & noli te facere desperantem. Si autem &c. quasi dicat odio quod facio, Si autem quod nolo, ex mente, Illud facio, ex carne, id est nolo illud quod facio scilicet concupiscere, ergo Consentio legi, id est legem laudat voluntas mea, quæ non consentit concupiscētiam carnis, quod lex prohibet quæ dicit, Nō concupisces. quia quod nolo consentio legi, non quia illud ago. Quod enim lex odit, ago. i. non approbat dum consentire prohibet, cui in hoc contentio: & quia cōcupiscētiam resisto, auerto mētē, nego arma, teneo mēbra, & tū sit i quod me nolo, quod nō vult & lex. volo idem cū lege, quia quod nō vult nolo, & tamen facio, sed ei non consentio, immo legi & testis sum quia bona est, quoniam idem volo quod lex. Dicit enim lex, Non concupisces, & ego nolo concupiscere: si vellem

Ambrosius

Augustinus contra Pelagianos ad Bonifacium.

Augustinus de ver. apost.

Augustinus libro lxxiii. quest. Augustinus contra Iulianum

Augustinus de ver. apost.

Augustinus li. lxxiii. quest.

Augustinus

Augustinus de ver. apo.



concupiscere, legi nō cōsentirem. Nūc autem quod nō vult nolo, & quod vult volo, & quod iubet facio. quia concupiscētiā nō consentio. Feruet ergo pugna, nō concupiscere. Nāq; omnino perfecti est: post concupiscētiā vero nō ire luctātis est, & laborātis. Attende quomodo dicat Augustinus hic legem nolle quod nolebat Apostolus. Illud enim quod Apostolus nolebat, et tamen faciebat, Concupiscētia est, quæ est in primo motu quæ est veniale peccatū. Si ergo lex dicitur illā nolle. i. prohibere, tunc prohibet veniale peccatū, et iubet aliquid quod omnino fieri non potest. Præterea contrarium videtur ei, quod alibi legitur vbi dicitur prohiberi quod non potestatis nostræ est. Illud vero permitti quod vitare non possumus super illū locū. Irascimini, et nolite peccare. Ad quod dicimus, Legem omnē illicita concupiscētiā nolle. Sed aliter dicitur, nolle concupiscētiā quæ est in primo motu. Aliter concupiscētiā delectationis, et consensus. Illā quippe non vult. i. reprobatur, detestatur, peccatū esse ostēdit. Hāc vero nō modo ostēdit esse peccatū, verū etiā prohibet, vt intelligatur quod dictū est, Non concupiscēs. i. concupiscētiā carnis, omnino peccatū esse scito, & quātū valet caueo. Nūc autē dico facio quod nolo, nūc autē, ego interior homo, iam redēptus iam accepta gratia Christi, qui fui ante sub peccata venūdatus, Nō operor illud. Libera est enī mens, sed caro captiua. vnde subdit, Sed peccatū. i. fomes peccati, Qui habitat in me, hoc est in carne mea: & si hoc habitat: viuit tamē iste sanctus ex fide non consentiēdo ei. Sūt enim desideria mala, sed si non regnāt, ipse non facit. Faceret autē si consentiret. Motus enim malorū desideriorū non ipse operabatur, quibus non cōsentiebat ad perpetranda peccata. Multū vero fallitur homo, qui consentiens concupiscētiā carnis suæ, & quod illa desiderat decernēs facere, & statuēs putat sibi adhuc esse dicendum, non ego Operor illud, etiā si oderit quia consentit. simul enī est vtrūq; & ipse odit, quia malū esse nouit, & ipse facit quia facere statuit. Si vero etiā illud addat, vt quod facere statuit in corde, opere compleat & dicat, Nō ego operor illud, sed quod habitat in peccatum, ideo quia cum decernit & facit displicet sibi, tātū errat, vt nec seipsum agnoscat, quādo cū ex toto ipse sit, & corde statuēte, et corpore implēte adhuc seipsum esse non putat. Qui ergo dicit, Non ego operor illud, si tantūmodo concupiscit, verū dicit, non si cordis consensione decernit, aut etiā ministerio corporis perficit. Motum porro illiciti desiderij, cui nō obediendo nō cū operamur: ideo & nos agere dicimur, quoniam nō est naturæ vigor alienæ, sed languor nostræ naturæ qui eū operatur à quo i futuro liberabimur, quia vero non sumus hic sine peccato, ideo habemus desideria peccati, sed iam nos ea non operamur, non eis obediendo, sed quod in nobis habitat peccatum eadem cōmouendo. & magnum est hoc, quod cum sit ex carne concupiscētiā, & ad carnem pertineant corporis membra, non tamen regnat peccatum. i. carnis concupiscētiā. Scio enim. q. d. bene dixi peccatum in me habitare. Scio enim quod non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum. hoc vtiq; ait, quia vitium carnis in re bona nō est bonum: quod cum esse destiterit, caro erit: sed iam vitiata vel vitiosa non erit. Hic enī est concupiscētiā vitium, quod mens quoq; sed ex carne contrahit. Natura quippe humana non opere dei cum vitio primitus est instituta, sed ex volūtatis arbitrio primorum hominum venienti vitio, est sautiata. Nam velle, vere bonum non habitat in carne. Nam velle bonum adiacet mihi, id est in me est. Perficere autem bonum non inuenio, hoc est in me non est. Non ait facere, sed perficere, quia non nihil facit, rebellat enī concupiscētiā, & nō consentit. Delectat enī vxor aliena, & non annuit: mentē auertit, in secretariū mentis intra, videt foris strepentem concupiscētiā et intus mundat conscientia mali. Agit ergo bonum, quia concupiscētiā non consentit, sed non perficit bonum. f. vt omnino non concupiscat, sic & hostis eius scilicet concupiscētiā agit malum. quia mouet malum desiderij, & nō perficit malū, quia non pertrahit ad malū & in isto bello est tota vita sanctorum. Non enim & c. quāsi dicat, Vere nō perficio bonum. Non enī ago hoc bonū quod volo. i. nō concupiscere: Sed facio hoc malū quod nolo. i. concupisco. Si autē quod nolo illud facio, nō ego interior operor illud sed peccatum. i. fomes peccati, Quod habitat in me, quia non mente cōsentio, sed carne concupisco: & quia ego non operor, Igitur inuenio legem esse bonam, quia ostendit malū mihi, id est rationi, Volenti facere bonū: volenti dico tantum, Quia, id est quia malum adiacet mihi, id est vitium concupiscētiā inest mihi. Et vere volo bonum, Con

A delector enim legi dei, & hoc secundum interiorem hominem, id est intus in mente, quæ sæpe vel interior, vel superior homo dicitur, ex eo quod intus & desuper a spiritu sancto fecundata superioribus intendit. Ecce partim libertas reddita est, scilicet secundum mentem. His atq; huiusmodi consideratis in ista scripturæ apostolicæ circūstantia recte intelligitur apostolus. non se solum in sua persona, verum etiam alios sub gratia constitutos significasse. Vtrum enim ex propria persona Apostoli, an ex vniuersalis hominis persona sub gratia positi, hoc melius accipiatur, non omnino perspicuum est. Video autem & c. q. d. Condelector legi. Video autem aliam legem, in membris meis. Ecce partim restat infirmitas. Lex quæ in membris est repugnans menti, vitium carnis est quod ex pœna peccati, & ex traduce mortis prouenit: sed lex ista quæ est in membris, remissa est regeneratione spirituali, & manet in carne mortali: remissa est, quia reatus solutus est sacramento quo renascuntur fideles: manet autē, quia operatur desideria, contra quæ dimicant fideles, Repugnantem legi mētis meæ, id est legi & rationi coniunctis. Et captiuam me, ex carne, non mente in legem peccati, id est in motum concupiscētiæ. Ipsa enim concupiscētia est lex peccati. Lex autem mēbrorum vel carnis est morbidus quidam affectus, vel languor qui cōmouet illicitum desiderium, id est carnalem concupiscētiā, quam legem peccati vocat, quæ hoc carnale nostrum captiuum tenet. Lex ergo carnis me captiuat sub ipsa lege peccati, id est sub concupiscētiā sua. Captiuum autem me ducit non ex mente, sed ex carne: non ex toto, sed ex parte, quia mens repugnat, & condelectatur legi dei, sic de ipso Apostolo cōuenienter accipitur, qui dicit se captiuū duci ex carne. Mens enim non consentit peccato titillanti, suggerenti, blandienti, quia habet interius alias delectationes, delectationibus carnis nulla ex parte conferendas. Mors ergo contendit, sed mens non cōsentit: & est in me, quiddam mortuum, & quiddam viuum. Vel lex peccati accipitur consensus & operatio peccati. Lex vero carnis vel membrorum, primus motus concupiscētiæ & hoc est, Video legem aliam, scilicet concupiscētiā motum, in membris meis, vt in oculo ad concupiscendum, sic & in aliis, Repugnantem legi mētis meæ, hoc nō mutatur. Et captiuam me, id est captiuare me conantem, in lege peccati, ad consentiendū mente, implendumq; opere peccatum. Vel potius eadem est lex membrorum, & lex peccati, scilicet carnalis concupiscētia, vt sit sensus, Captiuam me in lege peccati, hoc est sub lege ipsa. Qui est in membris meis. Captiuat autē me, vt prædictum est, ex carne, non ex mente. Quid mihi sperandum? Expectanda est liberatio in Christo. Nam ego, spiritualis homo, quia carnalis, Infelix sum, non in mente, sed in carne: &, Quis me liberabit de corpore mortis huius, id est de congregatione imminentium malorū, scilicet de motibus concupiscētiæ quibus nostrum corpus percutitur, in quo habitat peccatum? Vel de corpore mortis huius, id est de corpore isto, secundum quod mortale. Non enim sic liberabitur, vt hoc corpus nō habeat. Habebit enim hoc corpus, sed nō ipsum erit, quia mortale non erit. Liberabitur autem tūc, cum mortale hoc induet immortalitatem, vbi nulla concupiscētia remanebit. Sed a quo liberabitur, id per quē? Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Sicut enim per vnum hominem mors fuit, ita & per vnum hominem erit resurrectio mortuorum. Sed modo interim quid erit? pugna, lucta, vnde subdit. Igitur ego ipse & c. Quasi dicat, mente cōdelector legi, & carne captiuus ducor. Igitur ego ipse, id est vnus & idem prorsus, Mente, & carne seruius, sed mente seruius, Legi dei, non consentiēdo peccato, Carne autē seruius legi peccati, concupiscendo, ergo ego ipse seruius in carne: ego ipse, seruius in mente. Nō enim duo sumus inter nos contrariis de diuersis principiis venientes, sed ego ipse mēte seruius legi dei: Carne autem seruius legi peccati, quādiu languor oblectatur salutem. Non enim alius in carne, & alius in mente, quia ego in mente, & ego in carne: & magis sum in mente quam in carne, Non enim sunt duæ naturæ contrariæ, vt Manichæi mentiuntur, sed ex vtroq; vnus homo, quia vnus est deus a quo factus est homo. Mente igitur non consentio, carne concupisco. Sæpe itaq; pugna est in corpore mortis huius, quia ipsa concupiscētia cum qua nati sumus, finiri non potest quādiu viuimus, cotidie minui potest, finiri non potest.

August.  
super Ioan.Augu.  
super Ioan.  
Aug. cōtra iulianū  
hæretic.Augustinus  
ad ValeriumAugustinus  
de verb. do.Augustinus  
ad Valerium

Augu. in eo.

Augustinus  
de ver. apost.Augu. cōtra  
Adamantem

Augustinus

Augustinus.

Augu.  
super Ioan.Augustinus  
de ver. apost.Augustinus  
de ver. apost.

## CAPVT VIII.



Nihil ergo nunc damnationis est his qui sunt in Christo Iesu: qui non secundum carnem ambulant. Lex enim spiritus vitæ in Christo Iesu liberavit me a lege peccati & mortis.

Nihil ergo &c. Quasi d. quia mente seruo legi, Ergo nihil damnationis est, nunc, et si ante, non tamen nunc, cum in Christo sunt: non est dico, his qui sunt in Christo Iesu, in quo omnia solvuntur, & ideo nihil damnationis est illis, quia & si maculae ex carne sunt, non obsunt, & si enim habent desideria carnis, quibus non consentiunt, & si lex in membris eorum repugnat legi mentis, Tamen nil dānationis est, quia per gratiam baptismatis & lauacrum regeneratiōis solutus est, & ipse reatus cum quo erat natus, & quicquid antea consensisti male concupiscentiæ, siue cogitatione, siue locutione, siue actione. Deinde qui sunt in Christo, determinat dicens, Qui non ambulant secundum carnem. q. d. His nil damnationis qui non ambulant secundum carnem id est qui non obediunt carni, & si aliquando cadunt, Lex enim. Hic ostēdit, per quid gratia dei liberat, scilicet per spiritum sanctum. Dixit autem nil damnationis esse his qui non ambulant secundum carnem, & quasi quis diceret, potes ne secundum carnem non ambulare? Respondet, possum. Quia lex spiritus &c. Vel sicut continua. Ideo nihil dānat iōis est, quia lex spiritus, id est spiritus sanctus, qui docet quid agendum sit, quid non, qui est dator vitæ liberavit me. A lege peccati & mortis, id est a lege Moysi quæ per peccatum, id est per præuaricationem est causa mortis. & hoc, In Christo Iesu, id est per Christum qui dat ipsum spiritum. Vel ita, lex spiritus accipitur, lex fidei quæ dicitur spiritus, quia deus cuius fides est, spiritus est. Discernendæ hic sunt tres leges, & satis necessaria est ista discretio. Lex, inquit, spiritus vitæ: ecce vna lex: A lege peccati & mortis, ecce altera lex: & Quod impossibile erat legi, ecce tertia lex, hæc est lex per Moysen data in monte Sina. Duæ ergo leges hic bonæ sunt, scilicet lex fidei, quæ peccatum tollit, & lex Moysi quæ peccatum ostendit & prohibet, lex vero peccati mala, quia reos facit. Vidēdū etiam quid intersit, cum dicitur lex spiritualis, quod prædictum est de lege Moysi: & cum dicitur lex spiritus quod hic de lege fidei. Hoc interest quod lex Moysi dicitur spiritualis, ideo quia prohibet peccare, sed non dicitur spiritus vel vitæ, quia non viuificauit remissis peccatis. Hæc autem dicitur lex spiritus vitæ, quia & peccari non vult, & a morte reuocat: & quia spiritu, id est mente creditur, & spiritus est quod creditur, & spiritus est cuius fides est, quasi dicat, ideo nihil damnationis. Lex spiritus vitæ, id est lex fidei, per quam viuificamur, quam spiritus ponit in corde, Liberavit me: quæ liberatio facta est in Christo Iesu qui per fidem iustificat, & sine cuius fide non est iustificatio. Vnde liberavit? A lege peccati & mortis, id est a consensu & operatione peccati: quæ est causa mortis, quod non potuit tertia lex Moysi. Lex carnis vt prædictum est, non est dei, sed peccati et mortis, et hæc reos facit. Lex autem Moysi sancta et dei est, quæ ostendit malum, sed non tollit. Lex autem spiritus quæ est lex fidei et gratiæ, malum tollit.

Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, deus filiū suum mittens in similitudinem carnis peccati: & de peccato damnauit peccatū in carne, vt iustificatio legis impleteretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundū spiritum. Qui enim secundū carnem sunt, quæ carnis sunt sapiunt: qui vero secundum spiritum sunt, quæ sunt spiritus sentiunt.

Nā quod impossibile. Quō in Chrō facta sit liberatio, hic exponit. q. d. Bñ dico in Chrō Iesu nos liberatos, nam deus est in Chrō filio suo: et ita per eū potest fieri liberatio nra quæ nō poterat fieri per legē, et hoc est, Nam deus, pater, Misit filium. i. visibilem fecit filium suum. i. sibi consubstantialem: non misit vbi nō erat qui vbiq; est: venit in virginem, qui ante in virgine erat: quā creauit, elegit: quam elegerat, creauit: at tulit virginem fecunditatē, non abstulit integritatem veniens in vterum virginis. Sed si ante ibi erat, quomō venit? quia ibi alio modo cœpit eē quam ante erat. Fuit enim ibi per vnionem nature, qualiter ante non erat. Ita etiam & in mundo erat, & in mūdum

Augustinus  
in ser. de con-  
cupi. carnis.

Ambr.  
Augustinus  
de verb. apo.

Augu.  
Ambr.

Augustinus.  
Aimo.

Augustinus  
de ver. apost.

Augu.

venisse dicitur, quia visibilis mundo apparuit. Misit dico. In similitudinem carnis peccati, non in carnem peccatricem, sed mei similem per passibilitatem, & mortalitatem & alios defectus. Cætera vero omnis hoīm caro peccati est, sola illius nō est caro peccati, quia non cum mater concupiscentia, sed gratia concepit, habet tamen similitudinem carnis peccati, quia esuriuit, sitiuit, dormiuit, & hmōi. Licet ergo eadē caro Christi sit, quæ & nostra, non tamen ita facta est in vtero, sicut nostra: est. n. in vtero sanctificata & nata sine peccato, & nec ipse in illa vnquā peccauit. In pœna ergo similis est nra, non in qualitate peccati: venit. n. ad corpus immaculatum, naturā quidē corporis habuit, pollutionem tamen peccati quæ ex concupiscentiæ motu concepta est, omnino non habuit: Ideo ergo non erat caro peccati, quia non ex carnali delectatione nata: sed tamen erat similis, quia mortalis. In hanc similitudinem misit deus filiū, vt sic damnaret peccatum. vnde subdit: & De peccato: quasi misit filium: & Mittens, id est per hominem faciens cognoscibilem & visibilem. Damnauit peccatum. i. destruxit diabolum, De peccato, factō in carne Christi. i. pro peccato quod fecit in carne Christi. Per hoc. n. amisit dominium retentorum animarum, sicut supra ostensum est: vel, Damnauit peccatum. i. debilitauit peccatum. i. fomitem peccati procedentem de peccato Adā, damnauit. dico in carne Christi, cum qua vetus homo noster crucifixus est, sicut supra monstratum est. Vel, Dānauit pctūm omne. i. deleuit in carne Christi: & qualiter in carne ostendit, De pctō. i. pro eo quod factus est hostia pro pctō. Portauit enim peccata nostra in corpore suo super lignum, ibiq; deleuit. Ita hoc dicit, sicut in veteri testamento peccata dicebantur sacrificia pro peccatis, ita per eum damnatur peccatum, Vt iustificatio legis. i. iustitia quam lex Moysi promisit, Impleteretur. i. cōsumma retur, In nobis. Lex. n. Moysi tantum præcipit, sed lex spūs implet. In nobis dico talibus. Qui non ambulamus, actibus, Secundum carnem, & si aliquando cadamus. Sed secundum spiritum. Non ambulat secundum carnem qui non agit opera carnis: secundum spiritum ambulat qui iuuatur spū in mente ne post concupiscentias eat. Ecce duo dixit per Christum facta. f. pctūm damnatum, & iustitiam impletam, ad quæ duo perficienda legem dicit esse inualidam, addēs, Quod impossibile &c. q. d. damnauit peccatū, Quod. f. dānare pctūm, Erat impossibile legi, naturali, vel scriptæ, impleuit iustitiam, In quo. i. in qua re. f. in iustificatione implenda, Infirmabatur lex per carnem, id est per carnales obseruantias quæ non poterant iustificare. vel per carnem, id est per fomitem peccati. f. per carnalitatem quæ rebellabat, & audita lege amplius est incitata, & sic infirma est lex literæ per carnem, & ideo ei erat impossibile liberare a lege peccati & mortis. Qui. n. &c. Vere ambulans secundum carnem non est iustus, quia nec etiā ille qui est secundum eam: & hoc est, Qui. n. secundum carnem sunt. i. qui mente consentiunt carni, non sunt iusti: cur non? Quia sapiunt, ea, Quæ carnis sunt. i. intenti & curiosi sunt in carnalibus, carnalia pro summis bonis concupiscentes, quod repugnat iustitiæ, Qui vero, probat quod ambulans secundum spiritum, est iustus, quia etiam ille qui est secundum eum, & hoc est quod ait, Ille qui est secundum carnem carnalia sapit: Qui vero secundum spiritum, sanctum: vel, Rationem sunt, consensu, id est consentiunt his quæ spiritus sanctus docet, vel ratio insinuat, Sentiunt, ea Quæ spiritus sunt, id est solliciti sunt ad ea implenda quæ spūs approbat.

Nam prudētia carnis, mors est: prudentia autem spiritus, vita & pax. Quoniam sapientia carnis, inimica est deo. Legi enim dei non est subiecta, nec enim potest.

Nā prudētia carnis. q. d. Vere ille qui sapit ea quæ carnis sunt, non est iustus. Nam prudētia carnis est mors æterna. i. dignus est morte æterna, qui habet prudētiā carnis quod est cū studiosus implet quæ carnis sunt, appetendo bona temporalia, & fugiendo mala: & cū naturas rerū tantū sequitur, quod est grate pctūm. Prudentia autē iō dicitur, cū res stulta sit, quia ita videtur secularibus hoīb. Prudentia carnis est mors. Prudentia autē spiritus, quæ est cum studiose quis agit spiritualia. Est vita, id est causa vitæ in futuro, & hic pax mentis. vel, Est vita, & pax, id est vita cum pace quæ erit in futuro. Vere prudētia carnis est mors, Quis sapientia carnis, scilicet quæ a deo inten-

Augustinus  
de ver. apost.  
Augu.  
Ambr.

Origenes

Ambrosius.

Augustinus.

Aug.  
de ver. apost.

Aimo.

Ambro.  
August.  
de verb. apo.

dit carnalibus, Inimica est deo. i. qui sapit secundum carnem, inimicus est deo, quæ si bi finē non constituit, vel quia nil putat deum posse præter quod in naturis rerū videatur, & vere inimica est deo, Legi. n. dei non est subiecta. f. sapiens secundū carnē, bonis institutionibus dei nō obedit. Nota quod hæc numerando deterret a carnis obediētia, & vere non est subiecta legi dei, Nec. n. potest, esse subiecta. Quid est non potest? Non hō potest: non anima potest: non ipsa caro, quæ dei creatura est: potest utiq; sed prudentia carnis non potest. i. natura potest, vitium non potest. Sed medicus ad hoc venit ut pel lat vitium. Venit. n. saluator ad genus humanum, nullum sanū inuenit. i. magnus medicus venit, ad sanandū vitium, quo sanato, reparata est natura, & dicitur hoc cōtra Manichæos qui volebant aliam contra deū inducere naturam mali. Hoc verbo apostoli suum confirmandes errorem. Sed vnus hō eadēq; natura, a bono deo cōdita bona, quæ heri sapiebat secundum carnem, hodie secundum spūm sapit, quæ dum vitium habet non potest subici legi dei, sicut claudicatio non potest subici rectæ ambulationi. Tolle vero claudicationem, & videbis rectam ambulationem: ita exclusio vitio, sanata est natura. Quid autem per singula immoror?

Qui autem in carne sunt, deo placere non possunt. Vos autē in carnē nō estis, sed in spiritu: si tamen spiritus dei habitat in vobis. Si quis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius. Si autem Christus in vobis est, corpus quidē mortuum est propter peccatum: spiritus vero viuūt propter iustificationem. Quod si spiritus eius qui suscitauit Iesum a mortuis, habitat in vobis, qui suscitauit Iesum Christum a mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra, propter inhabitantem spiritum eius in vobis.

Qui autem in carne sunt. i. qui post cōcupiscentias carnis eunt, & carnis voluptatibus delectantur, Deo placere nō possunt. Vos autē. Verba ad ipsos Romanos cōuertit, & quod esse in carne, non vita, sed vitio intellexerit, ostendit. q. d. Qui in carne sunt, non placent deo, Vos autem, o Romani, Non estis in carne. i. non facitis opera carnis q. d. non pro vobis dictum illud est superius, Sed estis in spū. i. in his quæ suadet ratio ita, Tamen, hoc dico. Si spiritus dei habitat in vobis. Ecce hic docet quomō quis ambulet secundum spūm. f. si habeat spūm dei. Et nota, quod ambigue dixit hoc, quia in legem inducti nondū perfecte erant fidei, sed spes est proficiendi. Si quis autem, q. d. si quis habet spūm dei, non est in carne. Si quis autē nō habet spūm Christi. i. dei, quia etiam idem est spiritus dei, & spūs Christi, Hic non est eius. i. Christi membrum. Ecce vnde est secundum carnem ambulare, ex eo, scilicet quod quis nō habet spiritū Christi: quod est dum viuūt secundum sensum carnis, vel secundum gesta carnis. i. dum mēte consentit carni, vel eius opera actum explet. Secundum quæ duo supra distinctum est, inter ambulare secundum carnem, & esse secundum carnem. Si autem, q. d. qui nō habet spiritum Christi, non est eius, sed, Si Christus in vobis est, qui est idem cū spiritu sancto, quod est dicere, si spiritus Christi in vobis est, Corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus vero viuūt propter iustificationem. i. licet hoc sit quod corpus est mortuum, tamen spiritus viuūt. Nota quod non ait mortale, sed Mortuū: mortale quidem fuit ante peccatum, id est potens mori: sed post peccatum fuit mortuū, id est habens in se necessitatem moriendi: & ideo congrue addidit, Propter peccatum, scilicet originale, vnde est hæc mortalitas: vel, Mortuum est propter peccatum. f. vitandū, propter hoc enim hæc infirmitas reseruat, ut per hanc pœnam quam sentit, magis timeat peccare. Vel nomine corporis totum hominem significat, sicut propheta Ezechiel, econuerso totum hoīem animæ nomine significauit, dicens, Anima quæ peccauerit ipsa morietur: qui autē in peccatis mortuus prius erat, per gratiā spūs postea viuūt. & est sensus, Si spiritus Christi in vobis est, licet Corpus mortuū est. i. homo mortuus fuerit, propter peccatum. i. in peccatis, Spiritus tñ. i. anima quæ fuerat impia. Viuūt, qui a deo, qui est vita, iungitur. & hoc propter iustificationē. i. peccatorū remissionem quæ ē ex spū sancto. Quod si spūs & c. q. d. Hoc iā est vobis q; spūs. i. aīa viuūt per iustitiam. Quod. i. sed. Si spūs ei? .i. dei patris. Qui susci. Chrūm a mor. hæc est cā quare suscitabit alios, quia Christus suscitatur est. Habi. in vo. dico q; qui hoc potuit. f. Qui susci. Christum Iesum a mor. sicut dictum est, Viuificabit, & .i. etiam, Corpora-

Ambro.

Ambro.

Augustinus

Ambro.

vestra. i. impassibilia & immortalia corpora vestra. Mortalia non ait mortua, quæ modo sunt, cum & supra dixisset corpus mortuū: sed ait mortalia, quale fuit corpus hoīs etiam ante p̄ctū. Tunc. n. mortale erat, sed nō mortuum, quia poterat mori si peccaret homo, sed non habebat in se necessitatem moriendi, sicut hoc corpus nostrum potest esse ægrotabile quannus non sit ægrum, & ita illud corpus iam tunc erat mortale, sed propter p̄ctū factū est mortuum. i. necessario moriturum. Ante p̄ctū ergo corpus erat animale. f. quod non necesse esset mori, mō mortuū est. f. quod necesse est mori. Animale, idem est quod mortale. Bene ergo ait, Mortalia, & non ait mortua, quia in resurrectione cum mortale hoc induet immortalitatem, nō solum necessitas moriendi quam modo habet, sed nec etiam mortalitas, quā corpus animale habuit ante p̄ctū remanebit, & hoc fit non pro nra dignitate, nec propter nra merita. Sed propter spūm eius inhabitantem, in nobis. i. propter suā miām, per quam spūs sancti gratia habitat in nobis. Euidētissime apparet, sed non tantū spiritus, sed & corporis mortem propter peccatum hominem meruisse, & per spūm sanctum vtrūq; liberatum a Christo. Dono namq; eius quod animæ datur. i. spiritu sancto, nō solum anima cui datur, salua & pacata, & sancta fit, sed etiam ipsum corpus viuificabitur, eritq; in natura sua mundissimum. Et est hic euidētissimum testimonium de resurrectione, & tā praeclara & aperta sententia, ut non expositore sed lectore indigeat. Et notatur hic quartus actus hoīs. In hac namq; Apostoli serie quatuor hominis actiones designantur. Prima fuit ante legē, secūda sub lege, tertia sub gratia, quarta in vita æterna. In prima actione ante legem nulla pugna est cū voluptatibus huius seculi. In secūda sub lege pugnamus, sed vincimur. In tertia, pugnamus & vincimus. In quarta, non est pugna sed quies, & pax æterna, quia nobis subiugatur nostrū iferi, quod iō nō subdebat, quia superiorē nobis deum deserueramus. Attēde etiam quod spiritus sanctus, & spūs patris est dictus, vbi legitur, Si autē spiritus eius qui suscitauit Chrūm, & spūs filij: vbi legitur, Qui autē spūm Christi non habet, quia spiritus sanctus de vtroq; procedit. Non enim duo sunt spūs sancti, vnus patris & alter filij, sed potius vnus patris & filij. Sicut ergo filius non est a seipso, sed ab illo de quo natus est: ita & spūs sanctus nō a seipso ē, sed ab illo de quo procedit, id est a patre & filio. Distinguere autem inter illam generationem, & hanc processionem nescio, non valeo, non sufficio, quia & illa & ista ineffabilis est. Ideoq; sicut propheta de filio loquens ait, Generationem eius quis enarrabit? Ita de spiritu sancto verissime dicitur, Processionem ei? quis enarrabit? Hæc ergo trinitas vnus eiusdemq; substantiæ est, quia filius non de aliqua materia est, sed nec de nihilo est, sed de quo genitus est: & spūs sanctus non de aliqua materia, vel de nihilo sed inde est vnde procedit. Ergo fratres & c. q. d. quia hæc bona a spiritu habemus, ex carne autem non est nisi mors.

August.  
de bap. par.

Augu.  
de bap. par.  
Augustinus  
de vera reli.

Augustinus  
in psal. cxviii

Augustinus  
cōtra Maxi.

Ergo fratres debitores sumus spiritu, non carni, ut secundum carnem viuamus. Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuētis. Quicumque enim spiritu dei aguntur, hi sunt filij dei.

Ergo fratres debitores sumus spiritui. i. ex debito seruire debemus & obedire spūi sancto vel rationi. Non carni, ita, ut secūdū carnem viuamus. i. secūdū carnis voluptatē, & si necessaria ei ministrare debeamus, quia caro non est malū. Creatura. n. dei est, & ab eo cōdita, a quo aīa, nec illa est pars dei, nec illa. Tota. n. trinitas est vnus deus summe bonus. Aīa vero magnū bonū est, non tamen summū. Item caro nec summū bonū, nec magnum est, sed paruum. Anima ergo viuēs inter summum & parū bonū. i. inter deū & carnem, inferior deo, & carne superior debetrix est deo, ut secūdū eum viuat. Non carni, ut secundum carnis delectationes viuat, quod non est faciendum. Si. n. secundum carnem vixeritis moriemini: hoc ideo dicit, quia ex sensibus corporis vitia nascuntur quæ carni deputantur. Si autem mortificaueritis facta carnis, id est si pœnitentia abieceritis quæ caro voluptuose exigit: & hoc spiritu, sancto, quod mox determinat vbi ait, Spiritu dei, vel, Spiritu, nostro quod tamen non est nisi agente spiritu dei, Si, hoc inquam feceritis, Viuētis, hic in iustitia, in futuro in gloria. Hoc est enim opus nostrum in hac vita, scilicet actiones carnis spiritu mortificare, non concu-

Ambro.



Augustinus  
in lib. sen.  
Prosperi.

Augustinus.  
de cor. & grā  
Augustin⁹.  
in psal. cxviii

Augustinus.  
in li. qonum.  
Exodi.

Augustinus  
de spū & lrā.

Augustinus.  
super Ioan.

August.  
in lib. sentē.  
Prosperi.

piscentiis eius consentiendo, & ipsas etiam concupiscentias minuendo, & ne se extollet humanus animus, vel spūs, & se ad hoc sufficientem iactaret, subdit, Quicumq; n. agitur. q. d. quod facere potestis, quia filii estis, & vere, Qui n. aguntur. i. reguntur, Spiritu dei, non suo, non lege minante, precipiente, promittente, non adiuvante, Hi sunt filii dei. i. ex dilectione feruientes. Vel aguntur dicit, nō reguntur, vt magnū gratiæ effectum ostendat. Plus est. n. agi quā regi. Agi. n. dicimus aliquem quasi vix aliquid agentē. Regi aliqūe dicimus, quasi aliquid agentem. qui. n. agitur, agere vix aliquid intelligitur: qui aut regitur, aliquid agit, & iō agitur vt recte agat. Vt ergo multū præstitisse grā saluatoris intelligatur, dixit aguntur, vt nil agant, sed quia impetu græ aguntur, vix tñ vt agant. Nam tanto magis efficitur quis filius bonus, quanto largius datur ei a patre spūs vel sanctus bonus, quo agitur & agit, & sic bene agit, si a bono agitur. Qñ ergo non agit, vel non omnino faciendo, vel nō ex charitate faciendo, oret vt quod nondum habet accipiat.

Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore: sed accepistis spiritum adoptionis filiorum.

Non. n. & c. q. d. filij esse debetis & non serui. Non. n. accepistis iterum, vt olim in lege, spiritum seruitutis in timore. i. spiritum qui vos inuitos timore pœnæ seruire faciat, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum dei. i. spūm sanctum datorem bonorum, per quæ filii sunt, quod est ex mīa dei. Caue ne ex eo quod ait seruitutis, & spūm adoptionis, diuersum intelligas spiritum, cum sit vnus atq; idem spūs, ille, duntaxat, qui immunitate trinitatis spūs sanctus accipitur, quod Aposto. etiā ostendit dicens. Iterū. Idem ergo spūs est, sed propter diuersa opera dissimiliter accipitur, vt Aegypti is spūs iræ dicitur, quibus aqua diuisa spū nocuit: filiis Israel nō dicitur iræ, quibus aqua diuisa profuit. Similiter spūs timoris dicitur esse Iudæis, quia eodē spū in quo tabulis lex scripta est, timor incussus est eis, qui gratiam nondum intelligebāt de sua infirmitate, & peccatis per legem conuicti. Spūs aut libertatis dicitur esse his quibus impartitur eius opere gratia, & regeneratio in vitā valens æternam, id est fides quæ per dilectionem operatur, non per timorem, nō formidando pœnam, sed amando iustitiā. Vnde est ergo illa dilectio, nisi & vnde ipsa fides. i. a spū sancto? Non. n. esset i nobis nisi diffunderetur in cordibus per spūm. Charitas autem dei dicta est diffundi in cordibus nostris, nō qua nos ipse diligit, sed qua nos facit dilectores suos: sicut iustitia dicitur dei, qua nos iusti eius munere efficitur: & domini salus, qua nos saluat: & fides Christi, qua nos fideles facit. Vnus ergo spiritus est qui duos timores facit. Duo. n. timores hic insinuantur, vnus qui est in perfecta charitate. s. timor castus. Alter qui nō est in charitate. s. seruilis, in quo quāuis deo credatur, non tamen in deū: & si bonū fiat, tamen non bene. Nemo enim inuite bene facit, etiam si bonum est quod facit. Hi autem duo timores faciunt duo genera seruorum. Est enim seruus qui est & filius, qui timet dominum & honorat patrem. Vnde per Malachiam dominus ait, Si dominus sum, vbi est timor meus? Si pater, vbi est amor meus? Et est seruus qui timet pœnam, sed non diligit iustitiam. Et quia de timoribus fit mentio, sciendum est præter naturalem timorem qui omnibus inest, quatuor esse timores, scilicet mundanum qui malus est, nec a deo est: & seruilem, qui bonus est & a deo, sed non sufficiens: & iniustitiam qui bonus est & sufficiens: & castum, qui bonus est & perficiens, de quo hic agitur. Ipse enim generat nos filios.

In quo clamamus abba pater. Ipse. n. spiritus, testimoniū reddit spiritui nostro quod sumus filii dei.

In quo. q. d. dedit spūm adoptionis, In quo. i. per quem nos liberi, de vtroq; populo in ecclesia collecti, clamamus intense. s. non ingrati. Clamor iste cordis est non labiorū, intus sonat auribus dei, qualiter Susanna clauso ore labijsq; immotis clamabat Iudæi quidē clamabāt. Abba. Gentiles vero, Pater, quod tñ idem est. Abba. n. Hebraice, pater latine dicitur: sed propter sacramentū, vtrunq; posuit Aposto. Sicut & Marcus vtrunq; dominum in passione dixisse commemorat. Et fortasse dominus propter sacramentum ecclesiæ insinuandum vtrunq; dixit, cui fact⁹ est angularis lapis, veniēti partim ex Hebræis, ad quos pertinet, Abba: partim ex Gētibus, ad quos pertinet, Pa-

ter, quia ecclesia est de vtroq; populo in vno angulari lapide collecta, qui fecit vtrunq; vnū, vt vn⁹ esset grex, & vnus pastor: cui ecclesiæ bonus magis cōpatiens in se ostendit filios eius. s. martyres, nō deberes desperare, si qua forte tēpore passionis eorū, ex humana fragilitate, tristitia irrepit cū eam vicerint, volūtati suæ præponendo voluntatem dei. Elegāter ergo, & nō frustra duarū linguarū verba posuit, & idem significātia propter vniuersum populū, qui de Iudæis & Gentibus, in vnitatem fidei vocatus est.

Ipse enim & c. q. d. vere, vere filii sum⁹, hoc enim recognoscere facit spūs. s. nostrū spūm, & hoc est, Ipse. n. spūs sanctus testimoniū reddit spiritui nostro. i. recognoscere facit mente nostra, dū per eū facta remissione nō agimus, de quo quod, Sum⁹ filii dei, hoc facit cognoscere spūs sanctus, dum. s. in ecclesia fit remissio peccatorum in spiritu sancto, quam remissionem cum trinitas faciat, proprie tamen ad spiritum sanctū intelligitur pertinere, quia spiritus cōis est patri & filio, amborumq; vnio, per quē fit societas & vnitatis, qua efficitur vnum corpus vnici filii dei. Vnitatis enim nos cōpagnat quam facit charitas, & charitas nō est nisi a spiritu sancto. Ergo spūs est qui viuificat, quia viuā facit mēbra: nec viuā facit, nisi quæ in corpore quod vegetat inuenerit, sicut spūs hoīs non viuificat membrū, quod separatim inuenerit a corpore. Hæc dicuntur vt amemus vnitatem, & timeamus separationem. Nil enim sic debet Christianus formidare quam separari a corpore Christi, propter hanc societatem spūs sanctus descendit super viros congregatos in vnum, qui & omnibus linguis locuti sunt, quia per linguas consonantior est societas humani generis. Spiritus ergo testimoniū filiorū dei reddidit, cū dono spūs in eis signum paternum videtur.

Si autem filii, & hæredes, hæredes quidem dei, cohæredes autem Christi, si tamen compatimur vt & glorificemur. Existimo. n. quod nō sunt condignæ passionis huius temporis, ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Nam expectatio creaturæ, reuelationem filiorum dei expectat.

Si autē & c. Q. d. filii sumus, hoc autē est quod non est paruum, vel leue. Si. n. filii sumus & hæredes. i. eiusdem gloriæ participes. Hæredes quidem dei, quia eius fruemur beatitudine. Cohæredes autē Christi, in quo & cū quo beati erimus: vñ dicitur, quia similes ei erimus. Nota quod cū hæres dicatur, cū iā hæreditas morte decessoris firma teneatur, nec alio modo possit intelligi, hæres secundum quod dicitur humanis legibus, nos tamen hæredes dei dicimur, & si non decedat, quia hæreditatem æternam nos filii sponſi, & spōsæ speramus quā in futuro possidebimus, non patris morte, qui mori non potest, qui est hæreditas nostra. Vel potest dici, quod decedet secundū modum cognitionis, quo nunc cognoscitur a nobis. Nunc. n. ex parte cognoscimus, & per speculum videmus. Decedet ergo vt tunc nō videatur per speculum in ænigmate sicut nūc sed facie ad faciem. Potest etiam dici quod Christus caput nostrum in passione decedens, nobis reliquit pacis ecclesiasticæ possessionem, sicut ipse ait, pacem meam relinquo vobis. Attende etiam quod Christus hæreditas suorum est, & ipsi hæreditas eius. Vnde dabo tibi gentes heredit. Et conuerso. Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei. Sed quo merito sumus hæredes? Ecce, Si tamen compatimur. Quasi dicat, dico quod sumus cohæredes CHRISTI, Si tamen, compatimur, id est ad eius similitudinem patimur, quod pertinet ad illud, quod supradixerat, si facta carnis mortificationis. Mortificare autē facta carnis, nemo potest, vnde erit vita sine molestia, cui nec cessaria est patientia. Patimur dico hac intentione, vt glorificemur. Existimo. n. Quasi dicat. Dico si compatimur, & patiendum est pro gloria habenda, Existimo enim, id est scio: quod. Passiones huius temporis. i. temporales & momentaneæ simul omnes, Non sunt cōdignæ, id est sufficiētes, si districte ageretur nobiscum, ad promerendā futuram gloriam. Tribulatio nāq; est cum fine, merces sine fine erit, & multo maior erit tibi gloria, quā hic labor. Quæ, gloria & si nunc occulta sit quam oculus non vidit, nec auris audiuit: tamen, Reuelabitur, omnibus bonis & malis, non quidem esse in malis, sed tantum esse. In nobis, bonis. Ecce hoc facit spūs quod meritis non possunt. Reuelabitur. & vere, quod probat autoritate expectantium. Nam expectatio creaturæ & c. vsq; ibi. Spe enim salui. Hoc capitulum obscurum est, quia non satis hic appareret, quid nunc vocet creaturam. Dicitur autem secundā catholicam disciplinam crea-

Ambrosio  
Augustinus  
de blasphem.

Augustinus,  
super Ioan.

Ambrosio

Augustinus  
li. lxxxiii. q. 6.

August.  
super Ioan.

Augustinus,  
super Ioan.

tura quicquid fecit & condidit deus pater per filiū, qui nō pōt appellari creatura, quoniam per Christū facta sunt oīa. Hic autē videtur ostendere esse diuersa, creaturam & filios, cū dicit, Creatura expectat reuelationem filiorum, & creatura liberabitur a seruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum dei. Quasi non simus nos creatura, sed filii dei. Item dicit, Omnis creatura ingemiscit, & parturit vsq; adhuc, non solum autē illa, sed & nos ipsi, tanquā aliud simus nos, aliud oīs creatura. Sciendū ergo quod nos ipsi dicimur creatura & filii: sed quod sumus creatura apparet: quod autē filii dei, nō dū apparet: sicut Ioannes ait, Charissimi filii dei sumus, sed nondum apparuit quid erimus: cū autē apparuerit ei similes erimus. Distincte ergo nunc ante gloriam illā quā apparebit quod sumus. Vocamur creatura secundum quod mō anima & corpore dolemus dum facta carnis per abstinentiam mortificamus, dū aduersorum aculeos per patientiā sustinemus, quales nūc apperemus. Filii autē dei dicimur secundū adoptionē, & secundū quod futuri sumus, quā apparebit quod erimus, quod nūc adoptionē meremur. Itaque nō naturæ alteri, sed alteri qualitatis diuersitate a creatura filios, quasi distinguēs ait, Expectatio creaturæ. i. expectās creatura. Expectat. q. d. assidue in actu expectandi est: geminatio nāq; assiduitatem notat. Expectat dico, Reuelationē filiorum dei. i. quā apparebit qualis futura est. Non. n. creatura reuelationē naturæ alterius expectat. sed ipsa qualis nunc est, expectat quā sit qualis futura est, vt si diceretur, operante pietate subiectis sibi coloribus, & ad opus eius paratis expectatio colorū manifestationē imaginis expectat, nunc quia tunc alii erunt, aut non colores erunt. Sed quia aliam dignitatem habebunt. Vel simpliciter creatura dicitur boni, eo quod manent in creatione dei: vel iidem boni, per excellentiam dicuntur creatura, quia sunt cā omnium. Hęc ergo creatura expectat, quia nōdum apparet quod est. Reuelationem filiorū dei, & iō omnia toleranda sunt, vt illud obtineat quod expectat.

Vanitati enim creatura subiecta est, non volens sed propter eum qui subiecit eam in spe: quia quod ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum dei. Scimus enim, quod omnis creatura ingemiscit & parturit vsque adhuc. Non solum autem illa, sed & nos ipsi primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus adoptionem filiorum dei, expectantes redemptionem corporis nostri.

Vanitati &c. Procede prius secundum illam sententiam, vbi per creaturam accipiuntur boni: quasi dicat, Creatura expectat, & necesse est ei expectare. Quia vanitati subiecta est: & potest expectare, quia non amat vana, quæ sunt omnia mūdāna: & hoc est quod ait, Vanitati etenim creatura, id est boni, subiecta est nō volens. i. nō amās ista caduca quæ vana sunt. Vnde Salomon. Vanitas vanitatum & omnia vanitas. Omnia enim quæ nascuntur infirma, & corruptibilia sunt, ac per hoc vana, quia statū suum tenere non possunt. Corruptio ergo ipsa est vanitas, cui subiecta est creatura. dico subiecta est, Vanitati, sed tamen patienter ferens, Propter eum qui subiecit eā in spe. id est patienter sustinet sciens deum subiecisse ad conuersationem humilitatis sed non sine solatio spei huius, scilicet quia & ipsa creatura, Liberabitur in futuro, vt Christus caput nostrum iam liberatus est: vel, Vanitati enim &c. Sicut supradictum est, creatura dicitur, quicquid modo in nobis dolet, id est nos ipsi secundum quod corpore & anima dolemus, quæ vtiq; creatura est dum carnem mortificamus, per ieiunia & aduersa, & hęc creatura vt prædictum est expectat modo quod erit in futuro. q. d. necesse est expectare, quia creatura, id est homo qui modo tantum creatura videtur. Vanitati subiecta est, & hoc nolens, id est non sponte. Homo quippe sponte peccauit, sed non sponte damnatus est. Peccatum itaque fuit spontaneum: contra præceptum facere veritatis, sed non sponte fert pœnam peccati. Luit enim meritas pœnas, peccati vero pœna est quod subiecit fallacię. Dico quod non est subiecta sponte: sed, Propter eum qui subiecit eā, id est propter iustitiā & clemētiā eius, qui & peccatum punit: & peccatū sanare intendit, qui eā subiecit. In spe, hac vtiq; quia, Ipsa creatura liberabitur, sicut nos Apostoli. Per hoc enim quod nō ait simpliciter ipsa, sed & ipsa facit intelligi, quod nec de ipsis desperandum est, qui nōdū crediderunt, quia & ipsi credentia sunt, & liberabuntur, qui nondum sunt filii dei. Sed tātū creatura mō dicuntur, cū

A nōdū gratiā adoptionis receperūt. Hō. n. sigillo imaginis propter peccatū amisso remāsit tātūmodo creatura. & ipsa vtiq; Creatura, quæ modo ita vocat cū nōdū est filiorū forma perfecta, Liberabit, vt nos apostoli, qui iā filij sumus, & si nōdū apparet quid erimus. Liberabit dico, A seruitute corruptionis, vel interiori. i. a cura querēdi victū, & vestitū, & alia quib; seruiti nostræ mortalitati. veniēs, In libertatem glorię filiorū dei. i. i. gloriōsā libertatē quā habebūt filij dei. & hęc oīa per spiritū fiēt. Scim; n. q. d. vere creatura subiecta est vanitati, nō volēs. Scim; n. q. d. experto credite. Quod oīs creatura ingemiscit. Oīs creatura dicit hō, quia oīs creatura in hoīe numerat, nō quod in eo sint oēs angeli, & superueniēs virtutes, & celū, & terra, & mare, & oīa quæ in eis sunt: sed quia oīs creatura est, vel corporalis, vel aīalis, vel spūalis. Corporalis per loca tendit, aīalis viuificat corporalē, spūalis regit aīalē: & tūc bene regit, cū seipsā deo regendā subijcit. Hęc autē oīs creatura in hoīe est, quia hō intelligit spū, vt angeli: & sentit aīa: & corpore localiter est, & mouet. Oīs igit creatura in hoīe est, quia intelligit, viuūt, corp; habet: sed nō tota in ipso est, quia sunt præter eū, & angeli, & alia quæ intelligit, viuūt, & sunt. simile dictū est, oīs hō videt solē, sed nō tot; quia oculus tātū. Oīs ergo creatura, sed nō tota. i. hō qui habet cōmunionē cū oī creatura pro sua deiectione, Ingemiscit. q. d. semper in hoc noua est. quod notat per inchoatiuū verbū, & pro desiderio patrię cęlestis, Parturit. i. cū dolore operat. q. d. pro irriguo inferiori & superiori, in labore est, & in sollicitudine. & hoc, vsq; adhuc. i. vsq; ad mortē: vel, vsq; adhuc, quia ita oēs præcedēs p̄res fecerūt, vsq; in p̄fēs: vel, vsq; adhuc, dicit, quia & si aliquis in sinu Abrahę iā cōstituit; dolore destitit, tū in illis qui nōdū sunt liberati, oīs creatura ingemiscit & dolet adhuc, sicut & quæ præcessit: quia i his qui nōdū sunt liberati, oīs dolor est propter spiritū, & animā, & corp;. Cū ergo oīs hō ingemiscit, & dolet: oīs creatura ingemiscit & dolet, Nō. n. hac vniuersali locutione, colligit singula oīm generū, sed genera oīa singulorū. Nō solū aut, creatura, Illa, ingemiscit, & dolet: Sed & nos, ipsi apostoli qui maiores alij sumus, per hoc quod primitias spūs habem; vnde subdit, nos dico, Habētes primitias spūs. i. spiritū sanctū. & tēpore prius & ceteris abūdati; nos inquit, Et ipsi intra nos, vel, In nobis gemimus. & est sensus, Nō solum aut, creatura illa dolet. i. nō solū in hoīe corp;, & aīa, & spūs dolēt ex difficultatibus corporis, Sed & nos ipsi. i. apostoli, Primi spi. ha. quorū iā spūs, quasi i sacrificiū oblatus sunt deo, & diuino charitatis igne succēsi. Gemim; in nobis ipsis, præter corp;. i. exceptis corporis molestiis suspirates eterne Hierusalē. dico, Expectātes, secure & fortiter, nec dilatiōe, nec aduersis fracti, Adoptionē, perfectā, Filiorū dei. i. vt corp; etiā beneficiū adoptiōis accipiat, & ex oī parte filij dei sint. Hęc. n. adoptio quæ iā facta est in his qui crediderūt, spū nō corpore facta est. Nōdū. n. corp; reformatū est in illā cælestē mutationē, vt spūs iā mutat; est, recōciliatiōe fidei ab errorib; cōuersus ad dñm: ergo etiā in his qui crediderūt expectat adhuc adoptionē corporis. Deinde quid dixerit adoptionē exponit. i. Redēptionē corporis nostri. i. vt ipsum corpus redimatur a mortalitate, quod prius emptū fuit a peccato. Vel, Nos ipsi, apostoli, miseriā habētes, vt alij, Gemi. in nos, vel in nobis ip. carne & mente, quia in nobis est, vnde gemim;, nō solū pro alijs. Hoc capitulū si ita vt tractatū est aperiat, nō incidim; in illas molestias, quibus pleriq; hoīes cōtra catholicā disciplinā quædā dicere cogātur. Scio enī vanos hæreticos de hoc capitulo multa ipia & iēpta iactasse: quia enī apostolus vniuersaliter ait, Omnis creatura ingemiscit &c. Dicunt quidā vt Origenes, quod etiā dignior creatura. i. summi angeli, sublimesq; virtutes doleant & gemant, antequā liberemur penitus. sed nō est verū. Nā & si nos adiuuāt, sine dolore hoc facere credēdi sunt, ne miseri existimētur: præsertim quia dixit eādē creaturā quæ ingemiscit & dolet, vanitati subiectam esse, quod de summis & excellentibus angelis nefas est dicere. i. quod subiecti sint vanitati, & a corruptione liberandi. Sed omnis in homine dolet, & omnis in homine liberabit, & si nō in omnibus hoībus. Vel ita, Omnis creatura ingemiscit & parturit &c. Parturire dolere est. Omnis autē creatura per cotidianū laborē ingemiscit, & dolet vsq; adhuc, id est vsq; modo, scilicet quādiu legitur, Omnis ergo creatura ingemiscit & parturit, id est omnia elementa cū labore sua explent officia, sicut sol & luna, nō sine labore statuta, sibi implent spatia, quod est causa nostri. Vnde quiescēt nobis assumptis, & ideo diligenter nos paremus, nō solū autē illa. i. elemētorū creatura

Augustinus.

Ambrosius.

Augu. in eod.

Aimo.

Augu.

Aug.

Augustinus

August.

Augu.  
Ambrosius.



ingemiscit, Sed & nos ipsi &c. post creaturam mundanam adicit etiam nos expectare, hoc & ingemiscere ad deum, vt hinc liberemur, quia Christianis mundus hic pelagus est. D

Spe enim salui facti sumus. Spes autem quae videtur non est spes. nam quod videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus speramus, per patientiam expectamus. Similiter autem & spiritus adiuuat infirmitatem nostram. nam quid oremus (sicut oportet) nescimus: sed ipse spiritus postulat pro nobis, gemitibus inenarrabilibus.

Spe enim q. d. dixi quod expectamus, & non diffideter, nam certi sumus, quasi iam salui sumus. & hoc est. Spe enim, quasi quodam merito, salui, non dico simpliciter sumus: sed, facti sumus, non enim a nobis est salus. Haec ideo dicit spe nos esse saluos, quia nondum res est, & ita adhuc sub vanitate sumus, Spes autem q. d. spes saluat, haec autem non est de re visibili. & hoc est. Spes autem quae videtur. i. res sperata quae videtur, Non est spes. i. non est subiecta spei virtuti, quae non est nisi de non apparentibus: & vere non, quia qua ratione videretur spes haec? & hoc est, Nam quod videt quis, quid spe. i. cur vel quomodo, sperat. i. dicitur sperare? q. d. nullo modo. Hoc ideo dicit vt maius meritum spei videatur, & ideo debeat saluare, Si autem q. d. quod videtur non speratur, sed potius quod non videtur: si autem hoc est. i. si speramus quod non videmus crescit hoc meritum, dum Per patientiam, quae est aduersorum, diu Expectamus, adhuc in vanis agentes quae sub sole sunt: & ideo gemimus quia patientes aduersa expectamus quod non videmus, & haec omnia nobis sunt ex spiritu. Similiter autem quasi dicat. Non solum in praedictis adiuuat nos spiritus: sed, Similiter. i. per eandem gratiam suam spiritus dum expectamus, quod non videmus, adiuuat, ad orandum, Infirmitatem nostram, docens & faciens nos orare sicut oportet. Quia. n. vt superius dictum est ingemiscimus, & in dolore positi liberari petimus, & quae longe futura sunt mox fieri volumus, aut cito tolli ea ne ad interitum perueniamus, ideo spiritus adiuuat infirmitatem nostram, ne vel ante tempus, vel contraria petamus. Infirma enim est oratio, quae contra rationem postulat, ideoque oportet infirmitatem hanc a spiritu sancto adiuuari. Adiuuat autem quia non sinit vel ante peti quam debeat, vel contraria. Et nota quia non solum illud quod oratio impetrat, sed etiam ipsa oratio inter gratiae munera reperitur. Quicquid enim oratio impetrat, euidenter ostenditur donum dei esse, ne homo existimet a seipso esse: quod si in potestate haberet, non vtiq; posceret, sed ipsum orare ex gratia est. Nulla enim orationis praecedunt merita, quibus non gratuita dentur, sed debita redantur, iam enim gratia non esset. Et necesse est vt spiritus adiuuet, Nam nos nescimus, Ecce infirmitas, Quid oremus, sicut oportet, orari. Ecce infirmitatem orationis nostrae ignorantiam esse declarat. Fallimur enim putantes prodesse quod poscimus, cum non proficit: vt ipsi Paulo contigit, dum oraret vt spiritus ab eo discederet, qui ex responso dei didicit, contra se esse quod petebat. Est etiam aliquando superba & stulta petitio, sicut fuit duorum apostolorum, quibus dictum est, Nescitis quid petatis. Sed ipse q. d. Nescimus quid oremus: Sed ipse spiritus postulat, non contra nos, sed, Pro nobis. i. ipse facit nos postulare, & hoc, Gemitibus inenarrabilibus, quod facit nos gemere plus quam dici potest, tum pro hoc exilio, tum pro desiderio patriae: vel gemitibus inenarrabilibus. i. qui sunt de re inenarrabili. Quomodo. n. narretur quando desideratur quod ignoratur, nec tamen omnino ignoratur? Nam si penitus ignoraretur, non desideraretur: & rursus si videretur, gemitibus non quaereretur. Et sciendum quod secundum eandem locutionis figuram, qua dicitur apostolis a domino, Spiritus loquitur in vobis, ait hic apostolus, Spiritus postulat gemitibus. Non enim spiritus sanctus gemit, quasi indigeat, aut angustias patiat, sed quia ipse nos mouet ad orandum cum gemimus: & quod ipso mouente nos facimus, ipse facere dicitur est, Ita ergo dictum est, Spiritus postulat, non quod alicuius rei spiritus sanctus sit indigens, sed quia nos postulare facit, nobisque interpellandi & gemendi inspirat affectum. Adiuuatur igitur spiritus sancti hic expressum est. Caritas enim quae per spiritum sanctum facta est in nobis, ipsa gemit, ipsa orat. Contra hanc aures claudere non nouit, qui illam dedit. Non ergo sic est intelligendum quod hic ait, vt aestimemus spiritum sanctum qui in trinitate incommutabilis deus est cum patre & filio, ita interpellare pro sanctis tanquam aliquem qui non sit deus: sed dictum est postulat pro sanctis.

Ambrosius.

Augustinus ad Sixtum.

Ambrosius.

Angu. ad probam de orando deum.

Angu. de bo. perle.

Angu. contra manichaeos. Angu. ad Six. Augustin' in eodem.

Augustinus ad Sixtum. Angu. luperc. epist. Ioan

A tis quia postulare facit sanctos. non enim spiritus. scilicet in semetipso in suae aeternitate substantiae gemit, sed in nobis, quia gemere nos facit. Hic gemitus colubae est. Hoc modo locutionis dictum est, tetat vos deus, deus vester, vt sciat si diligitis eum. i. vt scire vos faciat. Hoc locutionis tropo dicit frigus pigrum, quia pigros facit: & dies laetus vel tristis, quia letos vel tristes facit. Similiter de die illa dicit filius non scire, quia non facit nos scire. Hoc etiam modo locutionis, dixit deus ad Abrahamam, Nunc cognoui quia timeas deum. i. cognoscere feci. Ita etiam quod alibi ait apostolus, nunc autem cognoscetes deum, imo cogniti a deo, ita dictum est vt intelligamus deum in nobis fecisse cognitionem suam. Quid enim est quod ait, cogniti estis a deo. i. cognitores suos vos facit. Facit enim deus nos cognoscere se, vnde dicitur cogniti ab eo quae omnia sic debere facit vt sciat gemitus inenarrabiles, scit. i. approbat & implet, quid desideret. i. quid desiderare facit: quia, Postulat pro sanctis. i. loco sanctorum. i. sanctos facit postulare, quod est, Secundum deum. i. quod deus vult. Scrutari autem spiritus dicitur corda, non quasi queres quod nesciat, sed quia nihil est occultum quod non sciat. Scimus autem &c. q. d. Non solum hoc facit spiritus quod praedictum est sed etiam idem spiritus facit omnia venire in bonum, prospera, vel aduersa diligentibus deum. Hoc autem scimus, nos maiores & doctores, quorum authoritati credendum est, Hoc. scilicet, scimus quoniam per spiritum sanctum, Omnia cooperantur in bonum, vel procedunt, In verum, Bonum. Vel, spiritus sanctus, Cooperatur. Alia litera, Omnia in verum bonum, quibus? Diligentibus deum, seruando mandata, & perseverando usque in finem. vnde subdit, His &c. q. d. non recedentibus omnia cooperantur in bonum, quod ita ait, His. scilicet. Qui sunt vocati, per praedicatorum, vel interius, facti, id est ad sanctitatem. & hoc non propter meritum suum: sed, Secundum propositum dei. i. secundum praescientiam & praedestinationem q. d. quod vocati sunt, non aliunde est quam a praedestinatione dei, & inde est quod omnia cooperantur in bonum, non ex meritis eorum, talibus omnia cooperantur in bonum. Tales enim deus consolatur prosperis, & exercet aduersis. Nam propria ipsorum infirmitate exercetur humilitas, afflictione, patientia paterna contradictione sapientia, odio, benevolentia. & usque adeo talibus deus omnia cooperatur in bonum, vt si qui eorum deniant, & exorbitant, etiam hoc ipsum eis faciat proficere in bonum, quia humiliores redeunt atque doctiores. Discunt enim cum tremore se exultare debere, non sibi arrogando tanquam de sua virtute fiduciam permanendi. Vnde, Seruite domino in timore &c. & alibi, Non alta sapientes. Quamuis ergo ipsa mors carnis de peccato primi hominis originaliter venerit, tamen bonus eius usus gloriosissimos martyres fecit: ideoque non solum ipsa, sed etiam omnia huius saeculi mala, labores, doloresque hominum quamquam de peccatorum, & maxime de originali peccati meritis veniant, quod facta est & ipsa vita vinculo mortis obstricta, tamen etiam remissis peccatis remanere debuerunt, vt haberet homo cum quibus pro veritate certaret, & vnde exerceretur virtus fidelium, vt nouus homo inter haec mala nouo saeculo praepararetur, miseriam quam meruit vita ista damnata sapienter tollerans, & quia finietur prudenter gratulans. Pro sunt igitur ista mala, quae fideles pie perferunt, vel ad demenda peccata, vel ad exercendam probandamque iustitiam, vel ad demonstrandam huius vitae miseriam. Deinde exponens qui sunt qui vocentur secundum propositum, subdit,

Qui autem scrutatur corda, scit quid desideret spiritus: quia secundum deum postulat pro sanctis. Scimus autem quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositum vocati sunt sancti.

Quid autem q. d. spiritus facit postulare, & etiam impetrat. i. facit impetrare. q. d. non solum postulat, sed etiam idem ipse spiritus qui scrutatur corda vt sciat gemitus inenarrabiles, scit. i. approbat & implet, quid desideret. i. quid desiderare facit: quia, Postulat pro sanctis. i. loco sanctorum. i. sanctos facit postulare, quod est, Secundum deum. i. quod deus vult. Scrutari autem spiritus dicitur corda, non quasi queres quod nesciat, sed quia nihil est occultum quod non sciat. Scimus autem &c. q. d. Non solum hoc facit spiritus quod praedictum est sed etiam idem spiritus facit omnia venire in bonum, prospera, vel aduersa diligentibus deum. Hoc autem scimus, nos maiores & doctores, quorum authoritati credendum est, Hoc. scilicet, scimus quoniam per spiritum sanctum, Omnia cooperantur in bonum, vel procedunt, In verum, Bonum. Vel, spiritus sanctus, Cooperatur. Alia litera, Omnia in verum bonum, quibus? Diligentibus deum, seruando mandata, & perseverando usque in finem. vnde subdit, His &c. q. d. non recedentibus omnia cooperantur in bonum, quod ita ait, His. scilicet. Qui sunt vocati, per praedicatorum, vel interius, facti, id est ad sanctitatem. & hoc non propter meritum suum: sed, Secundum propositum dei. i. secundum praescientiam & praedestinationem q. d. quod vocati sunt, non aliunde est quam a praedestinatione dei, & inde est quod omnia cooperantur in bonum, non ex meritis eorum, talibus omnia cooperantur in bonum. Tales enim deus consolatur prosperis, & exercet aduersis. Nam propria ipsorum infirmitate exercetur humilitas, afflictione, patientia paterna contradictione sapientia, odio, benevolentia. & usque adeo talibus deus omnia cooperatur in bonum, vt si qui eorum deniant, & exorbitant, etiam hoc ipsum eis faciat proficere in bonum, quia humiliores redeunt atque doctiores. Discunt enim cum tremore se exultare debere, non sibi arrogando tanquam de sua virtute fiduciam permanendi. Vnde, Seruite domino in timore &c. & alibi, Non alta sapientes. Quamuis ergo ipsa mors carnis de peccato primi hominis originaliter venerit, tamen bonus eius usus gloriosissimos martyres fecit: ideoque non solum ipsa, sed etiam omnia huius saeculi mala, labores, doloresque hominum quamquam de peccatorum, & maxime de originali peccati meritis veniant, quod facta est & ipsa vita vinculo mortis obstricta, tamen etiam remissis peccatis remanere debuerunt, vt haberet homo cum quibus pro veritate certaret, & vnde exerceretur virtus fidelium, vt nouus homo inter haec mala nouo saeculo praepararetur, miseriam quam meruit vita ista damnata sapienter tollerans, & quia finietur prudenter gratulans. Pro sunt igitur ista mala, quae fideles pie perferunt, vel ad demenda peccata, vel ad exercendam probandamque iustitiam, vel ad demonstrandam huius vitae miseriam. Deinde exponens qui sunt qui vocentur secundum propositum, subdit,

Nam quos praesciuit, & praedestinavit conformes fieri imaginis filii sui: vt sit ipse primogenitus in multis fratribus.

Na quos praesciuit. q. d. vere omnia cooperantur in bonum, quia praescire & praedestinare &c. & hoc est. Na deus praedestinavit. i. per appositam gratiam praeparauit, vt verbo praedicationis

Augustinus: contra Max.

Augustin' con. Max.

Augustin' ad Sixtum.

Augustinus.

Angu. de cor. et gra.

Augustin' de trinitate.

Angu. in eod.



Remigius. nis crederent illos, Quos præsciuit. i. longe ante prænouit. Hoc est propositum de quo  
 Augustinus. dixit, secundum propositum vocati. præsciuit dico, fieri conformes, In puritate vitæ mo-  
 do, & postea in beatitudine. cuius conformes, Imaginis filij eius. i. filij quæ est imago pa-  
 tris vsquequaq; eadē cū patre. vnde dicit, Qui videt me, videt & patrem. Et nota quod  
 improprie accipitur hic prædestinatio secundum quod exposuimus. Accipit. n. de præ-  
 senti. s. pro gratiæ appositione, per quā præparatur ad recipiendum verbum. Proprie autē  
 Augustin. de prædestinatio est, præsciētia & præparatio beneficiorū dei, quib⁹ certissime liberatur,  
 ho. perse. quicūq; liberatur. Prædestinatio igitur est gratiæ præparatio, quæ sine præsciētia esse nō  
 potest, potest autē sine prædestinatione esse præsciētia. Prædestinatione quippe de⁹ ea præ-  
 Augustin. de sciuit, quæ fuerat ipse factur⁹, sed præsciuit de⁹ etiā quæ nō est ipse factur⁹. i. oīa mala,  
 prædest. san- quia & si sunt quædā quæ ita peccata sunt, vt etiā pene sint pccā: secundū illud, Tradidit  
 choram. illos &c. nō tamen peccatū dei est, sed iudiciū, quocirca prædestinatio dei, quæ in bono  
 Attende est, gratiæ est vt dixi præparatio: gratia vero est, vt dixi prædestinationis effect⁹. & se-  
 cūdū hoc ita expone literā. Nā deus prædestinavit. i. in præsciētia apud se ab æterno  
 August. preparavit. i. ad præmia promissa elegit quos præsciuit fieri conformes imaginis fil. ei⁹,  
 Ambro. vt. s. portem⁹ imaginē cælestis. i. Christi sicut portauim⁹ imaginem terreni Adæ. Sua  
 igitur bona quibuscūq; de⁹ donat proculdubio se donaturū esse præsciuit, & i sua præsciē-  
 Fulgentius. tia præparavit. Sciendū vero quia præparavit de⁹, & malis ignē æternū, illis vtiq; quos  
 iuste præparavit ad luēda supplicia, nec tñ præparavit ad faciēda pccā. præparavit. n.  
 de⁹ quod diuina æquitas redderet, nō quod hūana iniquitas amitteret. Nō. n. sicut præ-  
 August. de bo. paravit scōs ad iustitiā percipiēdā, sic præparavit iniquos ad iustitiā amittendā, quia  
 perse. prauitatis præparator nūquā fuit. Hæc igitur regula icōcussē tenēda est pccōres i pccōs  
 Ambrosius. præscitos esse; nō præparatos, poenā autē esse præparatā secundū quod præsciti sūt. Vt sit  
 ipse. q. d. dico cōformes, ita tñ, Vt in multis fratrib⁹. i. inter multos fratres ipse sit pccō  
 Augustinus de symbolo. genitus. i. iure hereditatē patris obtinēs, & alijs dispersiēs quod primogēitorū est. vel  
 primogenitus dicitur, quia ante oēm creaturā nō factus, sed natus est: & quia prim⁹ si-  
 ne peccato natus, & primus impassibilis resurgēs, in quo habet fratres. Nā secundū id  
 quod vnigenitus est, nō habet fratres, secundū id autē quod primogenitus est fratres  
 vocare dignatus est, omnes qui per eius primatum in dei gratia renascuntur.

Quos autē prædestinavit, hos & vocauit: & quos vocauit, hos & iustificauit:  
 quos autē iustificauit, illos & magnificauit. Quid ergo dicemus ad hæc? Si deus  
 pro nobis, quis cōtra nos? Qui etiam proprio filio suo nō pepercit: sed pro nobis  
 omnibus tradidit illum: quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit.

Quos autē. q. d. Quos præsciuit illos prædestinavit, Quos autē prædestinavit, quod  
 Augustinus fuit antequā essemus, Hos, quāuis ante auersos, Et vocauit, per prædicatores, quia præ-  
 parati erāt in præsciētia, vel vocauit. s. interiori vocatione. Est enī exterior vocatio,  
 & interior. Exterior est quæ fit per prædicatores, quæ est cōmunis bonorū & malorū,  
 interior verotantum electorum est. Vocare enī est cognitionē de fide adiuuare, vel cō-  
 Ambro. ad pungere eum quē sciat audire, & hæc vocatio vt diximus est electorū tantū. Hac vo-  
 Opertum. catione implet prædestinatio. Est & alia vocatio quæ fit per prædicatores, de qua di-  
 ctū est, Multi vocati, pauci vero electi. Et quos vocauit. s. secundū propositū, quia sunt  
 Idem in eod. Quos autē iustificauit, dum pccōres essēt, Illos & magnificauit, omni genere virtutū.  
 vel ponit præteritū pro futuro, vt sit sensus, Magnificauit. i. magnificabit æterna remu-  
 Augustinus neratione, vt similes deo sint. Hoc autē futurū est, sed dicitur per præteritū, quia dicitur  
 Ambro. fecisse quæ ab æterno disposuit facere. Vnde Esaias qui fecit quæ futura sunt, talibus  
 Augu. vt dictū est omnia cooperatur in bonū, etiam quod deuiat, & hoc. s. vt inde cautiores  
 sint, & inse nō fidentes, hoc ergo de præscitis intelligit, & nō de alijs, etū. n. ad tempus  
 Augustinus quidā credāt, & boni videāt, tamē quia nō permanēt nō magnificatur. Nota q; cū hic  
 in psal. i. sint quatuor memorata. s. prædestinatio, vocatio, iustificatio, & magnificatio, vnū est  
 in deo, & tria in nobis. Prædestinatio enim nostra nō in nobis est, sed in occulto apud  
 deū in eius præsciētia: tria vero reliqua in nobis &c. hæc omnia præscitis sunt. Quid  
 ergo dicemus ad hæc. i. contra hæc? Vel quid dicemus ad hæc beneficia dei aspiciētes,  
 hoc vtiq; quod null⁹ persecutorum potest nobis nocere. Si enim de⁹ pro nobis est, vt

A prædictum est prædestinando non existentes, vocando auersos, iustificando peccatores,  
 glorificando mortales. Quis cōtra nos est? Nullus prorsus potest nocere, sed omnia  
 cooperatur in bonum. Possunt enim mali vt plus perimere corpus & dilaniare, sed ani-  
 mam inuictam educit, auxiliator deus. Qui etiam. q. d. dico quod deus pro nobis est,  
 Augustin. eod. qui præter alia etiam filium suum pro nobis dedit. & hoc est, Qui etiam filio suo, id est  
 consubstantiali non pepercit: Sed pro nobis omnibus, etiam peccatoribus quod maius  
 est. i. pro reparatione omnium tradidit illum. & si filium dedit pro nobis, Quomodo nō  
 donauit nobis etiam cum illo omnia. i. in presenti iustitiam, & in futuro vitam æter-  
 nam, quod minus est. q. d. non potest hoc negari. Minus est enim nobis omnia dona-  
 re quā nostri causa illum morti tradere: vel, Cum illo omnia donauit nobis. i. superio-  
 Ambro. ra, æqualia inferiora, quippe nostra sunt superiora ad videndū, vt deus trinitas nostra  
 August. in lib. quaest. sunt æqualia, ad conuiuendum vt angeli, quibus æquabimur in futuro, modo vero in-  
 inferiores sumus, nostra sunt inferiora ad dominandum, & sunt quædam nunc superio-  
 ra, vt sublimes angeli, & vniuersa cælestia dei ministeria, quæ modo nostra sunt nō do-  
 minio, sed vsu: sicut res domini famulorum sunt, non dominij potestate, sed vtendi fa-  
 cultate, quia vtuntur eis ad victum, vel ornamentum, vel aliud huiusmodi. Angeli igitur  
 Augustinus Super Ioan. nunc superiores sunt, & inferiores sunt, & in futuro erunt pares: ita aliter modo no-  
 stri sunt, & aliter erunt in futuro. Nota quod hic dicitur, quia pater tradidit filium. Ve-  
 rum calicis hui⁹ author est, etiā ipse qui bibit: vnde apostol⁹ ait, Christus dilexit nos,  
 & tradidit semetipsum pro nobis. Si ergo pater filium tradidit, & filius seipsum, Iudas quid  
 fecit: pater tradēdo filium bene fecit, filius tradēdo seipsum bene fecit, Iudas tradēdo ma-  
 gistrū pro auaritia male fecit. Nō enī quod nobis præstitū est de passione Christi, mali-  
 tiæ Iudæ deputabit. habebit ille mercedē malitiæ, Christus laudē gratiæ, Et cū hoc sit.

Quis accusabit aduersus electos dei: Deus qui iustificat, Quis est qui condē-  
 net: Christus Iesus qui mortuus est, imo qui & resurrexit, qui est ad dexteram  
 dei, qui etiam interpellat pro nobis. Quis ergo nos separabit à charitate Chri-  
 sti? Tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an periculum, an persecutio,  
 an gladius: Sicut scriptū est, Quia propter te mortificamur tota die, æstimati su-  
 mus sicut oues occisionis. Sed in his omnibus superamus propter eum qui dile-  
 xit nos. Certus sum enī, quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque prin-  
 cipatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque  
 altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare à charitatē  
 dei: quæ est in Christo Iesu domino nostro.

C Quis accusabit, ita vt eius accusatio sit, Aduersus electos dei. i. vt noceat electis dei  
 quos præsciuit ad vitam? vtiq; nullius accusatio illis nocet. Nisi autem diaboli accu-  
 satio dicitur. Vere nullus nocet, quia nec deus, nec alius, Alius enim non potest, deus  
 non vult, quia ipse est qui iustificat. Nunquid ergo vult accusare suos? nō. Et cum nul-  
 lus accuset: quis est qui condemnet. i. qui possit inferre mortem? nullus poterit inferre  
 qui velit. Solum enim Christus posset, sed non vult. Nunquid enim Christus Iesus qui  
 mortuus est pro illis, vult damnare? dico mortuus, imo qui & resurrexit, quod maris  
 est, vt & nos resurgamus. Qui etiam, quod est maximum, Est ad dexteram dei. i. equa-  
 Ambro. lis patri, s. honore quo deus pater est: vel, Ad dexteram patris. i. i. potioribus bonis dei,  
 Aimo. qui etiam medi⁹ inter deum & homines, Interpellat pro nobis, nō voce, sed miseratio-  
 ne, & representatione humanitatis, dum cotidie hominem quem assumpsit, & graue  
 genus mortis quod pro nobis sustinuit, vultui paterno offert, vt nostri misereatur, cu-  
 ius postulatio cum tantus sit non potest contemni. Quis ergo. q. d. & cum hæc prædi-  
 cta sint nobis à deo, Quis ergo separabit nos à charitate dei? Nunquid separabūt nos  
 hæc aduersa. s. Separabit nos tribulatio. i. corporis afflictio? An angustia. i. mētis anxi-  
 etas? An persecutio, quæ est de loco ad locum? An fames. i. penuria cibi? An nuditas. i.  
 penuria vestitus? An periculum. i. apparatus mortis? Ac gladius. i. ipsa mors? nil vtiq;  
 eorum separabit. Sicut scriptum est in psal. his verbis, Quia mortificamur, varijs tor-  
 mentis. & hoc propter te. i. quia ibi inseparabiliter heremus, mortificamur dico tota  
 die. i. tota vita. Vel aliter, Sicut scriptum est. Quasi. n. aliquis diceret, cur ita cōmemo-  
 f iij

Augustinus  
in sermone in  
natali domi.  
Augustinus

Aimo.  
Ambro.

Ambrosius.

Augustinus.

Augustinus de  
moralibus.ca  
tholi.ccclefig

ras: sicut ne vobis hec mala? Rñsio, vtiq; ista mala sunt nobis, sicut scriptum est, Quia propter te mortificamur tota die. Nota quod ait propter te, per hoc causam notat, sine qua corona martyrii non reddi. Martyr enim non facit poena, sed causa: nam & rei cum Christo passi sunt, quibus similis erat Christus in poena, sed dissimilis in causa: quia propter nos passus est, ut & nos propter ipsum patiamur: & in utraque causa. scilicet propter nos, & nostra, propter ipsum, consultius est nobis. Aestimati sumus, sine respectu misericordie, ut ones occisionis, que. scilicet non profunt nisi occisae. Ecce mala hec sunt nobis. Sed in his omnibus. scilicet tribulationibus, tormētibusq; positi, Superamus. id est superiores efficimur, & hoc non propter nos, Sed propter eum qui dilexit nos, cuius beneficii superat predicta. Superamus dico & vere. Certus enim sum, ex promissione dei dicentis, non te deseram neque derelinquam. Quia neque mors, quam minatur: Neque vita, promissa, separabit me a deo: Neque angeli, minor ordo: Neque principatus. scilicet mediocri ordo: Neque virtutes. scilicet maior ordo, qui etiam miracula facit: hi autem ordines accipiuntur de malis angelis, vel de bonis, si fieri possent: Neque instantia. scilicet presentia bona vel mala: Neque futura, bona vel mala: Neque fortitudo id est alicuius violentia: Neque altitudo humane potestatis, vel eleuatio Satane. scilicet si diabolus in altitudine se nobis ostendat subornatus fallacis patris sui, ad seducendum nos: Neque profundum. id est sapientia alicuius: vel, Neque profundum. id est si diabolus mostret infernum, vel minetur precipitium: vel, Neque altitudo, neque profundum. id est neque prospera, neque aduersa. Unde Salomo ait, Diuitias & paupertates, ne dederis mihi, ne repletus medax fiat, vel pau per rapia, & periure nomen dei. Multi enim peccant altitudine, multi necessitate. Contra hoc proponit Ahas in Isaia qui volebat petere a domino signum, neque in alto, neque in profundo remedium de Christo qui neque elatus fuit de potestate qua equalis erat patri, nec turbatus deiectione mortis: quod est signum in alto, & in profundo, ne ille, vel regia potestate extolleret, vel eterna turbaret, sicut tunc erat pro bello assyriorum. Neque creatura, que libet, Alia, a predictis, vel alia. id est nona. scilicet contra naturam facta, ut equus bipes, si fiat ut fecit Ianes & Mábres, qui fuerat magi Pharaonis. nil inquam istorum, Poterit nos separare a charitate dei, qua eum diligimus, quia oibus melior est. Si ergo nulla res ab eius charitate nos separat, quid esse non solum melius, sed etiam certius hoc bono potest? Id ipsum enim quod diligimus deum mori non potest, nisi dum quis non diligit deum, cui mors ipsa est non diligere deum, quod nihil aliud est quam ei, quicquam diligendo preponere. Charitas igitur dei hic dicta est virtus, que animi nostri rectissima affectio est, que coniungit nos deo, quae charitas est nobis, non quidem a nobis, Sed in christo Iesu domino nostro. id est a Christo. Vel charitate dei dicit, qua deus diligit nos, a qua non separatur, nisi qui a deo diuiditur, que charitas nobis ostensa est, In Christo Iesu domino nostro. Deus enim charitate suam in Christo nobis ostendit, quem pro nobis tradidit.

## CAPVT IX.

**V**eritatem dico in Christo Iesu, non mentior: testimonium mihi perhibente conscientia mea in spiritu sancto: quoniam tristitia mihi est magna & continuus dolor cordi meo. Optabam enim ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis qui sunt cognati mei secundum carnem: qui sunt Israelitae, quorum adoptio est filiorum, & gloria, & testamentum, & legislatio, & obsequium, & promissa, quorum patres, ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

Ambrosius.

Ambro.

Aimo

Veritatem dico. Quia contra Iudaeos superius visus est loqui, qui ex lege iustificari se putant, nunc votum, & affectum suum circa eos ostendit, quod iurando firmat, ut firmius credatur, ac per hoc dolet genus suum secundum carnem beneficio Christi priuari. quod dicit. Aspere locutus sum contra Iudaeos, hoc autem fuit ex dilectione, non ex inimicitia. Veritatem enim dico & non mentior, in aliqua parte positus, In Christo Iesu conscientia mihi perhibente testimonium, & si vos non creditis. Conscientia, dico, fundata, In spiritu sancto. quod dicit. & ipse spiritus testis est, de hoc. scilicet. Quoniam mihi est magna tristitia. id est stupor mentis. Et continuus dolor cordi meo, non specie tenus sed intimo corde. Unde est dolor? pro fratribus meis. id est Iudaeis a Christo errantibus, & vere doleo, quia adeo: quod Optabam ego ipse esse anathema. id est separatus a Christo pro eis, Fratribus meis. id est si fieri posset, vellere ad horam, vel in hac vita, vel post mortem separari a Christo, ut fratres

**A** mei credere. Attende quod optabam, ait non opto, quia scit tale. id est ita honestum membrum nullo precedere vitio, non posse separari a Christo tamen affectum & dilectionem circa illos ostendit, de quibus multa preconiata consequenter enumerat, ut omnibus pro eis dolore scitiat, quia non recipiendo saluatore, prerogatiua patrum, & promissionis perdidit, peiores etiam gentibus facti, quas prius abominabatur. Proprius enim malum est dignitatem perdidit, quam non habuisse. Deinde merito dolere ostendit se subdes, Qui sunt cognati mei secundum carnem, & ideo amplius iuradi. Qui sunt Israelitae veri. secundum bonos, vel genere secundum omnes. & ipsi sunt, Quorum est adoptio filiorum dei. id est ad quos pertinet adoptio, quia olim fuerunt adoptati filii, & gloria, quia dicebatur populus peculiaris dei. vel modo est eis gloria, per miracula que faciunt, Et testamentum nouum, & legislatio. scilicet quid vetus lex per figuram ferret: & Obsequium. id est cultus vni dei: & Quorum promissa sunt. scilicet quibus facte sunt promissiones, Quorum sunt patres, Ecce laus a prioribus, deinde sumitur laus a posterioribus cum ait, Et qui bus Christus est secundum carnem, hoc est quod in psalmo dicit, Homo natus est in ea. qui Christus & si secundum carnem sit natus de patribus, tamen est, Super omnia deus benedictus in secula. Unde in eodem psalmo dicitur, Fundauit eam altissimus, Amen. quod dicitur. verum est, quod ipse est deus.

**B** Non autem quod exciderit verbum dei. Non enim omnes qui ex Israel sunt, hi sunt Israelitae: neque qui semen sunt Abraham, omnes filii sunt Abraham: sed in Isaac vocabitur tibi semen, id est non qui filii carnis, hi filii dei: sed qui filii sunt promissionis aestimantur in semine.

**C** Non autem quod exciderit, vel, Non autem excidit. Quia dolebat apostolus de Iudeis, consolatur dolore suum, inueniens scriptum non omnes esse saluandos, sed tantum similes Isaac, ut illis solis condoleat qui non crediderunt, prout tamen credere: de quibus non est valde dolendum, quia non sunt predestinati ad vitam. Quis enim plagarum eum, qui olim mortuus habere? Hos namque olim deus non saluandos decreuit prescius, non personarum acceptor. Nullum enim datur antequam peccet, nullum coronat antequam vicat, sed prescientia definitum habet, qualis vniuscuiusque sit futura voluntas ex qua datur, vel coronetur. quod dicitur. Iudei non credunt in saluatore, vni mihi dolor est: sed hoc est, inquit, quod deus dixit futurum, Ut non omnes filii carnis, sunt semen Abraham, sed qui fide habent, per quam natus est Isaac: & hoc est, Iudei non credunt. Non autem ideo verum est, Quod excidit verbum dei: vel, Non autem ideo exciderit verbum dei. id est non irrita facta est promissio dei, & si omnes salui sunt. Quauis enim quidam ex eis errauerint, tamen illi qui sunt veri Israelitae saluatur, ut promissum erat, & hoc est quod ait, Non enim omnes. quod dicitur. vere non est inexplata promissio, et si non omnes sunt salui, quia non omnes, Qui ex Israel sunt, secundum carnem, Hi sunt Israelitae. id est Israel vere pertinentes. Neque qui sunt semine Abraham, secundum carnem, hi sunt filii. id est heredes Abraham. In his ostendit quod sola gratia, non genus facit illos filios dei. Aliter ab illo loco. Veritatem dico, qualiter gratia confirmat sit apostolus supra ostendit dicens, Nil enim posse diuidere a Christo. Nunc vero quantum prius errauerit, dum Christi ecclesiam persequere, cum dolore exponit. In quo dei gratia commendatur. quod dicitur. modo nil potest me separare a Christo, sed olim fui ego separatus, vni mihi dolere. quod iuramento firmat dicens, Veritatem dico, & non mentior in aliquo positus, In Christi. scilicet. te. mi. perhi. conscientia mea. fundata in spiritu sancto, eidem contestate de hoc. Quoniam mihi est tri. m. id est stupor mentis. & Continuus dolor. id est copunctio, Cor. m. de malis que prius feci, & sic ipsa mala iam in bonum conuertuntur. & merito doleo, quia multum peccaui. Optabam enim ego ipse, qui modo sum apostolus, Esse anat. id est separatio aliorum a Christo. Anathema enim dicitur separatio, & separatus. hoc est, Pro fratribus. id est pro Iudeis qui sunt fratres in lege, quorum legem volebam defendere. Vel, Pro fratribus. id est pro his retrahendis a Christo, qui modo sunt fratres in fide, qui etiam sunt, Cog. m. secundum carnem. ita grauius peccabam, Qui sunt Iudei veri quorum est adoptio. id est ad quos pertinet, & c. sicut superius exposita sunt percurrere, vsque ibi. Amē. quod dicitur. qui huic veritati olim contradicebam, modo confirmo. Non autem, & c. dixit quod promissio eterne hereditatis facta est Iudeis, sed quia ipsi ex magna parte non crediderunt, videbat verbum dei non esse impletum. Ad quod respondet, Quod et si in quibusdam non est impletum, in alijs tamen impletum est, & in gentibus credentibus qui sunt veri filii Abraham. quod dicitur. errauerunt Iudei, sed non ideo excidit verbum dei. id est non ideo inexplata fuit promissio. Nam verbum dei excidere, est promissa non implere. Vere non excidit, & si quidam non saluatur. Non enim omnes qui ex Israel sunt, hi Israelitae: neque qui sunt semine Abraham. omnes filii Abraham. sunt. Hec non mutantur, sed illi sunt si



Augustinus  
in Iulianum.  
Augustin. de  
genis Pelagii

Ambrosius.

Augustinus.

lij Abrahę qui sunt similes Isaac: quia ita dicit scriptura in Genesi, In Isaac vocabit tibi semen. i. in semine reputabitur similes Isaac, qui sunt pręfigurati ab eo. In Isaac quippe qui promissus est filio Abrahę figurati sunt, nō qui se ipsos iustos, sed quos deus facit. Vñ per prophetā dicit Eccle. Ego sum dñs qui facio. Isti sunt filij liberę quę sursum est, quę est mater nostra. Filij vero carnis sunt terrena Hierusalē quę seruit cū filiis suis: & sicut Isaac nō meruit, vt nasciturus promitteret, sic & isti: sed sola gratia promissa est eis, & data filiorū adoptio. Ideoq; cōgruēter, ait, Vocabit, quia ex dei vocatione, est aliquis semē Abrahę. Ideo autē dicit in Isaac, & nō in Iacob, vel Esau, quia alia causa est in Isaac, alia in Iacob, alia in Esau: quia Isaac in typo Christi natus est: Iacob vero & Esau typū habēt duorū populorū. i. credentiū, & nō credentiū. Fuerūt tamē boni & fideles de Esau quod probat Iob, qui fuit ex filiis Esau, quāt ab Abrahā, hoc est nepos Esau. Deinde exponit ipse apostolus auctoritatem subdens. i. Non qui filij carnis sunt, hi sunt, Filij dei, idem est quod filij Abrahę. i. nō sunt humano opere filij dei. Sed qui sunt filij promissionis, id est qui sola dei promissione generantur, vt Isaac, Aestimantur in semine, quia ex dei vocatione sunt. Quod autem Isaac ex dei promissione sit, ostendit ex ipsius verbis promissionis subdens.

Promissionis enī verbū hoc est secundū hoc tēpus veniā, & erit Sarę fili⁹. Non solū autē illa, sed & rebecca ex vno cōcubitu habēs Isaac patris nostri. Cū enī nōdū nati fuissent, aut aliquid boni egissent aut mali: vt secundū electionē propositum dei maneret, nō ex operibus: sed ex vocatē dictum est ei, Quia maior seruiet minori, sicut scriptum est, Iacob dilexi, Esau autem odio habui.

Promissionis &c. Et quasi quis quæreret an Isaac ex promissione est, respōdet, vtique, Promissionis enī verbū, hoc est, in Genesi. Secundum hoc tempus, scilicet eodem die reuoluto anno, Veniam ad te, o Abraham, & hoc efficiam: quod, Erit filius Sarę, id est quod Sara habebit filium. Non solum autem illa, scilicet Sara habuit promissionem, sed etiam Rebecca, habuit promissionem. Habens, scilicet duos filios, Ex vno cōcubitu Isaac, hoc dicit ne viderentur merita parentum esse differentia in generatis. Non enim potest dici tunc genitus Esau, quando parentes mali, & tunc genitus Iacob quando parentes erant boni. Isaac dico, Patris, id est institutoris, Nostri, quem scilicet imitari debemus, si volumus esse filij dei. Et nota quod promissio facta Sarę ostēdit, quod propter genus nullus saluabitur, cum Ismael de Abraham natus reprobatus sit, de quo eodem Isaac natus, sola gratia est saluatus. Ista vero promissio facta Rebecę, ostendit quod propter nullum meritum suum, vel parētum aliquis eligitur, sed sola gratia, Vigilantissime igitur ait, Ex vno concubitu, ne paternis meritis, vel mater nis tribueretur, quod alter bonus, alter malus fuit. Cum enim &c. q. d. Rebecca habuit promissionem, & vere, quia hanc, Maior, id est Esau, Seruiet minori, id est Iacob. Et ne quis putet, hoc fieri ex precedente merito illorum, Enim, id est quia hoc, Dictum est ei, id est matri, Cum nondum nati fuissent, & quia posset in vtero, etiam luctando aliquid meruisse videri, subdit, Aut cum nondum egissent aliquid boni, aut mali. Ideo dictum est, vt propositum dei, id est pręscientia dei maneret, id est impleretur, id est impleri intelligeretur secundum electionem, id est secundum gratiam quę elegit sicut pręuidit: non secundum debitum meritorum, quia eligendos ipse fecit, non inuenit, non ex operibus, sicut ostendit nō pro meritis pręcedentibus illud fuisse dictū, ita nec pro futuris meritis amborum dictum fuisse, hic ostendit. q. d. dico non pro pręcedentibus meritis, illud dictū esse. Item dico, quod, Non ex operibus, bonis futuris, vel malis, quę bona vel mala non erant futura, nisi appōsita gratia, vel subtracta, sed ex vocante, vel, Ex vocatione, id est ex gratia vocantis dei, Dictum est ei, id est Rebecę in Genesi: hoc, scilicet. Maior seruiet minori. quod ad literā de illis duobus fratribus ita potest intelligi. i. Esau proficiet fratri suo Iacob persequendo eum. boni enim ex afflictionibus malorū proficiūt, dum eorū patiētia exercetur. Vel ad literam, hoc etiā aliter potest dici. Quia Idumęi qui de Esau descenderūt, qui etiā Edom dicitur, subditi fuerūt filiis Israel, & in tēpore Dauid eis seruiērūt: sed magis in hac prophetia intēditur, quod popul⁹ Iudeorū maior. i. i cultu vni⁹ dei prior, minori. i. posteriori populo Christianorū esset seruitur⁹. Iudei nāq; capfarij nostri sūt, qui nobis codices portāt. Sicut

August. ad  
Simplicianū.

XXV

Augustin. de  
quaest. lxxxiii,  
Augustinus.

A scriptū est. q. d. Ita hoc ex grā dictū est in Genesi cum nondū nati essent, sed nascituri sicut Malachias dicit de eis dē iam pręteritis. s. quod Iacob gratia sit electus, non merito, Esau vero subtracta gratia sit reprobatus. & hoc est quod ait, sicut scriptum est in Malachia. Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Sciēdū quod alterū elegit pręscientia alterū spreuit, & in illo quē elegit propositū dei manet. i. impletur, quia ita euenit vt pręscit, & in illo quem spreuit similiter manet, quia ita fit vt pręscit, hoc autē quod hī in malachia. s. Iacob dilexi, Esau autē odio habui. Iam de iudicio dicit deus. Illud vero. s. Maior seruiet minori, de pręscientia ait. Pręsciendo enim quid quisque illorū futurus esset, dixit illud in Genesi deus: & dum illud prędiceret se futurorum pręsciū ostendit, & nil absque sua pręscientia venire posse monstrauit. Hoc aliud vero quod in Malachia est, de iam pręteritis dicitur, ex quorū vita ante acta & operibus apparebat alterū saluandū, alterū dāandū, & de actis iudiciū fieri solet, & notis, Iō ergo illud dixit deus ante futurū iudiciū, vt indicaturus crederetur, & secundū merita reddaturus. Iō etiā illud dixit deus, vt intelligeretur hoc apertū esse, postea per prophetam, quod antequā illi nascerentur erat in dei prędestinatiōe per grām. Nā in Iacob antequā natus fecisset aliquid boni, quid diligebat nisi gratuitū mię suę donū? & in Esau quid oderat antequam natus fecisset aliquid mali nisi originale peccatum? nam nec in illo diligeret iustitiā quā nullam ille fecerat, neq; in isto odisset naturā quā bonā ipse fecerat: sed quoniā rē nōdū natis nec aliquid boni vel mali agentibus proposuerat. s. quod vnū deus dilexerit, alterū oderit, quō hoc recte fuerit cum nil egissent, quia res vt dictum est stupenda est, sibi obijcit exprimens, vnde moueri posset auditor, & ait.

B Quid ergo dicemus? Nunquid iniquitas apud deum? Absit. Mōsi enim dicit, Miserebor cui misertus sum, & misericordiam pręstabo cui miserebor.

Quid ergo dicemus? q. d. Quia sine omni merito elegit hunc, & illum reprobauit. Ergo quid dicemus? Nunquid dicemus quod iniquitas sit apud deū. i. dicitur iniqu⁹ deus. Iniquū. n. videtur vt sine vllis bonorū, vel malorum meritis operū, vnū diligat, & alterū odit, quia in re si futura bona huius vel mala illius, quę vtique deus pręsciebat at tenderet, non diceret, Non ex operibus, sed diceret ex operibus. Quia ergo sine meritis alterum elegit, alterum reprobauit, Nunquid ideo iniquus? Absit. Non. n. iniquus est, quia vnū dilexit & alterū odit, quia hūc. i. Iacob per miām elegit: illum. s. Esau per iustitiā reprobauit. In quo neutro est iniquitas. Nemo autē dicat deū quia futura opera pręuidebat alterū elegisse alterum reprobasse, sed potius ne quisquā de futurorum operum meritis audeat gloriari, ad dei gratiam & gloriā cōmendādā valere quod dixit, demonstrat, subdens. Mōsi. n. q. d. Vere homo per miām elegit, quia ita dicit Mōses. Deus. n. dixit Mōsi. i. deus inductus a Mōse dixit, Miserebor, vocando interius, Cui⁹ misereor, prędestinando, ecce nulla merita pręcedūt pro quibus eligatur, sed sola gratia prędestinantis est ex qua vocatur, & saluatur, vnde subdit, Et misericordiam pręstabo, vitā æternam dando, Cuius misereor, vocando. Vel ita. q. d. non est iniquus deus, sed iustus. scit enim quid faciat, nec retractandum est eius iudicium. Mōsi enim dicit, Miserebor cuius misertus ero, id est illius miserebor vocando & gratiā apponendo, cui pręscius eram, quod misericordiam daturus essem, sciens illum conuertendum & apud me permanfurum. Deinde repetit vt repetitione magis confirmet. Et misericordiam pręstabo, ei cui misericordiam pręstitero, id est illi misericordiā dabo, quę pręscio post errorem toto corde reuerfurum ad me, hoc est dare illi cui dandum est, & non dare illi cui dandum non est: vt eum vocet quem sciat obedire, illum vero non quem sciat non obedire, quia non in voluntate petentis, sed in arbitrio dantis debet esse quod datur. An enim dandum sit, dantis debet iudicio pensari. Et quamuis periculosum sit iudicium dei discernere, tamen propter hęsitantes ne putent iniustum iudiciū dei, quod non iniuste iudicat, rebus potius probemus quam verbis. Duo enim fuerunt Saul & Dauid. Inquiramus in historiis qualis vnusquisq; eorum reperiatur, post iudicium pręscientię dei. Videamus ergo si Saul in necessitate ita se gessit, vtd Dauid, qui accepta misericordiā omni minime contempsit, & post veniam peccatorum tam bene perstitit. Saul vero non auditus, non in prece perstitit, sed impatiens & de Dei iudicio indignatus, ad idola quę prius damnauerat conuersus ab eis auxilium requisit.

Ambro.

Ambro.

Adg.  
ad Sixtum.  
prębyterum

Aug. in Ench.

Ambrosius.

Augustinus  
ad Sixtum

Ambrosius.

Ambrosius.

Ambro.



Ambro. Vnde iuste reprobatus a præscio videtur. Ex hoc enim iustum esse iudicium præscie n-  
tiæ dei etiam nolentibus manifestatur. D

Igitur non volentis neque currentis, sed miserentis est dei. Dicit enim scri-  
ptura Pharaoni. Quia in hoc ipsum excitavi te, ut ostendam in te virtutem meam,  
& ut annuncietur nomen meum in vniuersa terra.

Augustinus ad Sixtum Igitur non est volentis. q. d. Quia ex mia gratuita præparat quos vult & vocat, igitur  
vult bonum, Non est volentis, neque currere. i. operari, Est currentis hois, Sed misere-  
rentis est dei. i. non est ex libero arbitrio hois bonum volentis vel operantis, ipsa bona vo-  
luntas vel operatio est, sed ex mia dei qui per gratiam appositam facit nos velle & cur-  
rere. Ecce non propter futura quæ præuideret elegit. Vbi ergo sunt merita? vbi opera  
vel præterita vel futura tanquam liberi arbitrij viribus impleta siue adimplenda? Nonne  
apertam protulit Apostolus de gratuita gratia. i. veræ gratiæ commendatione sententiam  
cui ait. Non est volentis neque currentis. Hoc si attenderes o Iuliane non extenderes con-  
tra gratiam merita voluntatis, cui audias. Non est volentis neque cur. sed m. d. Non ergo  
iō miseratus est deus Iacob, quia Iacob voluit & cucurrit, sed iō voluit & cucurrit, quia  
miseratus est deus. Paratur. n. voluntas a dño, & a dño gressus hois diriguntur, iōq; con-  
grue ait. Non est vo. neque cur. sed m. dei, non quia hoc sine voluntate nra agatur, sed quia

Augu. cōtra Iul. hæ. Non ergo iō miseratus est deus Iacob, quia Iacob voluit & cucurrit, sed iō voluit & cucurrit, quia  
miseratus est deus. Paratur. n. voluntas a dño, & a dño gressus hois diriguntur, iōq; con-  
grue ait. Non est vo. neque cur. sed m. dei, non quia hoc sine voluntate nra agatur, sed quia

Augustinus de perfect. iu. Non ergo iō miseratus est deus Iacob, quia Iacob voluit & cucurrit, sed iō voluit & cucurrit, quia  
miseratus est deus. Paratur. n. voluntas a dño, & a dño gressus hois diriguntur, iōq; con-  
grue ait. Non est vo. neque cur. sed m. dei, non quia hoc sine voluntate nra agatur, sed quia

Aug. in Enc. Non ergo iō miseratus est deus Iacob, quia Iacob voluit & cucurrit, sed iō voluit & cucurrit, quia  
miseratus est deus. Paratur. n. voluntas a dño, & a dño gressus hois diriguntur, iōq; con-  
grue ait. Non est vo. neque cur. sed m. dei, non quia hoc sine voluntate nra agatur, sed quia

Augustinus Non ergo iō miseratus est deus Iacob, quia Iacob voluit & cucurrit, sed iō voluit & cucurrit, quia  
miseratus est deus. Paratur. n. voluntas a dño, & a dño gressus hois diriguntur, iōq; con-  
grue ait. Non est vo. neque cur. sed m. dei, non quia hoc sine voluntate nra agatur, sed quia

A ad hoc ut in eo ostenderet virtutem suam. i. ut multa signa & plagæ ostenderentur in  
eum. Vel suscitavi te, suscitatus dicitur est, quia cum apud deum mortuus esset, modicum  
tamen tempus accepit vitæ, ut in eo dei virtutem omnes gentes addiscerent, & non es-  
se alium deum præter illum qui iudæorum erat.

Ergo cuius vult miseretur, & quem vult indurat.

B Ergo cuius vult. Hic concludit de vtroque. s. de misericordia iudicio, & ex præ-  
missis exemplis, vbi apparet gratuita mia et iustum iudicium inferri. q. d. quia miseretur  
deus Iacob gratis, ergo patet quod cuius vult miseretur gratuito: & quia Esau & Pha-  
raonem reprobavit, ergo patet, quia quem vult indurat iusto iudicio. Si autem querimus  
meritum obdurationis & miæ: obdurationis meritum inuenimus: miæ vero meritum non  
inuenimus, quia nullum est miæ meritum ne gratia euacuetur, si non gratis donatur, sed  
meritis redditur. Meritum autem obdurationis est peccatum totius massæ damnatæ, nec  
obdurat deus impartiendo malitiam, sed non impartiendo gratiā sicut nec digni sunt:  
quibus enim non impartitur, nec digni sunt, nec merentur, potius ut non impartatur,  
hoc digni sunt, hoc merentur. Quisquis igitur obduratus est, se obduratum debite, et  
quisquis adiutus se adiutum gratis agnoscat. Miseretur ergo magna bonitate et obdurat  
nulla iniquitate, ut nec liberatus de suis meritis gloriatur, nec dānatus nisi de suis me-  
ritis conqueratur. Sola. n. gratia redemptor discernit a perditis, quos in vna perditio-  
nis cōcreauerat massa ab origine ducta perditionis causa cōis. Vniuersum quippe ge-  
nus humanum tam iusto iudicio dei in apostatica radice damnatum est, ut etiam si nullus  
inde liberaretur, nemo recte posset vituperare dei iustitiam. In illis vero qui liberan-  
tur ostenditur pluribus non liberatis et in damnatione iusta derelictis quid cōmeruisse-  
ret vniuersa conspersio, et quo etiam istos debitum iudicium dei duceret, nisi eius inde  
bita mia subuenisset. Non ergo intelligendum est quod deus ita induret: quasi quæquā  
peccare cogat. sed tantum quibusdam peccatoribus miām iustificationis suæ non largi-  
tur, et ob hoc eos obdurare dicitur, quia non eos miseretur, non quia impellit ut pec-  
cent, eorum autem non miseretur quibus gratiam non esse præbendam æquitate occultissi-  
ma, et ab humanis sensibus remotissima iudicat, quā non aperit Aplūs, sed miratur vbi  
ait. O altitudo diuitiarum sciæ et sapietiae dei: vniuersa nāq; massa merito dānata, cōtu-  
meliā debitā cui vult reddit dei iustitia, honorē indebitum donat cui vult dei gratia, non  
meritorum prærogatiua, non fatali necessitate, non temeritate fortunæ, sed clausa altitu-  
dine sapientiae et scientiæ suæ. Multi de isto profundo quærentes reddere rationem atq;  
secundum coniecturas cordis inscrutabilem altitudinem iudiciorum dei cogitare conā-  
tes in fabulas vanitatis abierunt dicentes, quia animæ sursum in cælo peccant, et secū-  
dum sua peccata ad corpora pro meritis diriguntur, et dignis sibi quasi carceribus in-  
cluduntur. Ierunt hi tales post cogitationes suas, et volentes disputare de dei profundo  
meriti sunt in profundum dicentes. Aīas in cælo ante cōuerfatas, & ibi aliquid boni vel  
mali egisse, & pro meritis ad corpora terrena detrusas esse. Hoc autem respuit catholica  
fides propter euidētē Apostoli sniam qua ait. Cū nondum nati essent, aut aliquid boni  
vel mali egissent. Melior ergo est fidelis ignorantia, quā temeraria scientia. Ergo cuius  
vult miseretur gratuita mia, & quem vult indurat veritate rectissima. Quis porro  
tam impie desipiat, ut dicat deū hoīem quas & quā voluerint, in bonum non posse cōuer-  
tere, cū voluntati eius nil resistat, sed cum facit per miām facit, cū autem non facit per  
iudicium non facit. Miseretur utiq; secundum grām quæ gratis datur, obdurat autem  
secundum iudicium quod meritis redditur. Vnde datur intelligi, ut obduratio dei sit,  
nolle misereri, ut non ab illo irrogetur aliquid quo sit homo deterior, sed tantum quo  
sit melior non irrogetur. Ideoq; non quomodo dictum est. Non est vo. neque cur. sed m.  
dei: ita etiam dictum est, non est volentis neque currentis sed obdurantis dei, quia non ob-  
durat impartiendo aliquid mali, sed non largiendo bonum: quod facit æquitate sua, si  
cut ex misericordia sua gratiam præstat. Constat itaq; quod nullus liberatur nisi gra-  
tuita misericordia, & nullus damnatur nisi æquissima iustitia. Sed cur potius hunc quā  
illum liberet, vel non liberet, scrutetur qui potest tam magnū profundum iudiciorum  
Dei, veruntamen caueat præcipitium. Cur ergo illum liberet & non illum, nolo ut a  
me quæras, homo sum, profundum nimis esse aduerto, non penetror, expauesco, non  
scrutor. Inscrutabilia enim sunt iudicia dei. Præterea notandum est vel obduratio dei

Ambrosi

Augustinus  
ad Sixtum.Augu.  
Augustinus  
in Ench.Augu.  
ad simplicēAugustinus  
de verb. apo.Augustinus  
ad Bonifa.  
Augu.  
in Ench.  
Augustinus  
cōtra Iulia.

Augustinus.

Augu.  
ad Sixtum.  
Augustinus  
de verb. apo.

tantum temporalis est. Obdurat. n. tempora liter nō ab æterno. Reprobatio vero alia ab æterno, alia temporaliter. Quæ autē temporaliter est, idem est quod obduratio. s. desertio. Quæ autē ab æterno est, hoc est quod deus præscit aliquem damnandum. Similiter diligenter distinguendum est de prædestinatione, electione, dilectione, & odio.

Dicis itaque mihi. Quid adhuc queritur? Voluntati enim eius quis resistit? O homo tu quis es qui respondeas deo? Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit, quid me fecisti sic? An non habet potestatem figulus luti, ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam?

Dicis itaque mihi, Quia dixerat cui vult miseretur, & quam vult indurat, videbatur carnali, quod sicut non ex meritis est quod miseretur, ita nō esse ex meritis quod obdurat. Videbatur etiam ex voluntate dei esse cui resisti non potest, quod aliquis est malus. Hoc igitur ex persona contradicentis Apostolus sibi obiicit. q. d. quia ex voluntate est quod miseretur vel obdurat. Dicis itaque mihi hoc. Quid queritur. i. quare inquitur.

Augu.

adhuc. i. postquā constat ex voluntate dei esse obdurationē, cur inquā queritur, unde alius sit bonus, alius sit malus? nō est opus hoc inquiri, quia talis erit quisque, qualē vult eū deus esse. Voluntati. n. eius qui nos obdurat, quis resistit? q. d. nullus, & ita ex voluntate eius est aliquis bonus vel malus dicit carnalis, & ideo iniuste aliū saluat, aliū dānat. vel, Quid queritur ab aliquo vt benefaciat. i. cur nititur aliquis benefacere? Adhuc. s. postquā constat ex voluntate dei esse cum nil possit, nisi quod deus vult. Voluntati enim eius quis resistit? Vel ita cum ex voluntate sit obduratio quid queritur. i. cur conqueritur deus si offendimus? Adhuc. i. cur conqueritur de peccatis hoim cū ipsi nequeant vitare quod deus vult? Cōqueritur enim deus sepe de hoibus sicut per innumera apparet sacræ scripturæ loca, quod nolunt credere & recte viuere, contra quod carnales in voluptatibus suis viuentes sic solent sicut dictum est murmurare, & loqui aduersus deū & voluntati eius nō vitio suo deputare quod mali sunt, quos redarguit Apostolus reuocans ab hmōi præsumptione, & huius impudentiam quæstionis ita retūdit.

Augustinus ad Simpli. Idem.

Augustinus ad Simpli. Augustinus de verb. apo.

O hō & c. Hoc autē non facit ex inopia reddendę rōnis, sed hoim ad suę capacitatis cōsiderationē reuocat dicēs, O hō. q. d. te & illum attende. Tu es hō, ille est deus. Tu inquam, O hō. i. caro nō spūs. i. carnalis non spiritualis, cū miser cui displicet q̄ deus cōqueritur, & qui murmurat contra deum, quod alium reprobat & aliud eligit, Quis es, id est cuius valentię es. Qui respondeas. i. intelligas quę facit. i. cur huius miseretur, & te indurat. q. d. si tibi diceretur nescires respondere. i. intelligere pro tua carnalitate, nec te ad hoc iuuat sapientia tua, nec aliqua virtus tua. Vel, Quis es? qui respondeas. i. contradicas, Deo, id est rationibus cōtra deum agas quod iniuste eligat vel reprobet? Magna indignitas est, & præsumptio hominem contradicere deo, iniquum iusto, malum bono, imperitum perfecto, infirmum firmissimo, mortalem, immortalis, seruū domino, creaturam creatori. Mouetur autem iniquus eo quod de eadem massa, creatos alios iustificat deus, alios reprobat. Ad hoc autem ostendendum recte fieri, vtitur verbis Esaię & figmenti similitudine, quod aduersus figulum non habet vocem conquerendi dicens. Nunquid figmentū dicit ei qui se finxit. i. ei a quo factum est, & qui nil ei debet, hoc. s. Quid me fecisti sic. q. d. non potest contra factorem suum opus cōqueri, sic & tu homo fingeris a deo, & ideo nequis aduersum deū causari quare fecit te sic vel nō sic. Si. n. pecus loqui possit & diceret deo, quare me pecudem fecisti cum istum feceris hoim non iuste succenseris, & diceres o pecus, tu quis es qui respondeas deo? quia vero quæstionis huius rō ex hoc illi firma videtur, quod ex vna massa facti sunt reprobādi & iustificandi, subdit. An non habet. q. d. Vere non potest dicere opus factori quare me fecisti sic. Quia figulus luti. i. qui de luto operatur. An non habet iustā potestātē facere ex eadem massa aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliā? habet utiq; Manifestū est aliqua vasa fieri ad honorem, quæ ad vsus honestos sunt necessaria. Alia vero ad contumeliam quæ vsibus sunt culinarum necessaria, vnus tñ eē substantiæ, sed differre opificis voluntate: ita & deus, cū ex vna eadēq; massa omnes sim? in substantiā, & cuncti pctōres: alii miseretur, & alterum despiciat, nō sine iustitia. In figura enim sola voluntas est, in deo autē, voluntas cum iustitia. Sicut igitur vas quod non fit in honorem sed in contumeliam, si vile est, ex luto habet, nō ex figulo: sic tota mas-

Ambro.

Ambro.

Augustinus de verb. apo.

Ambr.

Ambro.

sa humani generis, non ex deo, sed ex suo vitio iuste corrupta & lutoſa ē. Ideoq; si inde vas in honorem fit, mīa est: si in contumeliā iustū est, quia hoc erat ex natura. Tota. n. natura in ipsa radice vitiosa diuino iudicio debita dānatiōi est subiecta, & merito peccati vniversa damnata. Cum ergo id supplicii recipiant vasa iræ quod omnibus debebatur, & ab illa liberentur vasa mīæ, in altero æquitas, in altero mīa perspiciat. Massa. n. illa si media esset, vt sicut nil boni ita nil peccati haberet, non frustra videtur iniquitas, vt ex ea ferent vasa in cōtumeliā. Cū vero per liberū arbitriū primū hoimnis in condēnationē vniversa defluerit, procul dubio quod ex ea sunt vasa in honore non est ipsius iustitiæ quæ gratiam in illa præcessit, sed dei mīæ. Quod vero in cōtumeliā non iniquitati dei quę penitus nulla est, sed iudicio deputandū est. Bñ autē dispensauit dñs, vt nec oēs dānaret nec oēs liberaret: si enim oēs liberarentur: lateret quid peccato per iustitiā deberetur: si nemo liberaretur, lateret quid gratia largiretur quia procul dubio quantū pertinet ad originale peccatū oēs pares erant, sed mīa quos voluit discreuit. Ibi gratuita est indulgētia, vbi iusta posset esse vindicta. Ecce ex his iustitia dei apparet, in his qui non habent tempus operandi. s. in parulis. De his autē qui habent tempus operandi, subdit.

Augu. super Ioan.

Augustinus Augustinus ad Bonifa.

Augustinus de citi. dei. Augu. ad Bonifa.

Quod si deus volens ostendere iram & notam facere potentiam, sustinuit in multa patientia, vasa iræ apta in interitum, vt ostēderet diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ quæ præparauit in gloriam.

Quod si volēs, vel, Quid si deus volens. q. d. iā ostensum est quod & si detis nil boni det homini, non tamen iniquus est. Sed quid dices si quibusdam etiam bona dedit, s. cū essent apti ire in interitum sustinuit in multa patientia. & hoc est quod ait. q. d. nō esset iniquus deus, & si nihil daret boni, sed dat bonū quibusdam, per quod apparet bonus, quia sustinuit vasa iræ apta ad interitum in multa patientia. Patientia & longanimitas dei est quandiu sustinet malos, vt si velint corrigantur, vel in incepta malitia perdurantes ordinate disperdat. Diu enim expectati inexcusabiles sunt, & iō expectauit eos deus cum sciret non credituros, & vt vtatur illis quasi in instrumento ad salutem bonorum. Nouit enim deus bene vti malis, in quibus humanam naturam non ad malitiam creat, sed perfert eos patienter quousq; scit oportere, non inaniter, sed vtens eis ad admonitionem vel exercitationem bonorum. Nullum. n. deus vel angelorum vel hominum crearet, quem malum futurum esse præsciret, nisi pariter nosset quibus eos bonorum vsibus commendaret. Dico quod sustinuit malos, & interim dū expectabat ostendit eis multis indicis vel ipsos aliquādo puniendos, vel alios coram eis, iram suam futuram. i. poenam æternam vt sibi cauerent, & in hoc quod sustinuit eos, & irā eis ostendit. Notam, fecit, Potentiam, suā. s. quod per malos purgat bonos. Si autē hoc est. s. q. deus volens ostendere iram & notā facere potentiam suam. sustin. vas. iræ apta in interitum in mul. patientia, quid respondeas deo? vel, Quid dices. q. d. poteris dicere quod iuste grām subtrahit talibus, & dānat eos qui ita expectati de peccatis noluerunt resipiscere, sed hac prædicta gratia abusi sunt. Ecce hic ostenditur iustitia circa eos qui habent tempus operandi. Vt ostenderet. q. d. Ad hoc patitur deus malos, & præ ostendit eis iram & ad notitiam suam attrahit, Vt sic ostenderet in vasa mīæ. i. electis per mīam, Diuitias gloriæ suæ, id est quam diues & quā magna sit gloriosa misericordia sua. Ob hoc enim dat tot bona malis, & tam diu eos tollerat, vt conuincat eos iuste damnari: & vt fideles magis eum diligant, quibus gratiam malis non communem ipse conseruauit. vel, Ostenderet hic va. m. i. in electis, Diuitias gloriæ suæ. i. copiosam & gloriosam misericordiam suam, per fornacem tribulationis, quam tollerant a malis quia quanto magis tribulationibus exercentur tāto puriores & meliores gratia dei operante redduntur. Vel de futuro potest legi sic, Quod si volens. q. d. non esset iniquus deus etiā si nil boni daret, sed quid dices si etiam bona dedit, & dedit utiq; quia deus? Sustinuit in multa patientia vasa iræ apta in interitum. i. malos quos cum posset iudicare statim, diu sustinuit vt conqueri nō possint damnati. Ideo ergo expectati sunt vt inexcusabiles deperiret, quos præsciuat non credituros. Deus dico, Volens ostēdere, in futuro, Iram suam, id est poenā æternā, in perditis quos male vsos patientia sua æternaliter damnabit. Et volens facere no. pot. s. in saluandis quos tunc glorificabit, cū vin-

B

C

Augu. ad Sixtum.

Ambro. August. ad simpli. Augustinus super Exod. Augu. ex lib. sen. Prosperis

Ambro.

dictam sanguinis eorum super malos exercebit, qui cum ante putaretur, non iudicatu-  
 rus quia diu dissimulauit, iudicando potens videbitur. Vt ostenderet. q. d. ita modo su-  
 stinuit vasa iræ, vt in futuro seculo Ostenderet, per cōparationē reprobōrum, In vasa  
 mię. i. electis per miām, Diuitias suas. i. copiosam & gloriosam miām suam. Ostēdit  
 enim quantū fecit eis quos liberauit & glorificauit, cū illi quos deseruit pœnā habēt,  
 quæ pariter omnibus debebatur. Nota quia ex verbis Apostoli quibus vsus est in hoc  
 sermone dicens, Iacob gratis dilectum & electum a deo: Esau autē iudicio reprobatum  
 sicut Pharaonem, & alios quos volūrate sua deus obdurat, ostēditur quod quidā sunt,  
 quibus nec grām apponit deus, vt Esau & Pharaoni, cū aliis infert eam quasi coactis,  
 vt Aplō Paulo. In his autē causis præscentia dei flagitanda est quia non aliter euenit  
 quam futurū nouit. Præscentia. n. dei est qua diffinitū habet, qualis vniuscuiusque fu-  
 tura erit voluntas, per quam aut damnetur aut coronetur, præscentis itaq; deus aliquos  
 malę voluntatis futuros, nō habuit eos in numero honorū: sicut & de præscentia Pha-  
 raonem damnandum esse censuit, sciens eum non se correcturum: Apostolum vero  
 Paulum elegit præscentis quod futurus esset fidelis. Sunt autē & alii quidā, quib; grā da-  
 ta est in vsum vt Sauli Iudæ, & illis discipulis quibus in euangelio dominus dixit, Ec-  
 ce nomina vestra scripta sunt in cælo, & post abierunt retro: sed hoc de eis dñs dixit,  
 propter iustitiā cui deseruiebant, quia hoc est iustū vt vnicuiq; rñdeat pro merito. Ac  
 si diceret, Digni estis nunc vita æterna, quia erāt boni. Frequenter. n. ante sunt mali,  
 qui futuri sunt boni: & aliquoties prius sunt boni, qui futuri sunt, & permanfuri mali.  
 Tales erant illi, & iō noīa eorū erant scripta in cælo propter iustitiā cui deseruiebāt:  
 secūdū vero præscentiā in nūero erāt malorū, De iustitia. n. iudicat Deus nō de præs-  
 centia, quia iustitia nō dei præscentia cā est, quare apud deū aliquis dignus sit vita. **B**  
 Vñ & Mosi dicit, Si quis peccauerit ante me, delebo eū de libro vitæ: vt secūdū iusti-  
 tiā iudicis videatur deleri cū peccat, iuxta præscentiam tñ in libro vitæ nunquā fue-  
 rat. Vñ Ioānes ait, Ex nobis exierunt, sed ex nobis non erāt. Ecōtrario vero tunc alia  
 quis videtur ascribi cū malus esse desinit, qui tñ secūdū præscentiā nunquā desinit.  
 Cū igitur ex gratuita miā appōat grām quibus vult, & liberet quos vult, manifeste  
 ostenditur diues & gloriosa bonitas eius in vasa miæ, Quæ pręparauit, similiter expe-  
 ctando, sicut expectat vasa iræ, pręparauit dico, In gloriā futuram. Oēs. n. sustinet de-  
 us sciens exitus singulorū, & vtiq; bonis prodest quod malos expectat.

Quos & vocauit, non solum ex Iudæis, sed etiam ex gentib; , sicut in Osee di-  
 cit, Vocabo non plebem meam, plebem meam, & non dilectam, dilectā, & non  
 miām consecutam, miām consecutam. Et erit in loco vbi dictum est eis, Non  
 plebs mea vos, ibi vocabuntur filii dei viui.

Quos & vocauit, Cū ostēsum sit quod ex sola gratia sint filii, incipit probare per au-  
 thoritates prophetarum quod hi sunt ex vtroq; populo. q. d. illos qui sunt vasa miseri-  
 cordiæ pręparauit in gloriā. Quos & vocauit, per prędicatores & interius cum sint  
 ex vna massa Adæ, de qua & mali qui sunt vasa iræ cui debita erat damnatio. Tota  
 quippe ista massa iustæ damnationis reciperet debitum, nisi ex ea faceret nō solum iu-  
 stus, sed etiam misericors figulus, alia vasa in honorem secundum gratiam non secun-  
 dum debitum: dum & paruulis subuenit quorum nulla merita dici possunt: & maiores  
 pręuenit, vt habere aliqua bona merita possint, quia stirpe inobedienciæ ducitur pro-  
 pago peccati atque supplicii, non conditione diuina sed voluntatis iniquitate vitata  
 natura quæ a deo est condita bona. Si ergo male viuunt homines de suo est, vel quod  
 originaliter traxerunt, vel quod insuper addiderunt, ideo nō se excusent homines qui  
 nolunt recte viuere dicentes quid nos fecimus quod nos male viuimus, cum gratiā vñ  
 bene viueremus non accepimus? Non veraciter possunt se excusare. Si enim vasa iræ  
 sunt quibus debita perditio redditur, hoc sibi imputent, quia ex massa sunt quam me-  
 rito peccati deus iuste damnauit. Si autem vasa misericordię sunt quibus ex eadē mas-  
 sa factis, supplicium reddere noluit, non se inuent, sed ipsum glorificent qui eis miām  
 indebitam pręstitit. Vocauit dico, Non solum ex Iudæis sed etiam ex gentibus, &  
 primum pro gentibus auctoritatem Osee ponit dicens, Sicut in Osee dicit, deus. q. d.  
 non Osee ex se hoc dicit, sed deus in illo. Vocabo non plebem meam, id est gētes quæ

prius non nouerunt me, nec dicebantur plebs mea. Plebem meam, vt. f. cognoscāt me  
 & dicantur plebs mea. Et non dilectam meā. f. gentilem vocabo, Dilectam meā. f. vt  
 dilectione seruiant. Et non miām consecutam, vocabo miām consecutā, vt. f. ad ætera-  
 nam gloriam perueniant. Et erit istud, quod dicam. f. quod, In loco. i. in toto mundo,  
 vbi dictum est, Non plebs mea vos, Ibi, in toto mundo, Vocabuntur filii dei. Vel, In  
 loco, id est in Iudæa & inter ipsos Iudæos, qui dicebāt, Dei populus non estis. Ibi vo-  
 cabuntur filii dei, ab eisdem Iudæis.

Esaias autem clamauit pro Israel, Si fuerit numerus filiorum Israel tanquā  
 arena maris, reliquæ saluæ fient. Verbum autem consummans & abbrevians in  
 æquitate, quia verbum breuiatum faciet dominus super terram, Et sicut prædi-  
 xit Esaias, Nisi dominus sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma facti es-  
 semus, & sicut Gomorra similes fuissetemus.

Esaias autem ait. Hic ponit auctoritatem Esaiæ pro Iudæis. q. d. Osee ita pro gen-  
 tibus dicit. Esaias autem clamat aperte pro Israel, id est pro Iudæis dicens. Si fuerit  
 numerus filiorum Israel tanquam arena maris, id est licet sint innumerabiles filii Is-  
 rael. Tamen, solummodo, Reliquæ saluæ fient. Ecce sic dicitur salus Iudæorum, vt  
 maior pars sit excæcata. Vel arenæ comparat propter sterilitatem. Et est, Si fuerit nu-  
 merus filiorum Israel tanquā arena maris, id est licet sint steriles a gratia fidei, & fru-  
 ctu boni operis, non tamen ideo radix patriarcharum perit. Vel in nos reliquæ saluæ  
 fient, id est illi quos mihi reliqui cum alios reppuli. Vel, qui ab aliis relinquuntur, vt  
 viles. vel pauci. Deinde subdit propheta, per quid salui fiant. f. per verbum euangelii,  
 vt gloria legalium operū excludatur. q. d. Vere salui fient. Dñs enim faciet verbū con-  
 summās & abbrevians. i. verbum euangelii, quod dicitur cōsummans, quia ad perfe-  
 ctionem ducit: & abbrevians, quia omnia legalia in vno Christo abbreviauit, vt com-  
 pendio fidei per gratiam saluet, non per innumeratas obseruantias quibus ille populus  
 seruiliter premebatur, & hoc licet verbis abbreviet, tamen æquum est priori verbo le-  
 gis: vnde subdit, Abbrevians dico. In æquitate, vt nil desit ad iustitiā de omnibus figu-  
 ratiuis. Vel iō dicitur. Abbrevians in æquitate, quia quæ quæ sunt retinet, vt moralia  
 quæ ius est tolli, vt figuras recidit. Et nequis dubitet de eo, propheta repetitione con-  
 firmat dicens. Quia dominus qui prius fecit verbum legis prolixum, ens super terram  
 id est ens in terra homo factus, Faciet verbum breui, contra antiquum verbum quod  
 deum fecisse constat. Vel, Verbum cōsummatū & abbreviatum est Caritas, quæ dici-  
 tur verbum consummans vel consummatum, quia consummat: & abbrevians siue ab-  
 breuiatum, quia in eo pendet lex & prophetæ, in duobus enim mandatis caritas vni-  
 uersa abbreviat. Et sicut prædixit. Adhuc ponit auctoritatem Esaiæ commendans il-  
 lud verbum. q. d. Deus fecit verbum, & hoc verbum tam necessarium erat: quod sicut  
 prædixit Esaias, Nisi dominus sabaoth, i. virtutum vel exercituū reliquisset nobis se-  
 men. i. verbum euangelii, vel Christum qui fructum vitæ protulit, Facti essemus sicut  
 Sodoma & c. Vel per semen accipiuntur reliquæ saluandæ, de quibus supra egit. i. A-  
 postoli & alii boni, quasi reliquæ salui fient, quia nisi per illas prædicatum esset ver-  
 bum dei, gentes perissent. & hoc est quod ait. Nisi dñs sabaoth. i. exercituum, qñ alios  
 excæcauit. Reliquisset nobis. i. ad nostram vtilitatem, Semen. i. apostolos, de quibus se-  
 ges Christi creuit, Facti essemus sicut Sodoma, quæ interpretatur muta, id est muti es-  
 semus ad confitendum. Et fuissetemus similes sicut Gomorra, quæ interpretatur aspera,  
 id est sine gratia asperi essemus spinis vitiorum operi. Et nota quod nō sine causa pō-  
 sit similes & sicut, cum alterum posset sufficere. Sed hoc ideo fecit vt per alterum nō  
 tet similitudinem culpæ nostræ, & illorum: per alterum similitudinem pœnæ: q. d. pa-  
 res essemus in pœna, quia similes essemus in culpa.

Quid ergo dicemus: Quod gentes quæ non sectabantur iustitiam apprehen-  
 derunt iustitiam, iustitiam autem quæ ex fide est. Israel vero sectando legem iu-  
 stitiæ, in legē iustitiæ nō peruenit. Quare? Quia non ex fide, sed quasi ex operi-  
 bus. Offenderūt enim in lapidē offensionis. sicut scriptū est, Ecce pono in Siō lapi-  
 dē offensionis & petrā scandali, & omnis qui credit in eum nō confundetur.

Ambro.

Ambro.

Ambro.

Ambr.  
Augu.Augustinus  
ad Oprat.Augu.  
ad Sixtum.Ambr.  
Ambr.August.  
Aug.Augustinus  
ad Simplic.

Hieronymus

Ambr.



Quid ergo? Auditis Osee & Esaię auctoritatibus inquirunt intellectum prophetarū  
ne Iudęi aliter inuenterent. q. d. quia ita dicit Osee & Esaias, Quid ergo dicemus? i.  
quo intellectu prædicta prophetarū verba esse dicta intelligemus? hoc vtiq; quod gen-  
tes quæ per opera legis, Nō sectabantur iustitiam. i. non præsumebāt iustificari, ex le-  
galibus obseruantis. Apprehenderunt quasi subito & firmiter, Iustitiam, non qualem  
cunq; sed eam. Iustitiā quæ est ex fide, quæ per grām est, quā impetrando ex deo, non  
ex seipsis præsumendo, iustitiā apprehenderūt. Israel vero sectando, & hoc itē ex pro-  
phetia Esaię. q. d. gentes consecutæ iustitiā sunt: Israel vero sectando, per opera lega-  
lia, Legē iustitię. i. legē Moisi quæ est iustitię si bñ sit intellecta, vel, Sectādo legē iu-  
sti. i. iustitiā legis quæ est ex timore pœnæ, nō ex amore iust. Nō peruenit in legē iu-  
id est innocentia & c. quæ lex vere docet, & iō cōpetenter dicit, Sectādo. Secut⁹. n. est  
Iudæus legē quasi retro, quia nunquā attingit spirituales intelligentiā qua iustificare  
tur. Quare? nō peruenit. q. d. attende diligenter. quare. f. Quia nō ex fide, querebat iu-  
stificari, Sed ex operibus legis, quasi hæc possent iustificare. Iō ergo Iudæus nō perue-  
nit in legē iustitię, quia nō ex fide querebat iustitiā, quia nō petiuit illā a deo, nō credi-  
dit in eū qui iustificat impiū, non credēs deū operari in hoīe quo iustificetur. iustifica-  
tio autē ex fide impetratur. Vñ ergo contigerit, vt non crederet, supponit. Offenderūt  
enim. quasi quis quæretur cur fidē non habent Iudęi? respondet, quia, Offenderunt in  
lapidem offensionis. i. quia offensionem pro tumore superbie suę. i. ex cæcationem in  
Christo passi sunt qui dicitur lapis offensionis quadā rōne similitudinis. Chrūs, n. la-  
tens in humilitate habilis fuit offendere ad similitudinem parui lapidis a quo non ca-  
uetur. Sperabatur. n. vêturus a populo Iudæorū, & quia humilis venit, non est agnit⁹:  
quia lapis parvus erat, in illū offenderūt, & fracti sunt: sed creuit lapis, vt Daniel ait,  
& factus est mons magnus qui repleuit totā terram. Sed quia primo humilis venit, of-  
fenderunt in illum Iudęi: cui rei attestatur Esaias. Vñ subditur. Sicut scriptum est in  
Esaias, Ecce. q. d. in euidenti, patenter. Pono. i. nasci facio, In Sion. i. in Iudæis: Lapi-  
dem offensionis. i. Chrūm: a quo, quasi paruo lapillo nō caueatur. Et petrā scādali. i. eū-  
dem Christū ex toto cōterētē malos in futuro & contristantē. Lapis ergo offensionis  
dicitur Chrūs secūdū statum quo apparuit hic malis: petra scādali, secūdū quod in fu-  
turo faciet malis. Scādali. n. dicitur eū in via obex aliquis inuenitur qui gressus ince-  
dentis impediatur. Quia igitur hi qui erant in Sion viā nō bonā incedentes, & iter per-  
ditionis concito pede currētes Chrūm in futuro sentient vindicē, iō petra scādali dici-  
tur. Vel sicut petra dicitur ante politionem, & lapis per politionē: ita Chrūs & petra  
dicitur ante politionem, & lapis per politionē. Politiō autē Christi passio fuit, quia in-  
firmitatis miserā deposuit. Christus ergo ante passionē fuit, quia illo tēpore scanda-  
lizati sunt in eum Iudęi irascētes & indignantes, quod filiū dei se faceret. Lapis ve-  
ro offensionis fuit Chrūs in politione. i. in passione, quando maxime offenderūt, & ex-  
cēcati sunt deum non esse credentes quem mortuū videbant, a qua offensione quosdā  
liberat fides. Vñ subdit, Et omnis qui crediderit, quasi non mō nō est ipse offensio ma-  
lis, sed remuneratio erit bonis: quia omnis, siue sit Iudæus siue Gentilis, Qui credide-  
rit in eum non confundetur cum venerit in futuro.

## CAPVT X.

**F**ratres, voluntas quidem cordis mei, & obsecratio ad deum, fit pro  
illis in salutem. Testimonium enim perhibeo illis, quod æmulationem  
quidem dei habent: sed non secundum scientiam. Ignorantes enim iu-  
sticiam dei, & suam quærentes statuere, iustitię dei non sunt subiecti.  
Finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti.

Aug.  
de ver. apost.  
Augustinus  
ad Paulinū

Ne ex odio videatur Aplūs loqui cōtra Iudæos, vel ne gētes eos ex toto abiicerent,  
subdit. Fr̄es, cur offenderūt, & tñ, O fratres voluntas quidē mea est, vt saluentur, & hæc  
volūtas nō vtiq; ficta, Sed est cordis mei. i. vera, & etiā, Obsecratio fit a me ad deū pro  
illis offendētib⁹. Et hoc in salutē. i. vt de⁹ det illis fidē per quē saluētur. Attēde quia  
per hoc quod Aplūs deprecatur pro nō credētib⁹, vt credāt pro aduersis, vt cōuertantē  
inuit q; ex grā detur, quia nec ipsa cōuersio sine dei adiutorio fit. Volūtas. n. vt vera  
credēda moueat, nō sibi sufficit nisi per grām de⁹ opitulet, vñ ipse ait, Nemo venit

ad me nisi ei datū fuerit a patre meo. Testimoniū ei. q. d. obsecro pro illis & iustū est  
& necesse: iustū est, quia emulacionē dei hñt: & necesse est, quia secūdū sciētia. & hoc  
est quod ait, Testimoniū ei, ego qui olim similis, Illis fui, perhibeo illis, de hoc, Quia  
emulacionē quidē dei hñt. i. zelū dei. & ideo iustū est orare pro eis, Sed nō secūdū sciē-  
tiā, diligēdi. Stultū est enī legē venerari, & deū legis persequi: stultū est etiā patrē cō-  
siteri, & filiū negare. Et est sensus, Pro dilectiōe dei putant se facere, sed verā dei dile-  
ctionē nō hñt, & ideo necesse est pro eis orare. De his autē hoc dicit, qui nō inuidia &  
maleuolētia vt Scribę & Pharisei, sed errore Christū tradiderūt: quib⁹ Petr⁹ ait, Scio  
fratres quia per ignoratiā hoc egistis. Illi ergo emulacionē dei habēt, sed voluntatē  
& cōsiliū ei⁹ nesciētēs, cōtra deū agebāt. quē se defendere testabatur. Quō autē nō secū-  
dū sciētia habeāt zelū, ostēdit subdēs, Ignorātes enī & c. q. d. Vere nō secūdū sciētia  
habēt zelū, quia, Ignorātes dei iustitiā, nō qua de⁹ iust⁹ est, sed quę homini est ex deo,  
id est quā dat homini, quę est per fidē Chrī, quę est a deo qui iustificat impiū. Et quere-  
ntes vel volētēs ut superbi statuere suā, quę est per carnales obseruātiās, quę dicit sua il-  
lorū, nō quia lex ab illis est cōstituta, sed i lege quę ex deo est suā iustitiā cōstituebāt,  
cū eadā legē suis virib⁹ implere posse credebāt vt merita præcederēt gratiā, nō grā præ-  
cederet iustitiā. Hoc in quā faciētēs, Nō sunt subiecti iustitię dei, quia iustificat creden-  
tes. i. nō credūt per fidē ipsos iustificari. Hęc est ei iustitia dei, quę nō in præcepto legis  
quo timor incutit, sed in adiutorio græ ipsi cōstituta est, vñ subdit. Finis enī. q. d. Vere  
ignorāt iustitiā dei, quia ignorāt Chrūm, qui Chrūs, Finis est legis. i. qui adimplet in  
se & in nobis quod lex prædixit, Qui etiā valet ad iustitiā oī credēt. i. qui est dator iu-  
stitię oī credēt. Ex Chrō ergo nō ex lege est iustitia, quia si per legē scriptā vel natū-  
ralē esse iustitia sine fide Chrī, ergo Chrūs gratis morerēt. Si autē nō gratis mortu⁹ est,  
ergo i illo solo iustificat ipi⁹, cui credēti i eū deputat fides ad iustitiā. Oīs ergo hūana  
natura & iustificari & redemi ab ira. i. a vīdita nullo mō pōt, nisi per fidē, & sacramē-  
tū sāguinis Chrī. Finis. n. Christ⁹, in quo lex iustitię nō cōsumit, sed implet. Oīs. n. per-  
fectio in ipso est, vltra quē nō est quo spes. se extēdat. Finis etiā fidelīū Christ⁹ est. Ad  
quā cū peruenit currētis intētiō, nō habet āplius quod possit inuenire, sed habet in  
quo debeat permanere. Finis ergo dicit nō quia cōsumit, sed quia perficit. Perficit er-  
go iustitiā per fidē sine operib⁹ legis, & sūt opera quę vidēt bona sine fide Chrī, & nō  
sūt tñ vera bona, quia nō referūt ad eū finē ex quo sūt bona. i. ad Chrūm qui est finis le-  
gis ad iustitiā nō vtiq; hūanā sed diuinā. Est. n. hu. iust. & est diuina. De hūana ait ibi,  
Moses. n. De diuina vero ait ibi, Quę autē & c. De humana vtiq; prius agens subdit.

Moses enim scripsit, quoniam iustitiam quæ ex lege est, qui fecerit homo vi-  
uet in ea. quæ autē ex fide est iustitia, sic dicit, Ne dixeris in corde tuo, Quis ascē-  
det in cælum: id est Christum deducere. aut Quis descendet in abyssum: hoc est  
Christum a mortuis reuocare.

Moses enī. q. d. Vere Christus tātū est iustitia ad salutē, quia iustitia legis tantū ad  
præsentē vitā valet, & hoc ostēdit Moses. Moses enī scripsit in Numeris & in Leui-  
tico, Quoniam homo qui fecerit, quasi sine gratia adiutate, iustitiā quę ex lege est, quæ  
est ex timore nō ex amore, viuet i ea. i. nō pūiet legali pœna, quia lex Moisi reos illos  
nō faciebat si seruare. i. viuēbā faciēdo legē. Et vocat hic iustitiā legis opera illa lega-  
lia. vñ & in Mose ita habet, Qui fecerit ea viuet in illis. Timebāt vtiq; ne si nō ea fe-  
cissent, paterent lapidationem, vel aliquid huiusmodi. Viuet ergo in ea. i. habebit hoc  
præmiū ne ista morte puniāt. Nō est ergo magna iustitia timere, nec habet meritū a-  
pud deū. Aliud est ergo nō iustificari apud deū, aliud nō oīno iustificari: qui oīno non  
iustificat, nec illa seruat quę tēporale hñt præmiū, nec illa quę eternū: qui vero i ope-  
rib⁹ legis iustificat tēporalē inde expectat mercedē, nec iustificat apud deū, sed tñ &  
ista quędā est, vt sic dicā, terrena carnalīq; iustitia. Deinde de iustitia fidei subdit, Quę  
autē. q. d. de illa iustitia legis ita dixit Moses: sed de iustitia quę est ex fide. i. de iustitia  
fidei, sic Moses dicit i Deuter. Ne dixeris & c. Vel ipsa iustitia quę est ex fide sic dicit  
in corde hoīs. f. quod obseruata ducit ad cælū, nō obseruata ducit ad abyssum. & hoc  
est quod ait, Ne dixeris. Hęc autē iustitia fidei est, ne dubitē de spe dei quę est i Chri-  
sto, ne diffidat hō Christū spoliāsse infernū, & cū aīab⁹ cælū ascēdisse, ex quib⁹ effici-  
tur iustus. De hac ergo dicit Moses, vel ipsa in corde hominis hoc dicit, O homo ne

dixeris in corde tuo. i. ne saltē cogites, Quis ascēdet in celū. i. nullus homo ascēdet in celū. ideo ne hoc cogites, quia qui hoc cogitat negat Christū ascēdisse: & hoc est quod subdit, quia id cogitare est deducere Christū. i. negare Chm ascēdisse. Et sunt hęc verba apostoli, hoc est Christū &c. de quibus aperit sensum p̄missorū verborū moſi. Aut ne cogites. Quis descēdet in abyſſum. i. in infernū. i. nullus descendet, quod est pro nō obseruata lege: ideo ne cogites, quia hoc cogitare est Christū reuocare. A mortuis. i. credere quod Christus nō descendit in infernū, quia si illi qui iustitiā nō obseruāt, nō descendēt, tunc Abrahā & antiqui patres multo minus descēderūt. Si autē illi nō descenderunt, tunc nec Christus qui nō nisi pro illis liberādis descēdit. Et sunt item hęc verba apostoli vbi ait, Hoc est Christū. vel ita, Ne dixeris. q. d. Cū audieris post resurrectionem p̄dicari Christū ascēdisse in celū, Ne dixeris. i. noli dicere in corde tuo, mendaciū est; Quis. n. ascē. in cæ. ideo ne hoc dicas, quia hoc dicere est Christum de cælo deducere, quantū ad te pertinet, quia hęc felicitas quantū in te est Christū de cælo, ad terrā deducit: & similiter cū audis p̄dicari quod Christus ad infernū descendit, noli dicere mendaciū est. Quis enim descen. in abyſ. ideo ne hoc dicas, quia hoc dicere, Est Christū reuocare ex mortuis, quantum in te est.

Sed quid dicit scriptura: Prope est verbū in ore tuo, & in corde tuo. Hoc est verbū fidei quod p̄dicam⁹, quia si cōfitearis in ore tuo dominū Iesum, & i corde tuo credideris, q. de⁹ illū suscitauit à mortuis, saluus eris. Corde enī creditur ad iustitiā, ore autē cōfessio fit ad salutē. Dicit enī scriptura, Oīs qui credit illū, nō cōfundetur. Nō enī est distinctio Iudæi & Græci. Nā idē dominus oīm diues in oēs qui inuocat illū. oīs enī quicūque inuocauerit nomē domini saluus erit.

Sed quid. q. d. ne hoc dixeris sed potius hoc crede de verbo quod scriptura dicit de eo in Deuteronomio. Quid inde dicit? Ecce, Verbū. i. Christus qui est verbū in principio apud patrē. Vel verbū. i. Christi p̄dicatio & doctrina, Prope est. i. vtile, quia iustificat & saluat. verba veteris legis lōge abſistebāt à iustificatione & salute. Vel, Prope est, quia nō est aliquid incōueniens vel dicere vel credere, quia nō longe à natura animorū & loquēdi ratione quod nobis dicitur vt credendū. & hoc verbū debet esse, In ore tuo, ad cōfiteandū, & in corde ad credendū. Deinde Apostolus scripturā Moſi exponit dicens, Hoc est verbū fidei quod p̄dicamus, quō & baptisma cōsecratur. De hoc verbo dñs ait, Iam vos mundi estis propter verbū quod locutus sum vobis, nō ait propter baptisma. Quare? nisi quia & i aqua verbū mūdatur. Detrahe verbū, & quid est aqua nisi aqua? Accedit verbū ad elemētū. Vnde est ista tāta virtus aque, vt corp⁹ tāgat & cor abluat, nisi faciēte verbo, nō quia dicit, sed quia credit? Nā & in ipso verbo aliud est son⁹ trāsiens, aliud est virtus imanēs. Quia si cō. q. d. & probe debet esse verbū, Quia si cōfiteris in ore tuo, nō opera legis, Sed dñm Iesum resurrexisse, cū aliquis ipugnat. Vel, Quod Christ⁹ est dñs Iesus. i. saluator & i corde tuo credideris, Quod illū excitauit vel suscitauit à mortuis saluus eris. Ecce laus fidei & merces fidei, laus si dei est si credideris, quia dñs est Iesus, & quia resurrexit, merces vero salus æterna. Corde enī. q. d. Vere credere dat salutē, quia dat iustitiā quæ est causā salutis. Corde enī credit ad iustitiā. i. per fidē cordis iustificat aliquis. i. de ipso fit pius. Ore autē, post cordis fidē, aliter. n. nō valet, Cōfessio fit, nō modo ad iustitiā, sed etiā ad salutē, quæ cōfessio super additur fidei: vt in martyrib⁹ qui inter tormēta iminētia fidē quā corde tenebāt, ore cōfessi sunt. Nō ergo icassū additū est, ore cōfessio fit ad salutē. Nā pene oēs qui Christū corā persecutorib⁹ negauerūt, quod de illo credebāt, corde tenuerūt: & tamen ore nō cōfiteendo perierūt, nisi illi qui pœnitētia reuixerūt, vt Petrus qui in illa negatione intus veritatē tenebat, & foris mendaciū proferebat. Cur. n. lachrymis diluit, quod ore negauerat, salutē faciebat, quod corde tenebat. Querēs ergo à deo pacē nō aliud habeat in professione oris, aliud in arcano cordis. Nihil. n. prodest hoc esse in corde quod verū est, sed hoc dicit voce quod falsum est, quia veritas & credenda & loquēda est. Et nota quod nō ait simpliciter credit, sed corde credit, quia cetera potest hō nolēs credere nō nisi volēs, intrare ecclesiā: & accedere ad altare potest nolēs, sed non credere: ideoq; congrue ait, Corde creditur. De hac autem radice cordis surgat cōfessio. Confiteri enim est dicere quid sit in corde. Si enī aliud est in corde aliud

Aimo.  
Ambrosius.

Augustinus

Augustinus

Augustinus.  
Augu. in lib.  
contra mēns  
daciū.

Augu. in lib.  
f. Prosp.  
Augustin.  
Super Ioan.  
Augustin.  
Augustinus.  
in psal. xxx.

A in ore loqui est nō cōfiteri. Quod ergo est in corde debet esse in ore, quia nō sine causa signū crucis sit in frōte. i. in sede pudoris, ne Christi opprobrio Christian⁹ erubescat. Peccatū fuit Petrū ore negare cū corde crederet. Discedat ergo mala verecūdia, accedat salubris cōfessio. nō erubescam⁹ de Christi nomine. Insultet nobis, quia credimus in Chm crucifixū, plane dico, quia in occisū, sed hoc in illo occisū est quod sūpsit de me, nō quo fecit me. Dicit. n. scriptura. q. d. Vere corde credit ad iustitiā. dicit scriptura per Esaiā, Oīs nō tātū Iudæus, sed etiā gētilis. Qui credit in illū nō cōfundet. i. nō erubescet i futuro, & si hic videat cōfundi. Et benedixi oīs, Nō. n. est distinctio Iudæi & Græci, sed in oī gēte qui timet deū hic accept⁹ est illi. Et vere nō est distinctio. Nā idē est dñs. i. creator, Oīm diues in oēs. i. sufficiens ditare oēs, Qui inuocat illū, fide & opere: alijs nō est ipse diues, quia participes nō sunt honorū ei⁹: qui autē inuocat recipiet æternā remunerationē. Deinde ab auctoritate Esaiæ probat quod dixerat, Oīs ei, Iudæus vel Græcus, Quicūq; nomē dñi. i. filiū patris, Inuocauerit, bene se ei subiciendo, Saluus erit, in æterna Beatitudine. Oratio ergo necessaria est. Orās. n. inuocat, sed hoc vere nō potest nisi pri⁹ credat. Qui ergo vere inuocat, nō modo credit, sed etiam orāt, vt postquā crediderit alicui⁹ animus nō desinat id postulare quod promissit deus toto corde vigilātibus, quia credere dat remissionē pctōrū. Inuocare autē ipetrat promissa dei. Vt autē ostēdat quod nō est vera inuocatio sine fide, subdit, Quō ergo vel autē. Probato quod de vtroq; populo assumū, ostēdit per quid. s. per promissionē vtriusq; factā, quā qui nō receperit iexcusabilis est. q. d. Inuocatio saluat, ergo oportet credere.

Quomodo ergo inuocabunt, in quem non crediderunt? Aut quomodo credēt ei, quem non audierunt? Quomodo autem audient, sine p̄dicante? Quomodo vero p̄dicabunt, nisi mittantur? Sicut scriptum est, Quām speciosi pedes euangelizantium pacem: euangelizantium bonā?

Quomodo inuocabit &c. vel ita cōtinua si est ibi autē. q. d. qui inuocat saluus erit. Hoc autē nō potest aliquis aduersus: quia, Quō inuocabūt in quē nō crediderūt: nō inuocabūt nisi credāt. Aut quō credēt ei quē nō audierūt. q. d. nō credēt nisi audiāt, nec olim aliquis credidit qui nō aliquo modo audiuit, vel interius, vel exterius. Vel, Quō cre. ei quē nō au. i. cui nō obediēt. A pertū est, quia nō credit illi cui obediētia negatur. Quō autē audiet sine p̄dicatē? id est nisi p̄dicet eis. q. d. nō audiet nisi p̄dicetur. Vel, Quō autē sine p̄dic. i. si p̄dicatū resistat? Nec hoc obscurū est, quia qui p̄dicatū resistit, auctorē ei⁹ nō recipit. Quō vero p̄dicabūt nisi mittant, neq; istud recipit questionē. quia nō sūt veri apostoli nisi missi, nec p̄dicabūt nisi mittantur. Nulla ei signa virtutū his perhibēt testimoniū. Ecce patet q. & ad gētes missi sunt p̄dicatores. Et sic refellit eos Aplūs qui putabāt Iudæis tantū p̄dicatū esse euāgelii. Hęc autē ad ipsā grām cōmēdādā valēt: vt per hoc totū bonū nostrū à grā provenire ostēdat. Dicit. n. quod credere ex auditu est, audire ex p̄dicatione, p̄dicare ex missione dei, vt ita totū descēdat ex fonte gratiæ. P̄dicatio autē vere est ex missione. quia etiā pseudo bene nūciātes misit de⁹, qui in bono malis nouit vti. Aliquando etiā & malos malis mittit i ira. i. p̄dicare permittit malos malis, ad eorū dē poenā, vt vicissim per se pereāt, sicut iustū est meritis eorū exigētib⁹. Sicut scriptū est. q. d. nō p̄dicabūt nisi mittantur, sed missi sunt sicut scriptū est in Esaiā, vel in Naū propheta, Quā speciosi sunt pedes. i. aduētus aplōrū qui illumināt mūdū, i quo apparet illos à deo missos. Alioquin hoc nō poterāt facere. Euāgelizatiū. i. annūciatiū, Pacē. i. recōciliationē iter populū & populū diruta macerie legalis ritus in Iudæis, & idololatrię in gētib⁹, & inter dōū ideo ipios per fidē iustificat, & hoīes i eū credētes. Euāgelizatiū, etiā bona futura. i. pacē super pacē, quia regnū dei pax est. q. d. valde speciosū sūt, quia illumināt mūdū & quia euāgelizat. i. bene nūciāt. Bene. n. nūciāt, qui quod ore p̄dicāt, opere cōplēt.

Sed non omnes obediunt euangelio. Esaias enim dicit, Domine, quis credidit auditui nostro? Ergo fides ex auditu: auditus autem per verbum Christi,

Sed nō. q. d. oēs audierūt per Aplōs: Sed nō oēs obediēt euāgelio. Cū. n. ex gratia sit auditus, necessaria est. n. alia gratia quę cor moueat. Quod vero oēs nō obediēt, proph. etico firmat testimonio, aliquos nō oēs obedire his verbis. Esaias. n. dicit, Dñe quis credidit auditui nostro. i. his qui à nobis audierūt: vel quę nos audiuim⁹ à te. q. d.

Augustin⁹ de  
ver. apostoli.

Ambrosius.

Ambrosius.

Ambrosius.

Augustinus

Ambro.

Ambro.

Aimo.

Ambro.

Ambro.

Ambro.

Augustinus.

Augu. super.  
Ioan.



aliquis credidit nō oīs. Quidā inter se miffat & vbi poffunt proclamāt, & turbulenta difceptatiōe cōtendūt, dicētes, Quid fecerūt Iudæi, vel quæ culpa eorū fuit fi necef fe erat, vt fermo ipleret Efaie, quē dixit, Quā queftionē vrgēt, & profūdiorē faciūt, per ea quę legūt in euāgelio Ioan. Ait. n. Propterea nō poterāt credere quod dixit Efaias, Excecauit oculos eorū & idurauit cor eorū. Quib⁹ rēpōdem⁹ quod de⁹ p̄fcus futurorū per prophetā p̄dixit ifidelitatē Iudeorū, fed nō fecit: neq; p̄fciffet mala eorū niſi ea haberēt. Nō. n. ideo quēquā de⁹ cogit ad peccādū quia futura hoīm p̄ctā p̄nōuit, illorū. n. p̄fcieuit p̄ctā nō ſua. Ideoq; ſi ea quę ille p̄fcieuit, ipforū nō ſunt ipforū nō vera ille p̄fcieuit: fed quia illi⁹ p̄fcieſtia falli nō pōt, ſine dubio nō a lius fed ipſi peccāt, quos de⁹ peccaturos eſſe p̄fcieuit: & ideo ſi nō malū, fed bonū fa cere voluiſſet: nō malū facturi p̄uiderētur ab eo qui nouit quid ſit quiſq; factur⁹, & quid pro ei⁹ opere ſit eis redditur⁹, Sed ex verbis euāgelij p̄dixit magis nos vrgēt quā ex illis Efaie. Dicūt. n. nobis, ſi nō poterāt credere, quod peccatū eſt hoīs nō faciē tis quod nō pōt facere. Si autē nō credēdo peccauerūt, potuerūt ergo credere & nō fece rūt. Si autē potuerūt, quō dicit euāgelij, nō poterāt credere: quia dixit Efaias, Exceca uit oculos eorū, & idurauit cor eorū. Etiā tātū procedūt, quod graui⁹ eſt, vt ad deū re ferāt cauſā, qui vel quare nō crediderūt, quoniā ipſe excecauit eos, & idurauit. Audi ſtis propoſitā queſtionē & quā profūda ſit cernitis: fed rēpōdem⁹ vt poſſum⁹. Si à me quērāt quare credere nō poterāt, rēpōdeo, quia nolēbāt. Malā quippe eorū volūtātē p̄uiderit de⁹, & per prophetā p̄nūciauit. Sed aliā cauſā, iquies, dixit propheta, nō vo lūtātē hoc meruiſſe. Sicut. n. excecauit oculos eorū & idurauit cor eorū. Sed hic rēdeo, eorū vo lūtātē hoc meruiſſe. Sicut. n. excecauit oculos eorū, ſic obdurat, quod eſt deſerendo nō faciēdo, & hoc meruit volūtātē. Hoc. n. meritū cecitatis & duritię ſuperbiētis audacia & volun tatis, iſluxit. Si ergo dicit, Nō pōt Iudæi credere, quia Efaias p̄dixit: Rēpōdeo, im mo nō pōt, quia nolūt, quod de⁹ p̄fcieuit & p̄dixit, nō fecit. Nō igr mirū eſt quod nō poterāt credere, quorū volūtātē ſic ſuperba erat, vt tātū ſuis virib⁹ attribuerent, vt negarēt neceſſariū ſibi eſſe diuinū auxiliū ad bene viuēdū. Quotquot. n. tā ſuperbe fa piūt nō pōt credere i Chrī: nō quia mutari hoīs in meli⁹ nō pōt, fed quādiū talia fa piūt nō pōt credere. Sicut ergo quod deus ſeipſū negare nō pōt, laus eſt volūtātis diu i ne: ita quod illi nō poterāt credere culpa eſt voluntatis hūanę. Siquis iſtā queſtionem melius nouit expōere, abſit, vt nō ſim paratior diſcere quā docere. Ergo. q. d. quia ali quis credit auditui, & ſi nō oēs. Ergo fides, aliqñ & ſi nō vbi eſt, Ex auditu, eſt enī de⁹ intus doceat tamē p̄eco exterius nūciat. Auditus autē eſt nō per noſtra merita, fed Per verbū Chrīſti. i. per gratiam Chrīſti doctores verbi euangelici nobis mittentis. Niſi enim dicatur aliquid nec audiri poteſt nec credi.

Sed dico, Nūquid nō audierūt: Et quidē in omnem terrā exiuit ſonus eorū, & in fines orbis terrę verba eorū. Sed dico. Nūquid Iſrael nō cognouit: Primus Moſes dicit, Ego ad æmulationē vos adducā in nō gentē, in gentem inſipiētē, in irā vos mittā. Eſaias autē audet & dicit. inuentus ſum à nō quærētibus me, pa lam apparui his qui me nō interrogabant. Ad Iſrael autem dicit, Tota die expā di manus meas ad populum non credentem, fed contradicentem mihi.

Sed dico. q. d. ex auditu crediderūt, fed qui ſe volūt excuſare quod nō crediderūt. q. d. nō audierūt dico, Nūquid nō audierūt: Audierūt vtiq; ſicut in pſal. oſtēdit Dauid di cēs, Sonus. i. fama. Aplōrū vel eorū exiuit, quidē, Et. i. etiā, In oēm terrā. i. nō modo proximi, fed etiā vltimi audierūt. vel, Equidē, alia litera. i. certe. In oēm ter. ex. ſo. eo. & ita iexcufabiles ſunt. Et in fines or. ter. i. ex oī parte audita ſunt. Tempore autē apo ſtoli nec hoc ipletū eſt, ſe ſpū ſctō reuelāte videt iplendū in poſteris. Quāuis ergo lo cut⁹ ſit p̄teriti tēporis verbis, tñ quod fuerat futurū p̄dixit. nō quod iā factū atq; cō pletū eſſet, ſicut & ipſe propheta quo vſus eſt teſte, nō ait exitur⁹ eſt. Sed exijt ſo. cor. quod vtiq; nōdū erat factū. Dicēdo ergo, Eorū, nō ſolū de aplīs, fed de eorū p̄teritis irelligi voluit, ſicut & illud nō ſolū aplīs dicit. Teſtes mihi eritis vſq; ad vltimū ter rē. Et illud, Vobiscū ſū vſq; ad cōſūmationē ſeculi. Et illud, Cū videritis hęc oīa, ſci tote quia prope eſt in ianuis. Sed dico, Probauit oēs audire, & ita Iudeos audire con ſtat, Sed quia poſſēt & audire & nō cognouiſſe, affirmat etiā eos cognouiſſe. q. d. oēs

Auguſtinus.  
Super Ioan.

Auguſtinus.  
in cod.

Auguſtinus

Queſtio.

Reſponſio.

Auguſtinus.  
in eo.

Auguſtinus.  
Attende.

Auguſtinus.  
Auguſtinus.

Auguſtinus.

Aimo.  
Auguſtinus.  
ad Iſchaum.

Idem in cod.

quidē audierūt, fed de Iudæis ſpecialiter, Dico, Nūquid Iſrael nō cognouit: cogno uit vtiq;. Quia Moſes qui primus. i. maxim⁹ fuit inter alios dicit, Eos cognouiſſe. vel, Primus. i. antequā alij dicerēt dicit eos cognouiſſe quod & alij poſt eū dixerūt. Iſrael autē dicit cognouiſſe doctrinā euāgelij & Chrīſti aduētū, quia cōtradidere nō potuit ra tione, vel auctoritate: fed nō vere cognouit, vt menti eorū bene cederet. Deinde verba Moſi ex perſona dei patris loquētis in Deuteronomio ponit dicēs, Ego adducā vos. i. permittā vos adduci ad æmulationē habitā in nō gentē. i. cōtra gentiles. i. ad inuidiā de cōuerſione gentiliū, qui prius dicebātur nō gens, quia ſine lege erāt. Vel modo ſūt nō gens, quia nō gentiliter viuunt. Inuidia. n. Iudæis eſt dū eorū deū ſuū dicūt, & pro miſſiones & legē eorū & prophetas ad ſe pertinere. In gentē. i. contra gentē, Inſipien tē. i. contra gentiles, qui deū verū non nouerāt. Mittā vos in irā. i. permittā vos irāſci & perſequi, & cū hoc factū videāt, attēdant quod venerit. Et non tātū Moſes hoc di dit, fed & Eſaias, & ſi p̄uideret ſibi p̄enā imminere, tamē audet, & dicit ex perſona Chrīſti. Inuētas autē ſum ante quærētibus me. ſ. gētilibus. i. ſponte obtuli me illis qui ſe non quærēbant me, & inde eſt inuidia Iudeorū. Et palā. i. in manifeſto apparui his, Qui de me non interrogabāt, ab alijs. Ad Iſrael autē & c. q. d. ita hoc pertinet ad gētes dicit Eſaias, ad Iſrael autē pertinet, hoc aliud dicit ex perſona Chrīſti. Tota die expā di manus meas. hoc non dicit de manibus extēſis in cruce, vbi tota die non fuit: fed de operib⁹ quę illi populo exhibuit. Et eſt, Tota die. i. toto tēpore quo cū eis cōmoratus ſum, & mūdū illuminaui. Manus meas. i. opera, & affect⁹, expādi ad populū Iudeū. i. ampliora oſtēdi Iudæis, quia nullū bñficiū eis negauit. Nā mortuos illū ſuſcitauit, di uerſas iſfirmitates curauit. Ille dicit manus expādere, qui poſcētib⁹ bñficia largiter tri buit. Vel de manibus extēſis in cruce poteſt accipi, vt poſitū ſit totū pro parte: Tota er go die. i. dici parte totius. Expādi in cru. ma. m. ad populū non credentem, fed contradi centē quod peius eſt, Mihi.

## CAPVT XI.

**D**ico ergo. Nunquid deus repulit populum ſuum: Abſit. Nam & ego Iſraelita ſum ex femine Abraham de tribu Benjamin. Non repulit dominus plebem ſuam quam p̄fcieuit. An neſcitis in Elia quid dicit ſcriptura, quemadmodum interpellat deum aduerſum Iſrael: Do mine prophetas tuos occiderunt, altaria tua ſuffoderunt, & ego relictus ſum ſo lus, & quærunt animam meam. Sed quid dicit illi diuinum reſponſum: Reliqui mihi ſeptem milia viroꝝ, qui non curauerunt genua ante Baal.

Dico ergo, quia tot auctoribus conſutauit Iudeos, inſultare poſſent gētes dicētes ex toto repulſos eſſe, cōtra quos incipit ſic, Dico ergo & c. Quia. n. populū Iſrael iſcredu lū oſtēdit, ne oēm Iſrael diffidēre dixiſſe putareſ, oſtēdit deū nō repulſiſſe hēreditatē ſuā. q. d. quia dixi Iſrael eſſe populū nō credētē, Ergo dico. i. dicere videor quod de⁹, Ex toto repulit populū ſuū, vel hēreditatē ſuā. i. Iudeos quib⁹ bona fecit. Sed nūquid hoc dico. vel, Nūquid repulit de⁹: Abſit. Si. n. dico Iudeos eſſe infideles, nō tñ oēs, & ſi de⁹ repulit eos ex parte, nō tñ ex toto, quia me & alios p̄deſtinatos nō repulit. Nā & ego Iſraelita ſum. i. Iudeus nō proſelitus. Quod femine Abrahę & ex tribu Bēia min. q. d. ab Abrahā deſcēdit per lineā Bēiamin, hoc ideo dicit ne putareſ eſſe de Iſ mael. Nō repulit. q. d. ſicut me nō repulit, ſimiliter nō repulit de⁹, Plebē ſuā, quā p̄fcieuit ſaluādā. p̄fcieuit. n. poſuit pro p̄deſtinauit. Sic enī debere hoc accipi ex ſequē tibus patet. Ideo autē dixit, Quem p̄fcieuit, ne iterum ſuperbiāt Iudæi ex eo quod di xit eos nō repulſos & plebem dei. An neſcitis, quaſi dicat, ita reliquias in hoc tempo re non repulit, dñs, fed ſaluauit ſicut tempore Elię multos ſibi reſeruaui, cū ſolus ſibi Elię videretur, qui ſi ignorauit nō mirū ſi iſti ignorant. Tempore nanque Elię quā do Achab rex Samarię dedit filiam ſuam Ioram Regi Iuda, tunc omnes Iudæi vide bātur Idololatrę, ita vt Elię putaret ſe derelictum ſolū in cultu dei. Quādo Achab rex Samarię & Iezabel vxor eius p̄udoprophetis credētes, prophetas dei perſeque bātur, qui in ſpeluncis ſe occultabant, & ipſi item Achab & Iezabel populū ad idolola triam hortabantur, fed oſtēdit deus Elię quod non remanſerat ſolus, & hoc eſt quod ait, An neſcitis quid dicit ſcriptura, id eſt liber Regum, i. Elia, id eſt vbi de Elia



loquitur. f. Quēadmodū interpellat. i. inter se & illos deū iudicē vocat. Aduersum Iſrael, dicēs, Dñe prophetas tuos occiderūt, hoc sub Iezabel factū est, Et altaria tua suffoderūt. i. à fundamēto subuerterūt, Et ego relictus sum solus, in cultu diuino, & quærūt animā meā. i. vitā tollere. Sed quid? q. d. putauit se solū, Sed quid dicit scriptura illi dixisse, Responsum diuinū? Ecce reliqui. i. per gratiā reseruauī, Mihi septē milia virorū. i. oēs bonos, per septenariū enim vniuersitas, per millenariū perfectio designat. Qui non curuauerūt genua sua ante Baal. qui erat deus Achab & Iezabel.

Sic ergo & in hoc tēpore, reliquie secundū electionē gratiē dei saluē factę sunt. Si autē grā, iā nō ex operib⁹. Alioquin gratia iā nō est gratia. Quid ergo? Quod quærebat Iſrael, hoc nō est cōsecutus, electio autē cōsecuta est, ceteri vero excacati sunt: sicut scriptū est, Dedit illis deus spiritū cōpunctionis, oculos vt non videāt, & aures vt nō audiāt vsque in hodiernū diē. Et Dauid dicit, Fiat mēsa eorum corā ipsis in laqueum, & in captionē & in scandalū & in retributionem illis. Obscurentur oculi eorum ne videant, & deorsum eorum semper incurua.

Sic ergo & in hoc tēpore vsq; q. d. Qui tūc erāt multi boni. & si nesciret Elias. Sic ergo. i. ita latenter. vel, Sic. i. per eandē gratiā, & in hoc tēpore gratiē vbi facilius est. Reliquiē saluē sicut, vel factę sunt, & hoc nō secundū merita, sed, Secundū electionē gratiē. i. per gratiā qua electi sunt. Vnde dñs ait, nō vos me elegistis, sed ego elegi vos. Neq; enī ante credideramus in eū, vt eligeret nos. Nā si credētes iā elegit, electos elegit. Si autē. q. d. Dixit per gratiā saluari. Si autē gratia. i. per gratiā salui sunt, iam nō ex operibus legis, alioquin. i. si per opera legis salui sunt, Gratia iā nō est gratia, sed debitū. cōstat autē gratiā esse gratiā. Quid ergo? Auditio q; reliquie factę sunt gratia nō ex operib⁹. Quid ergo dicēdū ē? hoc. f. quod, Iſrael nō est cōsecutus hoc quod quærebat. i. ex operib⁹ iustitię legis. Electio autē cōsecuta est. i. per gratiā electi iustitiā per fidē receperūt. Ceteri vero, nō solū nō cōsecuti sunt iustitiā, Sed etiā excacati sūt vel fuerunt per iudiciū. Electio igitur gratiē est nō meritorū. Excacatoriū vero meritorū ē. Excacati enī sunt quia credere noluerūt, sicut & illi quia voluerunt crediderūt. Mīa igitur & iudicium in ipsis voluntatibus facta sunt deo illis per mīum grām apponente, istos vero per iudiciū deserente. Quicunq; enī cū intellexisset noluit credere, id debet cōsequi quod vult. f. ne de cetero possit credere. In volūtate ergo sua adiuti sunt nō imissa malitia, sed deserēte gratia, vt quia sciētes verū dicerēt esse falsum, de cetero nō intelligerēt quod verū est, & hoc meruit inuidia malę voluntatis. Non ita autē est de illis qui errore hoc agūt. Deinde auctoritate Esaię probat Iudęos ex parte suif se excacatos dicēs, Sicut scriptū est in Esaiā, licet & alijs verbis, Dedit. n. illis de⁹ spiritū cōpunctionis. i. malū. i. permisit eos habere malā cōpunctionē. Malā enī cōpunctionē hic significat, qua sepe fit vt etiā bonū sit homini molestū, sicut pharisęis displicebat doctrina Christi. Spūm ergo cōpunctionis appellat mentē inuidētē qua inuiderūt doctrina Christi & saluti gentiū. Dedit etiā, Oculos. i. rationē quę per se videre potest, sed ipsi ita habēt, vt nō videāt, per se. Et aures. i. rationē quę alio docēte intelligit, sed ipsi ita habēt, vt nō audiāt. Et est sensus rationē eis dedit, qua tñ nec per se intelligūt quę per se possent intelligere si vellēt, nec alio docēte intelligūt, quę per aliū possēt scire. Hęc autē eorū cęcitas durat. vsq; in hodiernū diē. i. quādiu poterit diē hodiernus dies. i. vsq; in presentē diē oīm ad quos hoc peruenit. Deinde auctoritate prophete idē cōfirmat subdēs, Et Dauid dicit, Mēsa eorū. i. malitia quā mihi obtulerūt, quę dicit fuisse, Corā ipsis, quia iniquitatē nouerūt, & tñ i ea perstiterūt, Fiat ipsis i laqueū. q. d. sicut seipfos acetū mihi obtulerūt, Sic fiat illis, ipsa iniquitas laque⁹, vt eos impediāt: Et in captionē, vt eos teneat, Et in scandalū & in retributionē. i. sit causa scandali, & pœnę æternę. Vel mēsa vocat scripturā sanctā, vbi fidelium aię spūa li cibo reficiūtur & suginātur. Iudęi vero de litera legis presumētes & spūalē intelligētā cōtēnētes ad mēsam sedēt esuriētes. Hęc ergo mensa. i. scriptura sacra, Eorū. i. eis añ alios oblata, Corā ipsis, posita dicit, quia in ei⁹ carnalib⁹ obseruatijs delectantur. Vel corā eis ideo posita dicitur, quia si rationi vellēt intēdere possent intelligere. Hęc inquā mēsa, Fiat illis in laqueū. Scriptura enī quę intelligētibus est panis refectionis illaqueat dū male intelligit, & propterea prædicatio Christi respuitur. Et, fiat eis, In

Ambrosius.

Ambro.

Augustinus  
Super Ioan.Augustinus de  
predel. sanct.  
Ambro.  
Ambrosius.  
in eodem.

Aimo.

Aimo.

A captionē & in scan. & retri. & ita facta est Iudęis. Fuit enī eis scriptura legis causa captiuitatis, dū zelo ei⁹ Christū occiderūt, & illa captiuitate fuit ei causa scandali, & opprobrij, & post erit causa eterne dānationis, quę specialiter retributio dicit. Obscurentur oculi eorū. i. ratio quę videt, Ne videāt se peccare. q. d. quia sine causa nō viderūt. Fiat eis nō videre, Et dorsum. i. liberū arbitriū quod debet erigi sursum. Sēper incurua. i. pctis aggrauata. Nota q; hęc verba nō optatis voto, sed prædicētis officio dicūt.

Dico ergo, Nunquid sic offenderunt vt caderent? Absit. Sed illorū delicto salus gentibus, vt illos æmulentur. Quod si delictum eorum diuitiæ sunt mundi, diuinitio eorum diuitiæ gentium, quanto magis plenitudo eorum?

Dico ergo. q. d. auctoritate prophetarum dico Iudęos esse excacatos: hoc ergo dicēdo dico. i. dicere videor & reputor quod sic offenderūt, Vt non tantū, Caderent sine reparatione & vtilitate. Sed nunquid putatis quod irrecuperabiliter, sine vtilitate ceciderint, quia dico excacatos auctoritate prophetarū? Immo & casus eorū prodest & possunt restitui, ne quis adeo despiciat eos. Nunquid enī sic offenderunt, vt inutiliter vel irrecuperabiliter caderent? Absit, vt inutilis sit casus eorū, sed potius vtilis: quia illorum delicto, quo cæci deum occiderunt, vel verbū repulerunt: Salus, facta est, Gentibus, ad quas relictis Iudęis apostoli conuersi sunt, ex quorū voce in Actibus apostolorū dicitur ad Iudęos, quia repulistis verbum dei, ecce cōuertimur ad gentes, & ita ex eorū delicto quo repulerūt verbū fuit salus gentibus. Fuit etiā ex delicto quo ipsum occiderunt salus gentibus, dum Iudęi pro peccato mortis Christi vastati infelicis à Romanis, & diuisi per mundū, funditusq; à suo regno eradicati in testimoniū sunt, nō fides de Christo esse prophetias quas apostoli gentibus de Christo exposuerūt. Vt illos. q. d. salus facta est gentibus, ita vt Iudęi zelo legis & patrum, æmulerentur illos. i. gentiles. i. inuideā eis, eosq; odio habeant. Vel in bono potest accipi sic. q. d. salus facta est gentib⁹, ita vt Iudęi, æmulerent. i. imitētur illos. i. gentiles. Hoc sepe factū est, & pleni⁹ fiet in fine seculi, quādo Iudęi Christianos sequētur in fide Christi. Tūc enim manus Mosi reuocabit in sinū, tunc Moses noster reuertē ad matrē & ad fratres. Potest etiā sic intelligi. q. d. Salus erit gentibus, ita vt gentes, æmulerent. ill. i. imitētur illos. i. Iudęos, vt credāt sicut & ipsi credebāt. Vel, Vt gētes æmu. i. dei æmulatione circa opera Iudęorum mala moueātur. Quod si delictū. Dixi delictū Iudęorū prodesse, quod si est, magis eorū conuersio proderit. & hoc est quod ait. q. d. delicto eorū salus est gentibus. Quod. i. sed, Si delictum eorum quo Christū occiderūt vel verbū repulerunt, Diuitiæ sunt mundi. i. si eorū delicto ditatus est mundus: Et si diuinitio. i. abiectio eorū Diuitiæ sunt gentium. i. si pauci de eis conuersi, vt Apostoli ditauerunt gentes: Quāto magis plenitudo eorū, quę in fine mundi cōuertetur, erit diuitiæ gentiū. i. si malū eorum cōuerfa ditabit gentes doctrina & exemplo. In quo ostendit nec inutilem nec irrecuperabile casū Iudęorū, & quasi aliquis quæreret. an poterunt cōverti? Ait, poterūt vtiq;.

Vobis enim dico gentibus: quādiu quidē ego sum gentiū apostolus ministeriū meū honorificabo, si quo modo ad æmulādū prouocē carnē meā, & saluos faciā aliquos ex illis. Si enī amissio eorū, recōciliatio est mundi: quę assumptio nisi vita ex mortuis: Quod si delibatio sc̄a est, & massa: & si radix sc̄a, & rami. Quod si aliqui ex ramis fracti sunt, tu autē cū oleaster esses insertus es in illis, & socius radicis & pinguedinis oliuę fact⁹ es, noli gloriari aduersus ramos: q; si gloriaris, nō tu radicē portas, sed radix te. Dicit ergo, Fracti sunt rami, vt ego inserar. Bene. Propter incredulitatē fracti sunt. Tu autē fide stas: Noli altū sapere, sed time. Si enī deus naturalibus ramis nō pepercit: ne forte nec tibi parcat. Vide ergo bonitatē & seueritatem dei. In eos quidem qui ceciderūt, seueritatem: in te autē, bonitatē dei, si permanseris in bonitate: alioquin & tu excideris. Sed & illi si nō permāserint, in incredulitate, inserētur: potēs est enī deus iterū inferere illos. Nam si & tu ex naturali excisus es oleastro, & cōtra naturā insertus es in bonam oliuam, quanto magis hi qui secundum naturam inferentur suę oliuę?

Vobis enī dico gentibus. i. gentilibus qui mihi proprij estis, hoc. f. Quod quādiu ego

Aimo.

Aimo.

Augustinus  
Augustinus.Augustinus.  
Augusti.  
de m. dei.Augustinus.  
Ambrosius.  
Aimo.

sum apostolus quidē gentiū, quod semper est & nō Iudæorum, quia ad gentes missus sum, Honorificabo ministeriū meū, et si apostolus gentium sum, tamē honorifico ministeriū meū ultra hoc quod debeo superaddendo, vt etiā de Iudæis laborem, tentās, Si quomodo. s. vel cum prosperitate, vel cum adueritate, Prouocem, id est prouocare valeā, Carnē meā, id est Iudæos de quibus natus sum, Ad æmulandū. i. imitandum me. & cum pluribus modis experiar conuertere Iudæos vt si hac non succedit via, agrediar aliam viam, quod nō facerē si de salute eorū desperarē, prouocē dico ad æmulandum, vt, Sic saluos faciam, gratia dei adiuuāte, saltē, Aliquos ex illis. Si enī. q. d. & ideo de illis laboro, quia utilis erit assumptio eorū ad informationē gentiū, Et vere Si. n. amissio eorū. i. infidelitas reconciliatio est mundi, Quæ, erit, Assumptio, reliquorum, nisi, Vita, gentiū, Ex mortuis. i. ex eo quod mortuæ sunt. Quod autē Iudæi possūt assumi ad reprimendā superbiā quorundā gentiliū forte dicentiū totū genus esse damnatū, probat per naturæ similitudinē subdens, Quod si delibatio. q. d. Dixi quod assumptio eorū erit multū utilis, quam ne dicatis o Gentiles nō posse fieri, quasi totū genus sit repudiatum. Quod. i. quia, Si delibatio facta est. i. si pauci de illis assumpti ad fidem, vbi apostoli & alij discipuli sunt facti sancti, Tunc & massa est sancta. i. gens potest sanctificari. Est autē delibatio parua ex aliqua re assumptio ad experimētū totius massæ vt ex cibo vel potu. Cum enī delibatio vnus substantiæ sit cū massa, nō potest esse delibatio sancta & massa immūda. Delibatio enī de massa est. Et si radix est sancta. i. si patriarchæ a quibus cōtrahūt humorē fidei sancti fuerūt: Tunc rami. i. illi qui de genere eorū excreuerunt, in eorū fide fundati, sancti sunt. Sicut enī radix bona bonū succum diffundit in ramos vbi sunt fructus boni saporis: ita apostoli & alij qui originē duxerūt à sanctis patribus & eorū fidē imitati sunt, boni & sancti fuerūt. Quod si aliqui. Probat adhuc Iudæos posse assumi vt reprimat gentes. q. d. rami possunt sanctificari, Quod. i. sed, Si aliqui ex ramis naturalibus fracti sunt. i. a promissione excisi. s. ipsi blasphemi & impij de populo Iudæorū, Tu autē, o Gentilis esses oleaster. i. sterilis naturaliter & amarus, Infertus es. i. aliena operatione coniunctus, In illis. i. in loco sanctorum. Et factus es socius. i. particeps, Radicis. s. patriarcharum & prophetarum, Et pinguedinis. i. apostolorum, qui præ omnibus habent spiritum, radicis dico, Et pinguedinis oliuæ. i. populi Iudaici fructiferi ante aduentum Christi. si inquam, hoc est, Noli gloriari aduersus ramos fractos. i. noli insultare malis alterius. Et si enim putata est oliua nō tamen amputata. Illi enim superbi & blasphemi per fragmētum iam ibi non sunt. Oleaster non ibi erat. ibi est. Illi per superbiam frangi meruerūt, iste per humilitatem inferi meruit. Illi amiserunt radicem, & iste tenuit eam, & factus est socius radicis, & pinguedinis oliuæ in spe promissionis, quia non credentibus multis Iudæorum, & gentes insitæ sunt per fidem in spe promissionis, vt dolor esset Iudæis. Hoc autem dicitur contra morem & legem infertionis. Bona etenim arbor in non bonam inferi solet. Hic autem nō bona in bonam. Dicit enim oleastrum infertum, vt surculus fructum radicis afferat. Noli ergo gaudere in incredulitate illorum. Vt enim ait Salomon, Displicet deo qui insultat malis alterius. nec enim causa gentium abiecti sunt, sed quia non crediderunt, precandigentibus occasione dederunt. Vel, Noli gloriari ad ramos stantes, Quod si gloriaris aduersus illos, dicitur tibi o gentilis quod nō tu radicē portas, sed radix te, id est gens illa nil à te habet, sed ab ea fidem habes. Dicis ergo o gentilis fracti sunt rami, vt ego inferar. quasi dicat, si nō contra stantes, vel contra eos licet gloriari dicit gentilis, qui causa infertionis meæ repulsi sunt, quod remouet Apostolus, ita dicens, Bene dicis, id est verum est quod dicis. s. quo fracti sunt, sed quod ad dis vt ego inferar, illud non est causa efficiens: sed fracti sunt, Propter incredulitatem suam, id est suo vitio. Vnde tibi, Opportunitas salutis, fuit non propter te, Non enim Iudæi sunt reprobati à deo vt gentes intrarent, sed ipsi seipos reprobos fecerunt spernentes dei donum. Vnde & occasione dederunt gentibus ad salutem, quam extollētiam reprimi vult, vt magis saluti cengaudeatur, non infirmati insultetur. Facile enī decipitur qui gaudet alienis malis. Tu autem fide stas. q. d. Vide gratiam noui testam. q. stas dei beneficium est, non tuum meritum: & ideo, Noli altum sapere. i. superbe sapere, ne & tu frangaris per superbiam vt ille per incredulitatem. Sed time, caste time. s. offendere, non scilicet incidas in supplicium, sed ne amittas tantæ gratiæ beneficium.

Augustinus de ciuitate dei.

Aimo.

Augustinus super Ioan.

Augustinus i psal. cxxxiii. Ambrosius.

Ambrosius.

Augustinus de quaest. nat. t.

A timor enim castus est, cum cauet aīa, ne deus illā desertus deserat. Et timere debes: Si enim nō pepercit deus naturalibus ramis. i. Iudæis qui quodamō naturales rami sunt, prærogatiua patrum quibus facta est promissio: vide. s. Ne, hoc, Forte, cōtingat, quod vtique contingere potest: vt, Nec tibi, alieno, Parcat. Si. n. deus Iudæis non pepercit, qui a sanctis patribus originem ducebant, & ex quorum gente ipse carnem assumpsit, multo magis nec vobis parcat, si a fide recesseritis, vel in superbiam intumueritis. De inde duobus præmissis, duo alia reddens subdit, Vide ergo. q. d. quia fide stas. Vide ergo bonitatem, & quia illi per incredulitatem fracti sunt, Vide seueritatem. i. districam iustitiam, Dei. bonitatem & seueritatē dei memorat, quia bonitate suadet, & seueritate terret. Vtrunq; ergo o gentilis aduerte, & per vtrūq; disce humiliari. In eos quidem, Qui ceciderunt: vide seueritatem: in te autem, vide bonitatem dei, qua tibi beneficium confert. dico in te esse bonitatem dei, tamen hac conditione: si, Permanferis in bonitate, vt, scilicet totum deo tribuas. Alioquin. i. nisi tu permanferis, Et tu, sicut & illi, Excideris, a sancta radice, & senties dei seueritatem. Sed & illi. q. d. non solum tu excideris si non permanferis in bono: sed, Et illi. i. Iudæi, si nō permanferint, In incredulitate inferentur, & ideo non sunt despiciendi. Dico si non permanferint, quod vtique potest fieri. Potens est. n. deus inferere illud iterum. Nam si. q. d. potens est inferere, & vere. Nam inferentur, & hoc a minori probat loquens ad gentilem, quasi vere inferentur. Nam tu, o gentilis, Excisus es ex oleastro. i. ritibus gentiliū steriliū, Naturali, tibi quia inde etiam natus es. Idololatria. n. & huiusmodi gentibus ex vsu sunt quasi naturalia, Et infertus es in bonam oliuam. i. vnitus es per fidem patriarchis, & apostolis qui pinguedinē sancti spūs habuerūt. Oliua. n. hic intelligitur fides patriarcharum. Infertus es, dico, & hic contra naturam, quia naturale est vt surculum bonæ arboris inferamus in truncum malæ, non surculum malæ, in truncum bonæ: & hoc insititio dicitur. Dicitur autem humano more contra naturam esse, quod est contra naturæ vsu, mortalibus notum: sicut est illud, vt surculus fructum radici ferat. Id. n. contra naturam, dicit Apostolus quod est contra consuetudinem nature, quam notitia humana comprehendit. Deus autem creator & conditor omnium naturarum, nil contra naturam facit, quia id est naturæ, vel naturale cuiq; rei quod facit, a quo est omnis modus, numerus, ordo naturæ, sed tamen non incongrue dicitur aliquid facere contra naturam, quando facit contra id quod nonimus in natura. Hanc. n. etiam cognitum nobis cursum appellamus, solitum naturæ, contra quem cum deus aliquid facit, magna vel mirabilia dicuntur, vel nominantur. Contra vero illam summam naturæ legē a notitia remotam, siue impiorum, siue infirmorum, tam deus nullo modo facit, quam contra seipsum non facit. Quanto magis. q. d. & si hoc est quod vtique est, Quantomagis hi qui sunt secundum naturam, id est Iudæi qui sunt edocti in lege cultum dei, inferentur suæ oliuæ. i. vnientur suo populo.

Augustinus in ser. de tim. domini. Ambrosius. Aimo.

Ambrosius.

Augustinus contra Fau.

Nolo enim vos ignorare fratres mysterium hoc, vt non sitis vobisipis sapientes: quia cæcitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gētium intraret, & sic omnis Israel salu<sup>9</sup> fieret, sicut scriptum est, Veniet ex Siō qui eripiat & auertat impietatem ab Iacob. Et hoc illis a me testamentum cum abstulero peccata eorum. Secundum euangelium quidem inimici propter vos, secundum electionem autē charissimi propter patres. Sine poenitētia enim sunt dona, & vocatio dei. Sicut. n. aliquando & vos non credidistis deo, nunc autē misericordiam consecuti estis propter incredulitatem illorum, ita & isti nunc non crediderunt in vestram misericordiam, vt & ipsi misericordiam consequantur. Cōclusit enim de<sup>9</sup> omnia in incredulitate, vt omnium miscreatur.

Nolo enim. q. d. inferentur Iudæi, Et vere quia & interim quidam & tandem in siō plenitudo, & hoc volo vos scire, & hoc est quod ait, Nolo. n. vos fratres ignorare. i. nolo quod vos ignoretis, Mysterium hoc. i. hoc occultum dei iudicium: mysterium dico, Vt nō sitis ipsi vobis sapientes, id est ideo voco mysterium, ne putetis vos hoc vestro ingenio posse discutere, & quod sit illud mysterium quod nō vult eos ignorare



ostendit. f. Quia cæcitas, non ex natura, sed ex culpa eorum. Contigit in Israel. & hoc ex parte. Non enim omnes excæcati sunt. contigit dico, Donec plenitudo gentium intraret, id est vt intraret, & donec intraret vt causa notetur & terminus, Et sicut. f. postquã intrauerit, Omnis Israel, prædicante Elia & Enoch, Saluus feret, æmulando gentes, Sicut, &c. q. d. Israel saluus fiet. Sicut scriptum est, in Esaia. Veniet secundum carnem. Ex sion. i. de Iudæis, Qui eripiat, quasi vi, quod & interim est quã aliquis Iudæorū vix conuertitur, Et auertat, voluntarie, quod erit in fine quando facile conuertentur. Ab Iacob, id est a Iudæis, Impietatem, id est infidelitatem, vel legalis obseruantie cultum. Cultus enim Iudæorum ab aduentu Christi impietas est. Et hoc testamentum carit illis a me, id est hæc promissio cõplebitur illis a me, quia ego ipse faciam quod promisi: quando, Cum abstulero, id est remiserò, Peccata eorum, hoc erit in fine, quãdo in prædicatione Eliæ & Enoch conuertentur Iudæi. Vnde per Malachiam dicitur. Mit tam vobis Eliam Thesbiten, qui cõuertet corda patrum ad filios, & corda filiorum ad patres, vt etiam intelligant filij sicut patres, id est prophetæ intellexerunt. Sic enim cor patrum conuertetur ad filios, cum intelligentia eorum perducetur ad filios, & cor filiorum ad patres, dum illi quod filij senserunt id sentient, & isti, Secundum euãgelium q. d. tunc conuertentur Iudæi, Sed modo inimici sunt deo, & nobis, & hoc, Secundum euãgelium, id est propter euãgelium, quod contra legem eorum est, non propter genus. & hoc totum fit. Propter vos, id est ad vtilitatem vestram o gentes, vt. f. vobis esset locus intrandi ad fidem. Error enim Iudæorum gentibus aperuit viam ante tempus intrandi ad fidem. Prius enim vbique omnibus Iudæis prædicandum erat, & tunc deum gentibus. Sed quoniam non crediderunt Iudæi, ablatum est eis regnum, & datum est gentibus. Ipsorum igitur occasione gratiam dei gentes citius perceperunt. Vel ita, Tunc cõuertentur, sed modo inimici quidam sunt dei: & nostri interim ex se. i. ex suo vitio, sed hoc est secundum euãgelium: & propter vos, id est ad profectum euãgelij & vestrum. Inimicitia enim eorum qua Christum occiderunt, euãgelio sine dubitatione profecit, & hoc ostendit ex dei dispositione venisse, qui bene vti nouit, etiã malis non quod eis profunt, sed ipso illis bene vtente, profunt electis. Est ergo in malorū potestate peccare, vt aut peccando hoc, vel hoc, illa malitia faciant, non est in eorū potestate sed dei permittentis. Ex se ergo possent inimicari, quod proficit euãgelio deo vtente malis ad bonum, vt cum faciant contra voluntatem, id est præceptū dei, impleatur tamen de illis, & sinit ab illis voluntas dei sapienter omnia disponentis. Secundum electionem aut. q. d. Quidam Iudæorum sunt inimici secundum euãgelium, & propter vos. Quidam autem eorum sunt charissimi & electi, & hoc non est propter eorum merita, sed secundum electionem. i. quia per gratiam sunt electi: & propter patres. i. promissiones patribus factas, quia dilectio dei in his exuscitat memoria bonorū patrū, quorum prærogatiua plurima a deo beneficia perceperunt. Electi ergo sunt dilecti propter patres, quibus hæc promissa sunt. Ecce ostensum est in his verbis prædictis, quare pars Iudæorum excæcata est. f. suo vitio, & propter gentes, & pars illuminata. f. gratia electionis, & propter patres. Et si enim quasi de eisdem loquatur, dicendo, inimici & dilecti, quia vna gens erat omnium illorū: alij tamen sunt inimici dei, alij charissimi & dilecti. Sine pœnitentia enim. q. d. dico quod secundum electionem, & propter patres sunt saluandi, quia non sunt vocati ea vocatione qua multi non præsciti vocantur, qui tamen pereunt: de qua dictum est, Multi vocati &c. sed illa qua vocantur electi, ad quam qui pertinent omnes sunt docibiles dei, nec potest eorum quisquã dicere credidi, vt sic vocarer, quia præuenit eum misericordia dei qua vocatus est vt crederet quæ vocatio est, Sine pœnitentia id est sine mutatione: quia qui audit a patre venit ad filium, qui non perdit quicquam de omni dato quisquis vero perit, nõ inde fuit: qui inde est oio non perit. Propter quod Ioannes ait, A nobis exierunt, sed ex nobis nõ fuerunt. Fugerunt enim de multitudine vocatorum, sed non de paucitate electorum. Si enim fuissent de nobis, mansissent utiq; nobiscum. Et hoc est quod ait, quasi dicat, vere sunt saluandi secundum electionem, & propter patres: quia, Dona, id est promissiones, Et vocatio dei, id est electio dei ab æterno, Sunt sine pœnitentia, id est sine immutatione consilij dei, vel ita, ideo dico secundum electionem, quia quibus deus fidem inspirat. Sine, præcedente eorum, Pœnitentia, inspirat. & hoc est, Sine pœnitentia enim

præcedente, Sunt dona & vocatio dei. i. gratuita & interior vocatio, qua deus vocat ad fidem quod nullius meritum præuenit. Vel ita. Dixerat. Veniet qui auertat impietatem a Iacob, & hoc erit cum abstulero peccata eorum. Sed ne quis putet eos non posse accipere misericordiam, quia non videt eos exteriori pœnitentia affligi, ait, Sine pœnitentia. q. d. nemo diffidat de eis, & si non exterius plangent, quia vocatio dei qua vocat ad fidem, & dona. i. remissio peccatorum qua præstat in baptismo, Sunt sine pœnitentia exteriori. Verum est, quia gratia dei in baptismo nõ requirit gemitum, vel planctum, vel opus aliquod nisi solã fidem, & cordis contritionem: & omnia gratis condonat. Hæc iõ dicit, ne putent illos non posse accipere misericordiam, quia eos dolere non vident. Sicut enim. Hic ostendit posse fieri, vt impietas auertatur ab Iacob, quia & a gentibus ablata est, quæ aliquando non crediderunt. q. d. ita opus erat vt alij Iudæorū essent inimici, & alij electi. Sicut enim & vos, o gentiles, Aliquando. i. longo tempore plus quam isti, Non credidistis deo, quod valuit ad hoc, vt humiles nõ credatis. i. qua ratione permisit vos olim deus non credere. f. ne causam superbiæ haberetis postea conuersi. Nunc aut. i. nuper, Consecuti estis misericordiam, probato quod desicit natura. i. quod per liberum arbitrium iuari non poteritis. Consecuti estis dico, & hoc, Propter incredulitatem illorum, quæ est aliqua causa vestræ misericordie, ita & isti, id est Iudæi, Nunc nõ crediderunt, ne postea conuersi materiã in lege gloriandi habeant. Non crediderunt dico venientes, In vestram misericordiam. i. non habuerunt fidei gratiam, per dei misericordiam sicut & nos. Non crediderunt, dico, Vt & ipsi, humiliati, Consequantur, vobiscum, Misericordiam. i. fidei gratiam. Ideo itaq; de vtriusq; id est de Iudæis & gentibus ita factum est, quia Deus conclusit. i. permisit cõcludi omnia, id est Iudæos & Gentes, In incredulitate, quia aliter ex superbia ruerent. Hic videtur aliquo modo mysterium exponere. Cõclusit enim deus omnia in incredulitate, vt de amaritudine infidelitatis sue pœnitendo cõfusi, & ad dulcedinem misericordie dei credendo conuersi, humiliiores permanerent, & vt gratia muneris esset gratissima: & clamarent, Quã magna mult. d. t. domine. Conclusit dico, tamẽ ita vt misereatur omnium, id est Iudæorum & Gentilium quod nullum damnaturus sit: quod quidam falso opinati sunt.

O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius? Quis enim cognouit sensum domini: aut quis consiliari eius fuit: aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quoniam ex ipso & per ipsum, & in ipso sunt oia: ipsi gloria in secula seculorum. Amẽ.

O altitudo &c. Præmiserat sententiam misericordie profunditatis. f. quod deus conclusit omnia in incredulitate, vt omnium misereatur, cuius profunditate, velut horrore percussus, & velut abyssi altitudinem expauescens Apostolus exclamat. O altitudo &c. Valde enim paruum sensum habemus ad discutiendam iustitiã iudiciorum dei, ad discutiendam gratuitam gratiam nullis meritis præcedentibus redditam: nec tam mouet nos quod gratia præstatur indignis, quam quod indignis æque aliis denegatur. Scio enim quod sicut impossibilitas, ita & iniquitas non est apud deum: & scio quod resistit superbis, & humilibus dat gratiam. Illud vero obscurum est, quare quibusdam indignis dat, quibusdam negat. Aliquid est in abdito & profundo iudiciorum dei. Similiter nec illud perspicuum est, quare hoc modo saluauerit Iudæos & Gentes, vt prius permitteret eos concludi in infidelitate. Si quis ergo querat, quare sic saluantur, cū multi alij modi saluationum sint, hoc se nescire per animi rationem innuit apostolus. q. d. Excæcauit deus gentes & Iudæos ad tempus, vt omnium misereatur. Quare sic factum sit, non potes posse comprehendere. Hæc est enim altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, quæ gentiles & Iudæos multifaria prouidentia adquisiuit ad vitam. Hanc igitur ammiratur apostolus dicens, O altitudo diuitiarum, hoc dicit quia multa scit, & profunda sapientiæ, quæ est de rebus spiritualibus, & scientiæ dei, quæ est de mundanis. Omnium enim diuinarum humanarumq; rerum sublimis & profunda cognitio est apud deum, qui solus sicut sunt omnia intuetur, ad cuius notitiam omnis sensus noster retunditur. Quam incomprehensibilia &c. quasi dicat, sicut sapientiæ & scientiæ eius sunt incomprehensibiles, sic & iudicia pro quibus cœpit de sapientiæ & scientiæ, & hoc est



Qua incōprehensibilia sunt iudicia eius, i. dispositiones de oībus rebus? Et quā inuestigabiles viā eius, i. impletiones dispositionis, quia nec in exhibitōe potest cognoſci quod disposuit. Deinde vtens verbis Esaia, altā esse sapiētā dei probat subdes, Quis enim quasi dicat, Vere est alta sapiētia & sciētia. Quis enim cognouit, hoc Esaia dicit, Sēsum domini? in sapiētia & sciētia. Aut quis cōsiliarius eius fuit? In dispositione, vel exhibitione rerum, id est quis fuit, cuius cōsilio ageret, vel qui eius cōsiliū sciret? Patris cōsiliarius est vnigenit⁹ filius ei⁹, qui & angelus magni cōsiliū appellatur: sed ex hominibus, & angelis null⁹ ei fuit cōsiliari⁹. Aut qui prior, quasi dicat, & si iudicia dei nō possumus scire, saltē hoc cōstat quod sola gratia dat bona, nō ex p̄cedēti merito. & hoc ē q̄ ait, Aut quis prior dedit illi? fidē & bona opera, priusquā ab eius gratia p̄ueniretur, Et retribuetur ei, merces a deo ex hoc q̄ fidē suā prior dedit illi? Nullus. Quoniā, potius, Omnia sunt ex ipso, patre, ex quo filius est. Et per ipsum filiū, per quē omnia facta sunt. Et in ipso, spiritu sancto, quia sola dilectione creauit, & cōseruat omnia. Ecce trinitas personarū hic ostēditur, & essentiae vnitas. Tres enim diuersę p̄positiones. s. ex, per, in, distinctionē personarū indicat. Ipse vero, i. pronomen repetitum identitatem substantiæ insinuat: sicut & illud quod subdit, Ipsū gloria, non dicit ipsi. Non. n. duos, aut tres deos fides catholica p̄dicat, sed ipsam trinitatem, vnū deū: non vt eadē trinitas simul possit dici aliqui pater, aliqui filius, aliqui spūs sanctus, sicut Sabellius credit: sed vt pater non sit, nisi pater: & filius non sit nisi fili⁹: & spiritus sanctus, non nisi spiritus sanctus: & hęc trinitas, non nisi vnus deus. Hanc trinitatem apostolus creditur insinuasē, cū dicit, Ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Cū audimus oīa esse ex deo, oēs vtq; naturas intelligere debemus, & oīa quę naturaliter sunt. Neq; n. ex ipso sunt peccata quę natura non seruant, sed vitiant, quę peccata ex voluntate peccantium nascuntur, & cum in deo sint omnia quę condidit, non tamen inquinant eum qui peccant, De cuius sapiētia dicitur, Attingit omnia propter suam munditiā, & nil inquinatum in eam incurrit. Attendendū etiam est q̄ nō ait de ipso, sed ex ipso sunt oīa. Ex ipso. n. non hoc significat p̄nitus quod de ipso. Quod. n. de ipso est, p̄t dici ex ipso, sed non omne quod ex ipso est, p̄t dici esse ex ipso, quia nō est de substantia sua. Ex ipso. n. sunt cælum & terra, quia ipse fecit ea, nō autem de ipso, quia non de substantia sua. Sicut aliquis hō si gignat filiū & faciat domum, ex ipso est domus, ex ipso est filius: sed filius de ipso, domus vero de ligno, & de terra est. Oportet igitur vt creatorem, per ea quę facta sunt, intellectu conspiciētes trinitatem intelligamus, cuius trinitatis vestigiū in creaturis apparet. In illa. n. trinitate summa est origo oīm rerum, & perfectissima pulchritudo, & beatissima dilectio. Itaque illa tria a se inuicē determinari videntur, & in se infinita sunt. Ita & singula sunt in singulis, & omnia in singulis, & singula in omnibus, & vnum omnia. Non ergo cōfuse accipiendum est quod ait apostolus ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Ex ipso dicit propter patrem, & per ipsum propter filium, in ipso propter spiritū sanctum. Nō ait ex ipsi, per ipsos, & in ipsi: nec ait ipsi gloria, sed ipsi. Insinuare volēs hanc trinitatem vnum deū esse. Illud vero vigilanter intende, ne quia patrem volens intelligi, dicit ex ipso, sic intelligas omnia esse ex patre, vt neges omnia esse ex filio, vel ex spiritu sancto cū ex patre, & per patrem, & in patre omnia esse sane dici possit, similiter de filio & de spiritu sancto dici potest. Ac per hoc dū dicitur ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, sine dubio patris & filii, & spūs sancti demonstrabitur æqualitas. Et quia non ante noīauerat patrem vel filium vel spūm sanctum, sed deū & dominū, quod ipsa trinitas dici p̄t, singula horū trium referri ad singulos voluit, subdens ex ipso. Religet ergo vos vera religio vni omnipotenti deo, quia inter mentē nostram qua illum intelligimus, patrem & veritatem. i. lucem interiorem, per quam illum intelligim⁹ nulla interposita est creatura. Quare ipsam quoq; veritatem nulla ex parte dissimilem: in ipso, & cum ipso patre veneremur: quę forma est oīm, quę ab vno facta sunt, & ad vnum referuntur, quę tñ omnia neq; serent a patre p̄filiū, neq; suis finibus salua essent, nisi deus summe bonus esset, qui & nulli naturę quę ab ipso bona esset, inuidit: & in ipso bono, alia quātū vellent, alia quātū possent, vt manerēt, dedit. quare ipsum donum dei cū patre & filio æque incommutabile colere, & tenere nō conuenit, vnus substantiæ trinitatem deum a quo sumus, per quem sumus, in quo su-

Ambro.

Augustinus.  
Aimo.  
Augustinus  
Aimo.  
Aimo.  
AugustinusAugu.  
de natu. boniAugu.  
in eodem.  
Attende.  
AugustinusAugustinus  
de trinitate.  
Caue.

Augu.

August.  
in eodemAug. de vera  
religione.

Augustinus.

mus, a quo discessimus, cui dissimiles facti sumus, a quo perire permisi sumus, principium ad quod recurrimus, & formam quam sequimur, & gratiā per quā recōciamur, vnum quo authore conditi sumus: & similitudinem eius, per quam ad vnitatem reformamur: & pacem, qua vnitati adhæremus. s. deum, qui dixit, fiat: & verbum, per quod factum est oē quod substantiāliter & naturaliter factū est: & donū benignitatis ei⁹ quā placuit & cōciliatum est authori suo, vt nō interiret, quod ab eo per verbum factum est. Et hęc sunt res quibus fruendum est. s. pater & filius & spūs sanctus, eademq; trinitas, vna quædam summa res est, cōisq; omnibus fruētib⁹ ea, si tñ res dici debeat, & nō rerum oīm cā, si tñ & causa. Non. n. facile nomen, quod tantæ excellentiæ conueniat inueniri p̄t, nisi quod melius dicitur, ita trinitas hęc vn⁹ deus, ex quo omnia, per quę oīa, in quo oīa, ita pater, & filius, & spūs sanctus, singulis quisq; eorū deus est, & simul oēs vnus deus: & singulus quisque horū plena est substantia, & simul omnes vna substantia. Pater nec est filius: nec spūs sanctus: filius nec est pater, ne spūs sanctus: spūritus sanctus, nec pater, nec filius sed pater tantū pater, & filius tantū filius, & spūs sanctus tantum spūritus sanctus. Ead em tribus æternitas, eadem incommutabilitas, eadem maiestas, eadem potestas. In patre vnitas, in filio æqualitas, in spū sancto vnitatis æqualitatisq; concordia. Et tria hęc, dicimus vnū oīa propter patrem, æqualia oīa propter filium, cōnexa oīa propter spūm sanctum: tñ vnū. s. dñm esse solū, cui seruit⁹ illa debetur, quę latria græco vocabulo nuncupatur. Patri. n. & filio & spūi sancto latria debetur. Pater nō habet patrē, de quo sit: filius autē de patre est, vt sit, atq; vt illi cōæternus sit. Imago. n. si perfecte implet illud cuius imago est, ipsa cōæquatur ei, nō illud imagini suę, vbi iam est summa congruentia, & prima æqualitas, & prima similitudo, nulla in re dissidens, & nullo mō inæqualis, & nulla ex parte dissimilis: sed ad identidem respondit ei, cuius imago est, vbi est summa & prima vita, cui non est aliud viuere, & aliud intelligere: sed id quod est ei intelligere, hoc est viuere, & hoc esse est. Vnum est hoc tanquā verbū perfectum, cui non desit aliquid: & ars quædā oīpotentis atq; sapientis dei, plena oīm rōnū viuētiū incommutabiliū: & oēs vnū in ea, sicut ipsa vnū denuo, cū quo vnū: vbi omnia nonit deus, quę fecit per ipsam, & iō cū discedāt & succedant tēpora, nō discedit vel succedit aliquid scientiæ dei. Non. n. quę creatura sunt, ideo sciuntur a deo, quia facta sunt. An nō potius iō facta sunt, quia immutabiliter a deo sciuntur? Ille igitur ineffabilis quidam cōplexus patris & imaginis, non est sine perfruitōe, sine charitate, sine gaudio. Illa igitur dilectio, delectatio, felicitas, vel beatitudo, si tñ humana lingua vel voce digne dicitur, est in trinitate spūs sanctus nō genitus, sed genitoris genitiq; suauitas, ingenti largitate atq; vbertate perfundens oēs creaturas pro captu earum vt ordinem suū teneant. Hęc igitur oīa quę arte diuina facta sunt, & vnitatem quandā in se ostendunt, & speciem, & ordinē. Nā quodq; horum creatorū & vnū aliquid est, & aliqua specie formatur, & ordinē aliqueū petit aut tenet, & ita in creaturis vt p̄diximus, vestigium p̄lucet trinitatis. Nā propter hoc naturā summi boni simplicē esse dicimus, quia est in ea pater solus, aut filius in ea solus, aut spūs sanctus. i. quia sola est ista, nō inde trinitas sine substantia personarū, sicut Sabelliani putauerunt, sed iō simplex dicitur, quia est hoc quod habet, excepto q̄ relatiue quoq; persona ad alteram dicitur, nec ipsa est. Nā vtq; pater habet filium, ad quem relatiue dicitur, nec tamen est filius: & filius habet patrem, non tñ ipse est pater, propter hoc itaq; & natura hęc dicitur simplex quod non sit aliud habens, & aliud id quod habet, sicut & in cæteris rebus est. Non enim habens liquorē, liquor est, nec corpus color, nec aer lux. Non ergo pater solus, nec solus filius, nec sol⁹ spūs sanctus de⁹ est: sed ipsa trinitas, vnus deus est solus. Ipsū gloria. q. d. & cū talis sit, ipsū secūdū substantiam singulariter vni sit gloria non ipsi, & hoc in secula seculorum.

Augu. de deā  
Anima Christi.Augustinus  
in li. vi. de tri.Augu.  
in li. vi. de tri.

## CAPVT XII.



Obsecro itaque vos fratres per misericordiam dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuētem. sanctam, deo placentem, rationabile obsequium vestrum. Et nolite confirmari huic seculo, sed reformamini in nouitate sensus vestri: vt probetis quę sit voluntas

dei bona, & beneplacens, & perfecta.

Ambro.

Obsecro vos itaq;. Post tractatum legis & fidei, & naturam Iudaici populi & gentilis ad bonam vitam agendam hortatur. Hucusq; enim ne alter aduersus alterum superbi- ret. q. d. quia in ipso sunt omnia. Itaq; obsecro vos fratres, q. d. quod rogo fraternitas exigit, obsecro dico, & hoc, Per misericordiam dei, id est per apostolatam misericorditer mihi a deo commissam, vel per misericordiam a deo vobis factam & exhibitam. Quod rogo, Ut exhibeatis, id est offeratis, Corpora vestra, non tamen mentes, sed etiam corpora, licet caro repugnet. Offeratis dico, Hostiam, in mortificatione carnalium desideriorum, Viuentem, per bona opera, Sanctam, in deo. s. firmam. Deo placentem, ut bona intentione faciatis. Verum enim sacrificium est omne quod agitur, ut inhæreamus deo: relatum. s. ad illum finem boni, quo beati veraciter esse possimus. Vnde & ipse homo dei nomine consecratus, & deo votus in quantum mundo morimur, ut iuuat deo, sacrificium est verum. Tunc ergo corpora nostra sunt hostia deo acceptabilis, si ipsa incontaminata seruemus, dissimiles illis qui voluptatibus carnis seruiunt. Et nota quod ait hostiam viuentem olim quod apud veteres, oblata hostia occidebatur, ut homines causa peccati, æternæ morti subiecti ostenderentur. Hunc autem quia per donum dei purificati sunt homines, & a seculâ morte liberati, vitam hostiam debent offerre ut sit signum vitæ æternæ. Non enim sicut tunc, corpora pro corporibus immolantur, sed corporum vitia perimuntur. Rationabile. q. d. Exhibete corpora vestra hostiam: tamen, Obsequium vestrum, totum in prædictis sit, Rationabile. i. cum discretionem ne quid minus sit, sed cum temperantia vestra corpora castigetis, ut non nature defectu cogantur dissolui, sed vitiiis mori. Et nolite. Hic anima iubetur in sacrificium deo offerri, sicut ante iusserat deo corpora offerri. Si enim corpus quo inferiore tanquam famulo, vel instrumento vitur anima, cum eius bonus vsus & rectus ad deum refertur, sacrificium est, multo magis anima ipsa sit sacrificium, cum igne diuini amoris accensa, formam concupiscentiæ secularis amittit, & deo se referens ei tanquam incommutabili formæ subdita reformatur. & hoc est quod ait. q. d. offerre corpora vestra, Et, et animas, hoc modo, Nolite, in vestra enim manu est, Conformari huic seculo. i. formam concupiscentiæ secularis accipere. Sed reformamini, qui in Adâ fuistis deformati, quia in eo partim est amissa imago dei. Nam si non amisisset homo imaginem dei, & rursus si totum amisisset, non diceretur, Reformamini in nouitate sensus vestri, vel mentis vestræ: ut incipiat illa imago ab illo reformari, a quo formata est. Non enim reformare se ipsam potest, sicut potuit deformare, Vel reformamini. q. d. item itaq; de die in diem quæ reformatio fit in his qui semper proficiunt, & in ea quæ ante sunt se extendunt, nouum hominem Christum, imitantes. Vñ subdit. Reformamini, dico, In nouitate sensus vestri, vel mentis vestræ, id est mentem cui non dantur peccata reformamini admodum noui hominis. Et nota quod hic est generalis prohibitio, & generalis iussio, prohibitio enim est, Nolite conformari huic seculo. Iussio autem est, Sed reformamini in nouitate sensus vestri. Illud pertinet ad non concupiscere, hoc ad diligere: illud ad continentiam, hoc ad iustitiam: illud ad declinandum a malo, hoc ad faciendum bonum. Non concupiscendo enim vetustate expoliamur, & diligendo nouitate induimur. Ad hoc utiq; reformamini, Ut, in vobis ipsis experimento Probetis quæ sit voluntas dei. i. quid deus velit, quæ voluntas est bona, quia quicquid deus vult bonum est. Et beneplacitis illis, qui intelligunt & experti sunt. Et perfecta in omni bonitate, ut nihil sit melius. Et nota quia voluntas dei dicitur, siue ipsa, qua vult quæ in deo deus est, siue illud quod vult: hic autem accipitur dei voluntas qua vult, quæ semper impletur, quæ beneplacitum dei vel dispositio interdum appellatur. De qua propheta ait, Omnia quæcumq; voluit fecit. Et apostolus, Voluntati eius quis resistit? Omnia ergo bona quæ sunt, deus fieri vult, quorum ipse author est, mala vero non vult fieri, nec tamen vult non fieri. Si enim vellet non fieri, & fierent, voluntati eius alia quid resisteret, sed tamen fieri ea præscit. Præterea voluntas dei dicitur eius operatio, vel permissio. Vnde Augustinus. Non fit aliquid quod omnipotens fieri non velit, vel sinendo ut fiat, vel ipse faciendo. Item voluntas fieri dicitur interdum eius consilium vel approbatio, præceptio, vel prohibitio.

Augustinus  
de ciuita. dei.

Ambro.

Obsecro vos itaq;. Post tractatum legis & fidei, & naturam Iudaici populi & gentilis ad bonam vitam agendam hortatur. Hucusq; enim ne alter aduersus alterum superbi- ret. q. d. quia in ipso sunt omnia. Itaq; obsecro vos fratres, q. d. quod rogo fraternitas exigit, obsecro dico, & hoc, Per misericordiam dei, id est per apostolatam misericorditer mihi a deo commissam, vel per misericordiam a deo vobis factam & exhibitam. Quod rogo, Ut exhibeatis, id est offeratis, Corpora vestra, non tamen mentes, sed etiam corpora, licet caro repugnet. Offeratis dico, Hostiam, in mortificatione carnalium desideriorum, Viuentem, per bona opera, Sanctam, in deo. s. firmam. Deo placentem, ut bona intentione faciatis. Verum enim sacrificium est omne quod agitur, ut inhæreamus deo: relatum. s. ad illum finem boni, quo beati veraciter esse possimus. Vnde & ipse homo dei nomine consecratus, & deo votus in quantum mundo morimur, ut iuuat deo, sacrificium est verum. Tunc ergo corpora nostra sunt hostia deo acceptabilis, si ipsa incontaminata seruemus, dissimiles illis qui voluptatibus carnis seruiunt. Et nota quod ait hostiam viuentem olim quod apud veteres, oblata hostia occidebatur, ut homines causa peccati, æternæ morti subiecti ostenderentur. Hunc autem quia per donum dei purificati sunt homines, & a seculâ morte liberati, vitam hostiam debent offerre ut sit signum vitæ æternæ. Non enim sicut tunc, corpora pro corporibus immolantur, sed corporum vitia perimuntur. Rationabile. q. d. Exhibete corpora vestra hostiam: tamen, Obsequium vestrum, totum in prædictis sit, Rationabile. i. cum discretionem ne quid minus sit, sed cum temperantia vestra corpora castigetis, ut non nature defectu cogantur dissolui, sed vitiiis mori. Et nolite. Hic anima iubetur in sacrificium deo offerri, sicut ante iusserat deo corpora offerri. Si enim corpus quo inferiore tanquam famulo, vel instrumento vitur anima, cum eius bonus vsus & rectus ad deum refertur, sacrificium est, multo magis anima ipsa sit sacrificium, cum igne diuini amoris accensa, formam concupiscentiæ secularis amittit, & deo se referens ei tanquam incommutabili formæ subdita reformatur. & hoc est quod ait. q. d. offerre corpora vestra, Et, et animas, hoc modo, Nolite, in vestra enim manu est, Conformari huic seculo. i. formam concupiscentiæ secularis accipere. Sed reformamini, qui in Adâ fuistis deformati, quia in eo partim est amissa imago dei. Nam si non amisisset homo imaginem dei, & rursus si totum amisisset, non diceretur, Reformamini in nouitate sensus vestri, vel mentis vestræ: ut incipiat illa imago ab illo reformari, a quo formata est. Non enim reformare se ipsam potest, sicut potuit deformare, Vel reformamini. q. d. item itaq; de die in diem quæ reformatio fit in his qui semper proficiunt, & in ea quæ ante sunt se extendunt, nouum hominem Christum, imitantes. Vñ subdit. Reformamini, dico, In nouitate sensus vestri, vel mentis vestræ, id est mentem cui non dantur peccata reformamini admodum noui hominis. Et nota quod hic est generalis prohibitio, & generalis iussio, prohibitio enim est, Nolite conformari huic seculo. Iussio autem est, Sed reformamini in nouitate sensus vestri. Illud pertinet ad non concupiscere, hoc ad diligere: illud ad continentiam, hoc ad iustitiam: illud ad declinandum a malo, hoc ad faciendum bonum. Non concupiscendo enim vetustate expoliamur, & diligendo nouitate induimur. Ad hoc utiq; reformamini, Ut, in vobis ipsis experimento Probetis quæ sit voluntas dei. i. quid deus velit, quæ voluntas est bona, quia quicquid deus vult bonum est. Et beneplacitis illis, qui intelligunt & experti sunt. Et perfecta in omni bonitate, ut nihil sit melius. Et nota quia voluntas dei dicitur, siue ipsa, qua vult quæ in deo deus est, siue illud quod vult: hic autem accipitur dei voluntas qua vult, quæ semper impletur, quæ beneplacitum dei vel dispositio interdum appellatur. De qua propheta ait, Omnia quæcumq; voluit fecit. Et apostolus, Voluntati eius quis resistit? Omnia ergo bona quæ sunt, deus fieri vult, quorum ipse author est, mala vero non vult fieri, nec tamen vult non fieri. Si enim vellet non fieri, & fierent, voluntati eius alia quid resisteret, sed tamen fieri ea præscit. Præterea voluntas dei dicitur eius operatio, vel permissio. Vnde Augustinus. Non fit aliquid quod omnipotens fieri non velit, vel sinendo ut fiat, vel ipse faciendo. Item voluntas fieri dicitur interdum eius consilium vel approbatio, præceptio, vel prohibitio.

Augustinus  
de ciuita. dei.

Augustinus

Aug.  
de trinitate.August.  
de perfectiōe  
iustitiæ ho.Augustinus  
in Ench.

A Dico enim (per gratiam quæ data est mihi) omnibus qui sunt inter vos, non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem, & unicuique sicut deus diuisit mensuram fidei.

Dico. n. per gratiam. q. d. illud obsecro ut non conformemini seculo, sed reformemini. In nouitate sensus vestri. Hoc autem prohibeo, Dico. n. per gratiam, apostolat<sup>9</sup> id est autoritate apostolica, Quæ data est mihi non plus sapere. i. inuestigare de misteriis diuinis, Quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem: vel, Ad temperantiã, id est sine præsumptione, & temperanter, quod præceptum, oēs hæretici transgressi sunt & hoc dico non omnibus vobis, Sed omnibus qui sunt inter vos, tales, quia nec omnes hoc agebant, sed quidam inter illos. Et sciendum quia hoc est sacrificium Christianorum, ut multi vnum corpus sint in Christo. Hoc. n. in sacramento altaris fidelibus voto demonstratur ecclesiæ. quæ in ea re quam offert significatur. Sicut. n. panis ex multis conficitur granis, ita ex multis fidelium membris sancta cõstat ecclesiã, qui creatoris sui participatione congauderet, cuius munere sancti sunt & vnum, quod in sequenti ostenditur, vbi ait, Multi vnum corpus sumus in Christo, quod non potest fieri nisi sapiant ad sobrietatem quod hic præcipit. Et unicuique. Sicut monuit ne de priori statu superbiant, ita ne de donis quæ in fide recipiunt. q. d. præcipio non plus sapere quã oportet, & præcipio. s. maiori vel minori sapere. Sicut diuisit deus mensuram fidei. i. caratione qua deus dedit unicuique diuisim dona mensurata, quæ fides meretur, quod ideo fecit, ut nec indigeat, & sit subseruendi materia, ut sit mutua dilectio, Aperte ostendit Apostolus in his verbis hoc debere, nos sapere quod iustitiæ terminos non egrediatur ut non nobis solis utile, sed & nulli obstit: vel ita. Et unicuique præcipio non plus sapere, Sicut diuisit mensuram fidei. i. secundum fidem quam deus mensurate diuidit. Nam & fidem mensurate partitur deus unicuique, & hæc est operas per dilectionem sine qua nulla cuiusq; bona opera existimanda sunt, ex qua omnis iustitiã sumit initium, quæ non est tribuenda libero arbitrio, nec illis præcedentibus meritis, quia inde incipiunt omnia bona quæcumq; merita. Opera quippe bona sunt ab homine, fides autem fit in homine, sine qua illa a nullo sunt homine. Fides ergo donum dei est quam partitur de<sup>9</sup> unicuique, sicut & alia dona sancti spiritus, sine quo spiritu sancto constat Christum nos diligere, & eius mandata seruare non posse, atq; agere tanto minus, quanto illum percipimus minus, tanto amplius quanto illum percipimus amplius. Ideoque non solum non habenti, verumetiam habenti non incasum promittitur: non habenti quidem ut habeatur, habenti autem ut amplius habeatur. Nã si ab alio minus, ab alio non plus haberetur, sanctus Elisæus sancto Eliã non diceret. Spiritus qui est in te duplo sit in me. Christo autem qui est dei filius, non ad mensuram datus est spiritus, quia in illo habitat omnis plenitudo diuinitatis. Neque enim sine gratia spiritus sancti est mediator dei & hominum homo Christus. Quod enim vnigenitus est filius, æqualis patri, non est gratiæ sed naturæ. Quod autem in vnitatem personæ vnigeniti assumptus est homo, gratiæ est non naturæ. Ceteris autem omnibus ad mensuram datur, & datus additur, donec unicuique pro modo suæ perfectionis propria mensura compleatur. Vnde Ioannes de Christo loquens ait. Non. n. ad mensuram deus dat sp̄m. Ceteris vero diuiditur non quidem ipse spiritus, sed dona eius, Et sciendū quod obtemperandum est Apostolo præcipienti unicuique sapere secundum mensuram fidei. Si. n. pro viribus suis alitur in fans, crescit ut plus sapiat: si autem vires suæ capacitatis excedit, deficit antequam crescat.

Augustinus  
de ciuita. dei.

Ambr.

Augu.

August.  
ad Iulianum.Augustinus  
de ciuita. dei.

Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent, ita multi vnum corpus sumus in CHRISTO singuli autem alter alterius membra, habentes donationes secundum gratiam quæ data est nobis, differentes: siue prophetiam, secundum rationem fidei: siue ministerium, in ministrando: siue qui docet, in doctrina: qui exhortatur, in exhortando: qui tribuit, in simplicitate: qui præest, in sollicitudine: qui miseretur, in hilaritate: dilectio, sine simulatione, odientes malum, adhærentes bono, charitatem fraternitatis inuicem diligentes: honore inuicem præuenientes: sollici-



tudine non pigri: spiritu feruent es, domino seruiens, spe gaudent es, in tribulatione patientes, orationi instantes, nece sstantibus sanctorum comunicantes, hospitalitatem sectantes. Benedicite persequentibus vos. Benedicite, & nolite maledicere. Gaudete cum gaudentibus, flete cum flentibus.

Sicut. n. q. d. ideo men furate diuisit dona, quia multi vnum corpus sumus, & io oia necessaria danda, sed no in vno. & hoc est quod ait, Sicut. n. in vno corpore multa membra habemus oia aut membra non habent eundem actum, ita nos, Multi, per diuersa dona, Vnu corpus sumus in Christo, inuicem subseruendo. Ecce corporis exemplo docet, non posse nos singulos habere omnia, ac per hoc curam nostri inuicem nos agere debere, quia inuicem officii nostris indigemus, Singuli autem. q. d. oes vnu corpus sumus in Christo, Singuli autem, sumus membra: Alter quidem, est Membrum alterius, & ita sumus aliis seruiens, & aliis indigentes. Ideo dicitur Singuli, quia nullus excluditur, maior vel minor. Habentes aut, Vel, Igitur. q. d. singuli sumus membra: ad hoc autem, sumus, habentes donationes differentes, id est dona differentia. Habentes dico secundum gratiam. Quae data est nobis. Vel ita lege, q. d. Singuli sumus membra. Igitur in differentibus donis hoc agatur. & hoc est quod ait, quia sumus membra. Igitur habentes donationes secundum gratiam quae data est nobis. s. sumus membra alter alterius. Quae autem illae sint gratiae, ex quarum diuersitate dicuntur membra, & qualiter in illis nobis inuicem subseruire debeamus aperit dicens, Siue habentes prophetiam. i. reuelationem futurorum, vel quorumlibet occultorum, sumus membra aliorum, vt illis prophetemus: habentes dico, Secundum rationem fidei, quia vt exigit fides eorum, vel auditorum datur prophetia. Et nota q. in enumeratione gratiarum a prophetia incipit, quae est prima probatio, q. fides nra sit ronabilis, quia credentes accepto spu prophetabant. Siue ministerium, ecclesiasticum habentes, vt presbyteri sumus membra aliorum. In ministrando, assidue. Siue qui docet. i. qui habet gratiam docendi sit membrum alterius, In doctrina. i. in exhibitioe doctrinae, Qui exhortatur. i. qui habet gratiam exhortandi sit membrum alterius in exhortando. Qui tribuit, elemosynas tribuat, non in duplicitate praesentis & futurae gloriae, sed, In simplicitate, futurae gloriae & ita sit membrum alterius. & Qui praesert, vt princeps, praesert In sollicitudine. i. vt sollicitate agat, & ita sit membrum alterius: & Qui miseretur, id est qui habet gratiam copatiendi oppresso. hoc faciat, In hilaritate, id est laeto animo subueniat, & ita sit membrum alterius, quoniam in multis offendimus omnes, suggerit Apostolus dominicam, & cotidianam medicinam. Haec enim miseratio est cotidiana medicina, cotidianis & si leuioribus tamen vulneribus & multis. Iudicium enim sine misericordia fiet illi qui non fecit misericordiam. Vnde dominus ait, Dimittite & dimittetur vobis. Date & dabitur vobis, Et hoc utiq. iustum est vt dimittatur dimittenti, & detur danti. Inest quippe deo & misericordia iudicanti, & iudicium miseranti. Quisquis vero quasi nimis iustus & securus iudicium expectat sine misericordia, ira prouocat. Misericordia haec est multiplex, scilicet dare alii, peccanti ignoscere, oppresso subuenire &c. Et ideo non superflue hoc subdit de misericordia, ponendum vnum misericordiae membrum, cum praemissum sit aliud membrum misericordiae, vbi ait, qui tribuit in simplicitate, hoc dicit in hilaritate. Simplicitas excludit hypocrysum. Hilaritas gaudium ostendit fretum spe futuri. Omnis ergo misericordia, & simpliciter, & cum gaudio debet fieri. Dilectio, qua diuersa dona vniuntur sit. Sine simulatione, & sic erit alter alterius membrum: & sitis, Odientes malum, & adhaerentes bono, vt nec dilectio amici faciat malum amare, nec malum faciat bonum dimittere. & sitis Diligentes inuicem charitatem fraternitatis. i. quod fratres charitatem habent inter se: vel sitis volentes a fratribus rediligere: & sitis. Inuicem praueinientes, vos, Honore, id est in qualibet reuerentia. Aliter non est fraternus amor, nisi mutuis se praueiniant obsequiis, & sitis. In sollicitudine non pigri, id est si solliciti estis corde non sitis pigri opere. Maledictus enim est sicut Ieremias ait, qui opus dei fecerit negligenter, quia pigri in conuersatione diuina sine spe sunt: & ideo vt pigritiae frigus pellatur, sitis Feruentes spiritu, id est igne charitatis. & si actu non potestis implere quod vultis. Ideo autem dicit, Feruentes, quia spiritus sanctus ignis est quo feruet charitas quae diffunditur in cordibus nostris per spiritum

Ambro.

Augustinus.  
Hierc.Ambr.  
Augu.Ambro.  
Ambro.Aimo.  
Augu.  
de blasph. ff.

A sanctum: cui feruori contrarium est, quod dicit dñs, Refrigescet charitas multoties. De hoc igne dñs ait, Ignem veni mittere in terram. Dño. vel, Tempori. q. d. Quamuis dixerim, vt spu feruentes sitis, tñ non passim, & importune verba dei ingeratis, sed, Tempori. i. opportunitati sitis Seruientes, vt modeste cum honestate, & aptis locis, & personis, & apto tempore fidei verba loquamini. Vel dando proximo sitis Dño feruientes. q. d. quod proximo impenditis, credite vos impendere deo & in his sitis, Gaudentes spe, vt non nisi aeterna speretis, & inde gaudeatis. Certi. n. de futuris gaudent, quia sperant certissime se accepturos, & io patientes sunt in tribulationibus. Vñ subdit, In tribulatione. q. d. hoc agite quae dixi, & si in his bonis mala occurrunt, sitis Patientes in tribulationibus, & vt possitis mala pati, sitis Instantes ofoni, quia adhuc differtur res, & ideo necessaria est oratio. Necessitatibus. q. d. patiamini, Et necessitatibus sanctorum, sitis Comunicantes, vna. i. sanctis passis vestra coia facite, & recipite sanctos in hospitio, quod ita ait, sitis Sectantes hospitalitatem, exemplo Abraham, & Loth. Et etiam, Bndicite. i. bona orate. Persequentibus vos. Per hoc remouet eos a cois consuetudine, ne irato animo incitati, vt prius facile maledicant, sed magis victa iracundia bndicant, vt laudetur dnica disciplina: ioq. repetit, vt hoc semper faciendum doceat dicens, Bndicite. q. d. ite itemq. Et nolite maledicere. q. d. benedictio vestra sit sine ammissione amaritudinis. Et etiam debetis Cum gaudentibus gaudere, de profectu. & debetis cum flentibus flere, de eo vnde flendum sit, vt de lapsu alicuius, vel de gloriae dilatione. Et sitis

August.  
in psal. lxxxiii

Ambro.

Id ipsum inuicem sentientes, non alta sapientes, sed humilibus consentientes. Nolite esse prudentes apud vosmetipsos, nulli malum pro malo reddentes, prouidentes bona non tantum coram deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Si fieri potest (quod ex vobis est) cum omnibus hominibus pacem habentes. Non vosmetipsos defendentes charissimi, sed date locum irae. Scriptum est enim, Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit dominus. Sed si esurierit inimicus tuus cibus illum, si sitit, potum da illi, hoc enim faciens, carbones ignis cogeres super caput eius. Noli vinci a malo, sed vince in bono malo.

Id ipsum inuicem sentientes, cum illis in gaudio, vel in fletu. & pro his oibus praeditis & alijs, Non, sitis, Sapientes alta, in corde saltem: Sed, sitis, Consentientes humilibus. i. humilium imitatores. Et nota q. non ait, colloquentes humilibus, sed consentientes, quod non sit ore tantum, quia tunc vera est humilitas, si non est lingua sola, sicut hypocrita, qui dicit se peccatum non habere foris, fingit humilitatem, intus amplectitur vanitatem, ergo in corde & in ore non habet veritatem. Io ergo dixit, non alta sapientes, ne sit elatio in animo, & ne praesumentes de se condoleant alijs, sed exprobrent, quasi peccatoribus. Haec est superbia quae cum se praeponeat offendit, deinde adiunxit, Sed humilibus consentientes, vt aliena causa sit eorum, vt ita gratiam habeant apud deum qui superbis resistit, & humilibus dat gratiam. Et nolite esse prudentes apud vosmetipsos. i. ne prudentiam vestram apud vos tantum, sed magis apud proximos exerceatis, etiam si quis eorum offendit. Vñ subdit, Nulli, sitis, Reddetes malum pro malo, etiam si qui offendat vos, Deinde monet ne etiam licita cum scandalo fiant, dicens, & sitis Prouidentes bona, non tantum coram deo. i. in secreto cordis, Sed etiam coram oibus hominibus, vt non fiat scandalum, sed bonum exemplum, quia illud fieri debet, quod & deo non displiceat & fratri scandalum non sit. Et etiam sitis, Habentes pacem cum oibus hominibus si fieri potest, vt assentiant. si vero non potest fieri, malorum iniquitate merente, saltem. Quod ex vobis est, facite. s. quod ad vos pertinet. i. pacem cum eis habete quantum in vobis est vt etiam cum his qui oderunt pacem sitis pacifici, Vel, sitis habentes pacem cum omnibus hominibus, si fieri potest, io dicit si fieri potest, quia difficile est. Quod tamen licet sit difficile, Est ex vobis. i. in potestate vestra, scilicet habere pacem cum omnibus. Et non sitis, Defendentes vosmetipsos charissimi, id est non sitis referentes aduersarios. Sed date locum irae, id est iudicio dei, Attende quod non praecipit vt nolint sancti vindicari a deo quod clamant sancti, sed vt non seipsos vindicantes dent locum irae dei, qui dixit, Mihi vindictam, ad quem in Apocalypsi sancti clamant, Vindica domine sanguinem nostrum, Quod aliter oporteat accipi, non est praetereundum. ne videantur sancti propter exaturandum odium desiderare vindictam, quod ab eorum profectione lo

Ambro.  
Augustinus.  
in psal. cxxx.

Ambro.

Ambro.

Augustinus  
in psal. lxxxviii



ge est. Non ergo vindictam volunt propter exaturandū odium: sed tamen scriptū est **D** Lætabitur iustus cū viderit vindictam. Præcipit autē Aplūs hic, vt dictū est, vt non ipse se vindicantes dent locum iræ dei. Sed si vult bonus, vt deus inimicum puniat, vbi ergo est illud, Diligite inimicos vestros, benefacite illis qui oderunt vos: & illud. Nō reddentes malum pro malo. Nonne hoc est reddere malum pro malo? & non diligit, nec bonum facit inimico? Cū igitur & homo iustus, & homo malus de inimicis suis velint a domino vindicari, in quo discernuntur. Sed bonus magis cupit corrigi inimicū quā puniri, & cum deus punit non delectatur de pœna inimici, quia nō odit eum, sed de iudicio dei, quia deū diligit. Hoc ei placet quod dño, quia & deus quem in hoc sequitur, pluit hic super iustos & iniustos: tñ & in hoc seculo asperis corripit, & pertina- ces in fine dānabit. Huic ergo reseruanda est vindicta. Vnde ait, Date locū iræ. i. vin- dictæ dei. vel, iræ aduersariorū. Ille dat locum iræ aduersarij, qui permittit aduersario facere quod vult. Et debetis dare locū iræ dei. Scriptum est enim, in Proverbijs, Mihi vindictam, reseruauit, vel vos reseruare, Et ego retribuā, dicit dominus. i. vindicabo. & qui non facit deū cōtemnit. Sed si esurierit. Nota insolentiā sed coniunctionis, ita est enim prosequendū, quasi nō sit ibi interposita vtrāq; coniunctio. Ac si diceret sine sed Si esurierit &c. Vel ita pōt legi vt neutra superfluat cōiunctio. q. d. non solum non de- fendatis vos, Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illū: si sitit, potum da illi. i. in vitæ ne- cessarijs subueni illi. Hoc. n. faciens. q. d. iō facito hoc, quia, Hoc faciens congeres car- bones ignis. i. feruorē charitatis, vel sancti spūs, vel vrētem pniæ ardorē. Super caput eius. i. mentem eius. Et si non pœnitet, tamen, Noli vinci a malo, sed vince malum in bono. i. in patiendo, quia si repercutis, similis ei nequā fies. Bonitate ergo contende cō- tra illum. Et est vera contentio, & salubre certamen, vt sit bonus contra malū, nō vt sint duo mali, si tū iam non es malus, opta malo vt sit bonus, displiceat tibi quod ma- lus est, placeat vt fiat bonus ne sint duo mali.

Aimo.

Augustinus  
super psalm.  
xxxiii.

## CAPVT XIII.

**M**nis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, non est enim pote- stas nisi a deo: quæ autē sunt a deo, ordinata sunt. Itaque qui resistit potestati, dei ordinationi resistit, qui autem resistunt, ipsi sibi damna- tionem acquirunt. Nam principes nō sunt timori boni operis, sed ma- li. Vis autē non timere potestatem? Bonū fac, & habebis laudē ex illa: dei enim mi- nister est tibi in bonū. Si autē malū feceris, time. Non enim sine cā gladiū portat. Dei enim minister est, vindex in iram, ei qui male agit. Ideoque necessitati sub- diti estote, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam. Ideo enim & tributa præstatis, ministri enim dei sunt, in hoc ipsum seruientes.

Ois aia. Et hic ad humilitatem inuitat, videbatur. n. quibusdam quod mali domini & maxime infideles nō debent fidelibus dominari, & si boni & fideles essent, bonis & fidelibus deberent esse pares, quā etiam superbiam remouet hic Aplūs a parte superio- re. i. aia significās totū hoīem, Quid est. n. omnis aia nisi omnis hō? q. d. Oia prædicta faciendā sunt, & si ita perfecti estis in corpore Christi, tñ Omnis anima, subdita sit. i. omnis homo subditus sit, quem nomine animæ, ideo significo vt non solum in corpo- re, sed & voluntate seruiatis. Omnis, ergo, Anima subdita sit, vt etiam voluntate ser- uiat hō. Potestatibus, secularibus, bonis, vel malis. s. regibus, principibus, tribunis, cen- turionibus, & alijs. hmōi. Si. n. bonus fuerit qui tibi præest, nutritor tuus est: malus si fue- rit, tentator tuus est, & nutrimenta libenter accipe, & in tentatione approbare. Esto er- go aurum, & attende mundum istū, quasi fornacem aurificis. Sit ergo ois aia sub. pote- statibus sublimioribus. i. in hoc quod sublimes sunt. i. mundanis. Vel causa notatur cū dicit sublimioribus. i. quia sublimiores sunt. Non est. n. probat quod debent subijci, hoc modo, quia omnis potestas est a deo, sed quæ a deo data sunt, ordinata sunt, igitur potestas est ordinata. i. quicunq; habet potestatem dei, ordinationē habet. Itaq; qui re- sistit potestati dei ordinationi resistit, & hoc est quod dicit. q. d. Iō debes subijci pote-

Augustinus  
super Ioan.Aimo.  
Augustinus

**A** stati, quia, non est potestas, alicui homini, vel bono, vel malo. Nisi a deo, data. Vñ Pi- lato dñs ait, Non haberes in me potestatem, nisi datū esset tibi desuper. Malitia hoīum cupiditatem nocendi per se habet: potestatem si ille non dat, non habet. Iōq; diabolus antequā aliquid tolleret Iob, dicebat dño, Mitte manū tuam. i. da potestatem, quia etiā nocentiū potestas, non est nisi a deo. Sicut scriptū est loquente sapiētia, Per me reges regnant, & tyranni per me tenent terram. Vñ Iob de dño ait, Qui facit regnare hypo- critam propter perversitatem populi. Et de populo Israel dicit deus, Dedi eis regem in ira mea. Nocendi volūtas pōt esse ab hoīs aīo, potestas autem nō est nisi a deo, & hæc est abdita aptaq; iustitia. Iniustum enim non est vt improbis accipientibus nocēdi po- testatem honorum patientia probetur, & malorum iniquitas puniatur. Nā per potesta- tem diabolo datam, & Iob probatus est vt iustus appareret, & tētatus est Petrus, ne de se præsumeret, & Paulus colaphizatus ne se extolleret, & Iudas dānatus vt se suspen- deret. Cū ergo deus iustos faciat suos per potestatem diabolo datam, tñ pro iniqua no- cendi voluntate, quæ diaboli ipsius fuit, ei reddetur in fine supplicium. Quæ autē sunt a deo ordinata. i. rationabiliter ab eo disposita sunt. Iob ait, Deus potentes non abijcit, cum & ipse sit potens. Gregorius deum imitari desiderat, qui fastigium potentiæ alie- nis intentus vtilitatibus, & non suis laudibus administrat. Qui prælatus cæteris pro- desse appetit non præesse. Timoris nanq; elatio non ordo potestatis in crimine est, po- tentiam tribuit, elationem vero potentiæ malitia nostræ mentis inuenit. Tollamus er- go q; de nostro intulimus, & bona sunt quæ dño largiente possidemus, quia nequaquā iusta potentia, sed actio parua damnatur. Itaq; qui resistit, vel dolo, vel vi, Potestati. i. homini habenti potestatem, in his. s. quæ ad potestatem pertinent, vt in tributo, & hu- iusmodi. Dei ordinationi resistit. i. habenti potestatem dei ordinatione. Non ergo se- cundum dei ordinationem agit, de potestate bona patet q; deus præfecit eam rationa- biliter: de mala etiā videri pōt dum boni per eam purgantur, & mali damnantur, & ipsa deterius præcipitur. Et nota q; noīe potestatis interdum accipitur potestas ipsa datur alicui a deo, aliquando ipse homo habens potestatem, quod diligens lector distingnat Qui autē. q. d. qui resistit potestati, dei ordinationi resistit. Hoc tam graue est, q; Qui, ei, Resistit, ipse sibi acquirat damnationem, & iō non deberet quis resistere, sed subijci. Si tñ illud iubeat quod non debes facere: hic sane contemne potestatem timendo ma- iorem potestatem. Ipsos humanarū rerum gradus aduerte, si quid iusserit curator, nun- quid faciendum est si contra proconsulem iubeat? Rursus, si quid ipse proconsul iube- at imperator, nunquid dubitatur illo cōtempto illi esse seruiendū? ergo si aliud impe- rator, aliud deus iubeat cōtēpto illo obtēperādū est deo. Nā principes. q. d. merito ac- quirūt dānationē qui potestati resistūt. Nā principes boni vel mali nō sūt, Timori bo- ni operis, sed mali. i. nō sūt ad timorē his qui bene operantur, sed his qui male. Si enim bonus est princeps bene operantē nō punit, sed diligit. Si vero malus est nō nocet bo- no, sed purgat eū. Malus vero debet timere, qui instituti sunt principes vt mala puniāt Principes dicit illos quia propter corrigendā vitam, & prohibendo aduersa creantur, dei habentes imaginem, vt sub vno cæteri sint, Vis autē. q. d. male operantibus sunt ti- mori, Tu autē vis non timere potestatem, quæcūq; sit siue bona, siue mala. Fac bonū, & non est vnde timeas, imo, Habebis laudem ex illa, & si mala est, dum tibi causa est ma- ioris coronæ. Si autē iusta est potestas, habebis laudem ex illa, etiam ipsa laudante. Si iniqua est, habebis laudem ex illa, non ipsa laudante, sed ipsa tibi laudis occasionem præbente. Vere ex illa laudē habebis. Dei. n. minister est tibi in bonū. i. tibi est faciēs bonū siue bonus, siue malus sit, quia exercet, vel dat est a deo in bonū tuū, vt tueatur te & tua. Manifestū est. n. quod iō dati sunt rectores a deo ne malū fiat bonis. Si autē male feceris. q. d. bono nō est timēdū. Si autē male feceris time. Et timēdū est, Enim. i. quia portat gladiū. i. habet iudiciariā potestatem. Non sine cā, sed vt malos puniat, & hoc ostendit subdens. Dei. n. minister est. i. loco dei vindicat. ipse dico existens Vin- dex in iram dei. i. propter offensam dei vindicadā. Vel vindex in iram dei futuram ostendendam. i. propter vindictā dei futurā ostēdendam, quia hæc punitio vindicat per- sistentes in malo, grauius esse puniendos. Dico quod vindex est, & hoc, Ei. i. ad dānū eius, Qui malum agit, & quia minister dei est, Iō subditi estote ei, quā si ex necessitate, vel necessitati, alia litera. i. necessariæ ordinationi, Subditi estote, & hoc nō solū pro-

Augustinus  
de natu. boniAugu.  
in ser. l. Lau.

pter iram principis, vel dei vitandam, sed propter cōscientiam. f. vt munda sit vestra mens, praelatum a deo diligendo, licet. n. oēs fideles in quantum fideles sunt, vnū sint in Christo, in cuius fide non est distantia Iudæi & Græci, dñi & serui, & hmōi, differētia tamen est in conuersatione mortali, & eius ordinem in huius vitæ itinere seruādū esse apostoli præcipiunt. Alia sunt. n. quæ seruamus in vnitae fidei sine vlla distātia. Alia in ordine huius vitæ tanquā in via, ne nomen dñi, & doctrina blasphemetur. Iō enim. Hæc est probatio subiectionis quasi dicat subditi esse debetis, quia etiam Ideo id est ad ostendendam subiectionem. Præstatis tributa, quod est signū subiectionis, nō ait soluitis, sed præstatis, quasi redditis, quia reddunt seruiendo in defensionem, dū pugnant pro patria, & dum agunt iudicia præstatis tributa, vos dico seruientes deo. In hoc ipsum. i. propter hoc ipsum seruitis deo, quod illis tributa datis. Vere per hoc seruitis deo. Minister. n. dei sunt. Ad hoc. n. instituti sunt, vt boni laudentur, mali puniatur, Vel ita, Ministri. n. q. d. debetis præstare tributa. quia, Ministri dei sunt. Ipsi dico Seruientes vobis dum patriam defendunt. In hoc ipsum. i. propter hoc. f. propter tributum seruiunt vobis in defensione patriæ, & quia ministri dei sunt.

Reddite ergo omnibus debita, cui tributum tributum, cui vectigal vectigal, cui timorem timorem, cui honorem honorem. Nemini quicquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis. Qui enim diligit proximum, legem impleuit. Nam non adulterabis, non occides, non furaberis, non falsum testimoniū dices, non concupisces, & si quod est aliud mandatū, in hoc verbo instauratur, Diliges proximum tuum sicut teipsum. Dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo ergo legis est dilectio.

Reddite omnibus debita, vt sic laudetur disciplina euāgelica, hoc modo, Cui, debetis, Tributum, reddite Tributum. Tributum dicit quod regiones solvunt. Cui debetis, Vectigal, reddite Vectigal. Vectigal dicitur stipendiū quod datur dominis qñ per patrias vehuntur. vel tributum dicitur, quod domi soluitur, vectigal quod ad domum dñi vehitur. Cui, debetis Timorem, reddite Timorē, vt dominū timeam⁹, & personas vereamur. Cui honorē, debetis, reddite honorē, vt assurgere, & hmōi. Quis per singula? Nemini quicquā debeatis nisi vt inuicem diligatis. i. cætera ita soluite vt nō debeatis aliquid. Charitatem vero ita soluite vt semper debeatis. Sola. n. charitas est quæ est reddita semper detinet debitorem. Redditur. n. cū impenditur. Debetur autē si reddita fuerit, quia nullum est tempus quo ipsa danda nō sit, nec cū redditur amittitur, sed potius reddendo multiplicatur. Habendo. n. redditur nō carendo, vt pecunia quæ reddi nō potest nisi habeatur, nec haberi nisi reddatur. Imo cum redditur ab hoīe, crescit in homine, & tanto maior acquiritur, quāto pluribus reddatur. Hic autē fit mentio de charitate quia valet ad humilitatem prædictā. Et nota q̄ pacem nos supra monuit habere ad omnes. Hic autē dilectionem dicit esse habendam inter fratres quod notat dicendo Inuicem. Aliter. n. vere fratres non sunt, & vere dilectio est habenda, quia, Qui diligit proximum, legem impleuit. & hoc per partes ostendit, dicens, Nam non. q. d. Verberaberis: & hoc, Non falsum testimoniū dices: & hoc, Non concupisces, rē proximi tui Et si quod est aliud mandatū, per Moysen datū, Instauratur. i. continetur, & impletur In hoc verbo. i. in hoc mādato, quod Moyses fecit i Leuitico. f. diliges proximum tuū sicut teipsum. In bono diligendus est proximus, non in malo, quoniam qui diligit iniquitatem, odit animā suā: & ita nō seipsum diligit, quia nec proximū sicut seipsum. Et nota quia cum duo sint præcepta charitatis, in quibus tota lex pendet & prophetæ: pro vtroq; sæpe vnū ponitur, non immerito, quia deus, nec sine proximo, nec proximus sine deo diligi pot. Hic autē dilectio proximi iō commemoratur, quia dilectio proximi in factis apparet. Dilectio vero dei āplius latet, & ideo hanc spiritualius ponit, de qua dominus ait. Mandatum nouum do vobis vt diligatis inuicem, vbi illud mandatū maius dilectionis dei videtur esse prætermissum. Sed bene intelligentibus vtrunq; inuenitur in singulis, quia qui diligit deum, non potest eum contemnere quem deus præcepit diligi. Et qui sanctæ ac spiritualiter diligit proximum, quid in eo diligit nisi deum Ipsa est dilectio ab omni mundana dilectione discreta, quam distinguendo dñs ait. Si

Aimo.

Augustinus ad Cælestiū

Ambrosius.

Augustinus de tri.

Augustinus super Ioan.

A cut dilexi vos. Quid. n. nisi deum dilexit in nobis, non quæ em habebamus, sed vt haberemus, sicut medicus diligere dicitur ægrōs? & quid in eis nisi salutem quā cupit vtiq; reuocare, non morbum quem venit expellere? Sic ergo & nos inuicem diligamus, ait, quantum possumus inuicem ad habendum deum in nobis curam dilectionis attrahamus. Tunc est quippe optimus homo, dū tota vita sua pergit, in incommutabilem vitam, & toto affectu inhæret illi. Si autē se propter se diligit, non se refert ad deum, sed ad seipsum conuersum, non ad incommutabile aliquid conuertitur, & iō iam cum deo factū aliquo se fruitur. Si ergo teipsum, non propter te debes diligere, sed propter illū vbi dilectionis tuæ rectissimus finis est, non succenseat alius homo, si etiā ipsum propter deum diligit. Hæc. n. est regula dilectionis diuinitus constituta, vt diligas proximum propter deum. Deum vero ex toto corde, ex tota aīa, ex tota mente, vt. f. oēs cogitationes tuas, & oēm vitam, & oēm intellectum in illum cōferas, a quo habes ea ipsa quæ confers. Nemo ergo diligit proximum, nisi diligat deum. Quantum ergo potest proximo impendat quem diligit, sicut seipsum, vt & ille diligat deum, quem si ipse non diligit, nec se, nec proximum diligit. Amator. n. dei, amator est sui: & non diligens deū non diligit proximū, quia non diligit seipsum. Qui autem se propter habendum deum diligit, ipsi se diligit: ergo vt se diligant, deū diligunt. Non est hæc dilectio in omnibus hoībus. Pauci. n. se diligit, vt sit deus oīa in oībus. Dilectio. q. d. vere qui diligit proximum, bene facit, quia, Dilectio proximi non operatur malum. i. diligit proximum, nullum malum mortale operatur. Proximum oēm hoīem oportet intelligi, quia nemo est, cū quo operādū malū. Qui ergo amat hoīes, aut quia iusti sunt, aut vt iusti sint, amare debet. Sic. n. & seipsum amare debet. f. vel quia iustus est, vel vt iustus sit. Qui. n. aliter se diligit iuste se diligit: quia ad hoc se diligit, vt sit iustus. Ad hæc ergo vt sit malus, ergo iam non se diligit. Qui. n. diligit iniquitatem, odit aīam suam. Et quia dilectio non agit malum, Ergo dilectio est plenitudo legis. i. qui diligit plene implet legem. Vbi enim charitas est quid est quod possit deesse? Vbi autem non est, quid est quod possit prodesse? Cur ergo non dicimus qui hanc virtutem habet, habere omnes, cum plenitudo legis sit charitas, quæ quanto magis est in hoīe, tanto magis virtute est præditus. Quanto autem minus, tanto minus inest virtus. Quanto minus inest virtus, tanto magis inest vitium. In hac decalogus legis impletur. Decalogus. n. legis decem præcepta habet, quæ sic sunt distributa vt tria pertineant ad deum, septem pertinent ad hominem. Est enim bellum quod secum agit homo, dimicās contra concupiscentias malas, & frenans auaritiam, elidens superbiam, suffocans ambitionem, trucidans libidinem. Has pugnas fac in occulto, & non vinceris in aperto. Ad hoc docentur manus nostræ ad prælium. Non est hoc in spectaculis vestris venator? quod citharista. Aliud agit venator, aliud citharista. In spectaculo dei vnum est, tangis easdē decē cordas, & feras occidis, vtrunq; simul facis: tangis primā cordā qua vn⁹ colitur deus, cecidit bestia superstitionis. Tangis secundam cordam, quia non accipis nomen dei tui in vanum, cecidit bestia erroris, & nefandarum hæresum. Tangis tertiā cordam, vbi pro spe futuræ quietis facis quicquid facis, interficitur crudelior cæteris bestiis amor seculi huius. Propter amorem huius seculi laborant homines in omnibus negociis, tu autem in omnibus operibus tuis labora, non propter amorē seculi, sed pro sempiterna requie quam promittit deus. Honora patrem tuum & matrem tuam, tangis quartam cordam, vt honorem parentibus deferas, & cecidit bestia impietatis. Nō mœchaberis, tangis quintam cordam, cecidit bestia libidinis. Non occides, tangis sextam cordam, cecidit bestia crudelitatis. Non furtum facies, tangis septimam cordam, & cecidit bestia rapacitatis. Non falsum testimonium dices, tangis octauam cordam, & cecidit bestia falsitatis. Non concupisces vxorem proximi tui, tangis nonam cordam, & cecidit bestia adulterinæ cogitationis. Aliud est enim non facere aliquid tale propter vxorem propriam, aliud non appetere alienam vxorem. Ideo duo præcepta sunt, non mœchaberis, & non concupisces vxorem proximi tui. Non concupisces rem proximi tui, tangis decimam cordam, & cecidit bestia cupiditatis, Ita cadentibus omnibus bestiis, securus, & innocens in dei dilectione, & humana societate verfaris.

Et hoc scientes tempus, quia hora est iam nos de fomno surgere, nunc enim h iij

Augu. de doā Anna Christ.

Augustinus ad Hierc. Augu. August. super Ioan.

Augu. in psal. xi.

Augustinus super Ioan. Aug. ad Hierc. Augustinus in ser. de. x. cordis.

propior est nostra salus, quam cum credidimus. Nox præcessit, dies autem appropinquavit. Abiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis, sicut in die honeste ambulemus, non in comestationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudiciis, non in contentione & æmulatione, sed induemini dominum Iesum Christum, & carnis curam ne feceritis in desiderijs.

Et hoc scientes. Alia commendatio charitatis est hic. Supradixit quod malum non facit: hic dicit quod etiam opportunitate parat bene operari. q. d. Scimus quia dilectio malum non operatur, & hoc etiam scimus, Quia hora est iam nos de somno surgere. Et nos, Hoc scientes, abiciamus &c. Vel ita sicut quidam libri habent, Hoc tempus. q. d. dilectio est plenitudo legis, & nos, Scientes hoc tempus. s. gratia, Abiciamus &c. quod debemus. Quia iam. s. ex quo dilectionem habuimus. Est, nobis, Hora. i. oportunitas, sed brevis, Surgere de somno. i. de torpore bene operandi & negligentia vel ignorantia quæ per somnum significatur hic, & debemus surgere nunc. Nunc. n. nostra salus. i. æterna quæ nobis promittitur, Est propior. i. magis debita per bona opera, Quam tunc, Cum, tantummodo, Credidimus. Manifestum. n. est, quia post laucrum aliquis bene operas & studens charitati vicinus est æternæ vitæ. Bona. n. vita signum est & causa salutis futuræ, baptisimus vero est ad veniam, vita bona etiam ad coronam: quia ergo credidimus & operati sumus, turpis est nisi surgamus. Vel, Nunc est. s. hoc tempore, Propior nostra salus, quam cum credidimus, quia plus morti proximi sumus. Nox præcessit &c. Item hic ostenditur cur surgere debent. q. d. i. o. etiam debetis surgere, quia, Nox, infidelitatis & ignorantia, Præcessit. i. fuit, sed modo non est, cuius memoria monet ut caveatis. Dies autem. i. æterna beatitudo, Appropinquavit, dum peccata sunt remissa, dum ita estis per gratiam. Vel ita, debetis surgere, quia, Nox præcessit. i. vetus homo, qui in baptismo præterijt. s. fomes peccati. Dies autem appropinquavit. s. sol iustitiæ Christus, cuius luce veritatem didicerunt, ut sciant quid agendum sit. Præter. n. ignorantes Christum in tenebris erant. At ubi lux orta est, transierunt a falso ad verum. Ergo. s. propter interfertas causas. Abiciamus opera tenebrarum. i. opera mala quæ ex tenebris ignorantie venerunt, vel quæ tenebras amant, & ad tenebras ducunt. Et induamur tanquam ornamentum, Arma lucis. i. virtutes quæ sunt arma, quæ exigunt lux, id est fides. Et acceptis virtutibus, Ambulemus honeste. i. in actu earum exerceamur, Sicut, decet, In die fidei. Quæ autem sunt opera tenebrarum ostendi, subdens, Non in comestationibus. q. d. Ambulemus honeste, sed non in his. s. non comestationibus. i. luxuriosis conuiujs, quæ aut collatione omnium celebrantur, aut vicibus solent a contubernaliis exhiberi. Et ebrietatibus. i. immoderatis potationibus. Brian. n. genere masculino dicimus calicem aptum potationi, a quo dicitur ebrietas, quæ est nimia potatio vini. Non in cubilibus. i. in pigritia dormientium. Et in impudiciis. i. in luxuria quæ in cibo & potu nimio venit, & ideo post comestationem & ebrietatem posuit, Non in contentione & æmulatione, ambulemus, sicut solebant facere se invicem præferendo, in quo minor inuidebat maiori, & ita erat contentio. i. æmulatio. Et nota Romanos in his tangi, & i. o. non est eis ius gloriæ. Horum autem morborum superbia est mater, & humanæ laudis aviditas, quæ etiam hypocritarum sæpe generat. Huic non resistitur nisi crebris diuinorum librorum testimoniis incutiatur timor & charitas dei. Sed induite. q. d. ne faciatis prædicta: Sed induite, vel, Induemini dominum nostrum Iesum Christum. i. formam Christi in oibus, quæ induti non cogemini seruire carni. Vñ subdit, Et carnis curam ne feceritis, non dico in necessariis ad sustentationem, sed, In desiderijs, illicitis. Sic. n. sumenda sunt alimeta quemadmodum medicamenta. Fames. n. & sitis ut quidam dolores vrunt, & sicut febres necant, nisi alimentorum medicina succurrat, quæ præsto est ex consolatioe munerum dei, qui regnum dei querentibus omnia adiicienda promittit. Sic ergo sumenda est alimonia ut medicina. sed dum ad quietem satietatis ab indigentia transitur in ipso transitu insidiatur laqueus concupiscentiæ, & cum salus debeat esse cædendi adiungit se tanquam pedissequalis periculosa iocunditas, & sæpe conatur præire, ut eius cædendi fiat quod salutis causa facienda erat, & sæpe incertum sit, vtrum necessaria corporis cura subsidium petat, an voluptaria cupiditas fallaciæ ministerium suppetat. Ad hoc incertum hilare fecit infelix

Ambro.

Ambro.

Aimo.

Aimo.

Augustinus. ad Aurelium episcopum.

Augustinus. in lib. conf. Augustinus. de ser. in mō. Augustinus. in lib. cōf. f.

A anima gaudens non apparere quid satis est moderationis valetudinis, ut obtentu salutis obumbret negotium voluptatis, nec idem vtriusque modus est. Nam quod saluti sat est delectationi pater est.

CAPVT XIII.

**I**nfirmum autem in fide assumite, non in disceptationibus cogitationum. Alitis enim credit manducare se omnia: qui autem infirmus est, olus manducet. Is qui manducat non manducantem non spernat, & qui non manducat, manducantem non iudicet: deus enim illum assumpsit.

Infirmum autem in fide, quia ex Iudæis erant, qui Romanos ad fidem Christi assumpserant admixta lege, i. o. quibusdam videbatur cibos debere discerni, sicut lex mandabat, & hi non erant perfecte fidei. Alijs vero qui Christum sine lege sequebantur videbatur e contrario. s. licere edere omnes cibos. perfecte. n. fidei est nullum cibum discernere, & immundum putare, quia omnia munda sunt mundis: sed quidam infirmi ut dictum est censebant vel dicebant a quibusdam abstinendum, & ita inter Romanos erat contentio. Vnde præcipit hic Apóstolus tales assumere, non abicere: sed patiendo ad fidem erigere ex exemplo & verbo, & si incognitum est quo quis animo faciat, non inde disceptare. Tales igitur Apóstolus tanquam ægros medicis offerens ait, Infirmum autem &c. q. d. in nobis honesti sitis ut dictum est. Infirmum autem in fide. i. illum qui nondum perfecte credit. s. qui non credit ut credendum est, assumite ad sanandum. Sicut Christus ægros assumpsit ut eos sanaret, assumite dico, Non in disceptationibus cogitationum. i. non ita ut de occultis iudicetis eum reum. Non est. n. dandum cuius cogitatio non est aperta, vel de quo nescimus qualis post futurus sit. Non igitur nobis usurpemus diiudicare cogitationes aliorum, sed deo præbeamus cogitationes nostras, & faciem boni videntes gaudeamus, cor vero deo committamus, pro quo oremus. Dico assumite infirmum, & sunt inter vos quidam qui hoc possunt. Alius. n. vestrum, in fide perfectus. Credit, se posse, Manducare omnia, humanis visibus data: & hic talis potest assumere alios. Qui autem infirmus est. i. qui cibos discernit reputans alios mundos, alios immundos, Manducet olus. Hic indiget assumi qui permittitur edere olus, in quo nulla quaestio est, in cuius esu omnis secta consentit. Infirmus ergo est qui cibos discernit eo quod Iudæi prohibiti sunt edere, hinc suo iudicio dicit relinquendum apóstolus, ne cum scrupulo edat. Vel infirmus dicitur pronus ad casum, qui facile impetu libidinis sternitur. q. d. licet perfecta fides sit quæ omnia licere credit, tamen qui infirmus est. i. qui timet casus vitiorum, manducet olus. i. tenues & aridos cibos qui non fomentum vitiorum, & abstineat ab illis quibus libido excitatur. Crassitudo. n. carniū, & delitiosæ epulæ protocant corpus corpus ad libidinem. Is qui manducat. Supra præcepit non disceptare de cogitationibus aliorum. Hic præcipit non spernare illos. q. d. & cum hæc ita sint, Is qui manducat, omnia indifferenter, non spernat non manducantem. i. abstinentem, quia voluntatis est edere, vel non edere, & i. o. quaestio huic fieri non debet. Omnia. n. voluntati humane subiaceant, sicut dominio humano subiecta sunt. Et qui non manducat, omnia, Non iudicet manducantem, tanquam reum, id est non credat, & asserat eum peccare, cum nesciat quo animo faciat. De manifestis enim non de occultis iudicandum est. Manifesta vero sunt quæ non possunt animo bono fieri, ut sunt stupra, blasphemie, furta & homicidia, de quibus iudicare permittitur nobis. De quibus etiam dicitur, Ex fructibus eorum cognoscetis eos. Sed ea quæ dubium est, quo animo fiant, in meliorem partem interpretamur, ut de cibis, quia possunt bono animo & simplici corde sine vitio concupiscentiæ, quicunque humani cibi indifferenter sumi. De talibus. n. rebus quæ possunt bono animo fieri, & non bono, volebant illi cum homines essent ferre sententiam in occulta cordis, de quibus solus deus iudicat. Vnde dicitur, Nolite ante tempus iudicare. Sunt ergo quædam media facta, quæ ignoramus quo animo fiant, quia & bono & malo fieri possunt. De quibus temerarium est iudicare, maxime ut non condemnemus. Deus enim, quasi dicat, neuter alterum iudicet, uterque enim seruus dei est. & hoc est, Deus enim, illum, scilicet manducantem assumpsit ad fidem &c. hoc est, ergo,

Ambro.

Aimo. August.

Ambro.

Augu.

Hierē.

Ambrosius.

Aug. in ser. de monte.



Tu quis es qui iudicas alienum seruum? Domino suo stat aut cadit, stabit autem, potens est. n. deus statuere illum. Nam alius iudicat diem inter diem, alius autem iudicat omnem diem. Vnusquisque in suo sensu abundet. Qui sapit diem, domino sapit: & qui manducat, domino manducat: gratias enim agit deo. Et qui non manducat, domino non manducat, & gratias agit deo.

Tu quis es. i. cuius valentia es. Qui iudicas alienum seruum? i. dānandum affirmas? quod non debes cum sit alterius seruus. Manifestum est enim seruum non debere cōserui voluntatem iudicare. Suo &c. quasi dicat, de incognito corde alieni serui, tu non habes iudicare. Quia suo domino, id est ad honorem domini sui, stat, qui stat, aut cadit, suo domino, quia ad eum pertinet etiam casus cadentis, qui erigere potest, vel iudicare. Stat, aut cadit, ideo dicit, quia ambiguum est, quia forsitan stat qui putatur cadere: vel, suo domino stat aut cadit, quia qua conscientia edat vel non edat, deus iudex est cuius seruus est. Stabit autem, id est stare poterit, Domino suo, quia neque si edit res est: neque si non edit, culpabilis est, si tamen deuotione hoc agit. Vel ita, Stabit autem, quauis de omnibus regeneratis, & pie viuentibus loqueretur apostolus dicens seruum alienum, continuo tamen respexit ad prādestinatos, cum ait, Stabit autem, hoc de prādestinatis dicit: & ne sibi stare arrogant subdit, Potens est enim deus statuere illum, de quo nulli est ambiguum. Per hoc autem quod ait, stat aut cadit, ostendit se nescire quo animo ille se agat in dubijs. Cum vero addit, stabit autem: hic innuit quod ambigua debemus in meliorem partem vertere, & plus salutem quam mortem reorū optare, & in futuro spem boni habere, & si aliter sit in prāsenti. Nam alius iudicat.

Supradixit quod alij omnia manducant, alij non omnia, de generibus ciborum agens hic dicit quod alij omni, alij aliquo certo tempore abstinent: & vtrunque recte posse fieri dicit, quasi dicat, dico stabit, & potest credi staturus esse, quia quod agit ex iudicio dei agit. & hoc est quod ait, Nam alius iudicat, dicit esse eligēdū in abstinentia interpositum, Inter diem, & diem. Alius autē oēm diem iudicat, esse eligēdū in abstinentia, id est quidam certis diebus, quidam omni tempore putant esse abstinentium. Vnusquisque, autem eorum in suo sensu, in sua conscientia. Abundet, in meli9, vt qui edit cum gratiarum actione edat. & qui abstinet pro deo faciat, vel, in suo sensu, id est in suo consilio dimittatur ne scandalum passus a charitate quæ est mater omnium virtutum recedat. Dico quod in suo sensu sit abundans: & vita faciet. Qui sapit diem omnem: vel, inter diem & diem, deo domino sapit, id est ad honorem domini facit, quia deo placere in hoc se putat. Et similiter, Qui manducat, omnia, Manducat domino, id est ad laudem domini & honorem, cuius omnia creata credit munda: & quia ei serui-turus illis sustentatur: & quod domino manducet, effectus indicat, Gratias enim agit deo: pro omnibus creaturis quibus sustentatur & pascitur, & similiter, Qui non manducat, id est qui abstinet, Domino, id est ad honorem domini est, quod non manducat effectus indicat. Gratias agit deo, pro collatis sibi abstinentia, & debemus edere vel nō edere domino. Enim, id est quia.

Nemo enim nostrū sibi viuit, & nemo sibi moritur. Siue enim viuimus, domino viuimus: siue morimur, domino morimur. Siue ergo viuimus, siue morimur, domini sumus. In hoc enim Christus mortuus est, & resurrexit: vt & viuorū & mortuorū dominetur. Tu autē quid iudicas fratrem tuū: aut tu quare spernis fratrem tuū? Omnes enim stabimus ante tribunal Christi. Scriptū est enim, Viuo ego dicit dominus, quoniam mihi steterunt omne genu, & omnis lingua cōfitebitur deo. Itaque vnusquisque nostrū pro se rationē reddet deo. Nō ergo amplius inuicē iudicemus: sed hoc iudicate magis, ne ponatis offēdiculum fratri vel scādalum.

Nemo nīm, fidelium: Viuit, spiritualiter. s. in virtutibus. Sibi. i. suæ voluntati. Qui enim legē frenatur & regitur, nō sibi viuit, sed deo qui legē dedit. Si lex non esset, sibi quisque viueret. aut, Nemo nīm, Moritur, vitijs, si cut sit in baptismo. Sibi. i. vt sibi placeat: sed dño, quo iudice dānatur, vel coronatur. Vel, Nemo viuit, virtutibus aut morit

vitij, Sibi, sed domino, Et vere nemo sibi. Siue enim viuimus, vita virtutum, Domino vi. id est a domino iudicandi vel vt ei placeamus. Siue morimur, vitijs & peccatis, Domino morimur, id est ad similitudinem Christi, in cuius morte baptizati sumus: vt sicut Christus semel mortuus est, & semper viuuit: ita & nos semel mortui peccato, in baptismo, semper viuamus deo. Vel ita; nemo enim viuit temporaliter, scilicet conuisione animæ & corporis. Aut moritur, dissolutione animæ & corporis, Sibi, id est ad laudem suam sed dei. Sicut enim magnitudinis eius non est finis, sic nostræ laudis nō erit finis. Non enim cum mortui fuerimus in hac carne desinemus laudare deum, & secundum hoc de fidelibus tantum agit. Vel, Sibi, id est a se iudicandus, sed a domino: secundum hoc de bonis ac malis accipitur. Et vere nemo sibi, sed domino. & hoc est, Siue enim viuimus, corporali vita: Domino viuimus, id est ad laudem domini, vel sub iudicio domini. Siue morimur, temporaliter, domino morimur, id est ad laudem domini, vel a domino iudicandi. & quia vtrunq; est a domino: ergo Siue viuimus siue morimur domini sumus serui. vel, Domini, id est a domino sumus iudicandi. Cur ergo iudicat homo? In hoc enim. q. d. Vere domini sumus, quia precioso sanguine eruit nos, nec tenebit mors illum pro quo mortuus est liber in mortuis. & hoc est quod ait, In hoc enim Christus mortuus est & resurrexit vt dominetur, id est intelligatur dominari, Et viuorū & mortuorū, & vtrorūq; iudicare, & accipit ad literā viuos & mortuos. Hoc iam ideo dicit, vt nō putetur Christus tantū iudicare de mortuis, quasi dū viuunt hoibus sit commissum iudiciū, sed post mortē deo. Hoc enī insipientium dogma peruer sum tradidit. Sed melius est vt vtrorūq; dicatur Christus dominari, & vtrorūq; iudicare, quia quibus dedit filios dei fieri, illi & nūc & post mortē regnāt cū Christo. Sed aliter nūc regnāt cū illo sancti eius. A liter tūc regnabūt, nūc regnāt, quia quæ sursum sūt sapit & querūt, postremo regnabūt cū illo ita vt sint in regno eius, & sint etiā illi regnū eius: quia & anime piorū mortuorū nō separātur ab ecclesia, quæ etiā nūc est regnū Christi, qui regnat nūc cū Christo ecclesia in viuis & mortuis. Alioquin nec ad altare dei fieret memoria eorū in cōmunicatione corporis Christi. Ergo fideles etiā de functi, mēbra sunt eius. Ideo ergo mortuus est. & resurrexit, vt ostēderetur dñs atq; iudex, Viuorū & mortuorū. Vel ita, vt mortuos & viuos mystice accipiamus. q. d. Vere domini sumus. In hoc enī Christus mortuus est & resur. vt dominetur viuorū & mortuorū. i. vt ad dominū suū traheret viuentes in virtutibus, & mortuos in peccatis. Per Christum enī creatura quæ pro peccato alienata erat ab auctore, & facta captiua, est liberata, quæ pater de cælo misit ad terras ne opus eius periret, pro quibus liberandis & adiutandis, Christus venit, mortuus est, & resurrexit. Mortuus. n. est vt mortuos in peccatis liberet a peccatis: dū vixit, viuus salutis viā ostendit: resurrexit, vt iustificatos secū viuere faciat. Ex perditis ergo reformauit sibi seruos. Tu autē. q. d. Ex his apparet qd Christus debet dominari. Tu autē, manducās oīa, Quid iudicas fratrem tuū? nō manducantem? Aut tu, nō manducans, Quare spernis fratrem tuū manducantē? nō ita debet facere. Omnes enī stabimus, vt iudicandi, ante tribunal Christi. i. ante iudicē deū sedentem. Et dicitur hoc a simili. Tribunal enim sedes iudiciū est, quæ in excelso locatur, vt iudex ab oībus videatur, & ipse ex eminenti loco omnes valeat intueri: ita & Christus quasi in tribunal sedebit, quia & ab omnibus videbitur, & ipse omnium cōscientias videbit, & causas diiudicabit. Et vere, Scriptum est enim in Esaia, Viuo ego dicit dominus. q. d. qui olim sui mortuus iam viuo in potentia, quæ in hoc patet. Quoniam steterunt, mihi in iudicio, Omne genu, etiam inimicorū, Et omnis lingua, id conscientia cognosces me esse deū, Confitebitur quid egerit, Mihi, deo. Et quia scriptura ita dicit, Itaque vnusquisque nostrū, iudicandus a domino, Reddet deo pro se rationē, non eludet ibi per ambages. Et quia pro se quisque reddet rationē, Nō ergo amplius, Sicut hactenus facimus, Inuicē iudicemus nos, ex opinione. quasi nō vsurpemus nobis, quod ad nos non pertinet. Nō reprehēdamus ea quæ nescimus quo aīo fiāt: vel etiā si aperta sint, nō ita reprehēdamus vt de sanitate desperemus. In his enī duobus temerariū est iudiciū. s. cū incertū est quo animo quidq; factū est. Vel cū incertū est qualis futurus sit qui nūc bonus vel malus manifeste apparet, & vel superbia est vel inuidētia, de his iudicare qd maxime faciūt, qui magis amat clamare, vituperare, quā emēdare & corrigere. Vnde dicitur. Nolite iudicare & nō iudicabimini, Sed magis iudicate. i. obseruando discernite

Aimō.

Ambrosius.  
Augustinus.  
in Enchi.

August. de  
ciuitate. dei.

Ambrosius.

Augustinus.  
de ciui. dei.

quod pro fit, vt hoc. f. ne. Ponatis fratribus offendiculum. i. aliquid vnde pereat frater D  
vestro exeplo idem faciens, vel scandalum, id est contristationem quod minus est.

Scio & confido in domino Iesu, quia nihil commune per ipsum nisi ei qui existimat quid commune esse, illi commune est. Si enim propter cibum frater tuus contristatur, iam non secundum charitatem ambulat. Noli cibo tuo illum perdere, pro quo Christus mortuus est. Non ergo blasphemetur bonum nostrum. Non est enim regnum dei esca & potus, sed iustitia & pax & gaudium in spiritu sancto. Qui enim in hoc seruit Christo, placet deo, & probatus est hominibus. Itaque quae pacis sunt & amur, & quae aedificationis sunt inuicem custodiamus. Noli propter escam destruere opus Dei.

Scio & c. q. d. Dico ne ponatis fratri offendiculum, non autem dico, offendiculum vel scandalum, eo quod cibus sit immundus, quia, Scio, per hoc. Et. i. quia, Confido in domino Iesu, id est per hoc quod confidentia est mihi in Iesu, qui postquam venit absoluit a lege, Quia nihil est commune, id est immundum per ipsum, id est per aduentum eius, vel per eius creationem. Nota quia commune ponit pro immundo, & est tractum a vasis quae ante erant omnibus vasis communia, quorum quaedam postea sacrificijs dedicata iam non communia, sed sancta dicebantur. Vel tractum est a Iudaeis, quia ipsi Iudaei dicebantur prius proprijs populus dei. Alij vero omnes dicebantur communes & immundi, & ita Iudaei cibos ex lege concessos tantum, dicebant mundos. quibus autem gentes communiter utebantur illos communes. i. immundos appellabant, nihil est commune dico, Nisi ei qui existimat quid commune esse, sed illi pro conscientia qua hoc aestimat, Commune est. Vnde dominus in euangelio ait, Non quod intrat in os co inquinat hominem, sed quod procedit ex corde coninquit. Qui hoc existimat est infirmus. de quo supradixit, Oculi manducet. Dubitando enim infirmus est, apud istum immundum est quod putat non edendum. Si enim. q. d. ideo ne ponas offendiculum vel scandalum fratri, quia si propter cibum frater tuus non dico scandalizatur, sed quod minus est saltim contristatur, iam ex hoc solo patet, quod, Non ambulat secundum charitatem: in quo peccas. f. quod non ambulat secundum charitatem. Caue ergo ne contristes cibo tuo fratrem tuum, plus autem caue ne perdas. vnde subdit, Noli cibo tuo illum perdere pro quo Christus tantum quidem fecit, quod mortuus est, ex cuius morte cognoscitur quantum valeat salus fratris. Debes ergo illum confirmare in bonum non scandalizare, nec pro re friuola facere illi scrupulum: & quandoquidem frater contristatur vel perditur cibo tuo, Non ergo blasphemetur bonum nostrum, id est per hoc minimum caetera bona non obfuscentur, quia qui habet opera bona si reprehendatur in re minima bonum suum obfuscat, & incipit bonum eius blasphemari per malum. Vnde Ezechiel, Iustitia iusti non profecerit ei, si errauerit. Vel, Non blasphemetur bonum vestrum. i. comestio in se bona non sit blasphemabilis, quod est dum alij nocet, & quia nocet, abstine, quia non est causa regni dei: quod si esset, pro nulli scandalum ommitteres. & quod non sit causa regni dei, dicit sic, Non enim & c. q. d. ideo abstine, quia esca & potus non est regnum dei. i. horum usum non acquiritur regnum dei sicut nec amittitur. Non enim usus ciborum sed concupiscentia est refrenanda. Non enim interest omnino qui alimentorum vel quantum quis accipiat dum modo id faciat, pro congruentia hominum cum quibus vivit, & personae suae, & valetudinis suae necessitate, sed quanta facilitate & serenitate animi careat his, cum vel oportet vel etiam necesse est his carere vt dicere possit. Scio abundare & penuriam pati, sic iustificatur sapientia a filiis suis, qui intelligunt nec in abstinendo nec in manducando esse iustitiam, sed in aequanimitate tolerandi inopia & intemperantia non se corrumpendi, per abundantiam atque oportune sumendi vel non sumendi. Iustificat igitur sapientia a filiis suis qui intelligunt vtendis terrenis opportuna tempora debere esse. Facilitatem vero carendi talibus & amore fruendi aeternis, non variari oportere per tempora, sed perpetuo retinere. Vnde subdit, Sed iustitia. q. d. esca & potus non est causa regni, sed iustitia, vt fratri facias quod tibi vis, Et pax. i. concordia quae est effectus iustitiae, Et gaudium, non utique in epistolis vt multi solent, Sed in spiritu sancto. i. de bonis spiritus sancti non superbire, sed humiliter & grate accipere. Hoc gaudium oritur de fraterna pace, sicut de disceptatione nascitur ira, vbi non est spiritus

Aimo.

Ambrosius.

B

F

A ritus sanctus qui in solis pacificis est, cuius gratia haec tria sunt in aliquo, quae non in vobis sunt, o Romani. Qui enim. q. d. Vere iustitia & pax causa regni est. Qui enim in hoc. f. in iustitia pace & gaudio, Seruit Christo, placet deo, qui hoc praecipit, qui nulli scandalum fecit. Et probatus est hominibus. Distingue. Placet utique deo, secundum quod gaudium est in spiritu sancto. Probatus vero habetur hominibus, secundum iustitiam & pacem. Et quia disceptatio discordiam parit: itaque dimissis temerarijs iudicijs, Sectemur quae pacis sunt, non discordiae. Et custodiamus inuicem. f. Iudaeus erga Gentilem, & Gentilis erga Iudaeum. Quae aedificationis sunt, cum pace docedo alios, vt caeteri aedificentur, vel iam aedificati conseruentur. Noli & c. q. d. haec sectemur, sed non destruamus opus dei. Vel ita iunge, Ideo iterum non debes cum offendiculo fratris edere, quia destrueres opus dei. Et noli, Propter escam, sumptam vel non sumptam, Destruere opus dei, id est fidem & alias virtutes, & bona quae in eis deus operatus est, non dico propter escam quin munda sit, quia,

Ambrosius.

Omnia quidem sunt munda, sed malum est homini qui per offendiculum manducat. Bonum est non manducare carnem, & non bibere vinum, neque in quo frater tuus offenditur aut scandalizatur aut infirmatur. Tu fidem habes, penes te metipsum habes coram deo. Beatus qui non iudicat seipsum in eo quod probat. Qui autem disce rnit si manducauerit, damnatus est, quia non ex fide. Omne autem quod non est ex fide, peccatum est.

B Omnia, creata quidem, Munda sunt, quia vt in Genesi legitur, omnia fecit deus valde bona. Sed malum est homini, qui manducat per offendiculum, aliorum, quanto magis dei. Vt Adam pomum, Esau lentem, Iudaei carnes in deserto. Dei enim non parua in Israelitis erat offensio, repudiare quod dabat sapientia, & murmurare, quia id deerat in quo inhiabat concupiscentia. fastidiebant quippe quod habebant, & quod non habebant impudenter petebant. Petierunt culpabili concupiscentia quod malo suo impetrauerunt, concupierunt carnibus vesci quibus pluebatur manna de caelo. vt sciremus non dei creaturam esse culpabilem, quia creatura dei omnis bona est. Sed inobedientiam contumacem, & inordinatam cupiditatem: non propter porcum, sed propter pomum mortem primus homo inuenit. & Esau primatum suum perdidit, non propter gallinam sed propter lenticulam. Non ergo immunditiam obsonij timeo, sed immunditiam cupiditatis. Scio enim Noe omne genus carnis quod cibo esset vsui manducare concessum, Eliam cibo carnis refectum, Ioannem mirabili abstinencia praeditum animalibus, id est lucustis in esca cedentibus non fuisse pollutum: & scio Esau lenticulae concupiscentia deceptum, & Dauid propter aquam desiderium a seipso reprehensum, & regem nostrum non de carne, sed de pane tentatum.

Ambrosius.

Augustinus Super Ioan.

Augustinus in psal. lxxii. Augustinus Super Ioan.

Bonum est. q. d. Ab his pro offendiculo debes abstinere, quia etiam ab omni carne & vino. Bonum est tibi, o homo, Non manducare carnem, & non bibere vinum, neque aliquid facere, In quo frater tuus offendit, perturbatus, nesciens qui teneat. i. in quo esset ei causa damnationis. Offendit enim, quia a fide recta discedit. Aut scandalizatur. i. contristatur. C Aut infirmatur, vt dubitet, & si non offenditur. Infirmatur enim qui non recedit, sed dubitare incipit. Tu fide. q. d. hoc bene potes facere, quia de tuo bono nihil perdis, & hoc est, Tu habes fidem, qua credis omnia esse munda & edenda. & hoc, Penes te metipsum id est in corde, quam. f. nullum auferat. Habe, tantum, Coram deo, non coram abstinentem ne ei noceas, vt ita pacem serues cum fratre, quod est utile apud deum. Ideo istud fac, quia, Beatus, est ille, Qui non iudicat se metipsum. i. qui non facit se culpabilem, in eo quod pro, id est in eo quod bonum esse iudicat, nocendo alijs de suo bono. Vel, Beatus est qui non iudicat se in eo quod probat. i. qui non aliud facit quam quod bonum aestimat. Beatus ergo dicit qui non aliud facit quam quod utile probat, sed proprio iudicio illum ceter fore damnandum, qui quod dicit se non debere facere facit. Qui autem. q. d. Ille est beatus, sed, Qui discernit, cibos, reputando alios mundos, alios immundos, Si manducauerit, cum illa conscientia, Damnatus est. Verum est quia qui iudicat non edendum & edit, damnatus est. Ipse enim reum, se facit, quando id quod inutile sibi asserit facit. Ideo damnatus est, Quia non, manducat, Ex fide, id est secundum conscientiam. Contra fidem utique edit, qui edendum non credit. Omne autem si bonum sit in se, Quod non est ex fide, id est quod sit contra fidem vt credamus malum esse, Peccatum est, non tamen omne

Ambrosius.

Ambrosius.

Aimo. Ambrosius.



Aimo.

Aimo.

Augustinus  
in libr. sen.  
Profeti.

quod sit cū fide, bonū est, quia ignorātia quę est lex culpa nocet. Omne igitur quod ad cōscientiam pertinet si aliter fiat dicit esse peccatū. quānis etiā fiat quod bonū est, si tamē nō faciendū credatur, vel sic nō faciendū vt sit, peccatū est. Vel ita, conuersus ad fidem Christi qui discernit cibos, postea iudicās alios mundos, alios imūdos, Dānatus est. i. dānationē sibi acquirit, & præcipue, si māducauerit. Qui nō manducauit ex fide id est, qui infideliter egit nō credens omnia munda esse dubitans in fide, & ea comedēs quę immunda putat, & ita nō secundum fidem agit. Fides enim nostra vult vt homo agat hoc quod bene intelligit esse agendum, & peccatum est quod aliter fit, quā probatum est. Peccat ergo ille qui ad fidem conuersus est in hoc quia cibos discernit, & in hoc maxime si manducat, quia nō ex fide agit, sed tanquā infidelis. Omne autē quod nō ex fide, est peccatum. i. omnis infidelium vita peccatū est, quia omnis infideliter viuens vel agens, vehementer peccat, & nil bonū est sine summo bono, vbi deest agnitio æternæ & incōmutabilis veritatis, falsa virtus etiam in optimis moribus.

CAPVT XV.



Debemus autem nos firmiores, imbecillitate infirmorum sustinere, & non nobis placere. Vnusquisque vestrum proximo suo placeat in bonum, ad ædificationem. Etenim Christus non sibi placuit, sed sicut scriptū est. Impropria impropertū tibi ceciderūt super me. Quę cunque enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, vt per patientiam & cōsolationē scripturarū, spem habeamus. Deus autē patientiæ & solatiū, det vobis id ipsum sapere in alterutrū. secundū Iesum Christum, vt vnanimis vno ore honorificetis deū & patrē domini nostri Iesu Christi. Propter quod suscipite inuicem, sicut & Christus suscepit vos in honorem dei.

Ambr.

Aimo.

Augustinus.

Debemus autem. q. d. infirmus si edit damnatur, sed Nos firmiores debemus, non prouocare, non contemnere, sed Sustinere, id est pati & erigere, Imbecillitates infirmorum, cum illi non possint se ad nos erigere. Et, debemus, non nobis placere, id est non nostrę voluntati obedire, id est non quod nobis tantum placeat vendicare, sed quod fratri, quia inuicem curam agere debemus. Ille dicitur sibi placere qui ita facit quod sibi bonum videtur, vt non curet, siue placeat, siue non placeat proximo, quod non continet, sed potius vnusquisque nostrum charitati studens, Placeat, id est placere curet, Proximo suo, id est omni homini non in malum, sed in bonum, id est ad id quod vtile est. Ad ædificationem. Et vere nō debemus nobis placere, Et enim Christus non sibi placuit, id est quod non placeret carni fecit, sicut ipse dicit in euangelio, Non veni facere voluntatē meam, sed eius qui misit me. Nō sibi placuit dico sed deo patri, Sicut scriptum est, in psal. Impropria, psalmographus ex persona Saluatoris verba facit deo patri dicens, Impropria, vel detractiones Iudæorum impropertium tibi in me o pater, Ceciderunt super me, id est causa fuerunt oppressionis meę, id est cum facerem voluntatem tuam o deus, in hoc quia eieci malos de templo quod fecerunt speluncam latronum, & in omnibus alijs Iudæi mihi impropria ingesserūt, quia dixerunt me peccare in te, qui potius me non recipiendo quem misisti exprobrauerunt te, & peccauerunt in te, non recipiendo me, & ideo me occiderunt, quasi peccatorem in deum, & sic peccata peccantium in deum, ceciderunt super Christum, quia innocens à peccatoribus occiditur quasi blasphemus. Quęcūq; enim scripta sunt ad nostram doctrinā scripta sunt, quasi quis quæreret, quid hæc ad nos pertinet, quę de Christo dicis? Respondet, multum ad nos pertinent. Quęcūq; enim scripta sunt, de Christo in diuinis libris. vnde dicit supra, scriptū est, Ad nostrā doctrinam scripta sunt, Christi enī vita, & vitę nostrę, & morū est disciplina: deinde subiūgit vtilitatem diuinę lectionis dicens, Vt per patientiam & cōsolationem scripturarū spem habeamus, id est per ea scripta doceamur pati pro proximis, & cōsolemur in ea per exemplū Christi, & ita speremus quod Christus accepit, Deus autē. q. d. scriptura sacra est ad doctrinā per quam patientia & solatiū habet, sed deus qui est dator, Patientiæ & solatiij, det vobis sapere id ipsum, id est indifferenter. Et hoc in alterutrū. f. vt quod vnus sentit alter sentiat & hoc nō præter Christū, sed secundū Iesum Christum, vt secundum doctrinā

A nam Christi sapiatis, Vt vnanimis. i. eadem voluntate. Et vno ore. i. eadem vocis confessione, Honorificetis deum & patrē domini nostri Iesu Christi. i. honorificetis eū qui est deus in essētia, qui & creator est, & qui pater Christi natura, & nostri gratia, qui beneuolus apparet Christum mittēdo. Quia ergo creator est, & quia beneuolus, honorificate eum idem sapiendo. q. d. nisi idem sapiatis, deum honorare nō poteritis. Propter quod. f. vt deum honoretis, Suscipite inuicem, infirmos. Sicut & Christus suscepit vos. i. infirmos, In honorem dei. i. vt faceret vos immortales.

Augustinus

Dico enim Christum Iesum, ministrum fuisse circūcisionis propter veritatē dei ad cōfirmādas promissiones patrū, gentes autē super misericordia honorare deum: sicut scriptū est, Propterea cōfitebor tibi in gentibus domine, & nōmini tuo cantabo. Et iterū dicit, Letamini gentes cū plebe eius. Et iterū, Laudate omnes gentes dominū, & magnifacate eū omnes populi. Et rursus Esaias ait, Erit radix Iesse, & qui exurget regere gentes, in eū gentes sperabunt. Deus autem spei repleat vos omni gaudio & pace in credendo, vt abūdetis in spe & virtute spiritus sancti. Certus sum autē fratres mei & ego ipse de vobis, quoniā & ipsi pleni estis dilectione, repleti omni sciētia, ita vt possitis alterutrū monere.

B

Dico enim. Vere Christus suscepit infirmos, quia iudęos & gentes. Iudęos utiq; ita suscepit, vt esset minister eorū, id est apostolus & prædicator eorum, Et hoc est quod ait, Dico enim Christum fuisse ministrum, id est apostolum & prædicatorem. Circūcisionis, id est Iudæorum ad quos corporaliter venit: sicut ipse dixit, Non sum missus nisi ad oues per. d. I. id est Christus minister fuit Iudęorū, & hoc propter veritatē dei, scilicet, Ad cōfirmādas promissiones patrū, id est, vt verus esset, id est vt se esse veracem ostenderet in promissis, & compleret promissa patribus Iudæorum. promiserat enim Abraham, In semine tuo benedicentur omnes gentes. Et Dauid, De fructu ventris tui, ponam super sedem tuam. Et item dixit, Orietur stella ex Iacob. Ecce ex his patet quia non repulit deus Iudęos, quibus proprie veritas exhibita est, gentibus vero misericordia præstita est, quibus nulla promissio facta erat. Impleta ergo est veritas dei in Israelitis qui crediderunt. Venit vnus paries ex circūcisione applicans se ad lapidem angularem, sed ille lapis angulum non faceret, nisi in se parietem aliū susciperet. Ille itaq; paries, tanquā pertinet ad veritatē: ille vero alius ad misericordiā. vnde subdit, Gentes autē. q. d. nō modo Iudęos Christus assumpsit propter veritatem, sed & gentes sumpsit propter misericordiā. & ideo dico gentes, Debere honorare deū super, id est de misericordia, qua eas nō pro eis missus, nec ad eas missus suscepit, & velut oues adduxit. Hoc autē testimonio prophético probat subdēs, Sicut scriptum est in psal. cuius autoritate cōfirmat de gētibus quod assumptæ sunt de quibus min⁹ videretur. Propter hoc, vel, propter ea cōfitebor tibi in gentibus, id est faciam tibi cōfidentes de gentibus. Confessio autem nō tantum peccatorū est, sed & laudis dei. Et nōmini tuo cantabo, id est faciam cantantes tibi canticum nouum, & cum lætitia te laudantes. Et iterum, Esaias dicit, Letamini o gentes, quia assumptæ estis, vt sitis vnum ouile. Cum plebe eius, id est cum Iudæis. Quia cū eis vnum estis. Et iterum Dauid dicit, Laudate omnes gentes dominū, & laudātibus oībus gētibus deū. Omnes populi. f. duodecim tribus, Magnifacate eum, qui auxit numerum plebis suę gentibus adiectis. Et rursus, Esaias, quiddā ad idem pertinet, ait, Iesse, qui fuit pater Dauid, qui & Esai dictus est, Erit radix. Dauid arbor fuit, quę per ramum. i. Mariam fecit fructum Christum, quia Maria genuit Christū, dico quod Iesse erit radix, & ex hac radice erit ille, Qui exurget à morte, Regere gētes, per fidē & opera bona. Et ideo Gētes sperabūt in eū, Deus autē spei. q. d. moneo vos inuicē suscipere. Deus autem dator, Spei. i. qui dat spem, vel Deus spei, id est i quo speram⁹, Repleat vos omni gaudio, spirituali, vt nec vnus vestrū doleat, sicut solebatis dolere in lite, Et, vt possitis gaudere, repleat vos, Pace, habita, In credēdo. i. det vobis pacem, id cōcordiam ad inuicem, & hoc utiq; erit si sit sana fides, Vt abundetis, quasi dicat hæc prædicta det vobis deus, vt per ista habita abūdetis, In spe, id est certiores sitis de æterna beatitudine. Et abundetis in virtute

Ambrosius.

Ambro.

Ambro.

Ambr.

Ambrosius.

Aimo.



te spiritus sancti, id est in fortitudine bonæ operationis quæ datur per spiritum sanctum. D  
 Certus sum autē, vel, Enim, Ne videretur intellige Apostolus omnes esse discordes,  
 & ad corrigendum insipientes, remouet hoc quod ideo incipit, vt ammoneat perfectio-  
 res de correctione minorum. & inde proponit se exemplum qui laborat de alijs, & opus  
 est vt isti hæc faciant cum ipse alijs impeditus ad eos venire nō possit. q. d. & si ita mo-  
 neo vos suscipere inuicem, non tamen omnes indigetis hac ammonitione. Certus sum  
 enim & c. vel si est in litera. Autem, sic iunge, Moneo vos suscipere, sed tamē, Et ego  
 ipse, qui ita loquor, Certus sum, de vobis o fratres mei, de hoc, Quoniā, & vos, Ipsi, nō  
 solum ego, Pleni estis dilectione, qua velitis bonum. & repleti, Scientia, qua possitis  
 cognoscere, Omni, scilicet veteris & nouæ legis. Ita, repleti estis his duobus, Vt pos-  
 sitis, nisi culpa vestra remaneat, Monere vos, vt non dicam, docere, Alterutrum, id est  
 vicissim alter alterum. Nota, quia per hanc laudem prouocat eos ad meliora more ex  
 hortantis. Qui enim videt se laudari, laborat vt vera sint quæ dicuntur. Vnde nec di-  
 cit eos se docere sed monere, id est non dicit vt se doceant, sed moneāt, quasi quod scia-  
 tur, sed subterfugit animo, hoc enim solet moneri, quod cum sciatur aliquando, subter-  
 fugit animo aut negligenter habetur.

Ambrosius.

Andacius autem scripsi vobis fratres ex parte, tanquā in memoriam vos redu- B  
 cens propter gratiam quæ est data mihi a deo, vt sum minister Christi Iesu in gē-  
 tibus sanctificans euangelium dei, vt fiat oblatio gentium accepta & sanctificata  
 in spiritu sancto. Habeo igitur gloriam in Christo Iesu ad deū. Nō enim audeo a-  
 liquid loqui eorum quæ per me non efficit Christus in obedientiā gētium in ver-  
 bo & factis, in virtute signorū & prodigiorū, in virtute spiritus sancti: ita vt ab  
 Hierusalē per circuitū vsque ad Illyricū repleuerim euangelium Christi. Sic autē  
 prædicauit euangelium hoc, nō vbi nominatus est Christus, ne super alienum  
 fundamentum ædificarē. sed sicut scriptum est, Quoniā quibus nō est annuncia-  
 tum de eo videbunt, & qui nō audierunt de eo intelligent. Propter quod & im-  
 pediebar plurimum venire ad vos, & prohibitus sum vsque adhuc.

Andacius autem. q. d. Pleni estis dilectione & sciētia, sed tamen & si pleni sitis, Au-  
 dacius. i. aliquantulū audacter. Scripsi vobis o fratres, dico ex parte, Perfectorū. i. per-  
 fectis omnibus. nam quantum ad alios non esset audacia. Vel scripsi, Ex parte. s. eccle-  
 siæ dei, vel, Ex parte. s. epistolę. Scripsi dico, nō quasi putans vos insipientes, sed, Tan-  
 quā reducēs vos in memoriā. i. quasi faciēs vos memores, quid agere debeatis. In quo  
 eos quasi oblitos latenter arguit. Dico q̄ scripsi vobis audacter, sed nō temere, quia F  
 hoc ad me pertinet, propter grām, Quæ data est mihi. i. propter apostolatū mihi datū  
 A deo. q. d. pro officio meo omitttere nō potui, data est mihi dico gratia ad hoc, Vt sum  
 minister Christi Iesu, quę. s. ipse nō alius instruit. Minister dico, In gētibus. Nō ergo  
 temere scribit eis, sed Apostolus gētium audet omnibus gentibus scribere, autoritate  
 sibi data per grām dei, ego dico. Sanctificās. i. sanctū esse ostendēs, & cōfirmans, Euange-  
 liū dei, bona operatione & miraculis. Vt oblatio gentium fiat accepta deo. Et sanctifica-  
 ta, id est vt gentes quas offero sint acceptæ deo, fidei perfectione: & sanctificatæ bona  
 operatione, & hoc In spiritu sancto, cuius gratia est fides, & bonum opus. & quia ita  
 ago, Habeo igitur gloriam, id est meritum dignū gloria, sic & vos si de fratribus la-  
 boratis. gloriam dico referendam, Ad deum in Christo Iesu, id per Christū Iesū, cui⁹  
 gratia hoc ago. habeo dico gloriam, & recte, Nō enim audeo, vt pseudo, Loqui aliquid  
 eorum quę per me nō efficit Christus, id est ea loquor tātū quæ per me, id est ministe-  
 rio meo Christus efficit. In obedientiam gētium, id est vt gentes obediāt euangelio. Hoc  
 ideo dicit Apostolus vt nil minus se posse probet quā Apostoli qui cū Chōfuerunt  
 nec aliquid minus inter gentes virtutū operatū esse. Efficit dico, Verbo & factis etiā  
 virtute signorū, minorū, Et prodigiorū, maiorū, id est per prædicationē meam, & bo-  
 nam operationē, & per potentiam maiorū & minorum miraculorum, Factorum in  
 virtute spirit⁹ sancti, qui in me talia operatur, quo in me operante, Ita laboravi vt re-  
 pleturim. i. plene prædicauerim, Euangelium Christi per circuitum, id est circunquaq̄.

Aimo.

Ambro.

Ambrosius.

A Ab Hierusalem vsq; ad Illyricum, mare, in quo magna spiritus sancti virtus appa-  
 ret, quod tot gentes per me euangelium receperunt. Hoc autem euangelium prædica-  
 ui sic, id est, in tali loco vbi non est nominatus Christus a pseudoapostolis. quare? Ne  
 ædificarē super alienū fundamentū. Si enī aliud facerem, hoc inde cōtingeret, Quod  
 ædificarem super alienū fundamentū, id est super doctrinam a pseudoapostolis traditā. Ambrosius  
 Non sine causa Apostolus hoc fecit, quia sciebat pseudoapostolos aliter quā oportebat  
 Christum tradere, & sub nomine Christi falsa docere, quod postea corrigere ma-  
 ximi laboris erat: ideo sollicitus erat præuenire pseudo, & veritatem integre tradere  
 vbi nondum nominatus erat Christus, vt integra linea, & superficies ordinata, in colu-  
 me fundamenti robur exhiberet. quod testimonio prophetæ probat subdens, Sicut scri-  
 ptum est. Vel pro vobis Apostolis hoc dicit. Sicut autem prædicauit, & hoc non vbi  
 nominatus est Christus, ab alijs Apostolis. Quare? Ne ædificarem super alienum fun-  
 damentum, id est, ne prædicarem iam per alios. conuersis: non quod hoc non facerem  
 si contigisset, sed malebam iacere fundamentum fidei vbi non erat, quā super alio-  
 rum prædicationem. Hoc autem prophetico testimonio confirmat dicens, Sicut scri-  
 ptum est. q. d. ita hoc feci, Sicut scriptum est, in Esaia. quoniā, Quibus non est prius  
 annunciatum de eo, id est de Christo, ipsi Videbunt, id est credent: Et qui non audie-  
 runt, prius alicuius prædicationem, Intelligent, meam prædicationem esse veram. Vt  
 enī verus esset & inuolabilis de verbo dei intellectus, festinavit Apostolus gentes ve-  
 ritate imbueri. Propter quod. s. quia tot prædicauit: Impediebar plurimum venire ad  
 vos, sicut & in initio epistolę dixit, Quia sæpe (inquit) proposui venire ad vos, & pro-  
 hibitus sum vsq; adhuc: quod nunc absoluit, ostendens qua causa sit impeditus, vt. s.  
 B excluderet pseudoapostolorum praua commenta. Deniq; postquam omnibus in cir-  
 cuitu prædicauit, vacare sibi dicit venire Romam quod olim optauerat, venturū tamē  
 se pro tēpore promittit, quo in Hispaniam erat iturus, ita subdens,

Ambrosius.

Ambro.

Nunc vero vltimus locum non habens in his regionibus, cupiditatem autē ha-  
 bens veniendi ad vos ex multis iam præcedentibus annis, cum in Hispaniā profi-  
 cisci cœpero, spero q̄ præteriens videam vos, & a vobis deducar illuc, si vobis  
 primū ex parte fruius fuero. Nunc igitur proficiscar in Hierusalem ministrare  
 sanctis. Probauerūt enim Macedonia & Achaia collationem aliquam facere in  
 pauperes sanctorū qui sunt in Hierusalē. Placuit enim eis, & debitores sunt eo-  
 rū. Nam si spiritualiū eorum participes facti sunt gentiles, debet in carnalibus mi-  
 nistrare eis. Hoc igitur cū cōsummauerō & assignauerō eis fructū hūc, per vos  
 proficiscar in Hispaniam. Scio autē quoniā veniens ad vos, in abundantia benedi-  
 ctionis Christi veniā. Obsecro ergo vos fratres per dominū nostrū Iesum Chri-  
 stum, & per charitatem sancti spūs, vt adiuuetis me in orationib⁹ vestris pro me  
 ad deū, vt liberet ab infidelib⁹ qui sunt in Iudæa, & obsequii mei oblatio accepta  
 fiat in Hierusalem sanctis, vt veniam ad vos in gaudio per voluntatem dei, vt re-  
 frigeret vobiscum, Deus autem pacis sit cum omnibus vobis, Amen.

Nunc vero vltimus nō habens locū, id est causam morandi, in his regionibus. Cupi-  
 ditatem autē veniendi ad vos habēs ex multis iam præcedētib⁹ annis, cum cœpi pro-  
 ficisci in Hispaniam, hoc ideo dicit, quia & hos præoccupare festinat, & quia ad illos  
 difficile iter fuerit pseudoapostolis, iā tardare licuit, cū in quā illuc proficisci cœpero.  
 Spero. q. d. ex me nil possum, sed in misericordiā, Spero quod videam vos, sed, Præ-  
 teriens, quia non indigetis longa mora, sed interim vos præparetis ne me a ceteris re-  
 tardetis. Videam vos dico, Et a vobis deducar illuc, scilicet in Hispaniam. Si, tamen,  
 Vobis primū fruius fuero, id est de fructū vestro letatus, Ex parte illa quæ modo dis-  
 cors est. Vel, Ex parte, tēporis, id est aliquādiu, & quia hic nō habeo locum, & vos vi-  
 dere desidero. Igitur nūc, id est indilate, Proficiscar in Hierusalē ministrare sanctis,  
 qui omnium rerū veditarum precia posuerūt ante pedes Apostolorum, & passi sunt a  
 contribulibus suis. De hisc̄ omnis cura erat omnib⁹ apostolis. Proficiscar ministrare,  
 C

Ambr.

Augustinus:  
Augustinus  
Ambro.

Probauerunt enī, nō eos coegi, Macedones, & Achaici vel Achēi. vel Macedonia & Achaia collationē facere aliquā ī pauperes sanctorū, qui sunt in Hierusalē. Hi totos dederunt se diuinis obsequijs, nil mundanum curantes, exemplum bonæ conuersationis præbebant credentibus. Istis interdum fecerant Achaici & Macedones collationem: per quam rem ad huiusmodi opera Romanos Apostolus inuitat, quia per misericordiam Dei uiuit, & iustificatus est, pius debet esse causa fratris. Placuit. q. d. bene dico probauerunt. Placuit enim illis: Et etiam, Debitores esse eorum, adeo uult Apostolus eos esse misericordes, ut & hoc debere dicat ab eo qui misericordiam expectat, & vere sunt debitores. Nam si Gentiles facti sunt participes spiritualium, id est prædicationis & sacramentorum eorum, id est Iudæorum qui miserunt eis prædicatores ab Hierosolymis, Debent, utique, Et ipsi ministrare eis in carnalibus, id est Iudæis. Hoc igitur. q. d. Quia illis hoc placuit. i. facere cōmunionem sanctis, qui sunt in Hierusalē, Igitur cum consummauerō hoc, id est cum perfecero opus ministracionis, Et assignaueo eis, id est sub signo cuiusq; ecclesiæ, ostendero eis, Fructum hunc, proficiat, in Hispaniam. & hoc, Per vos, & ideo interim corrigite vos. Scio autem. q. d. per vos tranſibo, sed tamen scio certus de gratia dei. Quoniam iam diu ueniens, uoto, Ad vos, tandem, Veniam, re ipsa. & hoc, In abundantia benedictionis Christi, id est, ita quod uobis multum prodero per benedictionem Christi. Hæc autem benedictio est uirtus signorum qua confirmati sunt. Et quia uenturus sum, Obsecro igitur uos fratres per dominum nostrum Iesum Christum, id est si eum diligitis, Et per charitatem spiritus sancti. i. si in uobis est charitas quam facit spiritus sanctus habere, Ut adiuuetis me in orationibus uestris, directis, Ad deum, id est per orationes uestras ad deū factas. Non ideo hoc dicit Apostolus, quia ipse minus mereatur quā illi minores, sed ordinē sequitur, ut ab ecclesia pro rectore suo fiat oratio. Et bene utiq; rogat apostolus minores pro se orare. Multi enim minimi dum congregantur unanimes fiunt magni, & multorum preces impossibile est ut non impetrent. Si ergo cupiunt eū uidere, orent ut liberatum eum recipiant cū gaudio charitatis. Vnde subdit. Ut liberer. q. d. obsecro ut iuuetis me in orationibus. in hoc. i. oretis pro me, Ut liberer, ab infidelibus, qui sunt in Iudæa, ne quod defero auferat. Et ita oblatio obsequij mei: id est mihi iniuncti, Fiat accepta. q. d. sufficiens, nō diminuta, Sanctis qui sunt in Hierusalē. Vel, Fiat illis oblatio accepta, ut illi intellecta charitate apostoli erga seipſos, cū illo unanimes deo gratias agant. Magnus enī profectus est ei, cuius ministerio multi facti legi deum laudat. Orate ita fieri, Ut, hoc facto, Veniam ad uos in gaudio per uoluntatē dei. hoc dicit ut ostendat omnia cum dei uoluntate se agere. Et refrigerer uobiscū, quod erit illis pacatis. Deus autem pacis. q. d. uenturum me spero ad uos: sed siue ueniam siue non, Deus pacis sit cum omnibus uobis. Deus pacis Christus est qui ait, Pacem meam do uobis. pacem relinquo uobis: qui cum suis est usq; ad consummationem seculi, sicut ipse ait, Uobiscum sum omnibus diebus usq; ad cōsummationē seculi, ita cū istis cupit eū Apostolus esse. Amen, quod est confirmatio sui desiderij.

## CAPVT XVI.

**C**omendo autem uobis Pheben sororem nostram, quæ est in ministerio ecclesiæ, quæ est Cenchris, ut eam suscipiatis in domino digne sanctis, & assistatis ei in quocunq; negotio uestri indiguerit. Et enim ipsa quoque astitit multis, & mihi ipsi. Salutate Priscam & Aquilam adiutores meos in CHRISTO IESU (qui pro anima mea suas ceruices supposuerunt, quibus non solum ego gratias ago, sed & cunctæ ecclesiæ gentium) & domesticam ecclesiam eorum. Salutate Ephenetum dilectum mihi, qui est primitiuus Asiæ in Christo Iesu. Salutate Mariam, quæ multum laborauit in uobis, Salutate Andronicum & Iuliam cognatos & concaptiuos meos, qui sunt nobiles in Apostolis, qui & ante me fuerunt in Christo. Salutate Ampliatum dilectum mihi in domino. Salutate Urbanum adiutorē nostrum in Christo Iesu, & Stachyn dilectum meum. Salutate Apellen probum in Chri-

**A**sto. Salutate eos qui sunt ex Aristoboli domo, Salutate Herodione in cognatum meū. Salutate eos qui sunt ex Narcissi domo: qui sunt in domino. Salutate Tryphnam & tryphosam, quæ laborant in domino. Salutate Persidam charissimā: quæ multum laborauit in domino. Salutate Rufum electū in domino: & matrem eius & meam. Salutate Assyneretum, Phlegontam, Hermen, Patrobam, Hermam, & qui cum eis sunt fratres. Salutate Philologum & Iuliam, Nereum & sororem eius, & Olympiadē, & omnes qui cum eis sunt sanctos. Salutate in uicem in osculo sancto Salutate uos omnes ecclesiæ Christi.

**C**omēdo uobis. i. cōmendabilem uobis ostendo Phebē sororē nrām uel meā in fide. quæ est in ministerio ecclesiæ, quæ est Chēcris, Phebe ditissima mulier fuit, & nobilissima, quæ eccliam in loco quæ dicitur Chēcris sustentabat sua substantia, ea uero tunc tēporis pro aliquo negotio Romā profecta est, per quā forsan hanc epistolā misit, Cōmēdo dico, ut suscipiatis eā in dño, uel pro dño, Digne, sanctis, ut dignum est sanctos suscipere. uel sicut quidā codices habent, Suscipiatis digne satis. i. ualde honeste & honorifice. Et assistatis ei. i. auxiliemini ei. i. In quocūq; negotio indiguerit uestri. Et iustum est, Et enim ipsa quoque astitit multis, & mihi ipsi. Salutate Priscā uel Priscellam. Prisca. n. ipsa est quæ & Priscella vocabatur in Actibus Apłōrū. Priscillā & Aquillā adiutores meos in Christo Iesu. i. in prædicatione Christi Iesu. Aquila uir Priscellæ fuit qui coadiutores Apostoli fuerunt, & Romā non ociose, sed ad cōfirmationē Romanorū uenerat: sic & oēs alij quos salutat hic, Romæ fuisse intelliguntur. Hos aut iterū laudat, ut pericula pro eo pati nō abnuisse dicat, subdens.

**Q**ui pro aīa mea id est uita liberada, Supposuerūt suas ceruices gladio, in ministrado mihi, Quib? non ego solus gratias ago, sed & cunctæ ecclesiæ gentium, quia hi laborant ad profectū gentiū, exhortates fidē Christi qui pericula pro Apłō pati nō recusauerunt, uñ & Romani eis obedire debēt. Et salutate domesticā eccliam. i. familiā eorū Salutate Ephenetū dilectū meū, qui primitiuus est Asiæ in Chrō. i. qui prim? in Asia credidit in Chrōm. Salutate Mariā quæ multū laborauit in uobis, quæ impensius laborauit ad exhortationē eorū quæ discordiā pertulit ad Apłūm. Salutate Andronicū & Iuliā cognatos meos, quia Iudæi sunt. Et cōcaptiuos, quia eā fidei passi sunt captiuitatem. Spūaliter quoq; cognati sunt, quia spū Apłō erant coniuncti, & spūaliter cōcapti uisecidū illud, Quādiu sumus in corpore peregrinamur a dño. Qui sunt nobiles in Apłis. i. in prædicatoribus. i. famosi inter prædicatores. Qui & añ me fuerūt in Chrō id est in fide Chrī. Salutate Ampliatū dilectissimū mihi in dño. Iste amic? erat Apłi in dño, sed nō concaptiuus. Salutate Urbanū adiutorē nrām in Chrō. i. qui operis particeps, & socius mihi est, & alijs in exhortatiōe fidei, Stachyn dilectū meū, qui amicus meus proprius est, & si nō adiutor & particeps operis, Salutate Apellen probū. i. probatū, In Chrō, per tentationes enim iste inuētus est fidelis in Chrō quē salutat, & si non amicus esset uel particeps operis. Salutate eos qui sunt ex Aristoboli domo. Aristobolus ille solebat cōgregare fratres in Chrō, quos salutat Apłus adeo probas factū illi? Salutate Herodionē cognatū meū. Salutate eos qui sunt ex Narcissi domo. Narcissus iste dī fuisse præbyter, sicut legitur in alijs codicibus, qui peregrinando cōfirmabat sanctos fratres, quia qui tunc præfens non aderat suos salutat Apłus, & quia non oīm illorū merita nouerat, discernit subdens, Qui sunt in dño. i. eos quos dignos uideritis, quia nō oēs digni erāt. Salutate Tryphenā & Tryphosam, quæ laborat ī dño. i. ī ministerio sctōrū, & in angustijs. Salutate Persidā charissimā meā, quæ multū. i. plus quā prædicat, Laborauit in dño. Labor est hic & ī exhortatiōe & in ministerio sanctorū, & in pressura, & in egestate propter Chrōm. Salutate Rufum electū ī dño, quia promotus erat ad res dñi agēdas. i. ad sacerdotiū. Et mēm ei?, carne. Et meā bñficijs, Pro sctitate eius uocat eā Apłus mēm suā, cui filiū præponit pro eccliaſtico officio.

**S**alutate Assyneretū, Phlegotā, Hermen, Patrobā, Hermā, & qui cū eis sunt fratres. Hos oēs simul salutat, quia sciebat eos esse iūctos ī christiana amicitia. Salutate Philologū, Iuliā, Nereū, & sororē ei?, & Olympiadē, & oēs qui cū eis sunt sctōs. Hi oēs simul unanimes erāt, iō simul salutat eos. Salutate oēs uos in uicē, in osculo sctō. Oēs quib? scribit, & quos noīat iubet salutare se in uicē in osculo sctō. i. in pace Christi, uē



religiosa sint oscula non carnalia. Salutant vos om. ec. horum locorum. ecclesie, dico Christi. i. quæ in Christo confidunt non in alia re.

Rogo autem vos fratres, ut obseruetis eos qui dissensiones & offendentia præter doctrinam quam vos didicistis faciunt, & declinate ab illis. Huiusmodi enim Christo domino nostro non seruiunt, sed suo ventri, & per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentium. Vestra. n. obedientia in omni loco diuulgata est. Gaudio igitur in vobis, sed volo vos sapientes esse in bono, & simplices in malo. Deo autem pacis cõterat Satanam sub pedibus vestris velociter. Gratia domini nostri Iesu Christi vobiscum. Salutatur vos Timotheus adiutor meus, & Lucius, & Iason & Sosipater, cognati mei. Saluto vos ego Tertius, qui scripsi epistolam in domino. Salutatur vos Caius hospes meus, & vniuersa ecclesia. Salutatur vos Erastus arcarius ciuitatis, & Quartus Frater. Gratia domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis. Amen

Rogo autem quod dicitur. Hos predictos salutate, & imitami. Hos autem alios vitate. & hoc, Rogo vos, o fratres, ut obseruetis. i. discernatis, eos qui faciunt dissensiones & offendentia. i. qui faciunt vos dissentire & offendere inuicem. Illos dico docentes, Præter doctrinam quam didicistis, a veris apostolis: quia illi de lege agebant, quia cogebant credentes iudaizare. In hoc, pseudoapostolos tangit, quos in tota epistola cauendos esse monet. Obseruetis dico, Et declinate ab illis, etiam debetis. Hmōi. n. hoies, nō seruiūt Chrō dño nro, sed suo ventri. Alijs enim adulantur, & alijs detrahunt ut possint suū ventrem implere. Et per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentium

Cõpositis enim verbis suam traditionem cõmendabant, quibus simplicitate corda decipiunt. Vestra. n. q. d. Iō moneo vos vitare illos, quia fides vestra & obedientia vbiq; laudatur. & hoc est, Vestra. n. obedientia diuulgata est in omni loco, quia estis in capite mundi, & sic exemplo vestro iam possunt alij corrumpi. Vel, Rogo vos vitare, & secure, quia Obedientia vestra. i. facilitas obedientiæ vestræ, Diuulgata est in omni loco vbiq; enim notum est, quia leuiter obedisti, quod bonum est, & inde gaudeo, vnde subdit, Gaudeo igitur in vobis, sed volo vos esse. i. ut vos sitis, Sapientes in bono, discernendo, Et sitis simplices in malo. i. sine aliqua parte mali. Deus autem quod dicitur. Volo ut sitis sapientes. Deus autem, dator, Pacis. s. Chrōs, Cõterat Satanam. i. falsos prædicatores, vel quælibet vobis aduersantem hominem vel diabolū. Sub pedibus vestris, vt. s. vos ledere non valeat: sed potius si diabolus est, conteratis caput eius, sicut Euæ dictum est, in figura ecclesiæ vel sensualitatis. i. primos motus suggestionum eius cõtemnatis. Et hoc faciet

Velociter. s. in aduentu meo. quod ut fiat, Gratia domini nostri Iesu Christi sit vobiscum. Vel interim autem, Gratia domini & c. Gram quam promisit in aduentu suo iam optat eis. Salutatur vos Timotheus adiutor meus, qui est quasi coepiscopus: Et Lucius, & Iason, & Sosipater. q. d. his istis curæ: qui cognati mei sunt genere vel fide. Ecce tot & tanti congaudent cõcepto vestro, & ideo perseverare vos decet. Saluto vos ego Tertius, nomine non nunc ro. Qui scripsi epistolam in domino. Iste Tertius erat notarius Apli, cui concessit sub nomine suo salutare. Salutatur vos Caius hospes meus. Hic est ille cui Ioannes scripsit in epistola canonica gaudens, quia fratribus his sumptus ministrabat. Et vniuersa ecclesia. Supradixerat omnes ecclesias salutare illos, & hic dicit vniuersam ecclesiam salutare illos, quod puto non otiose dictum, vel superflue, nil. n. tantus vir superfluum posuit: sed hic dicit ecclesiam alterius prouinciæ vñ Caius erat. Salutatur vos Erastus arcarius ciuitatis, Atheniensium. Arcarius dicitur ab arce. q. d. princeps. vel potius dicitur ab arce, quia præerat arce, vbi ponebantur census tributorum & vectigalium, vel dispensator ciuitatis. Et Quartus frater. Quartus proprium nomen est sicut & Tertius. Gra. q. d. Isti hoc modo salutant vos, Gratia domini & c. Vel, hi predicti salutant vos, & ego ipse sub scribo propria manu, Gratia domini sit omnibus vobis. Amen.

Ei autem qui potens est vos confirmare iuxta euangelium meum & prædicationem Iesu Christi, secundum reuelationem mysterii temporibus æternis taciti, quod nunc patefactum est per scripturas prophetarum secundum præceptum æterni dei ad obediendum fidei in cunctis gentibus cogniti, soli sapienti deo per Iesum Christum, cui honor & gloria in secula seculorum. Amen.

A Ei autem quod dicitur. Ego sic moneo vos. Ei autem. s. deo trinitati, Qui potens est vos confirmare in fide perfecta, sit Honor & gloria, a quo solo omnia bona sunt. In quo epistolæ notatur summa quia hoc principaliter intendit Apłus, illos monere, ut omnia gratia dei attribuant. Dico qui potens est confirmare vos. & hoc, iuxta euangelium meum, a quo non discordat prædicationis Christi. vñ subdit, Et secundum prædicationem Iesu Christi, quod euangelium, quæ etiam prædicationis est, secundum reuelationem mysterii taciti æternis temporibus. i. secundum quod reuelatum est mihi de occulto dei consilio, & ab æterno tacito. Aeterna. n. tempora dicit quæ præcesserunt mundi exordium. Vel, quod euangelium est secundum reuelationem mysterii taciti æternis temporibus. i. reuelat ipsum mysterium tacitum a mundi exordio. Mysterium dicit incarnationem Christi & cetera talia, quæ æternis temporibus erant abscondita, quia licet ex aliqua parte antiquis patribus cognita fuissent, plene tamen a nullo fuerunt præscita quousque tempore per Iesum Christum sunt reuelata scripturis prophetarum ab eo referatis testimonium dantibus huic prædicationi, & hoc est quod dicit. Quod mysterium patefactum est, a Christo. Per scripturas prophetarum, referatas ab eo. Patefactum est dico, & hoc, secundum præceptum & dispensationem. Aeterni dei, qui ab æterno hoc ordinavit. q. d. non est factum, Solus deus proprie æternus dicitur. Dicit autem & ignis æternus, & pena æterna, sed non sicut deus dicitur æternus. Ignis. n. dicitur æternus eo quod sine fine sit: non est tamen sine initio, Deus autem etiam sine initio. Illa est ergo vera æternitas, quæ est vera immortalitas. Hæc est illa summa incommutabilitas, quam solus deus habet qui immutari omnino non potest. Aliud est. n. aliquid non mutari tum possit mutari: aliud autem non posse prorsus mutari. Sicut ergo dicitur homo bonus non tamen sicut deus, de quo dictum est, Nemo bonus nisi solus deus: & sicut dicitur anima immortalis, non tamen sicut deus, de quo dictum est, Solus habet immortalitatem. Et sicut homo dicitur sapiens, non tamen sicut deus, de quo dictum est, Soli sapienti deo: sic dicitur ignis æternus, non tamen sicut deus, cuius soli immortalitas ipsa est vera æternitas. Ad obediendum. q. d. Patefactum est illud mysterium, & hoc, in cunctis gentibus, ad obediendum. Vel, ad obediendum. i. ut obediant fidei bene operando. Dico mysterii taciti, utique alijs: sed cogniti soli sapienti deo, quia & si modo sit hominibus reuelatum cum soli deo cognitum est qui solus perfecte nouit, cur ita factum est? In quo reprimuntur iqui futores qui querunt cur tantum distulit deus venire, cur tot gentes perire permisit. In hoc autem quod ait, Soli sapienti deo, error quibusdam surrepit, arbitratur hic solum premissum significari, & solum vere sapientem esse: cum tamen non sit dictum soli sapienti patri, sed soli sapienti deo, & deus vnus ipsa est trinitas, vt sic intelligamus solum deum sapientem, sicut intelligimus solum potentem. s. patrem, & filium & spiritum sanctum, qui est vnus & solus deus, cui soli seruire iubemur. Si tamen dixisset Apłus, soli sapienti patri, nec sic tamē separaret filium vel spiritum sanctum, sicut in Apocalypsi de filio legitur, qui habet nomen scriptum quod nemo scit nisi ipse, nec ideo tamen dicitur pater nescire hoc nomen, a quo est filius inseparabilis. Sicut ergo scit pater nemo scire dictus est, nisi filius, quia inseparabiles sunt pater & filius: sic etiam si dictum esset soli sapienti patri, simul intelligi deberet etiam filius & spiritus sanctus quia inseparabiles sunt. Dico quod mysterium patefactum est, & hoc per Iesum Christum. Cui soli deo, vel, Cui. s. Christo est honor, a nobis, Et gloria, in se, quia ipse est vera gloria, & beatitudo, & summum bonum. & hoc, in secula seculorum. i. sine fine. Ecce ostensum quomodo. Ei, & cui, legi possint. Quidam autem legunt sine cui, si autem auferas cui, absoluta est lectio. Sed beatus Augustinus dicit apponi, & tradit quomodo debet accipi ut non superfluat, & legit alio modo quam prius dictum est, sic, Ei autem quod dicitur. Potens est vos confirmare. vt. s. deo patri, vel deo trinitati. Potens est dico, iuxta euangelium meum, & prædicationem Iesu Christi, secundum reuelationem. t. æ. taciti. Hæc non mutantur, Quod, mysterium, Nunc patefactum est, per spiritum. s. vel per Christum. & hoc, Per scrip. proph. sec. præce. dei, ad ob. s. in cū. g. c. fo. sa. deo. Hæc non mutantur. Cui, inquam. i. deo trinitati, vel deo patri, Sit honor & gl. per Ie. Chri. cui cum honor, a nobis, Gloria, in se. Quod addit cui gloria, cum sufficeret ei gloria, inuistatæ nra lingue est locutio, non sensus ambiguus. Idem est. n. dicere, ordine inuistato verborum, ei gloria, per Iesum Christum cui est gloria, quod visitato ordine dicere ei gloria, cui per Iesum Christum est gloria. Quid. n. sensui deperit siue hoc siue illo modo dicatur per Christum vero est patri gloria. i. clara cum laude notitia, quia per eum innotuit hominibus deus trinitas, quod est mysterium tacitum ab æternis temporibus, quod per Christum reuelatum est. Quod ergo interpositum est per Iesum Christum, non debet accipi tamquam dicatur soli sapienti deo per Iesum

Ambro.

Ambro.

Aimo.

Ambro.

Augu.  
Ambro.

Aimo.

Aimo.

Augu.  
de nat. boni.Augustinus,  
contra Max.Augustinus,  
contra Max.



Chrūm, vt. f. deus solus sapiens per Iesum Chrūm sapiens esse intelligatur, non partipando sed gignendo sapientiam, quæ est Christus Iesus, sed poti⁹ ita debet accipi vt intelligatur per Iesum Chrūm gloria esse soli sapienti deo. Quis. n. audeat dicere per Iesum Chrūm fieri vt sit sapiens deus pater, cū secundum substantiam suā non dubitandū sit eū sapientem esse? potiusq; sit substantia filij per gignentem patrem, quā substantia patris per genitum filiū? Restat ergo vt soli sapienti deo, Gloria sit, per Iesum Christum. i. clara cū laude notitia, qua innotuit gentibus deus trinitas, iō per Christū quia vt alia taccā ipse præcepit gentes baptizari in noīe patris & filij, & spūs sancti, vbi præcipue cōmendata est huius indiuiduæ gloria trinitatis. Deus itaq; qui est ipsa trinitas, propterea solus sapiens recte dicitur, quia solus secūdū suam substantiā sapiens est, non secūdū accedentem participationē sapiētīe, qualiter sapiēs est rationalis creatura. Ideo ergo dixit soli sapiēti deo quia de⁹ est pater, & filius, & spūs sanctus, & ista trinitas est solus sapiens deus, qui nec vnquā potuit esse incipiēs, nec vnquā poterit per gratiā particeps esse sapiētīe, sed sapiēs immobilitate, atq; immutabilitate naturæ. Ei ergo, Sit gloria per Christū, cui est honor & gloria in secula seculorū. Amen.

Argumentum in Epistolam ad Corinthios,



Orinthii sunt Achaici, & hi similiter ab Apostolo audierūt verbum veritatis, & subuersi sunt multifarie a falsis Apostolis, quidam a philosophiæ verbosa eloquētia, alii secula legis Iudaicæ inducti sunt. Hos reuocat Apostol⁹ ad veram fidem & euāgelicam sapientiam, scribēs eis ab Epheso per Timotheum.

PETRVS LOMBARDVVS IN EPIST. I. AD CORINT. CAPVT I.



AVLVS vocatus Apostolus Iesu Christi per voluntatē dei, & Sosthenes frater ecclesiæ Dei quæ est Corinthi, sanctificatis in Christo Iesu, vocatis sanctis, cū omnibus qui inuocant nomen domini nostri Iesu Christi, in omni loco ipsorū & nostro. Gratia vobis & pax a deo patre nostro, & domino Iesu Christo.

Hanc epistolam scribit Apostolus Corinthijs. Corinthij autem sunt Achaici, hi ab ipso Apostoli sunt conuersi, qui præcepto domini admonitus resedit apud Corinthios annū vnū & menses sex, docens inter eos verbum dei: sed post per pseudoapostolos multifariæ subuersi sunt, vt. f. de baptistis se iactarent, vnitatem ecclesiæ sciēdentes. & sacramentorum virtutem, & vsum ex ministrorum meritis iudicantes. Putabant enim sacramenta maioris esse vsus, si per bonos tractarentur, maioris autem vel minoris esse vsus si per magis vel minus bonos darentur. Ita quoq; subuersi erāt vt cōtempto Aplō de sapientibus seculi se iactarent, quorū eloquentia & terrena philosophia delectabantur, vt sub nomine Christi his imbuerentur quæ contraria sunt fidei. Inflatī quoq; erāt eo q̄ non iret ad eos Aplūs. Fornicationē quoq; qui vxorem patris tenebat inter se esse patiebantur. Sūt & alia capitula in suis locis notanda. De his & hmōi magna cum fiducia & charitatis affectu scribit eis Aplūs, aliqñ cōmonens, aliquando blandiens, aliquando arguens. Nā multæ sunt causæ propter quas scribit eis Apostolus, ab erroribus ad rectam fidem & a schismatibus eos reuocans ad vnitatem. Est igitur intentio Apostoli in hac epistola Corinthios ab erroribus & schismatibus ad fidem rectam, & a vitijs & alijs peccatis ad bonos mores reuocare, & in eis cōfirmare. Modus talis, Huic epistolæ sicut & alijs salutationē præscribit, & nomen suū quod celebre erat omnibus gentibus, præponit: vt magistri noīe audito acquiescāt correctio ni, & quia eis vilis erat apponit dignitatis nomina non humilitatis, vt seruus, post salutationem pro donis eorum qui boni erant inter eos gratias agit. Deinde increpat illos qui de baptistis se iactabant, post retrahit eos ab amore terrenæ sapientiæ. Deinde redarguit eos de fornicatore quem inter se esse ferebant. Deinde increpat eos quia

Ambro.

Ambro.

A sibi inuicem iniurias, & fraudes faciebant, & infidelīū examina requirebant. Postea instruit eos de matrimonijs, & de perceptione eucharistiæ, vbi plurimū errabāt, & de alijs plurimis. Circa finē vero subditur moralis ammonitio. Præmittit autē salutationē dicens. Paulus vocatus. i. electus a deo, Apostolus Christi Iesu. i. dei voluntate missus ad prædicandū Chrūm. Vel. i. ab hoībus priuilegio noīs dictus, Apostolus Christi Iesu. Hic aliter incipit quam ad Romanos, quia alia causa est hic quā ibi. Hic. n. nō vocat se seruum sicut ibi, quia opus erat hic potius autoritate, & commendatione cōtra superbiam Corinthiorum apud quos viluerat. Apostolum dico. & hoc non per irā, sed per voluntatem dei, quod nō illi vestri pseudo qui nec missi sunt a deo, nec verum est quod dicunt. Et Sosthenes frater. Hic dicitur Aplō de eis nunciasse, & iō eum sibi in hac salutationē adiungit, per hoc indicans quod pro illis valde sollicitus erat. Ecce per eum qui inter eos conuersabatur, culpas eorum se scire innuit. Iō autē frater dicit, quia per hoc remouet suspicionem sinistram ab illo, ostendens quod nō malo aīo de eis nūciauit, sed ex charitate, & desiderio correctionis. Paulus, inquā, Et Sosthenes, scribit hanc epistolam, Ecclesiæ dei, non hoīm vt vos facitis eam, arbitrate ministeriorū dispensatores, esse gratiarū authores. Ita. n. esset ecclesiā hominum, non dei. Quos autē ecclesiā dei dicat, aperit subdens. f. Sanctificatis in baptismo: & hoc In Christo Iesu. i. per Christum Iesum, nō per hoīes, immo a pseudo euerū sunt. Ipsis dico, Vocatis sanctis. i. vocatis per prædicatores, & deinde sancti sunt. Vel vocatis sanctis, id est, præelectis a deo ad hoc vt sancti sint. Hoc ideo dicit vt ostendat nil boni esse ab hoīe sed totum a deo. His inquā Aplūs scribit, Cum omnibus, id est & omnibus scribit suffraganeis Corinthi, qui in eisdem vitijs laborant. Vnde subdit qui in omni loco. Corinthiorum, Ipsorum & nostro. i. primitus mihi commissio. Inuocant nomen domini, non aliud a deo, qui vere inuocant dum serui eius sunt, De quibus dicitur, Prope est oībus inuocantibus eum in veritate. Hoc enim inuocat aliquid quod vult ad se venire. Quid est inuocare, nisi in se vocare? Qui ergo deum inuocat vt diues fiat, deum nō inuocat. Nam cum dicis, deus da mihi diuitias, non vis vt ad te veniat ipse deus, sed vt diuitiæ veniant ad te. Deus autē gratis se vult coli & diligi, hoc est. n. caste amare, nō quia dat aliquid præter se, sed quia dat se. Talibus dicit Aplūs, Qui inuocant nomen domini nostri Iesu Christi. i. saluatoris & regis, quem vere inuocant dū ab eo credunt se saluari & regi. Grā vobis & c. Ecce saluatio. q. d. Paulus & Sosthenes scribunt vobis hanc epistolam, & ante alia salutant vos, optantes vt grā sit vobis stantib⁹ vt maneat, lapis vt redeant. Et pax. i. mentis tranquillitas. & hoc A patre & domino nō Iesu Christo, qui ab eo quidem personali proprietate distinctus est, sed vnus cum ipso vnitate substantiæ deus. Ideo ergo patrē nominauit & Christū, ne vnio personæ inter eos esse putetur.

Ambro.

Ambro.

Ambro.

Ambrosius.

Ambro.

Augustinus. in psal. xxxv.

C Gratias ago deo meo semper pro vobis, in gratia dei quæ data est vobis in Christo Iesu, quia in oībus diuites facti estis, in illo, in omni verbo & in omni scia sicut testimonīū Christi cōfirmatū est in vobis, ita vt nihil vobis desit in vlla grā expectantibus reuelationem domini nostri Iesu Christi, qui & confirmabit vos vsque in finē sine crimine, in die aduētus domini nostri Iesu Christi. Fidelis de⁹ per quē vocati estis in societate filij Iesu Christi domini nostri. Obsecro autem vos fratres per nomē domini nostri Iesu Christi, vt idipsum dicatis oēs, & non sint in vobis schismata. Sitis autē perfecti in eodē sensu, & in eadē sciētia. Significatum est. n. mihi de vobis fratres mei, ab his qui sunt Chloes, quia contentiones sunt inter vos. Hoc autē dico q̄ vnusquisque vestrum dicit. Ego quidē sum Pauli: ego autē Apollo, ego vero Cephæ: ego autem Christi.

Gras ago & c. Hic gras agit de donis illorū qui boni erant inter eos. In illa enī plebe alij erant boni qui digni erant laude, alij digni increpatione. Post salutationē ergo primū proponit de bonis vt his alijs conformetur dicens. Gras ago & c. corde, lingua & opere, Leo, a quo omnia esse credo, non ab hominibus, Meo, Omnium quidem Deus potestate qua creat: sed eorum proprie dicitur Deus qui cum diligunt, qui eū tenent

Ambro.

Ambro.  
Ambro.

qui illū possident, qui illū colunt, quibus subuenit, qui ab illo alieni non sunt. Sēper  
pro vobis. & hoc in grā dei, quæ data est vobis. i. dñi cōsidero grām. i. dona dei. Quæ  
data sunt vobis. & hoc in Chrō Iesu. i. a Chrō nō aliūde, & hæc gratia a deo est multi  
plex, quia In oibus, donis, Facti estis diuites in illo. i. in Chrō non in hoīe. Et quia di  
xit in oibus illos esse ditatos, supponit partes aliquas. s. diuites facti estis, In omni ver  
bo. i. in omni genere linguarum. vel, in omni verbo. i. in oī mō prædicandi. s. medio  
cribus & perfectis & minoribus. Et in omni scīa. i. scripturarū intellectu. Et in his di  
tati ita estis, quod ita tenetis, Sicut testimoniū Christi confirmatum est in vobis. i. ita  
verba & scīam tenetis de eo quod de Chrō prædicauit, sicut testimonio prophetarū con  
firmani. Vel ditati estis. i. donis repleti, Sicut testimoniū Christi cōfirmatum est in vo  
bis. i. quia firmiter tenetis fidē quā prædicauit vobis. Dico quod diuites estis, Ita, vt ni  
hil desit vobis in vlla grā sancti spūs. Vobis, dico, Expectatibus, cū desiderio, quia cer  
ti inde & parati, Reuelationē dñi nri Iesu Christi. i. visionē Christi, & cognitionem  
quæ post mortē præstatur cuiq; fideli. Vel reuelationē dicit, quæ erit in die iudicij quā  
impij timent. Qui & confirmabit vos. q. d. Expectatis reuelationem Christi, a qua ex  
pectatione non deficietis. Ipse est. n. Qui & cōfirmabit vos vsque in finem, cuiusq; ita  
vt sitis, Sine crimine, & si non sine peccato. Cōfirmabit dico, Vsque in finem. i. vsq; in  
diem Aduentus Dñi nri Iesu Christi. Cuius aduentus intelligitur, cū cuiq; post mortē  
manifestatur. Vel ita, cōfirmabit vos, dico, semper mēte eūtes in illū diē. s. in diē ad  
uentus Chrī &c. Fidelis de9. q. d. cōfirmabit & vere, quia deus est fidelis. i. ver9 in pro  
missis. Per quem vocati estis, cū essetis auerſi. qui ergo auersos vocauit, facilius confir  
mabit. Vocauit, dico, In societatem, nō mō angelorū vel aplōrū, sed Filij eius dñi nri  
Iesu Christi. Obsecro aut vobis fratres, Hucusq; bonos laudauit: his laudatis inuitat ali  
os ad horū simile. q. d. pro bonis grās ago, Vos aut, alios, o Fratres obsecro per nomē  
dñi nostri Iesu Christi. i. si vultis esse eius a quo nominamini christiani, vt dicatis oēs  
oris confessione, & interius habeatis in corde, Id ipsum, quod dicunt prædicti, Et non  
sunt in vobis schismata. i. diuisiones: sed sitis in eodem sensu. i. in eadē voluntate qua  
prædicti, Et in eadē scīa. i. in eadem intelligentia. Ita quod perfecti sitis, hoc iō dico,  
quia Significatum mihi, Iſis est, de vobis tamē o fratres mei, ab his qui sunt Chloes.  
Chloes locus est vbi illi erant qui apostolo significauerunt. Vel, Qui sunt Chloes. i. il  
lius matronæ, Chloes enim potest esse nomen vel loci vel personæ. Aliquibus enī vi  
detur locus esse, vt si diceretur, ab his qui sunt Antiochiæ: Aliquibus videtur foemina  
fuisse deo deuota, cum qua multi essent colentes deū. Quid enim significatū est de vo  
bis? hoc. s. Quia contentiones sunt inter vos, de disciplina dominica. Hoc autem dico  
Hic contra baptistas agere incipit, de quibus illi gloriabantur. q. d. non solū scio con  
tentiones quæ sunt inter vos, sed & verba quæ dicitis, & hoc est, Hoc aut dico quod v  
nusquisq; vestrum dicit. Nam alius dicit hoc. s. Ego quidē sum Pauli: alius illud dicit  
Ego sum Apollos: alius vero, Ego sum Cephæ. q. d. Alius dicit ego sum baptizatus, ba  
ptismo illius: Alius dicit ego illius, sed hoc dicere est quasi idololatria. Et sciendum  
quia sub noīe suo, & Apostolorū bonorū, notat pseudo. Nam illi quos nominat sine  
dubio boni erant, sed sub horū specie falsos aplōs tangit, ne si diceret in noīe illius, vi  
deretur eis inuidere, & sibi velle attribuere. Vel iō apposuit noīa bonorū Aplōrum, vt  
ostēdat, quia si in noīe maiorum non est gloriandū, nec in nomine illorum quorū do  
ctrina praua est. Inter eos aut hos laude dignos designat, qui dicebāt se esse Christi.  
Vñ subdit. Alius aut dicit, Ego sum Christi, baptismo baptizat9. Hic bñ dicit quales  
supra laudauit, quia tales sunt, ostium habent per quod intrandū est, quod est Christ9  
per quem cognoscitur pater. Nemo. n. nouit filium nisi pater, neq; patrem nisi filius, &  
cui vult filius reuelare. Sicut ergo ipse per se nouit patrem, nos aut per illum: sic intrat  
in ouile per se, & nos per ipsum, & nos per ipsum intramus. Christus ergo ostium est  
& pastor intrando per se, & quod pastor est dedit etiam suis, quia & Petrus pastor, &  
Paulus pastor, & alij sunt pastores. Ostium vero nemo nostrum se dicit. hoc enim sibi  
proprie tenuit. Nullus ergo ostium est nisi Christus, & si pastores sint alij. Sed quia o  
ues indisciplinatae cœperunt facere schismata, & alia ostia sibi ponere quibus intrarēt  
non vt cōgregarēt, sed vt errarēt & diuiderēt, dicentes. Ego sum Pauli &c. subdit.

Ambro.

Ambro.

Ambrosius.

Ambro.

Ambro.  
Augu.  
super Ioan.

A Diuifus est Christus: Nunquid Paulus crucifixus est pro vobis: aut in nomi  
ne Pauli baptizati estis?

Diuifus est Chrūs. q. d. Discite quantū erretis, & quantū de deo præsumatis, & qua  
tum hoibus tribuatis, qui inter eos gloriam partimini. Diuifus est ergo Chrūs, secun  
dum vos. q. d. multos facitis Chrōs. i. datōres gloriarum. A deo. n. errabant isti vt puta  
rent grām dari ab hoīe, non mō quasi ministro sed authore. Vel putabant Chrūm in  
baptismo magis operari per meliorē baptistā, & minus per minus bonū. & iō ait, Di  
uifus est Chrūs? q. d. Qui operatur idē in oibus diuifus est, quātum ad vos dū creditur  
in isto plus operari, in illo minus. Vel ita, quia hæc dicitis, iō Chrūs mō a vobis diui  
fus est. i. separatus. Vehementer isti errabant, quia ostia sibi præter Chrūm constitue  
bant, & fundamenta diuersa ponere præsumebant, cum vnū sit fundamentum ecclīæ  
quod nemo mutare potest. s. Chrūs Iesus. Ipse. n. solus est petra supra quā fundata est  
ecclīa. A qua nominatus est Petrus, dño ad illū dicente. Tu es Petr9 &c. Simon enim  
antea vocabatur: hoc aut nomen. s. Petrus a dño ei impositū est, & dicitur Petrus in fi  
gura Christiani populi, a petra Christo, quia. n. petra Chrūs dicitur, & Petrus dicitur  
populus Christianus: Ita ergo Petrus a petra, non petra a Petro dicitur, quō nō a Chri  
stiano Chrūs, sed a Chrō Christianus vocatur. Tu es ergo (inquit) Petrus dictus a pe  
tra, quā confessus es, quam cognouisti, dicens, Tu es Chrūs filius dei, & supra hanc pe  
tram. i. super meipsum filiū dei, non super te ædificabo ecclīam meā: super me ædifica  
bo te & alios, non me super te. Non. n. dicitur esse Petri, sed Christi: nō a Petro petri  
ni, sed a Chrō christiani, ne esset spes in hoīe. Maledictus. n. qui spem suā ponit in ho  
mine. Et ne essent tot baptismi quot serui, mysteriū quidē baptizandi dedit Chrūs ser  
uis suis: potestātē vero sibi retinuit, quam si vellet poterat dare, vt seruus daret baptis  
mum suū tanquā vice sua: & potestatem suā poterat constituere in aliquo seruo, vt tan  
ta vis esset in baptismo serui, quantā vim habet baptismus a dño datus. sed hoc noluit  
iō, vt in hoīe non esset spes baptizatorum. Noluit. n. seruum ponere spem in seruo. Ba  
ptizat. n. seruus vt minister: baptizat aut dñs tanquā potestātē habens. & potuit hanc  
potestatem seruo dare, vt dictū est, sed noluit. Si. n. daret hanc potestātē seruis. i. vt ip  
sorum esset quod dñi erat, tot essent baptismi quot essent serui: vt quō dict9 est baptis  
mus Ioānis, sic diceretur Petri baptismus, baptismus Pauli, & hmōi. Ille. n. baptism9  
Ioannis dictus est. Sed forte aliquis dicit, proba nobis quod ille baptismus Ioannis  
dictus est: probabo, ipsa veritate dicente, qñ interrogauit Iudæos, Baptismus Ioannis  
vnde est? Ergo ne tot baptismi dicerentur quot essent serui qui baptizarent, sibi tenuit  
dominus potestātē baptizandi, seruis ministerium dedit. Si ergo seruus dicit se bapti  
zare, recte dicit, sed tanquā minister baptizat, & ideo non differt siue bonus siue mal9  
cui baptizandi contigit ministerium. Inde etiam nemo dicit baptismus meus, cum tñ  
dicat euangelium meum, prudentia mea, glīa mea: licet hæc sint a deo. In quibus dif  
ferentia est: in his. n. alius alio doctior est, & alius alio meli9 operatur, in euāgelizādo  
nec sunt oēs æquali sapia præditi: alij aut alio magis minus ve baptizatus, siue ab in  
feriore siue a maiore baptizetur, dicit non potest. Ad hoc aut quod dicit Augu. Chrūm  
potestatem baptismi seruis posse dedisse, opponitur sic a quibusdam. Potestas siue po  
tentia dei essentia diuina est, quia non est aliud deo esse aliud posse. Si ergo nō potuit  
eis dare vt essent quod ipse, nec potuit dare posse suum, vel potentiā suam. s. quæ ipse  
est. Alioquin si potentiā suam potuit eis dare quæ ipse ē, potuit eis dare vt ipsi essent  
quod ipse est. Ad quod dicimus quod non potuit eis Christus dare, vt essent quod ipse  
est, & tamen potuit eis dare potestatem quam habet. i. potestatem qua possent remitte  
re peccata, quod ipse solus potest. Hæc est. n. quā dicit potestatem baptismi. s. potestas  
remittendi pctā. Potuit ergo eis dare auctoritatem baptismi quib9 cōtulit ministeriū  
ita tñ vt ipse principalis author existeret. Potestatem vero quæ ipse est, siue posse suū  
quod est suum esse, eis potuisse dare non dicim9, qualiter dicim9 eū dedisse nobis scire  
quod ipse scit, & dedisse prophetis scientiam futurorū quam habet: nō quod nobis de  
derit esse quod habet, vel prophetis sciētiam quæ est essentia diuina, sed quia nobis de  
dit per gratiam scire futura, quæ ab æterno ipse nouit naturā. Alij dicūt potestatem ba  
ptismi vt in nomine eorū daretur baptismus, in quo fieret remissio peccatorū, sicut fu  
it in nomine Christi, & hoc potuit dare, sed noluit. Nunquid Paulus. Quasi dicat,  
i iij

Ambro.

Augustinus.  
ex trac. euāg.

Augustinus.  
super Ioan.

Augu.  
super Ioan.

Oppositio.



Vos dicitis ego sum Pauli, ego Apollo &c. Sed nunquid Paulus crucifixus est pro vobis. i. vt sit vobis author salutis? Aut in noie Pauli baptizati estis. f. quod pctā dimitte rem vobis. q. d. non Reuocat illos ad vnū nomen qui multa noia sibi facere volebāt repellit eos ab amore hoīs, vt Chrūs ametur. q. d. Nolo vt mei sitis, sed mecū sitis, me cū estote, oēs illius fumus qui pro nobis crucifixus est. Dimittuntur. n. nobis pctā per nomen eius, non per nomen alicuius hoīs. Vñ Ioānes ait, Scribo vobis filioli, quia remittuntur vobis peccata per nomen eius. Et nota q̄ per hoc verū quod tenebāt illi Corinthij, facit illos erubescere de falsis quæ tenebant. Hoc. n. erat propriū & detestabile eorū vitiū, quod dicebāt ego sum Pauli, ne illos quos in schismata dissiluisse redarguit, arbitror veram fidem habuisse, in hoc quod dicebant ego sum Pauli &c. Hoc. n. falsum erat. Quod vero sciebant Chrūm pro se esse crucifixum, & se in eius noie non Pauli baptizatos, nō erroris eorū, sed diuini muneris erat, hanc dei veritatē in iniquitate suorū schismatū detinebant. Per hanc ergo veritatem quā tenebāt, ipsorum falsitatem cōuincit. Verū quippe baptismū habebant, & ex eius veritate, vt corrigerent falsitatem ab ipso audiūt. Nunquid Paulus &c. Prorsus fieri pōt vt aliqui verum habeant baptismū, & nō veram habeant fidem, sicut isti. Per veritatē ergo quā habebant corrigi falsitatem quā tenebant, sicut per Christi resurrectionem quā credebant probat resurrectionem mortuorū quā negabant. Erant. n. inter eos qui mortuos resurgere non credebant, credebant tamen Christum resurrexisse.

Augustinus in psal. lxxii.

Angu. de vnico ba.

Augustinus in eodem

Gratias ago deo meo, q̄ neminem vestrum baptizauit, nisi Crispum & Caiū, ne quis dicat q̄ in nomine meo baptizati estis. Baptizauit autem & Stephanus dum, ceterum nescio si quem alium vestrum baptizauerim. Nō enim misit me Christus baptizare sed euangelizare, non in sapientia verbi, vt non euacuetur crux Christi. Verbum enim crucis pereūtibus quidem stultitia est: his autem qui salui fiunt, id est nobis, dei virtus est.

Gras ago &c. q. d. Et quia de baptismis gloriamini. Ago gras deo meo &c. de hoc, quod neminē vestrū, contententiū, baptizauit. Nullū. n. vestrū baptizauit, nisi Crispum & Caium, qui non sunt de contentione vestra. & non ideo hoc dico quin bonum sit baptizare: sed ne quis dicat quod baptizati estis in noie meo, de quo magis gloria remini. Poterat quidem, vt dictum est, dominus Iesus si voluisset baptismi sui potestatem dare alicui, vel aliquibus præcipuis seruis suis, vt quemadmodum per virgam florentem demonstratus est Aaron sacerdos, ita per aliquod signum demonstraretur excellentioris dignitatis ministri, & dispensatores mysteriorum qui soli baptizare deberent. Sed si hoc fieret ipsorum iam baptismus diceretur quantum eis a domino attributus, sicut baptismus Ioannis fuit, ideo Apostolus agit deo gratias quod neminem eorū baptizauit, qui tanquam obliti in cuius nomine baptizati essent, per hoīm nomina se diuidebant. Cum. n. tantum valet baptismus per hominem cōtemptibilem quātū per apostolū datus, ita nec illius nec illius, sed Christi esse cognoscitur, quod Ioannes per speciem colūbæ se didicisse testatur. Nam secundū quid aliud dixerit, & ego nesciebam eum, non plane video, nisi quia secundum aliquid eū sciebat, & secundum aliquid eum nesciebat: sciebat quidem sponsum esse & filium dei, sed nesciebat vtrum esset daturus alij potestatem baptismi, an proprium baptismum esset habiturus, & baptismi potestatem recepturus. Sed hoc per spiritum didicit, velut per columbam descendente & manentem super Christum. Vñ ad ipsum dicitur. Super quem videris spiritum quasi columbam manentē & descendente, hic est qui baptizat. Baptizauit autē. q. d. Non solum illos prædictos baptizauerim, sed etiā, baptizauit Stephanus domū. i. illius matronæ familiam quæ non est de hac cōtentioe. Ceterū. q. d. de his certus sum quod baptizauerim eos. Ceterum nescio si quem aliū vestrū, qui sit de cōtentiois baptizaueris. Nō. n. Rō hic ostēdit cur tā paucos baptizauit. q. d. iō tā paucos baptizauit, quia nō misit me deus baptizare, quod a minoribus fieri pōt, ne retardaretur a prædicatione: de qua subdit, Sed euangelizare. Perfēcte enim baptizare etiam minus docti possunt, pefēcte autem euangelizare multo difficilius, & rarior est operis. ideo doctor gentium pluribus excellentior euangelizare se missum dicit, non baptizare. Hoc tamē necessi

Augustinus contra bap.

contra Pela. Ambrosius. Augustinus

tate instante interdū egit. Non in sapiētia. q. d. dico quod misit me euangelizare, non vtiq̄. In sapiētia verbi. i. in sapiētia philophorū, quæ dicitur sapiētia verbi, quia dicitur sapiētia & si nō sit. vel ideo dicitur sapiētia verbi, quia verbosos facit, ideo nō misit me in sapiētia verbi, vt nō euacuetur crux Christi. Per illam enī sapiētiā, Crux Christi, i. mors Christi, euacuatur, & impossibile secundū naturā iudicatur, vt deus immortalis moreretur. Vel, euacuatur crux Christi, si quomodo, vel bona natura, vel alio aliquo modo præter eam credatur esse iustitia & vita æterna. Acute quippe videtur hæc dici, sed in sapiētia verbi, quia euacuatur crux Christi. Nō est ista sapiētia deorsum descendēs. Si ergo secundū scripturas sapiamus nō cogimur cōtra Christi gratiam disputare, & ea dicere quibus demonstrare conemur naturam humanā, neq̄ in partibus medico indigere, quia sana est, & in maioribus sibi ad iustitiā si velint posse sufficere. Quocirca nō præsumit apostolus in sapiētia verbi prædicare, sed scripturarū auctoritate cōtentus simplicitati studet, potius quā tumori. Vel nō misit me prædicare in sapiētia verbi. i. in lepore & ornatu verborum, quia prædicatio Christiana nō indiget pompa, & cultu sermonis ne videatur esse ex versutia, & caliditate humanæ sapiētiæ nō ex veritate. Ibi enī cōpositio verborū queritur, vbi teste veritate ipsa se nō cōmendat veritas sicut in sapiētia mūdāna. Qui ergo fidē Christi verbis exornare vult, obsecrat illā splendore verborū, vt nō illa, sed ipse laudetur. Ideo causam ostendēs, quare nō in sapiētia verbi, addit, vt nō euacuetur crux Christi, sicut pseudo apostoli ne stulti viderentur prudentibus mundi, in sapiētia humana Christū prædicabant dupliciter. f. eloquentiæ studētēs, & quæ mundus stulta iudicat. Euitantes verbum enī q. d. quis quereret an euacuaretur crux Christi? Respōdet, vtiq̄. Verbum enī. i. prædicatio, Crucis stultitia quidem est, id est esse videtur, Pereuntibus, id est sapiētibus huius mundi, quorum sapiētia perit, & falsa ostenditur, & inde ipsi damnandi sunt. Ideoq̄ pro eo quod debebat dicere sapiētibus, dixit pereuntibus. His autem. q. d. pereūtibus verbum crucis stultitia est, Sed his qui salui sunt, id est nobis, scilicet credentibus, Virtus dei est, quia credentes in cruce Christi virtutem dei intelligunt, dum sciunt quod occisus diabolus vicit, & hominem liberauit. vel, Virtus dei est, id est virtutē dat credentibus, per quam cum res exigit, fiunt miracula.

Ambrosius de nat. & grat.

Aug. contra Felicianum. Ambrosius.

Ambrosius.

Scriptum est enim, Perdam sapiētiā sapientium, & prudentiā prudentium reprobabo. Vbi sapiens, vbi scriba, vbi inquisitor huius seculi? Nōne stultā fecit deus sapiētiā huius mundi? Nam quia in dei sapiētia non cognouit mundus per sapiētiā deum, placuit deo per stultitiā prædicationis saluos facere credētēs. Quoniam Iudæi signa petunt, & Græci sapiētiā quærunt.

Scriptum est enim. q. d. ideo non misit me prædicare in sapiētia, quia prædixerat quod eam conreciperet in prædicatione euangelica: sed perderet, & reprobaret de collegio prædicatorum suorum, & hoc est quod ait, Scriptum est enim, in Abdia, Perdā sapiētiā sapientium seculi, & prudentiā prudentium reprobabo, id est sapiētiā mundanam, & prudentiā eliminabo. A prædicatoribus euangelij, vt tales sapientes inter prædicatores non recipiam, & sic est factum. Vbi, est enim, Sapiens, inter prædicatores? inter quos si esse voluerit, sapiētiā illam abijcere oportuit. Et nota quod primum ponit genus, deinde subdit species, Vbi scriba, vbi inquisitor huius seculi? Sapiens genus est vtriusque, scilicet scribæ & inquisitoris. Scriba est qui etiā de moribus & artibus præcepta dat. Conquisitor est qui secreta naturæ rimatur. Tales enim recipit deus inter prædicatores, sed stultos fecit. Vnde subdit, Nonne stultam fecit deus sapiētiā huius mundi? Vel ita, Scriptum est enim, quasi dicat, Bene dico pereuntibus. sic enim scriptum est, scilicet quod proderet, & reprobam falsamq̄ faceret sapiētiā huius mundi: & hoc est perdam, id est irritam faciam sapiētiā sapientium. Non vtiq̄: meam in eis perdam, sed illam quæ est eorum quam sibi arrogant. Nō enī vera sapiētia, & vera prudentia perditur a domino, sed falsi nois sciētia quæ sibi thesaurizat lingua mendacij, & deficiūt scrutantes scrutinia. Et prudentiā prudentium reprobabo quam, scilicet excogitauit ad aliquid probandum. Non ideo hoc dicit vt veritatis intelligētia possit a deo reprobari, sed quia eorū prudentia repro-

Augustinus Hieronymus.

Hieronymus



Ambrosius. batur, qui in sua eruditione cōfidunt. Vbi sapiens? Probatae false. scientiæ insultat a-  
 Aimo. postolus dicens, Vbi sapiens, tam de Iudæis quam de Gentibus, quasi nil valet. Et est  
 hæc inuectio in Iudæos & Gentiles, vnde distincte de vtroq; subdit, Vbi scriba? de Iu-  
 dæis. Vbi inquisitor huius seculi? id est Gentilis naturas rerum tantum inquirēs? q. d.  
 Victa est eorum sapiētia, & stultitia facta. Nam scriba Iudæorum, & legis doctores,  
 & si nil impossibile deo credunt, tamen quia in lege non adeo aperte habent, diffidunt  
 dei filium esse mortuum, & huiusmodi. Gentilibus vero pro humana ratione stultitia  
 est. Sed nōne stultam fecit sapientiam huius mundi? Sapientia est huius mundi vbi in-  
 firmum & stultum dei contemnitur, quæ est secundum rationes mundi, quæ impossi-  
 bile iudicat quæ in naturis rerum non videt. Hanc autem deus stultam fecit, possibile  
 fore declarando atq; faciendo quod ipsa impossibile iudicat. Nam quia. q. d. Vere sa-  
 pientiam mundi stultam fecit deus, quia per stultitiam saluat credentes: & hoc placu-  
 it ei facere. & hoc est quod ait, Nam placuit deo. Ex beneplacito enim eius est, Sal-  
 uos facere credentes, & hoc, Per stultitiā prædicationis, id est per prædicatores impe-  
 ritos, in mundana sapientia qui stulti videbantur. Vel, Per stultitiam prædicationis,  
 id est per rem prædicatam quæ stulta videtur, sicut est passio Christi, & mors, vbi est  
 Ambrosius. humilitas. & cur hoc fecerit ostendit per id quod in serie præmiit, scilicet, Quia mū-  
 dus nō cognouit deum, per, id est propter, Sapientiam suam, id est sapientes mundi nō  
 Augustinus. cognouerunt deum propter sapientiam suam, vbi est superbia. Non cognouerunt, di-  
 de tri co, Iudæi per sapientiam, id est per filium incarnatum, qui cum in carne manifestatus  
 Augustinus est filius dei, in hunc mūdū missus est. Non igitur per locorū spatia veniendo, sed in  
 super psalmo carne mortali mortalibus apparedo, venisse à deo dicit. Illuc ergo venit ibi erat, quia  
 xxxiii. erat in hoc mundo, quia mūdus per eū factus, & mūdus eū nō cognouit. Hæc est lux  
 Augustin. de quæ in tenebris lucet, & tenebræ eam nō comprehenderūt. Vt autē cōprehenderūt,  
 trinitate ideo verbum caro factum est. Si enī curatio via est ad sanitatē, sic medicina sapientiæ  
 Augu. super. dei per hominis susceptionem nostris est accōmodata vulneribus, de quibusdam con-  
 Ioan. trarijs curans, & de quibusdam similibus. Serpentis enī sapientia. i. astutia decepti su-  
 mus, dei sapientia liberamur: & sicut illa sapientia vocabat, erat autē stultitia, sic ista  
 quæ vocatur stultitia sapiētia est. Ecce cōtraria. Similia vero sunt, quod per foeminā  
 deceptos, per foeminā liberavit: homo hoīes, mortalis mortales. Vel ita, dico, quod nō  
 Ambro. cognouit mundus per sapientiā suā: & hoc factū est, In dei sapiētia, & hoc fecit deus  
 alto cōsilio. i. ne superbirentur, & vt fides & salus cognoscatur esse ex deo, nō ex sapiē-  
 tia humana. Quoniā & Iudæi. q. d. nō cognouit mundus per sapientiam deum. ideo,  
 Quoniam Iudæi consueti ab antiquo, Petunt signa, potentiæ, nescientes humilitatē  
 dei, Et Græci. i. Gentiles, Quærent sapientiam, non veram, sed quæ ingenio hominis  
 sapientia videatur. i. vtrum quod prædicatur, natura patiatur.

Nos autem prædicamus Christum crucifixum: Iudæis quidem scandalū, gen-  
 tibus autem stultitiam, ipsis autem vocatis Iudæis atque Græcis Christū dei vir-  
 tutem & dei sapientiam. Quia quod stultum est dei, sapientius est hominibus. Et  
 quod infirmum est dei, fortius est hominibus. Videte enim vocationem vestrā  
 fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, nō mul-  
 ti nobiles, sed quæ stulta sunt mundi elegit deus vt confundat sapientes. Et infir-  
 ma mundi elegit deus vt confundat fortia, & ignobilia mundi & contemptibilia  
 elegit deus & ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt destrueret, vt nō gloriatur om-  
 nis caro in conspectu eius. Ex ipso autem, vos estis in Christo Iesu, qui factus  
 est nobis sapientia & iustitia, & sanctificatio & redemptio, vt (quemadmodum  
 scriptum est) qui gloriatur, in domino gloriatur.

Nos autem, contra, Prædicamus. i. Christum crucifixū, Iudæis quidē scandalū. q. d.  
 quod nō est Iudæis signū potentiæ, sed scandalum, quia irascūtur contra prædicato-  
 res rubore sceleris sui. Gentibus autē iustitiā. q. d. hoc quod prædicamus videtur gen-  
 tibus stultitia, ita & vobis si de sapiētib9 estis. Vel ita cōtinet, Ideo videt stultitia quod  
 prædicamus, quoniā, Iudæi petūt signa, & Græci sapiētiā quærent. Nos autē contra sa-

A cimus, scilicet, Prædicamus Christum Iudæis quod scandalum est, Gentibus, autem  
 stultitia, & tamen per istam stultitiam saluat deus credentes, vt dictum est. Ipsi autē  
 sic iūge, Dico quoniam petunt signa Iudæi, & Græci sapiētiā. In crucifixione quā  
 prædicamus est magna virtus dei, & magna sapiētia dei. quod videtur vel apparet,  
 Iudæis atq; Græcis, non vtiq; omnibus, sed ipsis vocatis, id est ipsis qui vocati sunt ad  
 vitam: non communi vocatione, sed illa qua præsciti vocantur. Illis enim apparet  
 Augustinus? Christi passio virtus, & sapiētia, vt scilicet salus sit ex deo, nō ex arbitrio Iudæi, vel  
 Græci, & si reprobis aliter videtur. Ipsi ergo, vocatis prædicamus Christum, id est cru-  
 cifixum, scilicet, Dei virtutem, & dei sapiētiā. i. Christi crucifixionem in qua appa-  
 ret virtus dei, quod mortuus vicit mortem, id est diabolū & Iudæum, Et dei sapiē-  
 tiam, quia callide diabolus decepit. Vel, Ipsi vocatis prædicamus Christum, id est  
 Christi fidem, vel passionem, scilicet dei virtutem, quod per fidem eorum, & peccata  
 Ambrosius remittuntur, & demones pelluntur, & cum res exigit, miracula fiunt. Et dei sapiē-  
 Ambr. in psal. tiam, quia credentes in Christum crucifixum, intelligunt Christum esse dei sapiētiā.  
 mo. xviii. Christus enim sapiētia patris est, sicut virtus patris: ipse est verbum patris, & manus  
 patris, per quem tanquā manu & verbo pater omnia fecit. Vnde, Opera manuum tua-  
 rum sunt cæli. Et item, Verbo domini cæli firmati sunt. Quod ergo verbo, hoc manu:  
 & quod manu, hoc verbo fecit. Potest ergo sic accipi, prædicamus Christū esse dei sa-  
 B pientiam, & dei virtutem. Caue ne intelligas filiū dici sapiētiā dei tanquā ipse solus  
 sit intelligens, vel sapiens sibi, & patri, & spiritui sancto. Si enim ibi solus filius intel-  
 August. de ligitur sapiens, & sibi, & patri, & spiritui sancto, ad illā reditur absurditatē, vt pater,  
 trinitate nec sit sapiens de seipso, sed de filio: nec sapiētia sapiētiā genuerit, sed ea sapiētia  
 dicatur pater sapiēs esse, quā genuit. Vbi. n. nō est intelligētia, nec sapiētia esse potest.  
 Et ideo si pater nō intelligit ipse sibi, sed filius intelligit patri, profecto fili9 patrē sa-  
 pientē facit: & si hoc deo esse quod sapere, & ea illi essentia quæ sapiētia, nō filius à pa-  
 tre quod verū est, sed à filio potius pater habet essentiā quod falsissimum est. Est ergo  
 deus pater sapiēs, ea quæ ipse est sua sapiētia: & filius sapiētia patris est sapiēs, de sapiē-  
 tia quæ est pater de quo est genitus filius. Sic & pater est intelligēs ea quæ ipse est sua in-  
 telligētia, filius autē intelligētia patris, est intelligēs de intelligētia quæ est patri, de qua  
 genitus est. Quia quod & c. q. d. vere in crucifixione Christi est dei virtus, & dei sapiē-  
 tia. Quia quod stultū est dei, id est quod sapientibus mundi videtur stultū de deo, vt  
 passio & mors, Sapientius est hoībus, id est quam homines possunt videre vel esse. Et  
 quod infirmū est dei, fortius est hoībus. Sine dubio cælestia vincunt terrestria, & ideo  
 infirmū dei nō vere est infirmū, sed videtur, quia infirmitas Christi magna victoria est:  
 cum enī victus est, vicit mortē quam nemo gigas enasit. Videte enim. q. d. Vere stul-  
 Ambrosius? tum & infirmū dei, sapientius & fortius est hominibus, quod in vobis potestis experia-  
 ri. Videte enim vocationē vestrā, o fratres, id est per quos vocati estis. Insipiētes enī  
 & infirmi vos vocauerūt, inter stulta & infirma mūdi annumerati sunt. Tales sunt vo-  
 catores vestri, qui tamē cōfundūt sapiētes & fortes, & vere sunt tales, Quia nō multi,  
 de vocatoribus sunt, Secundū carnē sapiētes, id est secundum sapiētiā humanam.  
 Non multi potētes, lata dominatione. Nō multi nobiles, generis claritudine. Primo  
 nulli tales fuerūt inter doctores Christianæ fidei, quādo duodecim apostoli sunt ele-  
 cti. Vel nō multi dicit, nō ait nulli, forsan pro se qui solus inter apostolos seculariū li-  
 terarū peritus, & terrenarū opū diues, Romanę dignitatis parētela cōspicuis fuit, qui  
 tamē hæc nihili pedit, nec vsus est eis. Sed quæ stulta & c. q. d. nō sapiētes elegit, sed po-  
 tius, Elegit de9 quæ stulta sunt mūdi. i. ignaros mūdanę sapiētiæ. Vt confundat, id est  
 vt faciat erubescere, & ad insipientiā redigat, Sapientes. & infirma mundi elegit de9,  
 id est impotentes, Vt confundat fortia, vt Neronem. Et ignobilia mundi, & quod plus  
 est, Contemptibilia elegit deus, & ea quæ non sunt, id est ignobiles & cōtemptibiles,  
 qui nil esse videbantur elegit deus, Vt destrueret, id est vincendo humiliaret, Ea quæ  
 sunt, id est quæ cum ex se nihil sint, tamē aliquid esse sibi vidētur. Ecce cōtra ordina-  
 tionē dei faciūt aperte qui sapiētiā seculi iactant, cum deus humilitatem proponat.  
 Venit enī humilis deus quæere humiles nō altos, qui & si primū elegerit pauperes, in  
 doctos, infirmos, nō tamē reliquit sapiētes, diuites, & nobiles: sed si eos primos eligeret,  
 merito taliū rerū viderētur sibi eligi, atq; inflati de his rebus salutem humilitatis non

reciperent, & ita esset in eis superbia qua homo cecidit. Ideoq; nō elegit reges, vel senatores, vel philosophos, vel oratores. imo elegit plebeios, pauperes, in octos piscatores. Nisi fideliter prederet piscator, non humiliter sequeretur orator. Vnde Nathanael doctus non est in apostolum electus. Vt autem humilitatis causa, hec esse facta intelligantur, subdit. Vt non gloriatur &c. q. d. ideo infirmos elegit & non sapientes. Vt non gloriatur omnis caro, id est vt nullus homo iustus, vel iniustus gloriatur ex se, sed de deo. quod ostenditur ibi, Qui gloriatur, in domino gloriatur. non gloriatur de se, dico, In conspectu eius, scilicet dei, vel sui ipsius, id est si deum conspiciat, vel se attendat. Ex ipso autem. q. d. Tales elegit deus, Sed tamen vos estis in Christo Iesu, id est in fide Christi. & hoc, Ex ipso, id est per ipsum Christum, non per nos. Vel ita iunge, dico vt non gloriatur aliquis ex se, sed tamen est alia bona gloria, scilicet q; Ex ipso vos estis in Christo Iesu. qui Christus, Factus est nobis sapientia à deo, id est illuminans vos ad veritatem. Ideo autem dicitur factus est nobis sapiētia, quia temporaliter, id est ex aliquo tempore nos ad illum conuertimur, vt cum illo maneamus in æternū, & ipsa sapientia caro facta est, & habitauit in nobis, Et, hoc facit, id est nos illuminat, Quia factus est nobis iustitia, id est quia prius iustificat nos bona operatione. Iustitia enim quæ viuunt in seipsa, proculdubio deus est, atq; incommutabiliter viuunt. Sicut autē cum sit in se vita, etiam nobis sit vita, cū eius efficimur participes: ita cum in se sit iustitia, etiam nobis sit iustitia, cum ei cohærendo iuste viuamus, & per hoc est ipse nobis iustitia, quia prius, Est factificatio, id est quia prius in baptismo mūdāt nos, Et, hoc ideo, quia prius est factus nobis, Redemptio, id est quia prius redemit nos patiēdo, & hoc totū ideo sic factū est, Vt, vt nullus gloriatur nisi de bonis dei, Quæ admodum scriptū est, in Hieremia. Qui gloriatur in domino gloriatur. In Hieremia tamen sic habetur. In hoc gloriatur qui gloriatur scire, & nosse me, quia ego dominus.

Augustinus

Augustinus.  
in lib. de tri.

CAPVT II.

**E**T ego cum venissem ad vos fratres, veni non in sublimitate sermonis aut sapientie, annuncians vobis testimonium CHRISTI. Non enim iudicavi me scire aliquid inter vos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. Et ego in infirmitate, & timore, & tremore multo fui apud vos, & sermo meus, & predicatio mea, non in persuasibilibus humane sapientie verbis, sed in ostensione spiritus & virtutis, vt fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in virtute dei. Sapientiam autem loquimur inter perfectos, sapientiam vero non huius seculi, neque principum huius seculi, qui destruantur, sed loquimur dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est, quam prædestinavit deus ante secula in gloriam nostram, quam nemo principum huius seculi cognouit. Si enim cognouissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent.

Et ego cum venissem ad vos. q. d. Sicut & alij nō sapientes electi sunt ad apostolatū, ita Et, id est etiā, Ego, qui erā sapiēs, fui quāsi nō essem sapiens. Cum venissem ad vos, o fratres, quia, Veni, ad vos, Nō in sublimitate sermonis, secundū logicam. s. vt logicis rationibus vterer, Aut in sublimitate sapientie, secundū physicam, vt physicis rationibus illud confirmarem, quæ duo in pseudo laudatis contra deum. sed, Veni annuncians vobis testimoniū Christi, id est ea quæ de Christo testati sunt prophete. Non enī iudicavi. q. d. Vere non per illam sublimitatem veni, quia nec etiam per eam quæ de deo est, & hoc ex iudicio metis feci. Iudicavi enī me nō scire aliquid inter vos minus capaces, Nisi Iesum Christū, & hunc crucifixū, id est nisi hoc quod Christū est rector & saluator noster. Et hoc per crucifixionē. Et sciendum quod Christū predicat nō solū qui fidē astruit, sed etiā qui mores quibus in eo viuunt instruit. Hoc intelligi potest, etiā in ea quod commemorat apostolus, cū ait, Nil iudicavi me scire iter vos nisi Iesū Christū, & hūc crucifixū. In crucifixo ei dicit, quia verus hō crucifixus est, vt vltra nō seruiamus peccato. Nō ergo ita accipiendū est, quod hic dicit apostolus tanquā ea tantum dixerit quæ sunt credenda de Christo, sed etiam quæ obseruanda in vita, &

Augustinus.  
de fid. & ope

**A** moribus ei accedit qui accedit ad cōpaginem corporis. Et ego &c. q. d. Humilis fuit predicatio mea apud vos, humilis etiam & persona. quod ita ait, Et ego fui apud vos in infirmitate. i. in tribulatione: Et timore, animi. i. anxio animo: Et tremore multo, corporis: Et sermo meus qui priuatim fiebat: Et predicatio mea, quæ fiebat in cōmuni: Nō fuit, In persuasibilibus verbis humane sapiētiæ. Quia & si persuasibilia fuerit verba mea, non tamen per humane sapiētiā, vt verba pseudo apostolorum. Sed, fuit, in ostensione spiritus & virtutis, id est in sermone & predicacione mea ostendi me habere spiritū sc̄m, & virtutē in miraculis faciendis. Ideo ita feci, Vt fides vestra non sit, id est non esse intelligatur: In sapientia hominum, sed in virtute dei: id est vt fides vestra non attribuat homini, sed deo. Sapientiam autem, quāsi dicat inter vos incapaces simpliciter locuti sumus, Sapientiam autem, quæ est de secretis dei, Loquimur inter perfectos. Hic dicit non perfectos cognitores & doctores, quibus opus non est doceri, sed auditores iam capaces. Quam sapientiam? non vero, Sapientiam huius seculi, quæ humane rationibus nititur. Neque, sapientiam, principum huius seculi, id est malignorum spirituum, vel philosophorum, qui principes mundi videbatur. Qui destruantur, id est quorum sapientiam destruitur. Sed loquimur dei sapientiam, id est Christum, in quō ostensa dei est sapientia de redemptione hominum. Loquimur dico, In mysterio, id est exponendo mysteria veteris testamēti, in quibus Christus significatur, vt in hostia Abel, vel Abrahæ. Quæ, sapientia dei abscondita est, vt nesciant pseudo. quia non in verbis, sed in virtute est: nō humana ratione cōprehēsbilis, sed spiritus efficaciacredibilis. Quam sapientiam, Deus prædestinavit. i. præparauit, Ante secula, id est ante quam mūdus esset, In gloriam nostrā, scilicet apostolorū, qui eā predicamus. Vel In gloriā nostram, scilicet omnium credentium. vt scilicet omnes per eam, æternam gloriam consequamur. Quam nemo. q. d. bene dico abscondita est, quia ipsa est sapiētia, Quam nemo principum huius seculi, id est demonū, vel philosophorū, vel doctorū in lege, Cognouit. quod inde apparet, Enim, id est quia, Si cognouissent, demones sapiētiā dei, de redēptione humani generis per Christi mortē implendam, Nūquam crucifixissent dominum gloriæ, id est non suggessissent crucifigi, quia non suggereret eum diabolus crucifigi, per quē ius suum se perdere sciret. Vel de Iudæis potest accipi, quorū quidam cognouerūt Christum: alij vero non cognouerunt. De ignorantibus dicit Petrus: Scio fratres, quia per ignoratiā id gessistis. Isti nō cognoscebāt illū esse, qui in lege promissus erat eis: Maiores vero vt principes sacerdotū scribæ & pharisei cognouerūt ipsum esse qui in lege promissus erat, sed deū esse, vel filiū dei nescierūt. & ideo de vtriusq; sic potest accipi, Si cognouisset, vel minores illū esse Messiam in lege promissum, vel maiores illū deū esse, vel dei filium, Nunquā dominum gloriæ crucifixissent. Non enī hoc facerent si deum esse scirent. si enim demones deum factū hominē nō intellexerūt, quāto magis homines? Nō igitur illū aliter scierunt demones, quā scierūt principes. Sciebant enī ipsum esse qui promissus erat in lege, nō tamē mysterium eius quod filius dei erat, & ab æterno: neque sciebāt sacramētū incarnationis, passionis, & redemptionis. Quod ergo in euangelio clamāt demones, quid nobis & tibi Iesu fili dei, magis ex suspicione, quam ex cognitiōe dixisse credendi sunt. Vel, Si cognouissent, ita quod menti eorū bene federet, Nunquā dūm gloriæ crucifixissent. Nota quod ait, dūm gloriæ crucifixū. Ex forma enī serui crucifixus est, & tamē dñs gloriæ crucifixus est. Talis enī irat illa susceptio quæ deū hominē faceret, & hominē deū. Quid tamē propter quid, & secundum quid dicatur prudens, & diligens, & pius lector intelligat. Nam ecce dicimus, quia secundum id quod deus est, glorificat suos: secundum hoc. s. quod dominus gloriæ est, & tamē dominus gloriæ crucifixus est, quia recte dicitur deus crucifixus, non ex virtute diuinitatis, sed ex infirmitate carnis. Vna enim persona est Christus deus, & homo. Ideo dicitur. Nemo ascendit in cælū nisi qui de cælo descendit. Si ergo attendas distinctionem substantiarū, filius dei descendit, & filius hoīs crucifixus est: si autem vnitatem personæ, & filius hominis descendit, & filius dei crucifixus est. Propter hanc autem vnitatem personæ, non solum filii hoīs descendisse de cælo, sed etiam dixit esse in cælo cum loqueretur in terra. Absit vt sic Christus senserit mortē, vt quantū in se est vita, vitam perdidit. Si enim hoc ita esset, vitæ fons aruisset. Sensit igitur mortē participatione humani affectus, quæ spōte

Augustinus

Ambro.

Ambrosius.

Ambro.

Augu. in lib.  
lxxx. quæst.  
no. & v. te.

August. in li.  
de trinitate

Idem contra  
Maximum.

Augu. contra  
Felicianum.

sufceperat. nō nature suę perdidit potētā, per quā cuncta viuificat. Sic in sepulchro carne suā cōmoriendo nō deseruit, sicut in vtero virginis cū nascēdo formauit. Mortuus est ergo nō discedente vita, sicut passus est nō pereunte potētā. Nemo aufert animā eius ab eo, quia potestātē habet ponēdi, & potestātē sumēdi. Ecce habes authorem operis, ponet animā suā: ecce habes opus authoritatis, & vt generaliter cōcludā quōties in carne Christus aliquid patitur opus authoris est, quia enī potestate sua nō alio cogēte perpetitur. Ipse author est operis. Nō ergo ad Mariā locali motu verbi diuinitatis venit, sed ineffabili potētī suę plenitudine, nō priuata. nec dimisit patrē Christus cū venit in virginē, vbiq; totus, vbiq; perfectus. Vno igitur eodēq; tēpore totus erat in inferno, totus in cęlo, vere mortuus, vere viuus, in quo & mortē susceptio mortalitatis excepit, & vitā diuinitas nō perdidit. Mortē igitur dei filius, & in anima nō pertulit, & in maiestate nō sensit, sed tantum participatione infirmitatis rex glorię crucifixus est.

Sicut scriptum est, quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit deus his qui diligunt illum. Nobis autem reuelauit deus per spiritum suum. Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda dei.

Quis enim sit hominū quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est. Ita & quæ dei sunt nemo cognouit, nisi spiritus dei. Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex deo est, vt sciamus quæ a deo donata sunt nobis, quæ & loquimur nō in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed in doctrina spiritus, spiritualibus spiritualia comparantes.

Augustinus

Sicut &c. q. d. dico quod si cognouissent non crucifixissent, sed non cognouerunt, sicut scriptum est, In Esaia, vbi hoc est scriptū, Quod oculus, corporis, Non vidit, quia nō est color: Nec auris audiuit, quia non est sonus: Nec in cor hominis ascendit, quia non est homo. i. carnalis, sed spiritus. i. spiritualis qui nouit. & est sensus, Oculus non vidit &c. i. visu corporeo, vel auditu nō potest cognosci, nec eius hominis ratione qui non est spiritus. Non enim cognoscitur hoc ratione eius qui carnalis est non spiritualis. Vel, Non ascen. in cor ho. quia non est aliquid terrenum. Quod enim in cor hominis ascendit, infra cor hominis est. Ideo in cor hominis ascendit, quia supra illud est cor quo ascendit. Quod enim ascendit in cor hominis de imo est ad hominē: quo autem ascendit cor hoīs, sursum est ab homine. Infra ergo cor hominis est, quod in cor ascendit: Supra cor est æternum, ad quod cor. ascendit, & hoc est quod deus reuertat bonis. Vnde subdit, Quæ præparauit deus. Vel, Non ascendit in cor ho. id est ali cuius carnalis. Tunc res dicitur ascendere in cor, cum bene intellecta placet. Quæ præparauit. q. d. non vidit oculus, nec audiuit auris. f. ea, Quæ deus præparauit, in præmium his, Qui diligunt illum. Hæc est sapientia dei. i. Christus qui diligētib; deū in præmium præparatus est quē nemo principiū cognouit. Nobis autē. q. d. illi non nouerunt, sed nobis spiritibus, nō hominibus. i. spiritualibus, non carnalibus, quod pseudo non sunt, Reuelauit deus, quę præparauit diligentibus se. Intelligimus enim deū præparatū bonis in premiū. Reuelauit dico, & hoc, Per spiritum sanctum. Nota quod in Esaia ita habetur, Oculus nō vidit deus absq; te, quæ præparasti diligentibus: quod bene idem est in sensu cū eo quod apostolus posuit. & sicut ibi dicitur absq; te, ita & hic bene addit apostolus nobis. Reuelauit deus per spi. suum. Et bene per eū, Spiritus enī scrutatur omnia, & i. etiam. Profunda dei, vt de essentia dei. Scrutari autē dicitur spiritus dei omnia, non vtiq; vt quod nescit inueniat, sed quia nihil relinquit oīno quod nesciat. Vel ideo dicit, quod spiritus dei scr. omnia, quia scrutari te facit. Quod enim dono ipūs tu facis, ille facere dicitur, quia sine illo tu nō faceres. Quis enim, quasi dicat, vere spiritus dei, & nō alius scit omnia quę dei sunt, quod à minori ostendit. Quis enim hominum scit, ea, Quę sunt hoīs, alicuius. i. volūtates & secreta, Nisi spiritus. i. animus, Hoīs, ipūs, & nō alterius, Qui in ipso est? Manifestum est enī cogitationes nostras à nullo sciri, nisi ab animo nostro, quē spiritum dicit apostolus. Ita & quę dei sunt. f. occulta & secreta dei, Nemo cognouit, qui adhuc sit homo, id est carnalis, Nisi spiritus dei, id est spiritus sanctus, & illi quos cognoscere facit. Vnde subdit, Nos

Ambrosius, Ambrosius.

Ambro.

Augustinus

Augustini Ambro.

A autem. q. d. spiritus dei nouit. Nos autē accepimus, eum, Non, vtiq; accepimus, Spiritū huius mundi, id est spiritū phytonicum, qui solet coniecturis quę mundi sunt diuinare, qui per sibyllā locutus est, qui per verisimilia sæpe fallitur, & fallit. vel, Nō, accepimus, spiritū huius mūdi. i. spiritū elationis quo doceamur sapi etiam mundi. Sed accepimus spiritū qui ex deo est. Spiritus ergo dei, spiritus charitatis est: spiritus huius mundi, elationis est. Nō vos moueat quod tantū spiritus sanctus hic noīat, & solus scire dicitur quæ dei sunt. Ab hac enim sciētia nō excluditur pater, vel filius: sicut ab eo quod pater & Christus dicitur solus & verus deus, nō excluditur spiritus sanctus, cum dicitur, Hæc est autē vita æterna vt cognoscāt te solum verum deum, & quem misisti Iesum Christum. Attende etiā quod ait, Accepimus spiritum dei. Spiritus vtq; .i. patris & filij est, nec nō & noster. Quod enī datū est, & ad eū qui dedit refertur, & ad eos quibus dedit. Itaq; spiritus sanctus, nō tantū patris & filij qui dederūt: sed etiā noster dicitur qui accepimus: & nō est ille spiritus noster quo sumus, quia ipse spiritus est hominis qui in ipso est, & ipsum tamē spiritū qui hominis dicitur, accepimus: sed aliud est quod accepimus vt essemus: aliud quod accepimus vt sancti essemus. Spiritus autē hominis in scripturis accipitur ipsa anima, vel ipsius animæ potētia rationalis. Dedit enī nobis naturā vt essemus, animā vt viueremus, mentē vt intelligeremus. Vt sciamus. q. d. Ad hoc accepimus spiritū, Vt, per eum, Sciamus quæ à deo donata sunt nobis. Inde ergo probatur quod spiritum dei accepimus, quia hoc scimus, quod vtq; scire expediat, quia sine hac sciētia nemo beatus est. Multi quippe habēt dona dei, & nescientes à quo habeāt, impia vanitate iactātur. Nemo autē de donis dei beatus est, qui danti est ingratus. Vnde in euāgelio, Qui habet dabit ei. Plene enī habere est scire vnde de habeas, nō habere autē, nescire vnde habeas. Qui ergo nō habet. i. nescit vnde habeat id quod habet auferetur ab eo. Quæ & loquimur. q. d. Scimus quę à deo donata sunt nobis. Quæ & loquimur: illi. f. pseudo, alia loquūtur. Loquimur dico, Nō in verbis humanę sapiētīę doctis, ratione vel ornatu. Malebat enī illa ostēdere sola puritate veritatis, quam eloquij tinctione fucare. Sed in doctrina spiritus sancti, quia spiritus sanctus interius docet auditores. Loquimur, dico, ita moderatē omnia. f. Comparātes. i. tradentes, spiritualia spiritualibus, quod vos Corinthij non estis, & ideo culpa vestra, & non nostra, quod maiora non diximus vobis.

Augustinus, Augustinus, Augusti contra maximū.

Augū. de tri.

Augū. de sancta viduitate.

Augustinus.

Hieronymus.

Animalis autē homo nō percipit ea quæ sunt spiritus dei (stultitia enī est illi) & nō potest intelligere, quia spiritualiter examinatur. Spiritualis autem iudicat omnia, & ipse à nemine iudicatur: sicut scriptū est, Quis enim cognouit sensum domini, aut quis instruxit eum? Nos autem sensum Christi habemus.

Animalis autem homo. q. d. nos scimus quæ donata sūt nobis: sed, Animalis homo, vt pseudo sunt, Non percipit ea quæ sunt spiritus dei, vt partum virginis & resurrectionem. nil enim æstimat posse fieri, nisi quod nouit quomodo fiat. Homo autem dicitur animal, vel vita, vel animi sensu. Vita animalis dicitur quæ fertur dissoluta lasciuia animæ suę quam intra naturalis ordinis metas spiritus rector non continet, eo quod ipse deo se regendum non subijcit. Animi vero sensu dicitur animalis, qui de deo iuxta corporum phātasiam, vel legis literam, vel rationem philosophicam iudicat. Quare autem animalis ea quæ dei sunt non percipit, subdit, Stultitia enim est illi, secundum humanum sensum, & ideo non potest intelligere spiritualia. Et vere animalis non potest intelligere spiritualia, Quia examinatur, id est examinatio, & comparatio fit illorum spiritualium tantum, Spiritualiter, id est à spirituali. Et imperfecte legitur Examinatur. Vel ita, Vere animalis nō intelligit spiritualia, Quia spiritualiter, id est per spiritualia tantum, Examinatur, animalis, id est probatur quod animalis est, quia audita improbat, & non ob aliud ei proponuntur nisi vt examinētur. Spiritualis autem quasi dicat animalis non potest intelligere, Spiritualis autem iudicat, id est intelligit & discernit, Omnia, non quidem quæ continet diuina sciētia, sed quæ ad iustitiam & vitam sufficiunt. f. omnia iudicanda. Spiritualis autem est homo vita vel sciētia: spiritualis est vita, qui spiritū domini habens, rectorē, animam regit sciētia vero spiritualis est, qui & si ex parte & per speculū videt, tamē de deo secundū

Augustinus, Augustinus, Augū. in lib. lxxx. quæst.

Augustinus.



imagines corporum, vel legis literam, vel humanam philosophiam non sapit, sed spiritui dei deus subiectus, certissime ac fideliter, Iudicat omnia, certa fide occultorum non patenti cognitione. Et ipse a nemine, scilicet a nullo homine animali, Iudicatur. i. intelligitur, vtrum bene an male intelligat. Vel, a nemine iudicatur. i. reprehenditur, & hoc probat dicens. Quis enim, animalis, Nouit, id est cognouit, Sensum domini, qui hac fecit, per quem sapientia mundi stulta est, & eius sensum nos habemus, & ideo non possunt non illi vestri iudicare ut solent. Aut quis instruxit eum, ut dicat quid hoc fecisti sic? q. d. nullus. Si autem non possunt cognoscere sensum domini ergo nec nostrum, quia nos qui iam ultra homines sumus, vnus spiritus cum deo, Habemus sensum Christi, fide certa tenentes ea quae Christi sunt.

## CAPVT III.

**E**t ego fratres non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Tanquam paruulis in Christo, lac vobis potum dedi, non escam, nondum enim poteratis, sed nec nunc quidem potestis. Adhuc enim carnalibus estis. Cum enim sit inter vos zelus & contentio, nonne carnalibus estis, & secundum hominem ambulatis: Cum enim quis dicat, ego quidem sum Pauli, alius autem ego Apollo, nonne homines estis? Quid igitur est Apollo? Quid vero Paulus? Ministri eius cui credidistis. Et vniciuique sicut dominus dedit: Ego plantavi, Apollo rigauit, sed deus nunc incrementum dedit. Itaque neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus. Qui plantat autem & qui rigat, vnum sunt.

Et ego fratres, quasi dicat dico quod sensum Christi habemus, & tamen o fratres, Ego, qui possem, Non potui, id est non debui, Loqui vobis quasi spiritualibus, id est sicut soleo spiritualibus loqui, sed, Quasi carnalibus, & hoc tam diligenter feci, Quia dedi vobis potum lac, id est facilem doctrinam & dulcem & nutrientem, Tanquam paruulis in Christo, id est in cognitione Christi, Non escam dedi vobis, id est non altiora praedicavi vobis. Quare, Quia nondum poteratis capere. Ecce secundum hoc ostenditur quod apostolus illis tanquam incapacibus minora non altiora praedicauit. Vel ita, Non potui vobis loqui quasi spiritualibus &c. Est quaestio vtrum spiritualibus homines habeant aliquid in doctrina quod carnalibus taceant, & spiritualibus dicant. Quod utique videtur ex his verbis apostoli. Dominus etiam ait, Multa habeo vobis dicere, sed non pote. porta. modo: secundum quam intelligentiam haec verba apostoli super exposuimus, sed est alius intellectus in his non negligendus. Scire enim debet charitas vestra quod nulla videtur necessitas, ut aliqua secreta doctrinae taceantur fidelibus paruulis, seorsum dicenda maioribus, id est intelligentioribus, cum eadem praedicaret apostolus spiritualibus & carnalibus, utique pro modo suo capiebant. illi, ut paruuli, isti ut maiores: illi ut lactis alimentum, isti ut cibi solidamentum, quia & si non audiuit amplius, tamen intelligitur amplius. Non enim aequaliter mente percipitur, etiam quod in fide pariter ab utrisque recipitur: ideo Apostolus ait, Non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus, id est non potestis accipere quod dicebam, quasi spirituales, sed quasi carnalibus. Et tanquam paruulis in Christo lac dedi vobis potum, non escam, id est quod praedicavi vobis, fuit vobis quasi lactis potus, non solidus cibus. Sicut enim crux CHRISTI, alijs stultitia, alijs scandalum, vocatis autem sanctis est virtus dei, & sapientia: ita idem alijs est lac, alijs est cibus, secundum quod capacitas eorum, plus, vel minus capit, ut hi qui dicunt, ego sum illius, vel illius aliter acceperunt de cruce, quam ille qui dixit, Mihi abest gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. Eadem simul audiunt spirituales, & carnalibus, & quique pro suo modo capiunt, nec necesse est ut aliqua secreta taceantur paruulis, dicenda perfectis. Ideoque dicit Apostolus, Non potui vobis loqui, quasi spiritualibus &c. quod est dicere, non potuistis quod dicebam intelligere, ut spirituales, sed ut carnalibus. Si enim spirituales essent non dicerent ego sum Pauli. Nondum enim. q. d. bene dixi tanquam paruulis, Quia nondum, quandiu vobiscum eram, poteratis capere escam ut spirituales, Sed

Augustinus.

Augustinus  
Super Ioan.Augustinus.  
Super Ioan.

**A** nondum quidem potestis, escam recipere, & si ab illis edocti sitis. s. a pseudo. Adhuc enim estis carnalibus. Arguit eos hic valde qui querebatur sed nondum non audisse spiritualia, cum adhuc indigni essent audire. Carnalibus autem istae sunt, qui & animales: carnalibus a carne, animales ab anima dicuntur. Cum enim sit. q. d. Vere estis carnalibus. Cum enim sit inter vos zelus. i. inuidia de baptistis, Et contentio, in verbis, Nonne carnalibus estis, eo quod ab homine aliquid putatis esse? Et nonne secundum hominem ambulatis: id est in peius proficiscitis: utique, Cum enim quis. Ecce expositio zeli, & contentio. q. d. nonne secundum hominem ambulatis, Cum enim quis dicat, ego quidem sum Pauli, alius autem ego Apollo? non est hoc peccatum minus a gentilitate. Nonne homines estis: id est carnalibus ut sperantes in deo sunt dii: Et quandoquidem in his gloriamini, Quid igitur est Apollo, quid vero etiam Paulus, qui maior est? Sunt ne ipsi gratiae quae in sacramentis datur auctores? non utique, sed tantum modo, Ministri dei cui credidistis. q. d. non sunt deus qui det, sed sunt ministri per quos det: nec magis per meliores dat in baptismo, quam per minus bonos: & ideo in deo gloriamandum est, non in eis ministri sunt, dico, & hoc non faciunt vno eodemque modo sed, Sicut dominus dedit vniciuique. i. sicut diuisit officia singulis. Nam ego Paulus, Plantavi, id est praedicatione ad fide conuertit. Apollo rigauit, baptismo, Sed deus, non nos, Incrementum dedit, muneris. Et quia deus tantum dat incrementum ex se, Itaque neque qui plantat est aliquid, dando ex se: Neque qui rigat, sed, Deus, solus, Qui dat, intrinsecus, Incrementum. Qui autem. q. d. plantat Paulus, Apollo rigat, Qui autem plantat, & qui rigat, vnum sunt, id est indifferentes. Extrinsecus enim tantum operantur. Nisi ergo reuelet ille qui intus est, quid prodest quod faciunt? Frustra quidem operarius omnia moliretur extrinsecus, nisi creator intrinsecus latenter operaretur. Ideo ait vnum sunt, sicut genere naturae, ita ministerij ratione. Hoc ideo dicit: quia posset videri quod & si nihil dant ex se, tamen deus magis per hunc, quam per illum dari.

Ambrosius.  
Ambrosius.

Augustinus.

Vnusquisque autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. Dei enim sumus adiutores. Dei agricultura estis, dei aedificatio estis. Secundum gratiam dei quae data est mihi, ut sapiens architectus fundamentum posui: alius autem super aedificat. Vnusquisque autem videat quomodo super aedificet. Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, praeter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Si quis autem super aedificat supra fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides preciosos, ligna, fenum, stipulam, vnus cuiusque opus manifestum erit.

Vnusquisque autem. q. d. in dando non differunt, sed in labore & mercede, & hoc est quod ait, Vnusquisque autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem, Forinsecus ministrandi. Bene dixi mercedem. Sumus enim adiutores dei, in colendo agro dominico: non deprauatores, ut quidam aiunt, & si ergo non damus incrementum, impendimus tamen aliquod adiumentum, quod inde patet, Quod vos estis dei agricultura, dum extirpantur vitia. Et estis dei aedificatio, impositione virtutum. Apertissime ostenditur ex his verbis quod deus est agricola, nos autem dei agricultura sumus, quia colit nos ad fructum, & dei aedificium: quia qui colit nos habitat in nobis, & ita idem est ager, & aedificium, quod non est in rebus visibilibus. Apostoli etiam possunt dici agricolae. Agricola enim est qui plantat & qui rigat, sed quoniam nec hoc de suo habet, sed sicut deus diuisit vniciuique, rectius ipse dicitur agricola. Apostoli vero operarij ipsius agricolae, & hoc ipsum ab ipso impertitis viribus, & donata gratia. Homo enim agricola vineam colit, & caetera adhibet quae pertinent ad agricolarum diligentiam, incrementum vero dare sacramentis non potest, formare fructus non potest. Vetus autem qui omnia potest, proprie agricola est. Nota quod nos colimus deum, & deus colit nos: sed non sic colimus deum ut inde melior fiat. Colim. n. adorando eum, non orando: ille autem sic colit nos, quod meliores nos reddit. Secundum gram. q. d. dei agricultura & aedificatio vos estis, quibus ego, Posui, praedicatione, Fundamentum, i. fide Christi, non alia, sed quae per dilectionem operatur. Posui, dico, Ut Architectus. i. princeps aedificij, Sapiens. i. discretioe vres. & hoc, Secundum gram quae data est mihi. i. per apertum mihi gratis datum. q. d. non a me hoc habui. Ego posui fundamentum. Alius autem, super hoc fundamentum, Aedificat, bona opera. quod utique non

Augu. in lib.  
Prosperi.

vno modo fit. Sed vnusquisq; videat quomodo. i. cuiusmodi opera, Superædificet, de  
 Augustin. de  
 fide & opere.  
 Idem in cod.  
 Superædificatiõe videndū est tantū. Fundamētū. n. aliud nemo potest ponere, ad quod  
 videtur niti pseudo, Preter id quod positū est, à me, Qui est Chrus Iesus. i. Christi fides  
 scilicet que per dilectione operat, per quā Chrus habitat in cordib; alia nō est fūda-  
 mentū. Hęc autē neminē sinit perire. Fides enī Christianę gratiæ. i. que per dilectio-  
 nē operat, posita in fundamento neminē perire permittit. Si quis autē. q. d. Fundamē-  
 tū nemo potest mutare, sed de superædificatione videndū est, quia manifestū erit cu-  
 iusq; opus, & hoc est quod ait, Si quis autē supra fundamētū hoc superædificat autum  
 & ar. la. pre. lig. fœ. sti. vnus cuiusq; opus manifestū erit. Quod ita intelligendū quidā  
 putat, vt illi videatur superædificare super hoc fundamētū. Au. ar. la. pre. qui fidei que  
 est in Christo Iesu bona opera adiungunt. Illi autē, Ligna fœ. sti. qui cū eandē fidē ha-  
 beant, male operantur. Vnde arbitretur per quasdā pœnas igni posse purgari ad salutē  
 percipiendā merito fundamēti. Hoc si ita est, falsa ergo erūt illa quæ obscuritatem, am-  
 biguitatēq; nō habent. s. si omnem habeā fidā fidem, charitatē autē nō habeam nihil  
 sum falsum erit & illud, Neq; fornicatores, neq; auari, &c. regnū dei possidebūt. Illud  
 deniq; quomodo verū est, fides sine operibus mortua est? Aliter ergo intelligendū est  
 quod hic dicit apostolus. hoc autē si subtilius differere coner, vereor ne ad intelligendū  
 difficilius sit ipsa expositio. Enitar tñ quātū dūs adiuvat breuiter, & dilucide quantū  
 potero expedire quæ sentio. Supra fundamētū Christianę fidei, Alius superædifi. au.  
 Augustinus  
 do fid. ope.  
 ar. la. pre. is videlicet qui cogitat qui dei sunt, quomodo placeat deo. Alius ædificat su-  
 per hoc fundamētum, Li. fœ. sti. Is videlicet qui cogitat quæ mundi sunt, quō placeat  
 mūdo. Nō enī hec tria de malis operib; accipiendā sunt, quāsi fides sine operib; saluet,  
 August.  
 quod nō est, sed, Lig. fœ. sti. nō absurde possunt accipi seculariū rerū, quāuis licite con-  
 cessarum tales cupiditates, vt amitti sine animi dolore non possint. Qui ergo adhuc  
 amat secularia, & negocijs terrenis implicati sunt, & dediti sunt viculis quibusdā & af-  
 fectionibus carnis domibus suis, cōiugibus, possessionibus, & tñ Christiani sunt, ita vt  
 cor eorū nō recedat à Christo, & nil præponat Christo, ædificat, Lig. fœ. sti. & vt aper-  
 tius dicā, qui circa diuitias suas quodā carnali affectu tenet, & tamē ex eis multas elec-  
 Augustin  
 mosynas facit, nec tamē ad eas augēdas fraudē vel aliquid rapinæ molitur, nec earum  
 minuendarum vel admittendarū metu in aliquod crimē labitur, Lig. fœ. sti. ædificat.  
 Qui autē bene viuūt, & deū honorāt, & laudāt, & patietes sunt in tribulationibus, & de-  
 siderūt patriam, Au. ar. la. pre. ædificant. Hęc enī tria ædificant cōtēptores seculi, qui  
 omnia sua pauperibus dant, vel qui tanquā nō habētes habēt. Nec frustra tria & tria  
 August.  
 expressit. Aurū enī ædificant, in contēplatione dei. Argentū in dilectione proximi.  
 La. pre. in operibus bonis, quæ nō consumuntur ab igne, sed nihil vel parū sentiunt.  
 Lig. fœ. sti. ædificant, qui & si aliena nō rapiunt, rebus tamē infirmati cōcessis aliqua  
 Augustinus  
 delectatione inherēt, qui secundū suos amādi hęc modos, diutius vt lignum, vel mi-  
 nus vt fœnū, vel minimū vt stipulā ignem sustinebūt. Et quia hęc duo nō præponūt,  
 salu erunt per fundamētū. Qui vero hęc deo præponūt, vel crimina cōmittūt, non  
 superædificat sed destruunt fundamētū. Et est sensus, Si quis ædificat super fundamē-  
 tum hoc. i. supra fidem Christi, Aurū, contēplādo deū: Argentum, diligēdo proximū:  
 La. pre. bona opera faciēdo. i. qui tales sunt, vt tantū cogitent quæ dei sunt. Et si quis  
 Augustinus.  
 Augustinus  
 ædi. li. fe. sti. i. qui his tēporalibus infirmitati humanę cōcessis vtuntur cū aliquo amo-  
 re. s. dum diuīū cogitat quæ mundi sunt, quibus sine dolore carere nō possunt, Vnius-  
 cuiusq; opus manifestum erit tandem, & si nō n. modo. Et vere.

Dies enim domini declarabit, quia in igne reuelabitur, & vnus cuiusque opus  
 quale sit ignis probabit. Si cuius opus manserit quod superædificauit, mercedē  
 accipiet. Si cuius opus arserit, detrimentum patietur: ipse autem saluus erit, sic  
 tamen quasi per ignem.

Dies enī dñi. i. dies iudicij, in quo secreta patebunt, Declarabit, cuiusq; opus. Hic  
 est dies hoīs pro nutu suo agētis: sed in iudicio, vel in mortē, cuiusq; est dies dñi, secun-  
 dū merita iudicātis. Et vere declarabit, Quia in igne. i. in pœna purgatoria hoīs, Re-  
 uelabit: quicūq; modo neget, Et vnus cuiusq; opus quale fuerit. i. firmū vel solubile,

Ignis, futuri iudicij, Probabit, duos. n. ignes legimus futuros, vnum eternū quo æter-  
 A naliter punietur reprobi, qui sequitur iudiciū, alterū qui precedet quo exuret facies  
 mundi huius, qui emūdabit eos qui super ædificauerūt Lig. fœ. sti. p. Qui autē superædi-  
 Augustinus  
 Augustino. in  
 psal. cxxiii.  
 ficauerūt, Aurū ar. la. pre. de vtroq; igne securi sunt, nō solū de illo æterno quo i eter-  
 num cruciaturus est impios, sed etiā de illo emēdatorio quo purgabūtur quidā saluādi.  
 Ignis enī extremi iudicij tādiu durabit, quousq; purgati sint, qui saluādi erāt. Et si cui-  
 August.  
 Augustus.  
 August. de ciui-  
 ra. dei.  
 us opus manserit, inconsumptū in illo igne, Quod superædificauit accipiet mercedē,  
 quia nihil perdet, & quod amauit inueniet. sed, Si cuius opus arserit. i. cremabile erit,  
 Ille patietur detrimentū, minoris gloriæ. Vel, Patietur, aliquid pœnæ, Ipse autē sal-  
 uus erit, Propter fundamētū Christū cui nihil præposuit. Sic tamē, saluus erit, qua-  
 si, rem cremabilem ferens, Per ignē, transitorie tribulationis, qua cremata euadit ipse,  
 & post istius sane corporis mortē donec veniatur ad diem dānationis, & remuneratio-  
 nis, si hoc temporis interuallo spiritus defunctorū qui ædificauerunt, Lig. fœ. sti. huius-  
 modi ignem dicuntur perpeti, quem alij non sentiunt, qui huiusmodi ædificia secum  
 non portauerunt, vt inueniant ignem transitorie tribulationis venialia cremantē, nō  
 redarguo, quia forsitan verū est. sed quia dicitur, Saluus erit, cōtēnitur ille ignis. Gra-  
 uior tamen ille erit ignis, quā quicquid potest homo pati in hac vita. Vel ita potest di-  
 Augustinus. in  
 psal. cxxii.  
 ci, Dies domini, vt de die præsentis, & igne præsentis accipiat. Nā etiā hic dies domi-  
 ni est, dum iudiciū incipit à domo dei. i. à saluādis, incipit pœna quæ cōsummabitur  
 B in reprobis. Ideo enī hic punietur electi, vt ibi nō puniatur, i quo die est, etiā ignis tri-  
 bulationis quo vritur amor tēporaliū rerū, dū hoīs cōtristatur amissis. vnde dicitur,  
 Tribulationē carnis habebūt huiusmodi. Quod enī sine illicitē amore nō habēt, si-  
 ne vrente dolore nō perdūt. q. d. manifestū erit, Dies. n. dñi. s. dies præsentis tribulatio-  
 Augustinus.  
 August.  
 nis, Declarabit, & vere, Quia igne, tribulationis, Declarabitur. Eandē quippe tribula-  
 tionem ignē vocat, Et vnus cuiusque opus quale sit. s. firmū, vel solubile, Ignis, præ-  
 sentis iudicij, Probabit, hoc igne illius opus nō exuritur, qui nō ea dilexit, quorū amif-  
 sione cruciatur: cui nō est natū quicquid tēporaliter fuit. Exuritur autē illius opus qui  
 hæc temporalia dilexit. quoniam sine dolore nō pereunt, quæ cū amore possessa sunt. Si  
 cuius opus māserit, i igne, vt opus illorū quos amissio tēporaliū nō cruciat, Qui super-  
 ædi. mer. acci. nō solū post finē qñ hoc sumet, vnde cogitauit? sed etiā in hac vita vbi  
 August.  
 August. de fid.  
 & opere  
 habet requiē suam anima contēnentis omnia. Si cuius opus arserit. i. cremabile erit,  
 Patietur detrimentū, quia quod dilexit perdet, & pro eo quod dilexit, hic vel in futuro  
 punietur. Sed quoniam alterutra cōditione proposita eis poti⁹ mallet carere quā Chri-  
 sto, nec timore amittendi talia deserit Christum, quāuis doleat cū amittit, saluus qui-  
 dem erit ipse: quod sic tamē erit, quasi per ignē, quia & si vritur dolore amissorū, nō ta-  
 mē ea præfert deo, & si ergo vrit eū dolor amissorū, nō subuertit, neq; consumit eū fun-  
 C damenti stabilitate, & incorruptione munitū. Et ideo, Saluus erit, sed, Quasi per ignē.  
 Iste ignis est tentatio tribulationis, de qua scriptū est, Vasa figuli probat fornax, & ho-  
 mines iustos tentatio tribulationis. Hic queri solet quomodo opus illius exuri dicatur,  
 August.  
 Quæstio.  
 August.  
 Responso.  
 Qui ædi. lig. fœ. sti. cum nō de malis accipiantur operibus, vt dictū est. Non enī opus  
 ardet, vel detrimentū patitur, nisi malū fuerit. Aut igitur nō ardent opera per illa tria  
 signata, aut mala sunt. Ad quod dicunt quidam per illa tria mala opera nō intelligi,  
 sed bona quæ ad sustentationē sui, & suorū aliqui faciunt, vel ad sustentationē indigē-  
 tiū ex misericordia, sed quia hic opera faciunt cum aliquo amore tēporaliū, ideo hæc  
 opera dicuntur arsurā, nō q̄ eo puniatur, quia hæc faciunt, sed quia terrenū affectū ali-  
 quē habent cū hæc faciunt: nec ille terrenus affectus est adeo malus vt destruat funda-  
 mentū. i. fidem que per charitatē operatur. Simul ergo & charitatē, & talē affectū ali-  
 qui habēt. Talis enī affectus venialis est. Vel potius lig. fœ. sti. accipiūt nō opera bo-  
 na, nec mala quæ sint dānabilia, sed peccata venialia. Vnde Gregorius, Quāuis hoc de  
 igne tribulationis præsentis possit intelligi, tamē si quis de igne futuræ purgationis  
 accipiat, pēsandū sollicitē est, quia illū dixit, per ignē posse saluari, non qui super hoc  
 fundamentum ferrum, vel æs, vel plumbum ædificat, id est peccata maiora, & ideo du-  
 riora, atq; tunc insolubilia: Sed qui ædificat ligna, fœnum, stipulam, id est peccata mi-  
 nima atq; leuissima, quæ ignis facile consumat: de quibus tamen licet minimis, illic  
 nihil purgationis quis obtinebit, nisi in hac vita politus hoc promereatur. De hoc autē  
 Greg. in lib.  
 dialog.



Augustinus  
in psal. lxx.

ait August. Nō sibi quisq; polliceatur habens nefaria opera regnū dei: & dicat, quoniā habeo signum Christi, & sacramēta, nō delebor in æternū, sed per ignem saluus ero. Ait enim apostolus, Fundamentū positū est &c. Quid est etiam inquit quod sequit̄ alius superedificat. au. ar. la. pre. alius lig. fœ. sti. Hoc est qui supra fundamentum iusta opera ædificat, au. ar. la. pre. edificat. Si autē peccata, lig. fœ. sti. Grillius quoq; ait. Natura peccati similis est materiæ quæ cito cū fumitur igni, quam ædificari apostolus à peccatoribus dicit, Qui supra fundamentū Christi ædificant lig. fœ. sti. in quo manifeste ostenditur esse quedam peccata ita leuia, vt stipulæ comparentur fœno & lignis. Sciendū quoq; q̄ sicut fundamentū corporalis fabricæ est imo, ita fundamentū spiritalis fabricæ est in summo, ideoq; sicut parietū pondus tendit ad ima, vbi est suū fundamentū. Nam & ponderū gemina sunt genera, quorū alia ima petunt, vt lapis super aquā positus, & aqua super oleū. Alia vera summa petūt, vt ignis & oleū. Semper enī superiora ignis petit. Et oleum etiā subter aquam fufum nō se patitur: Sic ecclesia nunc in imo posita tendit ad cęlū, vbi fundamentū eius est Christus, sedēs ad dexterā patris. Vel aliter potest accipi ab illo loco, vt sapiēs archi. funda. po. Sapiēs architectus est qui secundū disciplinā authoris collocat fundamentū. i. qui secundū traditionem saluatoris euāgelizat. Alius autē superedificat. s. illi qui veniētes post apostolos docēt, siue boni, siue mali sint. Sed videāt vt ædificatio cōgruat fundamēto. Vnde subdit, Vnusquisq; autē videat quomodo superedif. vtrū secundū nos qui sumus veri Christi apostoli, an secundū alios, ne si obliqua fuerint, & friuola quę super edificat, ruinā faciāt, manēte tamē incolumi fundamēto. quia & si male aliquis docuerit, tamē Christi nomē permanet. Ideo de superedificatione videndū est. Fundamentū enī nemo potest ponere, præter id quod positū est Iesus. Quia nemo præter Christū, loquēs sua comēta comēdaret, ideo quāuis aliqui heretici sint, nō tamē docent nisi sub noīe Christi, vt res cōtrarias & absurdas nominis dignitas acceptabiles faciat. Si quis autē superedificet supra fundamentū hoc, au. ar. la. pre. lig. fœ. sti. vniuscuiusq; opus manifestū erit. In auro, ar. la. pre. præclarā doctrinā significat. In tribus alijs friuola, & vana doctrina significatur, quę & si modo fallit, in igne tamē apparebit, quia ardebit bona permanēte. Et vere manifestū erit, Dies enī dñi decla. quia in igne reuelo. i. mala doctrina in igne oībus apparebit, nunc enī quosdā fallit. Et vniuscuiusq; opus quale fuerit ig. prob. quia si in aliquo nō inuenerit, quod exurat, manifestat illū fuisse bonū doctore, mala vero doctrina ignis esca est. Si cui⁹ opus mā. quod superedi. mer. acci. Cū enī nihil in eo sordis inuentū fuerit præq; doctrine, sicut ignis nō cōsumit au. ar. la. pre. ita & bon⁹ magister icorruptibilis permanebit, & erit ei merces vita æterna. Si cuius opus arde. detri. pa. Opus quod ardere dicit̄ mala doctrina est, quę iterabit: detrimētū pati est, pœnā perpeti, Quis. n. i. pœna posit⁹ iacturā nō sentit? Ipse autē saluus erit, quia nō interibit substātia qua cōstat, bona doctrina in qua fundatus est, sicut doctrina mala peribit, quæ accidens est. Saluus erit, dico, Sic tamen, quāsi per ignem, quia non sine pœna erit saluus. Per hoc enī ostendit saluū illum futurū, sed pœnas ignis passurum, vt per ignem purgatus fiat salu⁹, & cum perfidi in æternum pereant, prodest illis ex parte credidisse Christum,

Grillius in Leuiticum

Augustinus.

Ambr.

Ambr.  
Ambro.

Ambro.  
Ambro.

Ambrosius.  
Ambrosius.  
Ambrosius.

Augustinus.

Nescitis quia templum dei estis, & spiritus dei habitat in vobis: Si quis autem templum dei violauerit disperdet illum deus. Templum enim dei factum est, quod estis vos, Nemo se seducat. Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc seculo, stultus fiat vt sit sapiens. Sapientia enim huius mundi stultitia est apud deum. Scriptum est enim, Comprchendam sapientes in astutia eorum. Et iterum, Dominus nouit cogitationes sapientium, quoniam vanæ sunt.

Nescitis quia templū dei estis &c. sic cōtinet, iste salu⁹ erit per ignē qui à fūdamēto nō discedit. sed si quis, vel pseudoaplt̄s male docēdo, vel hō ei assētiēdo. Tēplū dei, quod vos estis, Violauerit, i. se, vel i alijs volēs subuertere fundamētū, & catholicā societate disūgere, Disperdet illū de⁹, corpore, & aīa, quāsi sacrilegū. Et merito, Tēplū. n. dei sanctū est, à tēpore baptisimi, quia i nemine habitat de⁹, quē nō ante spūs sc̄tus sancti ficet & purget, quāsi tēplū dei. Quod estis vos, secundū animā, & secundū corpus. Cauete

**A** ergo vobis, Quia vos estis templū. i. tales in quib⁹. f. de⁹, sedet & habitat. Tēplū dico, Dei. i. spūs sancti. vnde subdit, Et spūs dei. i. spūs sanctus, Habitat in vobis, qui vos consummat in bonis, & nescitis hoc? Nota q̄ spiritus sanctus dicitur hic deus. Cū enī præmiserit, estis tēplū dei nō subdit, & de⁹ habitat, Sed spi. dei in vo. ha. in quo aperte ostendit spūm dei esse deū. Vbiq; adest spiritus sc̄tus, ad homines in æternā vitā regenerandos, & nō est eis deus, imo vero est deus verus, quia vera dei mēbra templū eius sunt, & vtiq; subiectū est tēplū illi cuius est templū. Quomodo ergo rex nō est cuius tēplū est, quę mēbra sunt regis? Quomodo etiā nō confidet patri & filio qui repleuit filiū, qui etiā mēbra filij suā possidet domū? Deinde cū de patre procedat, quō cū patre nō sedet? Cū ipsa sessio nō sit vtiq; cogitāda carnaliter, & cū etiā de mēbris eius dicat Apostolus, suscitauit & cōsiderare fecit in cęlestibus. Quomodo ergo spiritui sc̄to subtrahitur à nobis, quisquis ille est confessus tanquā sedere cū patre & filio sit indignus, qui nos eadē sede efficit dicit dignos? Spūs ergo sc̄tus, & in cęlestibus sedet cum patre & filio, & in tēplo suo habitat. s. in sc̄tis qui sunt tēplū dei, modo secundū fidē ambulantes, & tēplū dei erūt aliqñ, etiā secundū speciē, qualiter etiā nūc tēplū sunt angeli dei. Sed dicit aliquis antequā faceret deus cęlū & terrā antequā faceret sc̄tōs, vbi habitabat. In se habitat de⁹ apud te, & apud se est. Nō ergo sic sunt sc̄ti dom⁹ dei vt ipsa subtrahat. cadat de⁹. Imo sic habitat deus in sanctis, ut si ipse discesserit, cadāt. Præterea sciendū quod nō dici nisi stultissime potest spiritū sc̄tū nō habere locū i nostro corpore, q̄ totū nostra anima impleuerit: stultius etiā dicit̄ angustijs alicubi impediri trinitatē, vt pater, & filius, & spūs sc̄tus, alicubi simul esse nō possint. Verū illud est multo mirabilius, q̄ cū deus vbiq; sit totus, nō tñ in oībus habitat. Quis porro audeat opinari, nisi inseparabilitatē trinitatis pœnit⁹ ignoret, q̄ in aliquo potuit habitare pater, aut filij in quo nō habitat spūs sc̄tus? Aut in aliquo spūs sc̄tus, in quo nō est pater, aut filij? Attendendū igit̄ est vbiq; esse deū per diuinitatis presentia, sed nō vbiq; per inhabitationis grām. Propter hęc. n. habitationē vbi grā dilectionis ei⁹ agnoscit, nō dicimus pater noster qui es vbiq; cū & hoc verū sit, sed qui es cęlis. Illud quoq; mirabile est q̄ de⁹ est inhabitator quorūdā, nōdū cognoscētū deū. Et nōdū quorūdā cognoscētū deū. Illi. n. ad tēplū dei nō pertinet, qui cognoscētes deū, nō licet deū glorificāt: & ad tēplū dei pertinet, partūli sc̄tificati sacramēto Christi, & regenerati spū sc̄to, q̄ nōdū possunt cognoscere deū. Igit̄ quę potuerūt illi nosse, nec habere, isti potuerūt habere antequā nosse. Beatissimi autē sunt illi quib⁹ hoc est deū habere quod nosse. Christianis ergo & fidelib⁹ loquēs ait, Tēplū dei estis &c. Hoc præmisit, ideo vt cōpūgat illos qui turpiter viuētes corpora sua violāt, maxime illi qui vxorē patris habet, & quia tēplū dei violās, disperdet. Ideo nemo sedu. se. vel nos, quāsi de⁹ hoc negligat. sed poti⁹ Si quis inter vos vidēt sapiēs esse in hoc seculo. i. secundū sapiētia huius seculi, Stultus fiat apud se, & deū cōtra naturā credat posse. Vt, ita, Sit, vere, Sapiēs, quia stultus seculo prudēs est deo. Et merito apud se stultus est, quia ita est apud deū. Sa. n. hu. m. stul. est apud. d. i. sapiētia illā stultitia de⁹ probat, qui facit quod mūdus posse fieri negat. Et nota q̄ aliquando in scripturis sapiētia ponitur, pro astutia abusione verbi non proprietate. Quod autē mundi sapiētia sit stultitia cōfirmat autoritate. Scriptum est. n. in Iob. Comprhendā, id est falsos ostendā, Sapientes mundi, In astutia eorum, faciēdo aliter quam ipsi dicunt. Et iterum, in psalmo scriptum est, Dominus nouit cogitationes sapientium mundi. Vel hominum, scilicet carnalium, Quoniam vanę sunt, id est falsę, & quia Stultitia est apud deum sapientia mundi.

Augustinus.

Augustinus  
Ambrosius.  
Augu. cōtra  
Maximum.

Augustinus.

Augustinus.

Augu. ad Dar  
danum.

Augustinus.

Augustinus.

Ambrosius.

Ambrosius.  
Ambro.

Ambro.

Nemo itaq; gloriatur in hominibus. Omnia enim vestra sunt: siue Paulus, siue Apollo, siue Cephass, siue mundus: siue vita, siue mors, siue presentia, siue futura. Omnia enim vestra sunt, vos autem Christi, Christus autem dei,

Nemo itaq; gloriē in hominibus, baptistis, vel doctoribus, quāsi melius ab vno quā ab alio recipiat, cū nō sint datores grarū, siue boni, siue mali sint, sed tantū ministri. Oīa enī vestra sunt. q. d. nō debetis in hominibus gloriari, quia vestri sunt. & vere, Quia omnia vestra sunt. i. ad seruiendum vobis data, & nō gloriandum, nisi de rebus excellentioribus. Et de quibus dixerit omnia vestra sunt, aperit subdēs, Siue Paulus siue Apollo, qui sunt de maioribus, siue Cephass, qui omnibus maior, quāsi non solum mino



res vestri sunt, sed etiam maiores. Et hoc ideo dicit ut non singulos doctores sibi defendant cum omnibus utantur. Deinde exequitur de alijs quæ sunt eorum, Sive mundus, noster est, Sive vita, præsens, Sive mors. Mundus itaque noster est, si de illo secundum dei voluntatē sentimus, & cursus eius in dei voluntate ponimus. Vita præsens nostra est, si modeste, & cū gloria dei agitur. Mors nostra est, si spe futuri libetē pro Christo morimur. Sive præsentia nostra sunt, quibus sustentati deo seruiunt. Sive futura, spe quorum seruiunt. præsentia enim nostra sunt, si sic utimur eis ad sustentationem, ut non offendamus. Futura nostra sunt, si ea credentes, magis optamus. Vel ita, Sive mundus, noster est. hoc ideo dicit, quia etiā elemēta mūdi nobis seruiunt. Sive vita, doctorū, Sive mors, eorundē nostra est. Nam & vita, & mors doctorū ad ædificationē subditis esse debent. Vel per vitā sanctos homines, & doctores, & angelos accipe, qui studēt profectui fidelium: per mortē diabolū, & mēbra eius accipe, qui dū persecuntur utilitati seruorum dei seruiunt. Alia non mutantur. Omnia enim, vel autē. q. d. hæc nostra sunt, quia Omnia, quotquot sunt in mūdo, vestra sunt. Vos autem, estis, Christi, non hominū, & ideo non in homine gloriādū, sed in Christo cuius sumus creatione & recreatione. Hoc ideo dicit apostolus, ut sicut hæc nostro iudicio concessa sunt, & subiecta, ita nos Christo subijciamus, Christus autē, est, Dei patris proprius filius, eius faciens voluntatē, ut & nos ipse faciamus. & si famuli Christi sumus, cur ergo ad iniuriam Christi de hominibus aliquid speratis? Cauendū est ne sic intelligatur, Christus est dei: qualiter illud, Omnia vestra sunt. & illud, Vos, estis, Christi. nam omnia illis, & illi Christo subditur, ut res dissimiles, & in natura diuersæ. Christus autē subditur deo patri, non tanquam dissimilis aut alterius naturæ, sed tanquam patris filius. Sciendū etiā quod in hac enumeratione rerum sibi connexarū, qua dicitur, Omnia vestra, vos Christi, Christus dei, nulla sit commemoratio spiritus sancti: sicut nec ibi, Caput mulieris vir, caput viri Christus, caput Christi deus. Ideo utique quia fere nunquam in his quæ sibi connexa sunt, numerari solet ipsa connexio. Connexio autem patris, & filij est spiritus sanctus, qui est deitas patris & filij: & ipsa deitas dilectio est secundum illud, Deus charitas est. tacito ergo nomine spiritus sancti, dicit, Vos estis Christi, Christus dei, & ita mediante Christo vos estis dei.

CAPVT IIII.

**S**ic nos existimet homo ut ministros Christi & dispensatores ministeriorum dei. Hic iam quæritur inter dispensatores, ut fidelis quis inueniatur. Mihi autem pro minimo est ut a vobis iudicer, aut ab humano die. Sed neque me ipsum iudico, nihil enim mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Qui autem iudicat me, dominus est. Itaque nolite ante tempus iudicare, quoad usque veniat dominus qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit unicuique a deo.

**Ambro.** Sic nos existimet homo. Hactenus egit de gloria pseudo, hinc agit de suo contemptu. q. d. & cū hoc sit. f. quod deus est author. nos autē adiutores sumus, nec nimis, nec minus de nobis arbitremini, sed potius, Homo, quilibet. Sic existimet nos, non ut dominos, sed ut ministros Christi, quod non pseudo sunt. Hoc ideo ait apostolus, quia de eo minus sentiebant, sed sic homo sentiat ut deus, qui eum elegit, & sic existimet nos, ut dispensatores ministeriorum dei, vel mysteriorum dei quia secundū modū cuiusque mysteria diuidimus, vel ministeria. Et sciendū quia non solum boni, sed etiā mali dispensatores sunt, si enim per bonos non dispensaretur, non diceret dominus de quibusdam, Quæ dicunt, facite, quæ autem faciunt, nolite facere: dispensatores sunt per quorum ministerium peruenitur ad æternam salutem. Non enim esse salutis illius dispensatorem per verbum & sacramentum, est illius esse participem. Hic iam quæritur & c. quasi dicat, Ita de nobis existimādum est ut dixi, sed Hic, id est inter nos quod non alibi, iam, scilicet in præsentī cum expectandum esset donec deus iudicet. Quæritur quis inter dispensatores inueniatur ut fidelis, scilicet cui possit credi ut bene dispenset. Mihi autem, quasi dicat, hoc inter vos quæritur quod non esset quærendum,

**A** sed quicquid, Alij, faciāt. Mihi pro minimo est ut a vobis iudicer, quasi infidelis dispensator. Aut ab humano die. i. humano intellectu, qui non videt occulta, & potest falli. vel, Ab humano die. i. ab hominibus dū sunt in suo die, & non est dies domini. Humano, dicit, quia est dies domini quo iudicabit. Quando vnusquisque pro se rationē reddet, tunc secreta cordium patebunt. Sed neque. q. d. minimū mihi est, si a vobis, vel ab alijs iudicer. Sed neque ego qui melius me noui quam vos, Iudico me ipsum, & ita periculū est vobis de ignotis cordis mei, vel aliorū iudicare. Tanta. n. profunditas credēda est esse in homine quæ lateat ipsum hominem, in quo est, ut in Petro, Profunditas infirmitatis latebat cū se cū dño moriturū temere promittebat. Cū ergo quisque de se, aut non omnino, aut vix possit verā ferre sententiā, quō potest de alio iudicare cū nemo scit, quid agatur in homine nisi spiritus hominis? Ideo apostolus non presumens de se definitā dare sententiā, ait, Neque meip. i. qui melius me noui quam illi, sed melius me nouit deus quam ego, & ideo illi relinquendū est iudiciū. Nihil. n. mihi conscius sum. i. in nullo me remordet consciētia mea, Sed non in hoc iustificatus sum. i. non ideo me iustū puto, quia potest esse quod nescio. Delicta enim quis intelligit? Et quis gloria mūdū se habere cor? Humiliat se apostolus hoc dicens, ut homo loquitur, qui potest habere culpā nescius. Qui autē. q. d. neque ego debeo me iudicare neque vos, sed, Qui iudicat me dñs est. i. qui potest & debet me iudicare. Dominus solus, Est, qui nouit oīa, & quia dñs est qui potest iudicare. Itaque nolite iudicare ante tempus iudicij. f. Quo usque veniat dñs iudicare. A liter. n. iniuria iudicij fit, quia iudicij iniuria est, si ante iudiciū eius a seruo procedat sentētia. Ecce iudiciū prohibet apostolus, quia occulta sunt nobis corda hominum. In his plerūque nostra credulitas fallit. **B** Sed cauendū est ne perniciofa opinione fallamur, ut quia non possumus hominem indagare consciētia, de ipsis rebus habeamus verā certāque sententiā. hoc modo, ut si nesciamus an ille, vel ille homo sit impudicus, pudicusve vel iustus, sive iniustus. Oderim? tū imptudiciā & iniustitiā, & pudiciā, & iustitiā diligamus, & hæc appetēda, illaque vitāda in dei veritate cōspiciamus: ut cum de ipsis rebus quod appetendū est, appetim⁹, & quod deuitandū est vitamus, ignoscat nobis quod de hominibus aliquādo imo assidue non verā sentimus. Hęc enim ad humanā tentationē pertinent, sine qua ista vita non ducitur. Vnde apostolus, Tentatio vos non apprehēdat nisi humana. Et si ergo suspiciones vitare non possumus, quia homines sumus, iudicia tamen. i. definita firmasque sentētiās continere debemus. Si ergo suspicamur quod est humana tentatio, saltē non iudicemus. Quando ergo non erratur in rebus ut recta sit improbatio vitiorū virtutūque approbatio, profecto si erratur in hominibus venialis est humana tentatio. Quod autē perniciosum est, prohibet apostolus dicens, Nolite ante tempus iudicare quo ad usque. ve. do. qui & illu. i. aperta faciet, & abscondita tene. i. peccatorū, Et manife. co. cor. i. bonas cogitationes. Quia gesta & cogitata bona, vel mala tunc erunt aperta. Et quia tūc erunt omnia nota omnibus, poterunt de se iudicare, & de alijs. Et tunc unicuique bene agenti, vel cogitanti, Erit, pro modo suo, Laus. i. remuneratio, A deo, hic autē nescitur, quis sit laude dignus. Hęc autē, quia superius dixerit illos dixisse, ego sum Pauli, ego Apollo, cū tamē hoc forsitan nullus dixerit, aperit hic. q. d. dixi non esse gloriandum in nobis.

**C** Hęc autem fratres transfigurauit in me & Apollo propter vos, ut in vobis discatis, ne supra quam scriptum est, vnus aduersus alterū infletur pro alio. Quis enim te discernit? Quid autem habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Iam saturati estis, iam diuites facti estis. Sine nobis regnatis, & vtinam regnetis ut & nos vobiscū regnemus. Puto enim quod deus nos apostolos nouissimos ostendit tanquam morti destinatos, quia spectaculum facti sumus mundo, & angelis, & hominibus.

Hęc autem, o, fratres, In me & Apollo transfigurauit, cū in nobis non gloriaretur, id est me & Apollo propositi figuram pro omnibus, ut ab omnibus abhorreatur, hoc sicut a nobis. Hęc ergo in se, & Apollo transfigurauit dum pseudo & apostolorū gloriā, & traditiones peruersas sub sua persona & Apollo euacuat: summam illis designans, non sigillatim, ne maior nasceretur discordia. Nemo enim audiens nomē suū

Ambrosius.  
Ambro.  
Ambro.  
Ambro.

Ambro.  
Ambro.

Augustinus  
Augustinus in  
lib. lxxxiii.  
questionum.  
Augustinus.  
de symbo.

Augustinus

Augu. in libr.  
quæst. lxxxiii.

Augustinus

Augustinus  
Ambro.

Ambro.

August. sup  
Iob.

Augu. in eod.

Ambro.

Ambro.

Ambro.

taxarit, vel eius cui fauet conuentus est tacere, tacito vero nomine, audiens de se ali-  
 quid dictum dissimulat. Et hoc feci, Propter vos, id est propter vtilitatem vestram,  
 Hanc, scilicet, Vt in nobis, qui maiores sumus, Discatis, ne vnus inſetur aduerſus ali-  
 um, Pro ſe, Alio, ab illo, id est meliori quam ille, id est quaſi ſit alius ab illo, id est me-  
 lior qui nullus est quantum ad ſe, vel quantum ad miniſterium. Vel, Inſetur, pro do-  
 ctore, Alio, à miniſtris alijs, id est meliore quam alij ſint. Inſetur dico, agēdo, Supra,  
 id est vltra, & aliter, Quam ſcriptum est, in Hieremia, ſcilicet, Qui gloriatur in do-  
 mino gloriatur: in quo debes gloriari, non in homine. Quis enim te diſcernit? à maſſa  
 perditorū. nullus, niſi deus ſolus ipſe ſeparat te à perditis. Sed quia hō inſtatus poſſet  
 reſpōdere, vel voce, vel cogitatione, & dicere, diſcernit me fides mea, & oratio mea, &  
 iuſtitia mea, occurrit aplūs ſubdēs, Quid autem, q. d. dico quis te diſcernit, ſed dicis ſi  
 des tua, vel oratio tua, vel iuſtitia. Item interrogo, Quid habes boni, Quod non acce-  
 piſti? à deo. Sciendum est neminē poſſe diſcerni ab illa perditionis maſſa, niſi qui hoc  
 bonum habet, vt credat quod quicquid boni habet gratia ſalutatoris accepit, Sciendū  
 etiam quod ſicut ſupra temerarium iudicium prohibuit, ita hic aliud genus arrogan-  
 tiæ ammonere conatur, ſcilicet ne homo ſuperbiat propter aliquam gratiam à deo ſi-  
 bi datam, putans ſe eam habere, à ſe, vel à miniſtro, quod apoſtolus redarguens ait,  
 Quid habes quod nō accepisti? Si autē accepisti à deo quid gloriaris, in te, vel in illis.  
 Quaſi non acceperis, à deo. ſed à te, vel ab illis. Vel ita, Ne vnus inſetur aduerſus a-  
 lium. pro baptiſta, Alio, id est meliore quam ſit alius. & non debes. Quis enim bapti-  
 ſta quantuncunq; bonus ſit, Diſcernit te, ab eo qui baptizatus est à minus bono? q. d. ſi  
 baptizatus es à Petro, quomodo diſcernis ab eo qui baptizatus est à Paulo? nihil vtiq;  
 ille habet à baptiſta, nihil tu. Quid autem, hic redarguit illos eoſdem qui gloriaban-  
 tur de magiſterio pseudo, contemnentes doctrinam apoſtoli. q. d. Gloriaris pro illis.  
 Sed quid habes, ab illis, Quod non accepisti? à me. Ad vnū videtur loqui, ſed ad pa-  
 tem plebis loquitur. Si autem accepisti à me, Quid gloriaris, cōtra me, Quaſi nō idem  
 acceperis à me. Hoc dicit contra illos, qui eadē quæ ab apoſtolo acceperant, audiētes  
 de magiſterio pseudo apoſtolorū gloriabatur. qui per eloquentiā ſe cōmendātes, glo-  
 riam in ſe vertebant, cū apoſtolus ſe contēptibilem videri fecerat, vt gloriā deo face-  
 ret. Ideo apoſtolus ironice eis loquitur, quaſi cōcedens quod eis de ſeipſis videbāt, cū  
 ſubdit, Iam ſaturati. q. d. increpo vos. Quid dicēs gloriaris & c. ſed nō recte vi-  
 deor hoc facere, quia vos, Iam. i. tam cito, ſaturati eſtis. i. pleni ſpiritu ſancto. Et iam diuites fa-  
 cti eſtis. q. d. & alios ſaturare poteſtis. Ironia eſt: ac ſi diceret, nō eſt ita. Iraſcunt enī  
 verba ſunt, nō cōfirmantis, Et regnatis, id est regitis vos, Sine nobis, ſic putabant il-  
 li gloriātes de pseudo apoſtoliſ. Et vtinam, vere, Regnetis. vere regnare, eſt de ſpe &  
 promiſſis dei ſecurū eſſe, & in aduerſis gaudere. Nota quia vt pius pater etiā his ingra-  
 tis filijs bene optat. Regnetis, dico, ita, Vt & nos regnem⁹ vobiscū, nō dico vos nobiſcū  
 cū cū nos ſequi dedignemini: ſed dico nos vobiscū, vt nos ſequamur vos, ſi nō vultis ſe-  
 qui nos: quos quidē deberetis, quia nos re vera regnamus, ſed timeo ne ſine vobis. Pu-  
 to enim. q. d. vos ſine nobis putatis regnare. & hoc ideo, Quia puto. q. d. quod nullate-  
 nus putandum eſt. Ironice enim loquitur, quod per mala quæ patimur, Deus oſtendit  
 nos apoſtolos nouiſſimos, id est viliſſimos de quibus nō curet, Tanquam morti deſti-  
 natos, id est quaſi ad nullā vtilitatē: ſed morti reſeruos. quod per hoc videtur, Quia  
 facti ſumus mundo ſpectaculū. Ad ſpectaculū enim noſtri, quaſi ad mōſtrum cōue-  
 niunt homines, per quod magis probamur amici dei. Vel ita, Puto enim, quaſi dicat.  
 Ideo deberetis regnare, quia, Ego puto, & certus ſum, Quod de⁹ oſtēdit nos aplōs no-  
 uiſſimos, id est ſimiles nouiſſimis ſanctis, ſcilicet Helix & Enoch, in tribulationibus.  
 Nos dico, Tanquam morti deſtinatos, quia ita ſit nobis, vt illis qui à victoribus mor-  
 ti ſeruabantur, ad quod ſpectaculū cōueniebat populus. ſicut ad deriſionem Helix &  
 Enoch tunc cōuenient, & modo ad deriſionem apoſtolorum cōueniūt mali. Vnde ſub-  
 dit, Quia ſpectaculū facti ſumus mundo. Quid nomine mundi intellexerit, ſubdit, Et  
 angelis, & hominibus. i. vtriſque bonis vel malis: ſed bonis, vt confortent & laudent  
 malis, vt inſultent & vituperent. Boni enim angeli, & boni homines laudant, & mali  
 irrident. Hæc ſunt dextra, & ſiniſtra. His vtimur, quaſi armis ad faciendū hoſtem. i.  
 diabolū. ſ. laudantibus, & vituperantibus. Sed nec iſta eleuant, nec illa frangunt.

Auguſtin. de  
 cor. & gra.

Auguſtinus

Ambroſius.

Ambro.  
 Ambro.  
 Ambro.

Ambroſius.

Auguſtinus  
 in pſal. xl.

A Nos ſulti propter Chriſtum, vos autem prudentes in Chriſto. Nos infirmi, vos  
 autem fortes. Vos nobiles, nos autem ignobiles. Vſque in hanc horam, & eſuri-  
 mus & ſitimus, & nudi ſumus, & colaphis cædimur, & inſtabiles ſumus, & labo-  
 ramus operantes manibus noſtris. Male dicimur, & benedicimus, perſecutionē  
 patimur, & ſuſtinemus, blaſphemamur, & obſecramus, tanquam purgamenta hu-  
 ius mūdi facti ſumus omnium peripſima vſque adhuc. Non vt confundam vos,  
 hæc ſcribo, ſed vt filios meos chariſſimos moneo.

Et Nos ſulti, ſumus, Propter Chriſtum, cuius crucem prædicamus: quod vos tacētes  
 videmini in Chriſto prudentes. Vnde ſubdit, Vos autem prudentes in Chriſto, &  
 eſt hic increpatio cum ironia. q. d. quod totum contra eſt. Item, Nos infirmi, ſumus. i.  
 afflicti. Vos autem fortes, poteſtate, & ſecuri. Vos nobiles. i. reuerendi, Nos autē igno-  
 biles. i. deſpecti. Et Vſque in hanc horam, id eſt continue, id eſt vſque ad hoc tempus  
 Et eſurimus & ſitimus, & nudi ſumus, libere enim & ſine adulatione veritatem prædi-  
 cantes, & geſta prauæ vitæ arguentes, gratiam apud homines non habent. Et colaphis  
 cædimur, & inſtabiles ſumus, quia pro perſecutione mutam⁹ loca. Fugamur enim a per-  
 fidis, ne plures doceamus. Et laboramus manibus noſtris. V. nobis neceſſarijs, Operan-  
 tes, quia nemo dat nobis. Et male dicimur, & benedicimus, hortando alios ad bonum.  
 Et perſecutiones. i. tormenta, Patimur, & patienter ſuſtinemus. Et, Blaſphemamur,  
 quaſi magi & malefici. Et obſecramus, deum, pro illis: vel eos, ne blaſphemēt nos. Et  
 facti ſumus. i. reſutati, Tanquam purgamenta huius mundi, de quibus manētibus mū-  
 dus inquinetur, vel abiectis purgetur. Quia facti ſumus peripſima omniū. Peripſima  
 purgamentū eſt ferri, vel pōmi, & quicquid de qualibet materia vt purgator reddatur  
 abiicitur: vt limatura æris, & hmōi, & quælibet domorū quiſquilia. Per hæc oīa vero  
 probamus in Chrō prudentes & fortes, & ſi illis aliter videatur. q. d. abiectiores omni-  
 bus facti ſumus. & hoc, Vſq; adhuc. i. continue, vſq; ad hoc tempus. Nō vt cōfundam  
 vos, aſpera blandis mitigat vt ſalutaris medicus. q. d. & ſi dixerim vos inflatos & c. tñ  
 Non hæc ſcribo vt confundam vos. i. vt erubeſcetiam faciam vobis: Sed moneo vos,  
 vt filios meos chariſſimos, pro quib⁹ tot mala paſſus ſum. Et bene dixi, quod vos eſtis  
 filij. Nam ego pater ſum. & hoc eſt quod ait.

Ambro:

Ambroſius.

Ambroſius

B Nā ſi decem millia pedagogorum habeatis in Chriſto, ſed non multos patres  
 Nam in Chriſto Ieſu per euangelium ego vos genui. Rogo ergo vos, imitato-  
 res mei eſtote, ſicut & ego Chriſti. Ideo miſi ad vos Timotheum, qui eſt filius  
 meus chariſſimus, & fidelis in domino, qui vos comitone faciat vias meas, quæ  
 ſunt in Chriſto Ieſu, ſicut vbique in omni eccleſia doceo. Tanquam non ventu-  
 rus ſim ad vos: ſic inflati ſunt quidam: veniam autem ad vos cito, ſi dominus vo-  
 luerit, & cognoſcam non ſermonem eorū qui inflati ſunt, ſed virtutem. Nō. n.  
 in ſermone eſt regnum dei, ſed in virtute. Quid vultis? In virga veniam ad vos,  
 C an in charitate & ſpiritu manſuetudinis.

Nam ſi habeatis decē millia pedagogorū, Finitū pro infinito poſuit. i. quātālibet mul-  
 titudinē eruditorū, In Chriſto, qui non genuerunt vos: Sed, tamē, Non habetis, Mul-  
 tos patres qui genuiſſent vos in fide Chriſti. Nam ego, tantum, Genui vos, non in me  
 ſed in Chriſto Ieſu. i. in fide Chriſti. & hoc, Per euangelium. i. per prædicationem me-  
 am. Cū prædixiſſet, Ego genui vos in Chriſto, addidit, Per euangelium, ne ipſius puta-  
 retur eſſe quod dei eſt, Ait enim dominus in Euangelio, Ne vobis dicatis patrē in ter-  
 ra, vnus eſt enim pater veſter deus. Quod non ideo dixit, vt hoc nomen cæteris tollat  
 ſed ne gratia dei qua in æternam vitam generamur naturæ vel poteſtati, vel etiam ſan-  
 ctitati cuiuſquā hoīs tribuatur. Appellantur quidem & alij patres, ſed non ſicut deus  
 pater vnus eſt, qui regenerat ſpū ſancto, quos facit filios ad hæreditatem æternam: ho-  
 mines vero dicūtur patres propter honoris gratiam, propter ætatem curamq; pietatis.  
 Notandū etiā quod dū loquens Corinthijs pedagogos nominat pueros illos eſſe ſigni-  
 ficat. Rogo ergo vos. q. d. quia genui vos, Ergo, o, Fratres, Eſtote imitatores mei, nō

Auguſtinus.  
 in pſal. lxxvii

pseudoapostolorū, Sicut & ego Chri, imitator sum, & hoc, Rogo vos, quia ex debito mihi obedire debetis. Id etiam. f. vt imitemini me, Misi ad vos Thimotheū, per hunc creditur missa eis epistola. Qui est filius meus, in fide. Et charissimus, bene agendo, Et fidelis, in dño. i. in prædicatione domini, Qui vos commonefaciat vias meas. i. instructiones meas. Quæ sunt in Christo Iesu, & ideo tenendæ, Cōmonefaciat dico, ita, Sicut ego doceo, eas, Vbiq; terrarū. In omni ecclesia, & ideo authentice. Dico misi Thimotheū, & opus erat mitti. Quia quidam, vestrum, Sic inflati sunt, de philosophis, quorum terrena sapientia gloriantur. Tanquā nō sim venturus ad vos. Veniam aut cito ad vos. Ecce post commonitionem promittit se ire ad illos, sed si dñs permitteret, vñ subdit, Si dñs voluerit. q. d. Veniā ad vos nisi culpa vestra impediērit. Id dicit, Si dñs voluerit, vt ostenderet, si non iret, deum voluisse, causa vtique indignitatis illorum. Veniā dico, Et cognosca. i. probabo, & quæram. Non sermonem, humanæ sapientie, Sed virtutem, in fide & bona operatione, Eorum qui inflati sunt, superbia alta sapiendi & ceteros iudicandi. Non. n. q. d. Ideo non quæram sermonem. Quia regnum Dei. i. causa regni dei. Non est in sermone sed in virtute, id est nō seruo humanæ sapientie, sed virtus est causa regni. Quid vultis & c. q. d. ego vere veniam. Sed quid horum, Vultis. f. an veniam ad vos in virga correctionis, vbi & si sit charitas non tamen esse videtur. An in charitate, id est in manifesta dilectione, vt bona suppleam, Et spiritu mansuetudinis, vt peccatis parcam? Terroris verba infert, vt inflati humiliarentur & se præpararent ad recipiendum eum. Absit vt pij filij dicerent, si in virga correctionis venturus es noli venire. Melius est enim erudiri in virga patris quam in blandimento perire prædonis.

Ambrosius.

Ambrosius.

Ambrosius.  
Ambro.

CAPVT V.



Mnino auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, q̄talis nec inter gentes. ita vt vxorem patris sui aliquis habeat. Et vos inflati estis, & non magis luctum habuistis, vt tollatur de medio vestrum qui hoc opus fecit. Ego quidem absens corpore, præsens autem spiritu: iudicauit vt præsens eum qui sic operatus est in nomine domini nostri Iesu Christi congregatis vobis & meo spiritu, cum virtute domini Iesu tradere huiusmodi hominem Satanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus sit in die domini nostri Iesu Christi.

Omnino inter vos & c. Hic redarguit illum fornicatorem qui vxorem patris tenebat, & illos qui illū tolerabant. Erant. n. ipsi participes, dum paterentur reum tam in gentis peccati secum incorruptum conuenire. Non ergo solum illum aperte reum mortis, sed etiam adhærentes illi nō immunes a crimine demonstrabat. q. d. quæro an ad vos veniam in virga, & opus est virga, nisi vos corrigitis. Quia auditur omnino, id est ab omnib;. Inter vos, qui inflati estis, nec corrigitis. Quid auditur? Fornicatio, res vti que infamis, & talis est, Illa fornicatio qualis nec etiam inter gētes, vt graue istud peccatū ostenderet nec ab his etiam dicit admitti qui deū nesciunt. Deinde criminis prodit genus, dicens, Ita vt vxorem patris aliquis habeat, & hoc publice vbi testibus opus non est. Publice enim noueram suam loco vxoris habebat, nec tergiverfatiōe aliqua poterat tegi crimen. Sciendū quod causa huius fornicationis. f. de vxore patris, incipit de fornicatione, postea monebit de omni carnali videlicet & spirituali. Et vos, tamen quasi dicat, & cum tantum scelus sit inter vos, tamen vos inflati estis, vento superbia, quæ pellit misericordiam, quam si vnum membrum patitur, compatiuntur cætera. Et non habuistis luctum, id est dolorem pro peccatis illius, quod Magis, faciendum esset ita vtique dolere deberetis, vt qui hoc opus, quod nullo modo tegi poterat. Tollatur de medio vestrum, quia omnes estis participes. Ego quidā, quasi dicat, vos non tulistis eum qui præsentis eratis: sed ego Absens quidem corpore præsens autem spiritu, id est sollicitudine mentis & prouidens vobis, iam sine mora, Iudicauit eū qui sic operatus est, vt præsens, ac si præsens essem. Iudicauit dico, In nomine domini nostri Iesu Christi, id est in vice ei;. Et hoc modo iudicauit, scilicet Tradere huiusmodi, reum. Satanæ, vobis congregatis & in eo spiritu cum virtute domini Iesu, id est hoc

A modo iudicauit, vt vos cōgregati in vnū sine aliqua diffensione quibus mea authoritas & virtus Christi cooperabit, tradatis hmōi Satanæ. Vel ita potest ordinari litera hoc modo iudicauit. f. Vobis congregatis & meo spiritu cū virtute dñi Iesu tradere hmōi Satanæ in noīe dñi nostri Iesu Christi. i. vt vos congregati, tradatis hmōi Satanæ in nomine domini. i. ad honorem domini, & gloriam, cui? gloria est in hmōi iudicio, nō pro odio vestro iudicauit tradere Satanæ, & hoc. In interitum carnis. i. vt Satanæ etiam corporaliter vexet, & sic ille respiscat. Hanc. n. potestatem dicitur habuisse Apostolus vt cum aliquem a stultitia sua non posset dimouere, diabolo eum vexandum traderet quousque penitentiā profitens a malo desisteret. Vñ subdit, Vt spiritus eius saluus sit in die domini nostri Iesu Christi, id est vt aīa eius salua sit, hic. f. si quando illius cor visitat dñs, si quando luceat illi dñs in corde, & appellat diem domini, ortum lucis. f. appositionē gratiæ. Vel anima salua sit. In die domini nostri Iesu Christi. i. in die iudicij. Ex his verbis manifestat Apostolus non se odio sed amore illud fecisse. Sic enim Apostolus non crudeliter sed amabiliter, & zelo charitatis Satanæ tradidit, sicut Moses in cultores idoli paucos quidem vindicauit in præsens terrēs, in posterum disciplinam sanciens. Nam eum nulla crudelitate, sed magna dilectione fecisse quod fecit, a pertissime cognoscitur in verbis eius pro peccatis Iudæorum orantis & dicentis ad dominū, Aut mitte illis, aut dele me. de libro tuo. Sic & Elias & alij viri boni nōnula peccata morte punierunt, quia sic & viuētibus vtilis metus incutebatur, & illis qui morte puniebantur non ipsa mors nocebat, sed peccatū quod augeri posset si viteret, minuebatur: non temere iudicabant, quibus tale iudiciū donauerat de;. Inde est quod Elias multos morte affecit, & propria manu & igne diuinitus impetrato. Vnde & hoc exemplū Eliæ nō reprehendit Chrūs in discipulis memorantibus quod ab eo factū sit & petentibus etiam sibi ipsi dari potestatem dandi ignem de sublimi ad consumendū eos qui sibi hospitium non præberent. Sed ignorantia vindicandi in apostolis reprehēdit, quia odio amore correctiōis desiderabant vindictā. Tales vindictæ etiam in nouo testamento non defuerūt. Nam & Petrus sic & in Ananiam & vxorem eius vindicasse legitur, quando exanimis ceciderūt nec resuscitati sunt. Vel ita, Tradidit & c. vt non de illa corporali vexatione accipiatur, sed de priuatiōe ecclesiasticæ cōionis, quæ fit per excoīcationem. q. d. Iudicauit eum. Qui hmōi est tradere Satanæ. f. ab ecclesia ex pellere ad monitionem ecclesiasticā ab illo suspendere, & liberum illi facere, ire In interitum carnis. f. facere secūdū quod expetit caro eius in interitum illum ducens. Omnis enim carnalis voluptas a diabolo est, & ideo cum huic voluptati relinquitur traditur Satanæ, & cum carnis desiderio se iungit aīa, interitum patitur. Non aut hęc amaritudine odij facit, sed ea intentione, vt expulsio hæc ad reuocandum illum valeat. Vñ subdit, Vt spūs eius saluus sit in die aduentus domini nostri Iesu Christi. i. vt aīa eius salua sit in die iudicij. Vel ideo tradidit eū Apostolus Satanæ, abiciēdo ab ecclesia, vt spiritus sanctus quo contaminati nudantur, saluus sit eis non amissus, In die domini, scilicet in die iudicij. Nisi enim eiectus fuisset, non fieret saluus spiritus ecclesiæ in die iudicij. Deferebat enim omnes contaminationis causa, vt in die domini nudi a spiritu sancto inuenirentur.

Augustinus  
de ser. in mō.

Augu.  
de ser. in mō.

Ambro.

Ambrosius

Ambrosius

Nō est bona gloriatio vestra. Nescitis quia modicū fermentū totā massam corrumpit, Expurgate vetus fermentū, vt sitis noua cōspersio: sicut estis azymī. Et enim pascha nostrū immolatus est Chrūs. Itaque epulemur, nō in fermento veteri, neque i fermento maliciæ & nequitie, sed in azymis synceritatis & veritatis. Nō bona est. q. d. Et quia talis fornicator inter vos est, Igitur non bona est gloriatio v̄ra, qua iustos vos esse iactatis qui talē inter vos patimini: & si ergo in alijs boni sitis hæc tñ gloriatio mala est, quia hæc oīa bona impedit, Quia modicū fermentū, id est cōsensus huius peccati quod cognitū non arguitur, Totam massam corrumpit, id est oēs contaminat, qui cum possint arguere dissimulant. Participes enim erant dum paterentur reum. Sed si quis potestatem non habet quem sit reum abicere vel probare nōn valet, immunis est, & iudicis non est sine accusatore dānare, vt nec Christus Iudam abiecit, quia non est accusatus. Vel. Modicū fermentum. i. vnus fornicator alios suo exemplo ad peccatū trahendo, Totā massam corrūpit: i. oēs qui norūt & nō deuitant. Et an



**Ambro.** Nescitis hoc, Expurgate. q. d. Et quia modicum fermentum vos corrumpit, ergo, Expurgate vos, eijciendo a vobis, Vetus fermentum. i. eum qui corrumpit vos, qui est membrum veteris hominis, & acidus. Eiecto igitur illo fornicatore vetus fermentum eijcitur. Expurgate dico, Ut sitis. i. perseueretis, Noua conspersio. i. innouati virtutibus & sine corruptione peccati, Sicut estis, facti in baptismo, Azimi. i. a corruptione peccati puri. Consersio. n. est farina per aquam glutinata, sine fermento: idem est & azima. Vult ergo Apostolus ut isti sint noua conspersio. i. vnum quid per dilectionem, & a corruptione peccati puri sicut in baptismo sunt facti, Azimi. i. mundi, sine corruptione. zyma. n. graece latine dicitur fermentum. Et enim. q. d. ideo puri esse debemus, Etenim. i. quia, Christus immolatus, quem. s. edere debemus, Est pascha nostrum. s. per quem transire debemus de mundo ad patrem. Pascha. n. non sicut quidam existimat graecum nomen est, sed Hebraeum. Opportunissime tamen occurrit in hoc nomine quaedam congruentia vtriusque linguarum. Quia enim pati, graece πασχει dicitur, ideo pascha passio putatur esse, vel hoc nomine a passione sic appellatum. In sua vero lingua, id est in Hebraea pascha transitus dicitur: id quia tunc primum pascha celebravit populus dei, quando ex Aegypto fugientes mare rubrum transierunt. Nunc figura illa prophetica in veritate completa est, cum sicut ovis ad immolandum ducitur Christus, cuius sanguine illitis peccatis nostris. i. cuius signo crucis signatis frontibus nostris, a perditione huius seculi tanquam a captiuitate Aegyptiaca liberamur, & saluberrimum transitum agimus cum a diabolo transimus ad Christum. Ab isto instabili seculo ad eius fundatissimum regnum. Ideo enim ad permanentem deum transitum, ne cum hoc mundo transeunte transeamus. Pascha immolatio est non transitus sicut quibusdam videtur, prius. n. pascha est, & sic transitus, quia ante exemplum est saluatoris, & sic salus. Itaque. q. d. & quia Christus immolatus est pascha nostrum, Itaque epulemur non in fermento veteri. i. in corruptione veteri. quia aliter non transiremus. Deinde fermentum corruptionis per partes distinguit. i. Neque in fermento malitiae, quae in alium exerceatur. Et nequitiae, quae in se quis habet. Malitia. n. est iniquitas quae fit in alium, nequitia est iniquitas quae in se quis committit. Sed in azymis sinceritatis & veritatis. i. in sinceritate a vitijs & veritate bonorum operum quae per azymos significatur. Vel, In azymis sync. i. nouae vitae. Et veritatis, ut sine omni fraude sumus. i. ut sinceritas mundam vitam faciat, & veritas omnem fraudem excludat.

**Ambro.** Scripsi vobis in epistola: nec commisceamini fornicariis. Non utique fornicariis huius mundi, aut auaris aut rapacibus, aut idolis seruentibus, alioquin debueratis de hoc mundo exire. Nunc autem scripsi vobis non commisceri. Si is qui frater nominatur inter vos est fornicator, aut auarus, aut idolis seruies, aut maledicus aut ebriosus, aut rapax, cum huiusmodi nec cibum sumere. Quid enim mihi de his qui foris sunt iudicare. Nonne de his qui intus sunt vos iudicatis? Nam eos qui foris sunt deus iudicabit. Auferte malum ex vobis ipsis.

**Ambrosius** Scripsi vobis. q. d. moneo vos ab hoc purgare, & sine hac admonitione debueratis facere, quia iam in alia epistola. Scripsi vobis hoc. s. Non commisceamini fornicarijs. Significat se prius scripsisse eis aliam epistolam ubi monuit illos ne iungeret se malae vitae hominibus: & quia non intellexerant quae scripserat qualiter accipienda sunt, determinat. Non utique fornicarijs huius mundi. i. gentilibus, qui post varias concupiscentias suas eunt fornicant a deo, quibus misceri non prohibuit, sicut isti prius intellexerat. Aut ne commisceamini auaris, aut rapacibus, aut idolis seruentibus. Haec & in illa epistola prohibuerat, quae & modo debet obseruari. A fratribus talibus scripsit esse recedendum, qui sunt fornicarij, vel auari vel rapaces, vel idololatre, sed non a gentilibus. Alioquin. i. si precepisset gentilibus non commisceri. Debueratis exire de hoc mundo. i. necesse esset de mundana conuersatione exire, cum ubique tales sunt. Non enim possunt homines in hoc mundo viuentes nisi cum talibus viuere, nec etiam possent tales Christo lucrari, si colloquium eorum vitarent, & conuiuium, unde & dominus cum peccatoribus & publicanis comedit. Vel ita Lico ne commisceamini, Alioquin. i. si commisceamini. Debueratis de hoc mundo exire. id est melius esset vobis mori. Compedium enim est male agentibus si citius moriantur, quam diutius in peccatis versentur. Nunc autem scripsi, vel ergo, quasi dicat quia non de illis scripsi. Ergo nunc apparet quod scripsi vobis, non commisceri &c.

**A** Vel ita iunge, tunc Scripsi, & non bene accepistis: Nunc autem determinate, Scripsi vobis non commisceri, hoc modo. s. Si is qui nominatur frater, & si non sit, Est fornicator, nominabilis & manifestus, & falce euangelica praecisus vel notatus. Vel secundum aliam litteram, Si quis frater nominatur fornicator, idem sensus, Aut auarus aut idolis seruens, aut maledicus. i. detractor, Aut rapax, aut iracundus, aut ebriosus, vfu. In his omnibus notat eos. Cum huiusmodi. i. cum his & alijs similibus scripsi, & scribo, iussi & iubeo. Nec cibum sumere, nedum orare, ut sic erubescens corrigatur. Attende quod non simpliciter iubet, non cibum sumere cum fornicatoribus vel auaris & ceteris: sed praemittit Si quis frater & nominatur. Per hoc enim quod ait frater, ostendit, quod cum infideli & gentili non prohibuit cibum sumere. Qui etiam alibi ait, Si quis vocat vos ex infidelibus ad coenam, & vultis ire, omne quod oppositum fuerit manducate. Dicendo autem, Nominatur, ostendit non temere & quomodo libet, sed per iudicium auferendos malos esse ab ecclesiae communione, & si per iudicium auferre non possunt, tolerantur potius. Nos. n. a coeione quemquam prohibere non possumus, nisi aut sponte confessum, aut in aliquo iudicio vel ecclesiastico, vel seculari nominatum atque conuictum. Hoc igitur dicendo noluit hominem ab homine iudicari, ex arbitrio suspicionis vel etiam extra ordinariu usurpato iudicio, sed potius ex lege dei secundum ordinem ecclesiae, siue vltro confessum, siue accusatum & conuictum. Eam igitur nominationem hic intelligi voluit Apostolus, quae fit in quenquam cum sua ordine iudicario, atque integritate profertur. Nam si nominatio quaelibet sufficit, multi damnandi sunt innocentes, quia saepe falso in quoquam crimina nominantur. Quid. n. Quod non de Gentilibus agat, sed de fratribus praedictis criminibus notatis, hic ostendit. q. d. De his dico tantum qui fratres sunt. Quid enim mihi est, id est mihi attinet, Iudicare de his qui foris sunt: id est extra ecclesiam. His enim potius blandiendum est. ac si dicat, nil attinet ad me de his iudicare. Sed his qui intus sunt, in ecclesia professione & nomine. Nonne vos vidi? utique in his enim pretredo secunda est. Nam eos qui foris sunt deus, tantum. Iudicabit, non nobis committit ut eos nunc iudicemus. Et quia iubeo non commisceri talibus, Ergo auferte malum hominem ex vobis ipsis, qui inde inquinamini.

CAPVT VI.

**A** Vdet aliquis vestrum habere negocium aduersus alterum iudicari apud iniquos, & non apud sanctos. An nescitis, quoniam sancti de hoc mundo iudicabunt? Et si in vobis iudicabitur mundus: indigni estis qui de minimis iudicetis? Nescitis quoniam angelos iudicabimus, quanto magis secularia? Secularia igitur iudicia si habueritis: contemptibiles qui sunt in ecclesia, illos constituite ad iudicandum. Ad verecundiam vestram dico. Sic non est inter vos sapiens quisquam, qui possit iudicare iter fratrem suum, sed frater cum fratre iudicio cõcedit, & hoc apud infideles?

**C** Audet aliquis. Occasione huius iudicij de quo supra tractauit, incipit agere de iudicij in quibus multis modis peccabant. s. quod contemptis fidelibus infideles iudices adhibebat, vel stultos iudices instituebant, & litigabant, fraudabant, & alia huiusmodi. q. d. Dixi quod debetis iudicare de his qui intus sunt, & cum hoc debeatis. Aliquis vestrum habens negocium aduersus alterum, fidelem, Audet iudicari apud iniquos, id est infideles, qui iniqui sunt fidelibus quocumque modo possunt, & leges diuinas aut omnino spernunt, aut propter opprimendos bonos falsa expositione interpretantur. Et non potius, Apud sanctos, qui domini timentes iustitiam, & legum veritati salua charitate, & charitati salua veritate iudicando deseruirent? quasi dicat, re vera audacia est, & stultitia hoc facere. & quasi aliquis diceret, debent ne sancti de huiusmodi iudicare? Et ait. An nescitis quoniam sancti de hoc mundo iudicabunt? qui in errore est. Quod non ociose dixit Apostolus, ideo enim dixit de hoc mundo, ut & alterum ostendat, quia est & alter superior. De hoc autem iudicabunt sancti, meliores facti comparatione. Quia exemplo fidei illorum, perfidia huius mundi damnabitur. Iudicabunt etiam autoritate & potestate. Et si in vobis iudicabitur mundus, id est

Ambro.

Augustinus in lib. de pe.

Ambro.

Ambrosius

Ambrosius

per vos, quia aliquos sanctos habetis qui iudicabunt. Indigni estis qui iudicetis de istis minimis: q. d. Non, & vere de his potestis iudicare, Quoniam iudicabimus, etiam angelos, apostatas, qui cum essent creati digni, i. in dignitate, tamen lapsi sunt, cum isti fragiles stent, & ideo etiam angeli iudicabunt, quia impugnates sanctos, victi sunt ab eis, Et, Nescitis vos, hoc. s. quod angelos iudicabimus? &. Quanto magis possumus, iudicare, Secularia. i. de rebus seculi? Secularia igitur &c. Sicut iam reprehendit eos qui causas agebant apud infideles contemptis fidelibus: ita nunc reprehendit eos quod contemptibiles iudices, licet fideles constituebant. q. d. & quia debetis iudicare, igitur, Si habueritis secularia iudicia, ideo dicit si habueritis, quia nec habenda sunt, sed potius est condonandum vel contemnendum. Si inquam, habueritis, Constituite ad iudicandum illos contemptibiles, id est indiscretos & viles, qui sunt in ecclesia. q. d. hoc est quod vos fecistis, unde coacti fratres recurrunt ad illos. i. ad infideles, hoc redarguit in eis Apostolus, ironice eis loquens, & quia sic fieri non debet, adiecit. Ad verecundiam, vel reuerentiam vestram dico. q. d. non impero sed memoro ut verecundemini, & debetis erubescere, quia, Non est inter vos quisquam sic. i. adeo, Sapiens, qui possit iudicare inter fratrem & fratrem suum, ut ita necesse sit ut stultos statuatis iudices: & hi tamen potius statuendi sunt, quam ad infideles iudices eatur, si desunt sapientes, sic inquam non est sapiens. Sed frater cum fratre, in iudicio contendit. quod malum est. & hoc, Apud infideles, quod peius. Vel ita, Secularia igitur. Quia dixerat Apostolus eos posse de his minimis iudicare, determinat qui ad huiusmodi negocia definienda sunt constituendi. s. contemptibiles qui sunt in ecclesia. maiores enim spiritualibus intendere debent. q. d. & quia iudicare debetis: igitur hoc modo facite. Si secularia negocia habueritis, constituite adiudicandum qui sunt in ecclesia contempti. i. aliquos sapientes, qui tamen sunt minoris meriti. Apostoli. n. predicando circumuentes talibus non vacabant. Sapientes ergo qui in locis consistebant fideles & sancti, non qui hac atque hac propter euangelium discurrebant, talium negociorum examinatores esse voluit. A quibus nos excusare non possumus, & si velimus. Christum. n. testem inuoco, quoniam mallet per singulos dies certis horis aliquid manibus operari, & ceteras horas. habere liberas ad legendum, orandum, vel ad agendum aliquid de diuinis literis, quam tumultuosissimas perplexitates causarum pati de negocijs secularibus, vel iudicando dirimendis, vel interueniendo precipiendis. Dico constituite contemptibiles. Hoc autem ad reuerentiam vestram dico: ut videlicet si terrenas causas examinent, qui exteriorum rerum sapientiam perceperunt. Qui autem spiritualibus donis ditati sunt, terrenis non debent negocijs implicari dum non coguntur inferiora bona disponere, valeant bonis superioribus deferuire, Sed curandum magnopere est, ut hi qui donis spiritualibus emicant, nequaquam proximorum infirmantium negocia funditus deferant, sed hec alijs quibus dignum est tractanda committant vel per se gerant. Sic non est, Redit ad illud quod supra redarguit. s. quod ad infideles iudices ibant. q. d. non debetis iudicari apud infideles. Quia sic non est inter vos quisquam sapiens &c. Vsq; Apud infideles. q. d. est utique inter vos sapiens qui potest iudicare. Eisdem. n. quos contemptibiles nominauerat, sapientes postea vocat cum ait, Sic non est inter vos.

Augustinus. de op. moa.

Augustinus. Augustinus.

Gregorius.

Iam quidem omnino delictum est in vobis, quod iudicia habetis inter vos. Quare non magis iniuriam accipitis: Quare non magis fraudem patimini: Sed vos iniuriam facitis & fraudatis, & hoc fratribus. An nescitis quia iniqui regnum dei non possidebunt: Nolite errare, neque fornicarii, neque idolis seruientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces, regnum dei possidebunt. Et haec aliquando quidem fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine domini nostri Iesu Christi, & in spiritu dei nostri. Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt.

Iam quidem. q. d. Quia contentiose & apud infideles vestra repetitis non simpliciter. Iam quidem omnino delictum est in vobis. id est ex hoc solo delictum est in vobis. s. Quia iudicia, huiusmodi, Habetis, inter vos inter quos non decet. Peccatum enim est li-

gigare cum pax esse debeat. Ex hoc apparet, quia peccatum est iudicium habere contra aliquem, sed ne excusetis quod iuste hoc agis, quia pateris iniuriam quam iudicis sententia vis a te remoueri, occurrit & ait, Quare non magis iniuriam. i. apertam violentiam, accipitis: Quare non magis, occultam, fraudem, patimini. q. d. mirum est, quod non potius hoc facitis. Vnde & dominus ait, Si quis voluerit tunicam tuam tollere, & iudicio tecum contendere, dimitte ei & pallium. Et alibi. Qui abstulerit tua noli repetere. Sed tamen hoc secundum veniam infirmis Apostolus concedit, cum sinit in ecclesia talia iudicia fieri inter fratres fratribus iudicantibus, extra ecclesiam vero hec fieri terribiliter vetat. Ut autem praedicta verba Augustini, quibus ait, peccatum est iudicium habere contra fratrem, sane intelligantur, dicendum est hic quid in homini liceat, vel conueniat perfectis & quid non, & quid liceat infirmis vel non. Perfectis igitur licet sua repetere simpliciter. s. sine causa, sine lite, sine iudicio: sed non conuenit eis inde mouere causam ante iudicem. Infirmis vero licet repetere sua mouendo causam ante iudicem, & iudicium habendo contra fratrem: sed non contentiose vel fraudulenter, nec apud infideles iudices. Sed vos. q. d. Debetis iniuriam pati & fraudem quod non facitis. Sed, potius, Vos facitis iniuriam. i. apertam violentiam, dum contenditis, Et fraudatis, dum iudices corrumpitis donis. Et hoc, facitis Fratribus, quos iurare deberetis. Hoc facitis, & sic regnum perditis. & peius est, quia scientes. Nam an nescitis quia iniqui, quilibet, Non possidebunt regnum dei. Ergo nec salutem, quia non est salus praeter regnum. Nolite errare, quasi de misericordia confisi, quia, Neque fornicarii, neque idolis seruientes, singula horum sufficiunt ad regnum tollendum. Neque adulteri neque molles. i. patiti, neque masculorum concubitores, neque auari. In his omnibus nota eos argui. Neque fures, neque ebriosi. Neque maledici, neque rapaces, regnum dei possidebunt. Et haec quidem. i. tales, Fuistis, sed, Abluti estis, in baptismo, & ideo turpius est si reditis. Et non solum abluti, Sed sanctificati estis. i. confirmati ad bene operandum, spiritu sancto dato. Et non modo sanctificati, Sed iustificati estis. s. bene operando. Nota sed repetitam conjunctionem non paruum pondus dare sententiae. In nomine domini. q. d. Abluti estis. & hoc, In nomine domini nostri Iesu Christi, & spiritu dei nostri. i. operatione spiritus sancti. Omnia mihi licent &c. Quia dixi id potius esse ferendum, quam causas male agere, ne quis putet sua villo modo repetenda supponit, Omnia &c. q. d. Non est contendendum cum fratre, tamen, Omnia, mea, licet, id est licita sunt repeti, id est omnia mea licet repetere Mihi, sed, tamen, Non, repetam, quia, Non omnia expediunt, ad cursum meum, sed impediunt. Item per aliam causam idem ostendit dicens.

Omnia mihi licent, sed ego sub nulli redigar potestate. Escam ventri, & venter escis: Deus autem & hunc & has destruet.

Omnia mihi licent, id est licita sunt. Sed, tamen, Ego non repetam, quia cum sim liber. Sub potestate nullius redigar, hominis, vel rei. id est nolo redigi sub potestate iudicis, vel nolo esse sub dominio alicuius rei, ut causa eius fratrem offendam. Tunc, n. res super nos dominum habet, cum amorem eius amori proximi praeposimus. Escam, &c. q. d. Propter hoc quod dixi non sunt repetenda, tamen propter hoc licet repetere, quia Escam, debetur, Ventri, pro quo creata est. Reficimus enim cotidianas ruinas corporis edendo & bibendo. Per escam. nota necessaria naturam, Et venter, debetur, Escis. quia aliter non potest sustentari, & ideo licet nostra repetere. Deus autem, quasi dicat. Escam debetur ventri, & venter escis, sed non multum pro his laborandum est, quia destruetur, & hoc est quod subdit. Deus autem, & hoc & illud, vel. Hunc & has, id est ventrem & escas destruet, secundum hunc statum: quod erit cum corruptibile hoc, induet incorruptionem. Vel ita, Omnia mihi licent. De his dicit quae ad escam pertinent. Erant enim inter eos qui cibos discernabant, iudicantes alios mandando, alios immundos. Alij omnibus cibis vescendum esse putabant, quasi dicat. Non solum in iudicijs & in alijs praedictis offenditis, sed etiam in cibis. Omnia quidem mihi licent, id est omnibus cibis vesci licet, non legali doctrina, sed libera potestate. Sed non omnia expediunt. Nota quod potest aliquid licere & non expedire: expedire autem quod non licet non potest, ac per hoc non omnia quae licita sunt. i. quae nullo praecocepto domini prohibentur, expediunt. Omnia vero illicita non expediunt. Sicut enim omnis qui Christi sanguine redemptus est homo est,

Augu. in Encha.

Augustinus.

Augustinus. Augu. ad Poletum.

Idem in eo.



non tñ omnis qui hō est, etiam Christi sanguine redemptus est. Ita omne quod non licet non expedit, nec tamen omne quod non expedit etiam non licet. Vt igitur inter id quod licet & expedit, & quod nō licet atque ideo nō expedit, aliquo certo sine nitamur distinguere: fateor quod ea mihi videntur licere & nō expedit, quæ per iustitiam, quæ coram deo est, permittuntur: sed propter offensionē hominū, ne ob hoc impediatur ad salutem, vitanda sunt: ea vero non licere, & ideo non expedit, quæ sic ipsa iustitia videntur, vt facienda non sint: etiam si ab eis laudentur quibus in notitia fuerint prolata. Quod si ita est, ideo nō nisi illicita prohibentur a domino, vt ea quæ licita sunt, & nō expediunt, nō legis vinculo, sed libera dilectionis beneficentia, & cōsilio charitatis caueantur. Hæc sunt quæ amplius erogantur fauicio, qui curandus ad stabulum Samaritani illius miseratione perductus est. Hæc non præcipiuntur a dño, quantum dño moueantur offerri, vt tanto intelligantur esse grauiora, quanto magis ostenduntur indubitata. Illicita ergo prohibentur, licita vero quæ non expediunt libere caueantur. Omnia mihi licent. Hic repetit quod dixerat vt addat quod nō dixerat. s. Sed & ego & c. q. d. Oia mihi licita sunt, Sed ego sub nullius, rei, Potestate redigar, quod facerem si cum offendiculo fratris manducarem: ita enim amore esca fratrem offenderem. Esca & c. q. d. Vere omnia mihi licent, quia Esca, debetur, Venti, & venter escis, non mutatur ista. Vñ & post Aplūs ait, Oē quod in macello venit manducate, sed non cū scandalo manducandum est. Vñ alibi dicit, Nō manducabo carnem in æternū, ne fratrem meū scandalizem. Itemq; alibi, Oia quidem munda sunt, sed malū est homini qui per offendiculum manducat. Deus aut. q. d. Esca debet ventri, & venter escis, sed tñ non edā cū scandalo, quia Deus & hoc & illud, vel, hunc & has destruet. Vel ita. Omnia licent. Præmittit hic Apostolus quod postea plenius actur⁹ est. Dicit enim quod sibi licet ab aliis sumptus accipere, sicut alii apostoli accipiebant a subditis suis. Sed quoniam sciebat pseudo occasionem querere accipiendi, noluit ab his accipere, ne causa ventris videretur ecclesiasticæ veritatis torpesceret. Quod ergo dicit Apostolus oia licent, non de malis, sed de bonis intelligi oportet. Quibusdā. n. videtur propter libertatem concessa si arbitrij hoc Aplūm dixisse, quasi omnia liceant, sed non expediunt, sed nunquam dicitur licere quod prohibetur. Vñ & Ioannes apud Herodem ait. Nō licet tibi habere uxorem fratris tui. Quod si illud esset quod illi aiunt, debuit dicere licet tibi, sed nō expedit. Et dñs similiter mulieri Chananae ait. Nō licet panem filiorū mittere canib⁹ & iō quod ait Aplūs, Oia mihi licent, non agitur de malis sed de bonis. q. d. Vos me cōtemnitis, & aliis inferiorem, quia sumptus non accipio, æstimatis, sed non ideo dimitto quin mihi liceat accipere. Nā oia mihi licent quæ & coapostolis, quæ lex naturalis habet, non Moī qui multa pro duritia illius populi prohibuit. Hoc dicit quia licebat ei sumptus accipere, vñ post acturus est: sed noluit quia non expedit. vñ subdit, Sed nō oia expe. sicut non expedit accipere sumptus. Si. n. ab his acciperet quos in tātis vitijs arguebat, auctoritatem magisterij inclinaret. Non. n. potest instanter argui a quo accipitur, maxime cum ille promptus sit ad dandum vt sibi humiliet propositū. Vnde dicit, Sed ego sub nullius re. po. minuendo libertatem meam, reprehendendo quod facerem, si sumptus ab eis susciperem. Pseudo autem apostoli qui non causa religionis, sed quæstus prædicant, nolunt amari esse peccantib⁹. Esca & c. Vere licet mihi accipere necessarios sumptus, quia, Esca debetur, Venti, & venter escis, sed nō tñ accipiam, quia Deus & hoc & illud destruet. Nō mutatur horum verborū sensus. Vel ita, Oia licent q. d. Illi qui prædicta vitia habent, nō possidebūt regnū, & iō vitāda sunt, quia etiā si licerent fugenda essent. Ponatur. n. quod Omnia licent. i. ponat aliquis licere oia, non quia illi liceant, sed quia licere quibusdam videntur, iō quia non impēdent legalia tormenta, sed non omnia expediunt, quia propter se vitāda sunt. Item repetit, Oia licent, sed ego sub nullius redigar potestate. Cū. n. mens cōcepta desideria sequitur, & amor cuiuslibet rei vbi dñatur, seruire rebus conuincitur, quarū amore superatur. Esca & c. q. d. sub nullius redigar po. Et vere, quia nec etiam pro esca, & si esca debeatur ventri & venter esca. Deus autem & hoc & illud destruet.

Corpus autem non fornicationi, sed domino, & dominus corpori. Deus vero & dominum suscitauit, & nos suscitabit per virtutem suam. Nescitis quoniam

A corpora vestra membra sunt Christi: Tollens ergo membra Christi faciā membra meretricis: Ad sit. An nescitis, quoniam qui adheret meretrici, vnū corp⁹ efficitur: Erunt enī (inquit) duo in carne vna. Qui autē adheret domino, vnus spūs est.

Corpus autē, hic redit Apostol⁹ ad superiorē sensum quasi esca debetur vētri, & vētri. es. sed corp⁹ nō debet, Fornicationi, & ideo de hoc iudicium nō potest prætermitti, vt vos o Corinthij soletis, Sed, debetur, domino. i. seruitio dñi, & dñs, debetur, Corpori, vt glorificet illud & suscitabit. & suscitabit, quia Et dñm suscitauit deus, si vero suscitauit dominū, Et nos suscitabit per virtutē suam, cui nihil est impossibile. Nescitis quoniam. q. d. Corpus nō debetur fornicationi, sed domino, Quoniam corpora nostra, nō solum animæ, Sunt membra Christi, vt eū imitemur. Et nescitis, vos hoc. Attende qd corpora nostra dicit esse membra Christi, quoniam Christus caput nostrū est, eo quod homo factus est propter nos, corpus autē eius ecclesia est. Si ergo Christus tantūmodo animā humanā susciperet, membra eius nō essent nisi animæ nostræ, quia vero corpus suscepit, per quod etiā caput est nobis, qui ex anima & corpore cōstamus, profecto illius membra sunt corpora nostra, quia eī corpus accepit & corporū caput est. Si ergo aliquis cupiens fornicari vilescat sibi, & in seipso contēnat seipsum, nō in se contēnat Christum: nō dicat, faciā hoc, nihil sum: quia corpus eius, mēbrū Christi est. Et cū Christi membra sint corpora nostra, Tollens, ergo a seruitio Christi, Membra Christi, cui in te parcedum est. Faciā meretricis? Vt eius seruiam volūtati? ita ne viluit dignitas ista quæ tam benigne præstita est? Absit, vt hoc fiat. Notandū quia corpora nostra quæ hic dicit Apostolus esse membra Christi, alibi dicit esse tēplū spūs sancti, propter corpus Christi, quod ex genere corporis nostri suscipit, corpora nostra membra sunt Christi propter in habitantē spūm Christi, eadē corpora sunt tēplū spūs sancti, & nō pōt nō esse sanctū corpus, quo sanctificato vtitur spūs, vt alia raceā nō possūt simul esse mēbrū Christi, & membra meretricis: nec isti dicēdi sunt māducare corpus Christi qui sunt membra meretricis. Hoc est enī nō sacramēto tenus, sed reuera corpus Christi māducare in Christo manere, vt in illo maneat & Christus. Nō itaq; manēt in Christo qui nō sunt membra Christi, nec sunt membra eius, qui membra meretricis. An nescitis. q. d. Ideo nō decet vt tollā membra Christi, & Faciā membra meretricis, quoniam qui adheret meret. vnū corpus eff. cū ea. Fornicatio. n. ambōs & vnū corpus facit: & quō in natura sic & in macula vnū sunt. & an nescitis hoc? & quasi quis quæreret, an vnum sunt? respondet, vtiq;. Quia inquit, liber Genesis etiā de legitime cōiunctis, Erūt duo in carne vna. i. carnali opere, quod inter cōiuges potest fieri sine peccato, & etiā in carne sunt secundū naturā, quia in natura sunt vnū vir & mulier. Manifestū est. n. nō quia mulier de viro ambo in carne vna sunt. Quia autē. q. d. quia adheret meretrici vnū est cū ea. Qui autē adheret dño, semper dei faciens volūtate, nō vna caro, sed vnus spūs est, cū spū dñi, cū quo est vn⁹ spūs, nō substātiē idēitate. Diuersę. n. substātię sunt spūs hoīs & spūs domini, sed quia accedit iste spūs ad participationē naturæ veritatis & beatitudinis illi⁹. Vn⁹ ergo spūs est & spū cū dei, cū ei sic adheret vt sit particeps btitudinis: quod plene erit cū satiabitur desiderū eius in bonis imutabilibus. s. in ipsa trinitate domino suo cuius imago est. Nō ergo spūs hoīs ita est vnū vel vnus cū spū dei, sicut filius cū patre vnū est, & vnus deus. Sic enī dicimus de patre, & filio vnū sunt, quia vnus substātię duo sunt, & dicimus vnus est, sed addimus quid vnus. s. vnus deus. Diligenter attende, qd qñ de reb⁹ duab⁹ vel plurib⁹ dicit vnus est, & addit quid vn⁹ vel quid vna, & de his quæ diuersæ, & de his quæ sunt vnus substātię dici potest. Diuersę enī substātię sunt spūs hoīs, & spūs dei, & tamē dicitur, qui adheret domino, vnus spūs est. Vbi autē dicitur de duobus aut pluribus minister nec additur quid vnū nō diuersæ intelligunt, sed vnus esse substātię, sicut dicitur est, qui plātat & qui rigat vnū sunt. Item, Ego & pater vnū sumus. Si ergo de his quæ diuersę substātię sunt, recte dicitur qd sunt vnus spiritus, quanto magis quæ vnus substātię sunt recte dicuntur vnus deus esse.

Fugite fornicationē. Omne enim peccatū quodcūq; fecerit homo, extra corp⁹ est, quia autē fornicatur, in corpus suū peccat. An nescitis quoniam membra vestra tēplū sunt spiritus sancti qui in vobis est, quæ habetis a deo, & nō estis vestri: Empti enim estis precio magno, glorificate & portate deum in corpore vestro.

August.

August.

Augustinus

Ambro.

Ambrosius.

Ambro.

Ambro.

Ambro.

Ambrosius.

Augustin. de ver. apostoli.

Augustinus Augu. verb. apostoli

August. de ci. u. dei.

Ambro.

Ambrosius.

Augustinus.

Augu. cōtra Maximinum.



**Aimo.** Fugite. q. d. Qui adheret meretrici vnum corpus efficitur, ideo Fugite forni. Cum aliis nempe vitijs potest expectari confictus, sed hanc fugite ne approximatis, quia non aliter melius potest vinci. Et fugere debetis. Omne enim peccatum quodcumq; fecerit homo, excepta fornicatione, Extra corpus est, id est sine corporis contaminatione. Cetera enim peccata animam tantum maculant. Qui autem fornicatur, in corpus suum peccat, quia fornicatio non modo animam sed etiam corpus contaminat. Non enim sine desideria carnis quae habet proprium motum, anima concupiscit carnaliter, quanto caro sine anima nil possit. Vel ita, Omne peccatum. q. d. Ideo debetis fugere fornicationem. quia, Omne peccatum, aliud, quodcumq; fecerit homo extra corpus est, id est extra vinculum carnalis concupiscentiae sunt cetera peccata, cōparatione huius, & si per corpus gerantur. Hic enim anima sub corpore est. Alia enī peccata. & si per corpus committantur, nō tamē animū humanū concupiscentiae carnali ita efficiunt, obstruunt & obnoxium, sicut in solo opere fornicationis corporalis fit cū miscere facit animum vis libidinis cum ipso corpore, & vnū cum ipso quodāmodo cui agglutinatur. vnde subdit, Qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. Hic enim proprie seruit anima corpori, in tantum, vt nihil aliud in ipso momento, & experimento, huius tam magni flagitij cogitare homini liceat, aut intendere, quia mentem captiuam subdit ipsa submersio & absorbitio libidinis, quia libidinis ardore quo nullus maior est: voluptas ipsius corporis animum seruum tenet, efficitq; captiuū. liberum enim est: animum in alijs quibusq; secularibus, & vnū aliquid eorū operari, & eodē tēpore alibi cogitationes eorū distendere: quod in fornicationis opere ac tēpore nō licet animo. Sic enim totus homo absorbetur a carne, vt iam dici non possit ipse animus suus est, sed simul totus homo dici possit caro. Vt secundū hoc recte dici possint duo esse in carne vna, haec quidem dicta sunt de speciali fornicatione huius corporis. Verum quia nō modo fornicatio in sacris literis specialiter sed generaliter etiam accipitur, conemur deo adiuvante, & hoc aliter dicere. Generalis enim fornicatio humanae animae est cum aliquis non adhærens deo adheret mundo. vnde dicitur, Amicus mundi, inimicus est dei. Et item, Si quis dilexerit mundū, dilectio patris nō est in illo. Qui ergo hærrens mundo longe est a deo, in corpus suum peccat, quia corporali concupiscentia in quęq; temporalia animus distrahitur, seruiens potius creaturae quam creatori. Sed qui hærrens deo non mūdo, quodcumq; aliud peccatum a concupiscentia carnali alienū fragilitate humana in currit, vel ignorando, vel negligendo, vel obliuiscēdo extra corpus peccat, vt sit quod dictum est. Omne peccatum quodcumq; fecerit homo extra corpus est, quia non corporali vel temporali concupiscentia peccat, sed humana tentatione quae facile ignoscitur. Cum autem adheret mundo, temporaliter diligit & concupiscit, merito in corpus suum peccare dicitur, quia vniuersae concupiscentiae carnali deditus, & subditus est tāquam totus creaturae seruus ab ipso creatore alienus. Sic ergo quantum mihi videtur. salua fide intelligi potest vtriusq; fornicationis malum scilicet specialis & vniuersalis in hoc capitulo. Vel ita potest legi. Omne enim &c. q. d. Ideo fugite fornicationem, quia Omne, aliud, Peccatum quodcumq; fecerit homo, extra corpus est. i. extra coniugē, quę dicitur corpus viri qui est eius caput. aliud peccatum non sit contra honorē coniugij. Qui autem fornicatur in corpus suum peccat. i. contra honorem sui corporis scilicet coniugis suae agit. An nescitis. q. d. Ideo ita fugienda est fornicatio, quoniam certum est qd Membra. i. corpora, Vestra tēplum sunt spūs sancti. i. tēplū dicatū opere spūs sancti, qui & in vobis habitat. vnde subdit, Qui in vobis est, qui deus tēpli est. Quē habetis a deo, & ita eū hospite & deū datorē offenderetis. Ex hoc patet, quia spūs sanctus deus est, quod vos negatis. Si. n. spūs sanctus, nō esset deus, tēplū vtiq; nos ipsos nō haberet, nō solū autē spūs sanctus, sed etiā pater & filius tēplū nos habet. Tēplū ergo dei, hoc est totius sanctae trinitatis, sancta ecclesia est. Et an nescitis, hoc? Et non estis. Alia causa hic ostenditur quare debent fugere fornicationē. q. d. Item propter hoc fugite. Et. i. quia, Non estis vestri iuris. i. potestatis vestrae, sed dei qui vos emit a diabolo, vnde subdit, Empti enī estis precio magno, sanguinis Iesu Christi. & quia ita est, Ergo glorificate deum. i. spiritum sanctū, cū patre & filio. i. per bona opera alijs gloriosum ostēdite. Et licet aduersa vrgeant, Tamē portate deum in corpore vestro, id est carnis molestias & quęlibet aduersa propter Deū sustinete. Vel portate Deū in corpore vestro,

Hieronymus

Augustinus contra Maximinum.

A vt secundū legē eius ambuletis. Per legem enī eius ipse videtur esse in nobis. Portate ergo deū est imaginē in rebus bene gestis ostēdere. Et est sensus, Portate deum in corpore vestro. i. si nō parcis tibi propter te, vel parce tibi propter deū qui sibi fecit te deum: quam si eueritis, peccas in deum, quod graue est genus peccati. Aliud verō genus est peccare in hominem. Hęc enim duo genera sunt peccatorum, peccare. i. in deū; & peccare in hominē. Peccatur autē in deum, etiam corrupendo templum eius.

Ambrosius. Ambrosius. in ser. de duobus generibus peccatorum

CAPVT VII.



De quibus autem scripsistis mihi, bonum est homini mulierem nō tan-gere. Propter fornicationem autem vnusquisq; suam vxorem habeat, & vnaquęq; suum virum habeat.

De quibus autē scripsistis mihi. Occasione fornicationis quā prohibet, de unptijs cōtinuat, de quibus illi quęsierāt. Cū enī pseudo per hypocrisim vt ceteris pu-riores esse viderēt nuptias improbarent, & sperendas dicerent, quia hoc nō placuit Corinthijs, qui nō delectabatur hac sententia: hoc solū ab apostolo quęsierūt per epistolam prętermisissis ceteris, quibus hic respōdet, tractās de cōiugio fidelium & infidelium: & agit tripliciter de ipso. i. secundū consiliū, secundū indulgentiā, secundū preceptū, quorū singula suis locis diligēs lector distinguat. Hic dicēdū est breuiter quid sit cōiugiū, & quę sit efficiens causa cōiugij, & causam propter quā contrahi debeat, & quę legitime sint personę ac cōtrahēdū matrimoniū, & quę sint bona cōiugij quibus excusatus carnalis coitus. Coniugiū vtiq; siue matrimoniū est maritalis cōiunctio maris & femine inter legitimas personas, individualē vitę cōsuetudinē retinēs. Hac autē descriptione matrimoniū fidelium ac legitimorū tantū excluditur, & est bona res cōiugium. Est enī vnū de sacramētis ecclesie, tenens imaginem cōiunctionis Christi & ecclesie: sicut Apostolus ait, Hoc autē dico magnū sacramētū esse in Christo, & in ecclesia. Constat itaq; rem bonā esse cōiugiū, quod quidē heretici negant, nuptias de- testātes quās Christus approbās nuptiis interfuit, & eas miraculo cōmēdauit. Hoc etiā propter hoc apparet, quia primū coniugiū inter primos parentes instituit. Apostolus etiā ait, Virgo nō peccat si nubat. Matrimonij autē efficiēs causa est cōsensus maritalis de presenti per verba expressus: secundū illud Nicolai papę, Sufficiat solus secundū legem eorum cōsensus, de quorū cōiunctionib; agitur, qui si solus in nuptiis defuerit cetera etiā cū ipso coitu celebrata frustrantur. Vnde est etiā illud, Matrimonium non facit coitus sed voluntas. Hinc etiam illud, Nō defloratio virginitatis, sed pactio coniugalis: matrimonium facit. Causa vero propter quam cōtrahi debet, est procreatio prolis, vitatio fornicationis. Sūt & alię causę honestę, vt inimicorū reconciliatio, & pacis rei integratio, & huiusmodi. Personę autē legitime ad matrimonium sunt, iuxta institutionem ecclesie. Alię nanq; fuere legitime in exordio nostrę originis, & ante legē Moisi. Alię sub lege, alię in tempore gratiæ. Item in primitiua ecclesia quaedā erāt legitime, quę modo nō sunt: & earum quę modo legitime sunt vel illegitime, quędā sūt plene legitime, quędā omnino illegitime, quędā neutre. Plene legitime sūt quas non impedit votū continentię, vel ordo vel cognatio, vel dispar cultus, vel cōditio, vel natura frigiditas. Omnino autē illegitime per votum, per ordinem, per cognationē, per disparem cultū. Neutre vero, id est nec omnino illegitimę, nec plene legitimę sunt, per conditionem vel frigiditatem. Si enim tales nesciente coniuncti fuerint, possunt permanere quibusdam causis accidentibus, & eisdem deficientibus, diuidi. Bona vero coniugij sunt tria, scilicet fides, proles, sacramentum. Fides, ne cum alio vel alia coeat. Proles, vt religiose educetur. Sacramentum, ne coniugium separetur. Separatio autem gemina est, corporalis scilicet & sacramentalis. Corporaliter vero non debent separari, nisi ex communi consensu, quod interdum fit causa religionis. Sacramentaliter vero separari nequeunt dum viuunt si plene legitimę sūt personę. Et attende quod tertium bonum coniugij dicitur sacramentum, ideo non quia sit ipsum coniugium, sed quia eiusdem rei signum est, id est spiritualis & inseparabilis coniunctionis Christi & ecclesie. His tribus bonis excusatur coitus carnalis, qui est inter coniuges ita vt vel non sit peccatum vel sit veniale. Quando enim causa prolis conueniunt tantum, sic excusatur vt non sit peccatum, quando vero causa concupiscentię fatiandę, &

Ambrosius. Ambrosius. Nico. papa. Ambro. Ambro.

Augustinus.  
de bono con-  
iugali.

refrenandæ, veniale est. Vnde Augustinus, Coniugalis concubitus generandi gra-  
tia non habet culpam, concupiscentiæ vero satiandæ, sed tamen cū coniuge habet cul-  
pam, propter thori fidē, venialem. Item quod coniugati victi concupiscentia vtuntur  
inuiem vltra necessitatē liberos procreādi, ponam in his pro quib⁹ cotidie dicimus,  
Dimitte nobis debita nostra sicut &c. Vbi autē hæc bona non sunt, nullā habet coitus  
excusationē. Vnde dicitur, Omnis vehemens amator propriæ vxoris, adulter est. Con-  
tingit autē sæpe contrahi coniugiū, in quo hæc bona non reperiuntur, quia nec fides  
seruatur, nec proles religiose educatur. Hæc de his sufficiant. q. d. Fornicatio fugiēda  
est, sed nubere licet. Et hoc est quod ait, De quib⁹ autē scripsistis mihi, id est, de his quæ  
scripsistis mihi. Hoc dico, bonum est homini nō tangere mulierem: propter fornica-  
tionem. q. d. bonum est nō tangere, sed tamen Propter fornicationem, vitandā, Vnus-  
quisq; habeat suam, non alienam, Vxorem, non concubinam. Hoc ideo dicitur, vt ex-  
cludantur illi qui diuinis auctoritatibus vxores habere nō possunt. Et, similiter, Vna-  
quæq; mulier, Habeat suum virum, scilicet legitimum. Hoc dicit Apostolus secundū  
indulgentiam non secundum præceptum. Peritus enim medicinæ cælestis Apostolus,  
non tam sanos instituit, quā infirmis medicamenta mōstrauit. Magnum itaq; bonū  
est mulierē non tangere: q. d. debet omnis fidelis principaliter obseruare. Tamen si quis  
adhuc plus est de sua infirmitate sollicitus quā de domini virtute securus, si continē-  
tiam non nouit vxore vtatur, sed quia nuptiæ tales esse non possunt quales primorum  
hominum esse potuerunt, sint tales quales sanctorum patrum fuerunt: vt carnis concu-  
piscentiæ quæ necessario est in corpore mortis huius, non seruiatur: sed ipsa potius nō  
nisi ad propagandam prolem seruire cogatur: & sic infirmitas incontinentiæ, ne cadat  
in ruinam si agitiorum, excipitur honestate nuptiarum.

Fulgentius  
Gregorius

Augustinus  
de sup. & cō-  
iug.

Vxori vir debitum reddat, similiter autem & vxor viro. Mulier sui corporis  
potestatē nō habet, sed vir: similiter autē & vir sui corporis potestatē nō habet,  
sed mulier. Nolite fraudare inuicem nisi forte ex consensu ad tēpus, vt vacetis  
orationi: & iterū reuertimini in idipsum, ne tētet vos Satanas propter incōtinen-  
tiam vestrā. Hoc autē dico secundum indulgentiam non secundum imperium,

Ambr.

Ambro.  
Ambro.

Augustinus  
Augustinus  
de bo. cōiug.  
Hic aliter  
Augu. dicit  
quam supra.

Augustinus

Augustinus.

Augustinus.  
Ambrosius  
Augustia

Vxori vir debitū reddat. q. d. Concedo viro habere vxorē, & mulieri virū: & postquā  
cōiuncti fuerint, Vir reddat debitū vxori, similiter & vxor viro. Inuicē sibi subijci in  
hac causa dicit, vt vna sit illorū voluptas in lege naturę. Ideo alter alteri reddat, quia  
Mulier nō habet potestatē sui corporis, ad aliū, Sed vir. similiter autē vir nō habet po-  
testatē sui corporis, ad aliam, Sed mulier. In hoc pares sunt vir & mulier, quia neq; vi-  
ro neq; mulieri corp⁹ suum licet alijs tradere. Inuicem enim sibi debitores sunt in hac  
causa, ne peccādi daretur occasio: in alijs vero præest vir. Ergo hic nō dominiū tolli-  
tur viro, sed vitium. Debēt ergo sibi cōiugati ad illicitos cōcubitus enitādos mutuā quo-  
dammodo seruitutē: vt etiā alteri eorū perpetua cōtinētia placeat, nisi ex alterius con-  
sensu, nō possit. Sed ad hoc, vxor nō habet potestatem sui corporis, sed viri. Similiter  
vir nō habet potestatē sui corporis, sed mulier. Vt etiam quod nō filiorū procreando-  
rum, sed infirmitatis & incōtinentiæ causa expetit, vel ille de matrimonio, vel illa nō  
sibi alterutrū negent, ne per hoc incidāt in damnabiles corruptelas. Reddere enī debi-  
tum cōiugale nullius est criminis: Exigere autē vltra generandi necessitatē, culpæ est  
venialis: Fornicari autē vel mœchari puniendi est criminis. Nolite &c. q. d. & quia  
nec vir nec mulier potestatē sui corporis habet, ergo, Nolite fraudare inuicem. i. sub-  
trahere debitū, quod posset esse causa adulterij. Hoc ideo dicit Apostolus vt cōueniāt  
in re vxoria, ne dissensio generet fornicationē. Nolite dico, Nisi forte ex consensu ad  
tēpus. i. vt ex condicō abstinēatis propter gratiarum actiones. vnde subdit, vt vacetis  
expeditius, Orationi. Vt enī misereatur deus, mundius exorandus est. & si munda  
sint cōiugia, tamē etiā à licitis abstinēdum est, vt facilius ad effectū deducatur oratio.  
Et iterū reuertimini in idipsum. i. naturalē vsū, Vbi & si culpa est, tamē venialis est.  
quod nō est in fornicatione. Reuertimini dico, Ne tētet vos Satanas propter intēpe-  
rantia, vel incontinentiam vestrā, ne occasio detur diabolo trahendi in laqueum for-

A nicationis vel adulterij. Hoc. n. ideo dicit Apostolus, vt fornicationē excludat, nō vt  
ad meliorē vitā tēdētibus iter claudat. Et quia Aplūs dixerat, vnusquisq; habeat suā,  
& quæq; suū, & item reuertimini, ne videretur hoc præcipiēdo dixisse, subdit, Hoc au-  
tem, totū, Dico secundū indulgentiā, non secundū imperium, & ideo nō peccat qui a-  
liter agit, id est qui cōtinēt, immo peccat qui sic agit. Quia aliqua culpa est ibi sed le-  
uis. propter huiusmodi peccata, oportet cotidie crebroq; orare dominū & dicere, Di-  
mitte nobis debita nō. &c. Nō ergo illud præcepit Aplūs sed permisit. Aliud est enim  
quod permittit infirmitati, aliud quod præcipit fidei, quod ostēdit ex eo quod ait: hoc  
dico, Secundū indulgentiā nō secundū imperiū. q. d. nō hoc iubeo castitati, sed permit-  
to infirmitati: nō est laudabile, sed veniale. Sed forte aliquis dicet, si hoc secundū veniā  
cōcessit Aplūs, ergo peccatū quod nuptiæ. Cui enī venia nisi peccato cōcedit, vbi est in  
continētiæ malum? Plane quod infirmitati cōcessit Aplūs secundū veniā, audeo dice-  
re peccatū esse. Veniā nāq; cōcedens Apostolus, cōcubitū attendit cōiugatorū, vbi est  
incontinentiæ malum, Incontinentiæ malum est quod vir cognoscit vxorē etiā vltra  
necessitatē procreandi liberos, sed & ibi est nuptiarum bonū. Nō enī quia incōtinen-  
tia malum est, ideo cōcubitū quod est præter intentionem generationis nō est bonum,  
immo vero nō propter illud malum culpabile est hoc bonum: sed illud malū fit venia-  
le: propter bonū nuptiale, quod est tripartitū. i. fides, proles, sacramentū. Fides, ne cū  
alio vel alia coeatur: proles, vt religiose educetur: sacramentū, ne coniugiū separetur.  
Hoc bonū nuptiarū non reprehendit Apostolus, sed malum incontinentiæ. Cōcubitus  
enī necessarius causa generādi inculpabilis, & solus ipse nuptialis est. Ille vero qui vl-  
tra necessitatē progreditur, nō rationi sed libidini obsequitur. Cū igitur culpabilis nō  
sit generādi intēsiōne cōcubitus, qui proprie nuptijs imputādos est: quid secundū veniā  
cōcedit Apostolus, nisi quod cōiuges debitum carnis exposcunt, non volūtate propa-  
ginis, sed voluptate libidinis? quæ tamē voluptas nō propter nuptias cadit in culpam,  
sed propter nuptias accipit veniā. Quocirca etiam hinc sunt laudabiles nuptiæ, quia  
etiā illud quod nō pertinet ad se, ignosci faciunt propter se. Neq; enim iste cōcubitus  
quo seruitur cōcupiscentiæ, agitur, vt impleatur foetus quē postulat nuptiæ. Omnino  
igitur in genere suo nuptiæ bonæ sunt, quia fidem thori seruant, & prolis suscipiendæ  
causa vtrūq; sexum commiscunt, & impietatem separationis horrent.

Ambrosius.

Aug. in ser. de  
ver. apostoli.

Quæstio:  
Responsio:

Augustinus.  
super Genē.

Augustinus.  
de bono cōg.

Idem.

Augu. contra  
Iulia. hæreti.

Volo autem omnes homines esse sicut meipsum. Sed vnusquisq; proprium  
donū habet ex deo, alius quidē sic, alius vero sic. Dico autē nō nuptis & viduis,  
bonū est illis si sic permanserint sicut & ego. Quod si non se continent, nubant:  
melius est enim nubere quā vri. His autem qui matrimonio iuncti sunt, præci-  
pio nō ego sed dominus, vxorē a viro nō discedere. Quod si discesserit, manet  
innuptam, aut viro suo reconciliari. Et vir vxorem non dimittat.

Volo autē. q. d. hoc indulgeo. Sed tamē, Volo omnes homines, esse castos, Sicut me-  
ipsum. Quantū ad beneuolū & sollicitū magistrū pertinet, omnes tales, si fieri possent,  
volebat esse sicut seipsum. i. continentes. Sed & si nō sint omnes casti, habent tamē a-  
lia quibus saluari possunt. Quod ita ait, Sed vnusquisq; habet donū ex deo, quia & cō-  
iugiū est ex deo sicut cōtinētia. Donū dico, Propriū. i. sibi competēs, quia i hoc quisq;  
adiuuatur. quod appetit auidius. Aliū quidē sic. i. in coniugio potest saluari. Alius ve-  
ro sic. i. in viduali vel virginali continentia. Et ideo nō debet quis cōstringi, ne pro-  
hibitus à licitis, admittat illicita: sed ipse quid sequatur sibi eligat. sed tamen in hoc  
propensiorē esse melius est. Satis hic ostēdit etiā pudicitiam coniugale esse donū dei:  
nō tantū enī continentū, sed etiā coniugatorū castitas, donū dei est. Dico autem. q. d.  
Coniuncti debitū reddant, sed non nuptis. i. virginibus. Et viduis dico, quod bonū est  
illis si sic, id est caste, permanserint, vel, Eant sicut ego. Quod si nō continēt, nubant,  
legitime. Et quare hoc dicat, adiungi, Melius est enī nubere quā vri. i. ardere libidi-  
ne. Vri enī est desiderijs angī vel vinci. Nō igitur ideo dicit melius, q. bonū sit vri, &  
nubere melius, sed cōsuetudinē locutiōis est secutus. His autē. q. d. hoc cōsulo nō cōiū-  
ctis. Sed his qui matrimonio iūcti sunt præcipio nō ego, quasi hoc præceptū iuenerim.

Ambrosius.

Augustinus  
de nupt. et cō-  
iug.

Ambrosius.



*Augustinus de sermone in monte*  
*Augustinus*  
*Augustinus*  
*Augustinus*  
*Augustinus*

Sed dominus, in propria persona præcipit, Vxorē à viro nō discedere. hoc supple, ni si causa fornicationis. Hęc est. n. causa quā Christus excepit, quæ hic tacetur, quia notissima est. f. causa fornicationis. Hęc. n. solā causam excepit dñs: ceteras vero vniuersas molestias, si quæ forte extiterint, iubet pro fide cōiugij, & pro castitate fortiter sustinere. Et nota quod aliud est discedere, aliud ex cōmuni consensu cōtinere. Illud. n. malum est, hoc bonū: & dicitur hoc de cōiugio, vbi vterq; fidelis est. Quod si. q. d. nō discedat. Quod si discesserit. f. causa fornicationis, præcipio, Manere innuptā, viro viuēte. Aut recōciliari viro suo, si ipsa nō cōtinet. Si enī se nō continet, mulier viro debet potius recōciliari, quam alteri nubere. Et similiter, Vir nō dimittat vxorē, suam, Nisi causa fornicationis, Præter quā nō debet vir dimittere vxorē, quia faceret eā mœchari. quod si illa est adultera, ipse nō facit, sed adulterā dimittit. Supplendū est hic quod de vxorē præmisit. f. quod si dimiserit, ne ducat aliā, vel recōciliet vxori. Similis. n. forma seruatur in viro, & in muliere. Ambrosius tamē dicit, Ideo nō subdit hoc de viro sicut de muliere, quia licet viro aliā ducere, quia inferior nō omnino hac lege vti potior. quod à falsarijs dicit esse appositū. Nam ceteris. Postquā egit de cōiugio fidelium, transit ad iparia cōiugia. q. d. Vbi vterq; fidelis est, hoc præceptū domini dedit.

Nam cæteris ego dico, non dominus, Si quis frater vxorem habet infidelem, & hæc cōsentit habitare cum illo, nō dimittat illam. Et si qua mulier habet virū infidelem, & hic cōsentit habitare cum illa, non dimittat virum. Sanctificatus est enim vir infidelis per mulierē fidelem, & sanctificata mulier infidelis per virum fidelem. alioquin filij vestri immundi essent, nunc autem sancti sunt.

*Augustinus*  
*Aug. de ser. in monte*  
*Idem ad Polē*  
*Augustinus*  
*Idem in eod.*

Nam cæteris. f. vbi nō est vterq; fidelis. quod in iūto ecclesię cōtingit, cū euangeliū gentibus prædicari cœpit. Ego dico, ex deo quidē, Nō dñs, proprio ore, Quod si quis frater. i. si quis fidelis cōuersus ad fidē in cōiugio, Habet vxorē infidelē, & hæc cōsentit habitare cū illo, nō dimittat illam. Nō hoc præcipit Apostolus, sed cōsultat: vt si quis aliter agat non sit transgressor, sicut & post de virginibus consulit. Monet ergo quod est lucranda occasio, cū posset licite relinquere, sed non expedit. Tunc. n. nō expedit id quod licitum est, quādo permittitur quidem, sed vsus ipsius potestatis alijs affert impedimentū salutis, sicut est illud vnde iam diu loquimur. f. discessio fidelis ab infideli, quā nō prohibet dominus, quia coram illo nō est iniusta. Sed Apostolus ne fiat, consilio charitatis suadet, vt nemo in ea remissionis necessitate teneatur, sed consilij voluntate libere faciat. Hoc ergo mihi visum est Apostolum monendo dixisse. Cōiūx enim fidelis licite potest relinquere infidelem. Idololatria enim & qualibet noxia superstitio fornicatio est, & dominus causa fornicationis permisit quidem vxorē dimitti, sed non iussit: & sic dedit Apostolo locum monendi, vt qui voluerit, nō dimittat infidelē quæ forsan fiet fidelis: & qui voluerit, licite dimittere possit. Quia. n. fidelis infidelem relinquere licite potest: ideo dominus nō prohibet. quod enī dominus prohibet, fieri omnino nō licet: hoc autē fieri licet. Nam si fornicatio carnis detestāda est in cōiuge, quanto magis fornicatio mentis. i. infidelitas. Sed quia ita licitū est, vt non expediat, ne propter cōiugum separationes ipsam doctrinā salutis homines offensus exhorreat, intēdit Apostolus & monet nō fieri. Si ergo ab infidelibus nec iubentur à domino, nec prohibentur fideles recedere. Nā si dimittere tales iubentur à domino, nullus esset locus cōsiliij admonētis Apostoli, ne hoc fieret. Legit tamē quod Esdras propheta, immo dominus per eū nō modo permisit, sed etiā iussit Israelitis vxores dimittere alienigenas, per quas ibant ad deos alienos, nō illę per maritos acquirebātur deo. Recte itaq; hoc præcepit, quia nōdū tanta gratia Saluatoris illuxerat. Et per Moysem dominus iusserat, ne quis vxorē alienigenā duceret. Merito ergo quas duxerāt domino prohibere, domino iubente dimiserunt. Non enī imputandū matrimoniū quod extra decretū dei factū est, sed cū cognoscitur emendandū est. Cum vero cœpisset gentibus euangeliū prædicari, iam cōiunctos Gentiles Gentilibus comperit cōiuges, ex quibus si nō ambo crederēt, sed vnus vel vna, & infidelis cum fidele cōsentit habitare, nec prohiberi à domino debuit fidelis infidelē dimittere, nec iuberi. Ideo nec prohiberi, quia iustitia permittit à fornicatē discedere: & infidelis hominis fornicatio est ma-

*Augustinus de sermone*  
*Ambrosius*  
*Amo. Ambro. Ambr.*  
*Augustinus de ser. in monte*

A ior in corde. ideo autē nec iuberi, quia nō contra iussione domini Gētilēs fuerunt ambo coniuncti. Licitum ergo erat per iustitiā, sed licitum nō erat faciendū propter liberā benevolentia, quod dixerat de viro subdit de muliere. Et, Si qua mulier habet virū infidelem, & hic cōsentit habitare cū illa, non dimittat illā: deinde cōsiliij causam, & finem supponit dicens, Sanctificatus, est, enī vir infidelis per mulierē fidelem, vel, in muliere fidele: & sanctificata est mulier infidelis per virū fidele, vel, in viro fidele. Credo iam prouenerat, vt nōnullę fornicatō per viros fideles, & viri per vxores fideles in fidem veniret, quia sæpe hoc cōtingit quod alter per alterū ad fidē cōuertitur. Vel ita, Sanctificatus est vir infidelis per mulierē fidelem. i. mundus est vir infidelis quātum ad fidelem mulierē, quia nullam ex eius cōiunctione immunditiā mulier fidele patitur: & sanctificata est mulier & c. i. munda est mulier infidelis quātum ad virum fidele, quia vir fidele ex eius cōiunctione nō cōtaminatur. Verā enim fidele habet pudicitiam etiā cū infideli cōiuge. Alioquin & c. q. d. Dico vt non dimittat fidelis infidelem, cōsentientē habitare. Alioquin, id est si disceditis si dimittis inuicem volentes cohabitare, & alijs vos copulatis, & ita nō est legāle matrimonium, adulteri estis, Et filij vestri, qui de hac cōpula nascuntur, Immundi essent, id est spurij sunt. Nunc autē, super creatoris veneratione nati sunt ex pare. Vel ita, vt agat de filijs iam natis quę in infidelitate remanēt si vicissim se dimittūt. q. d. Dico vt fidelis nō dimittat infidelem. Alioquin. i. si vos inuicem dimittitis, Filij vestri, qui maiorem partem sequuntur, Immundi essent. i. in infidelitate remanebūt. maior enim tunc erat numerus infidelium quā fidelium. Nunc autem, filij vestri, Sancti sunt, id est Christiani, siue vno ex parentibus authore siue vtroque: quod non fieret si vno credente dissociaretur coniugium, & nō tolleretur infidelitas coniugis vsq; ad oportunitatem credēdi.

Quod si infidelis discedit discedat: non enim seruituti subiectus est frater aut soror in eiusmodi. In pace autem vocauit vos deus. Vnde enim scis mulier, si virum saluum facies: aut vnde scis vir, si mulierem saluam facies? Nisi vnicuique sicut diuisit dominus. Vnūquēque sicut vocauit deus, ita ambulet, & sicut in omnibus ecclesijs doceo. Circumcisus aliquis vocatus est, non adducat præputium. In præputio aliquis vocatus est, non circumcidatur. Circumcisio nihil est, & præputium nihil est, sed observatio mandatorum dei.

*Augustinus de fide*  
*Ambrosius*  
*Ambrosius*  
*Ambrosius*  
*Augustinus*

C Quod si infidelis & c. q. d. Fidelis nō dimittat infidelem cōsentientē habitare. Quod si infidelis, vir vel mulier, discedit, odio fidei, discedat, nō pro eo fidem fidele deferat. Eo enim modo mulier infidelis rectissime dimittitur, si viro suo dicat, non ero vxor tua, nisi mihi de latrocinio diuitias cōgeras, nisi solata lenocinia exerceas, & huiusmodi. Tunc ille cui vxor hæc dicit, si veraciter Christianus est, plus tenebit amore diuinę gratiæ, quā carnis vxorie, & membrū quod eum scandalizat fortiter amputat. Nō est enim. q. d. Ideo dico discedat, Non est enim seruituti, subiectus frater fidelis, aut soror huiusmodi. f. in cohabitatione, & in alijs talibus, id est non cogitur fidelis sequi in fidelem odio fidei discedentem. Sed quandiu in pace simul esse possunt non separentur, si in eo poterant vocari, in eo manendum est. & ideo ait, Non est subiectus. Quia non debetur reuerentia coniugii ei qui horret coniugii authorem. Non est enim ratū matrimonium quod sine dei deuotione est, & ideo non est peccatum ei qui dimittitur propter deum, si alii se copulauerit. Contumelia enim creatoris soluit ius matrimonii circa eum qui relinquitur ne accusetur alii copulatus. Infidelis autem discedens & in deum & in matrimonium peccat. Itaque non est eis fides seruanda coniugii, quia deo recessit ne audiret nomen Christi. Si vero ambo crediderint per cognitionem dei. cōfirmatur coniugium. Nota quod ambrosius sibi contradicere videtur. Supra enim dixit, q. si fidelis dimittens infidelem alii copulauerit se, adulter est: Hic vero dicit q. ei dimisso non est peccatum si alii se copulauerit, quod à quibusdam sic determinatur. Aliud est si dimittit infidelē volentē cohabitare vel commanere, & aliud si dimittitur propter deum ab illo qui abhorret nomen Christi. Ibi benevolentia lex non serua



tur, hic veritas custoditur. Ideoque cum liceat semper dimittere, non tamen semper licet se alij copulare, sed tunc tantum cum propter deum dimittitur. Vel vt alij dicunt potest se alij semper copulare fideli, sed non alij infideli. In pace autem, q. d. Fidelis non est subiectus seruituti in huiusmodi, sed pacem debet seruare. Quia in pace vocauit nos deus, & ideo non debemus esse causa discordiæ. Et non oportet nos litigare cū discedente, quia odio fidei discedit. Vnde enim, Supra hortatus est ne fidelis deserat infidelem per ea quæ forte euenerunt, id est quia sanctificatus est vir &c. Nunc quia eadem fieri possunt, iam hortatur reddens rationem cur non expediat, vt fidelis dimittat infidelem, quanuis liceat. Hæc autem non iubente lege sed libera charitate fiunt, q. d. Vere manendum est cum infideli, quia, Vnde scis, tu, Mulier, fidelis. Si virū, infidelem, saluum facies? Hoc ideo dicit quia forsan possunt credere qui non horrent nomen Christi. Deinde dicit viro, idem de muliere. Aut vnde scis vir, fidelis, Si mulierem, infidelem, saluam facies? Vnde inquam hoc scis o vir vel mulier, nisi ita habeas te ad tuum comparem, Sicut deus diuisit vnicuique, id est sicut dedit vtrique. f. viro præesse, vxori subesse. Vel quomodo scis hoc quod prædictum est, nisi patienter expectes fieri. Sicut diuisit deus vnicuique. Diuisit enim cuique quando saluetur. i. scit quando credet, & sustinet donec credat: sic & tu expecta. Et quomodo scis o vir vel mulier quod prædictum est, nisi quisque vestrum, Ambulet. f. perseveranter. & si non statim proficit ita. Sicut deus vocauit vnūquemque, id est in eo statu in quo deus quemque vocauit, non à quo, vt. f. cōiunx cum coniuge perseveranter maneat. Nequis autē forte diceret quod solis Corinthiis, & nō cæteris fidelibus hoc prædicaret, ait, & hoc ita prædico, in vestra ecclesia. Sicut in omnibus ecclesijs, hoc est vbiq;. Doceo, tenendū est ergo vobis quod omnes tenent. Circūcisus, q. d. in eo statu potest quisque manere. f. cōiugij, sicut & in cæteris, quæ saluti impedimentū nō afferunt. Vt verbi gratia. Si aliquis circūcisus vocatus est nō adducat. i. nō cogatur adducere. Præputium. i. ritus gentilium. Et si in præputio aliquis vocatus est, nō circūdatur. i. nō cogatur ad Iudaicos ritus. Seruat Apostolus vbiq; quod cōgruere videt, siue ecclesijs gentium siue Iudæorū. Nusquā enī auferit cōsuetudinem, quæ seruata nō impedit salutem, monens ne in talibus spes salutis ponatur, etiā si pro offensione infirmorū fratrum feruentur. Vnde & dicit nil esse subdēs, Circūcisio enī nihil est, & præputiū nihil est. Quia ad salutem nec prodest nec obest, hoc vel illud. i. Iudaicus, vel Gentilis ritus. Sed obseruatio mandatorum dei.

Vnusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat. Seruus vocatus es, non sit tibi curæ, sed & si potes fieri liber magis vtare. Qui enim in domino vocatus est seruus, libertus est domini: similiter qui liber vocatus est, seruus est CHRISTI. Precio empti estis, nolite fieri serui hominum. Vnusquisque ergo in quo vocatus est frater, in hoc permaneat apud deum. De virginibus autem præceptum domini non habeo, consilium autem do, tanquam misericordiā consecutus à deo, vt sum fidelis. Existimo enim hoc bonum esse propter instantē necessitatem, quoniam bonum est homini sic esse. Alligatus es vxori, noli quærere solutionem. Solutus es ab vxore, noli quærere vxorem. Si autē acceperis vxorem, non peccasti, & si nupserit virgo nō peccauit. Tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi. Ego autem vobis parco.

Vnusquisque, q. d. Gentilis nō adducat circūcisionē, vel Iudæus præputiū. Sed vnusquisque permaneat in ea vocatione. i. in ea cōditiōe, vocationi nō repugnate. In qua, nō à qua. Vocatus est, Hoc enī ad eas cōditiōes vel consuetudines vitæ retulit quæ nihil obstant fidei bonisque moribus. Sicut cōiunx, sic & latro ad Christi fidē vocatur: sed ille in coniugio, nō à coniugio: iste vero in latrocinio, sed à latrocinio. Non enī necesse est vt cōiuges desināt esse cōiuges propter Christi fidem, sicut necesse est vt latrones desināt esse latrones. Seruus &c. Supraposuit vnū exemplū de ritu viuēdi, hic aliud de cōditionis officio, q. d. Quisq; permaneat in quo vocatus est, sicut Si seruus vocatus es, nō sit tibi curæ, quasi velis hoc effugere. Sed si potes fieri liber magis vtare, seruitute, quia hæc est causa humilitatis quæ ad eā quæ in dño est pertinet libertatē. quia quanto quis

Ambrosius, Augustinus ad Polen, Augustinus.

Ambro.

Ambrosius.

Augustinus

Augustin.

Augustinus

Ambrosius.

A propter deū despectior est in hoc seculo, tanto magis, exaltabitur in futuro. Qui enim in domino vocatus, q. d. ideo non debet esse curæ, si quis vocatus est seruus quia æque vt dominus suus seruus est Christi. Quod ita ait, Qui enim, existens, Seruus vocatus est in domino, id est in fide domini, vel in operatiōe domini, Libertus est domini. Ac si diceret, seruus domini est, sed honestius nomen posuit dicendo libertus, quod esse recte dicitur, quia ereptus est a peccatis, quæ seruos faciunt. Similiter qui vocatus, dum, Liber, esset, vel a deo per elationē quod crimē est: vel ab hoīe per cōditiōē Seru⁹ est Christi, quod profect⁹ est. Ergo nec seru⁹ cōditiōe despiciat, nec liber elatus seruo se præponat. Precio &c. q. d. vterque seru⁹ Christi ē, quod vtrique iustu ē. Quia empti estis precio. i. sanguine Christi. Et quia empti estis, Nolite fieri serui hoīm, ita, scilicet vt postponatis seruitiū dei, q. d. quia empti estis, reddite vicem emptori vt serui sitis Christi non hominum. Hi sunt serui hominum qui humanis se subijciunt superstitionibus, quod cōtingit vobis si dicatis ego sum Pauli, ego Apollo, & huiusmodi. Vnusquisque &c. Quod supradixerat, hic iterat, vt plene commendat dicens, Vnusquisque frater in hoc statu maneat apud deum, id est in obseruatione mandatorum dei, In quo vocatus est, nō à quo vocatus est, quia nullus status nocet, in quo aliquis vocatur. ¶ De virginibus autem, vbi superius ait. Dico autem non nuptis, & viduis: non tantum virginibus, sed etiam viduis continendi consiliū dedit. Nunc iterum dat de virginibus idem cōsiliū, q. d. de cōiugijis præceptum domini dedi, vbi vterque est fidelis: vel meum cōsiliū, vbi alter est infidelis. De virginibus autē nō habeo præceptū dñi, aliqua lege præcipientis, vt cōtineant, vel nubant. Cōsiliū autē, a spiritu sancto mihi inspiratū, Do, idem quod supra dedi, scilicet non nubendi, sed continendi, nisi tamen aliud licet. Cōsiliū do, Tanquam cōsecutus a domino misericordiam, id est apostolatū, ita, Vt sum fidelis, in dispēsiōe mihi credita, ac per hoc cōstat quod sum ideonens in dādis cōsilijs salutaribus. Existimo ergo, q. d. quia apostolus sum & fidelis, ergo hoc cōsiliū do, scilicet nō nubendi, quia, Existimo hoc, id est in virginitate manere, Bonū esse propter instantem necessitatem, cōiugij vitandam. Necessitatem dicit penuriam seculi, quam sæpe patiuntur cōiugati. Infirmis infirmam rōnem præterdit. Posset enim digniorem reddidisse rationē virginitatis munus amplius cōmendando. Supergredit enim virginitas cōditiōem humanæ naturæ per quā hoies angelis assimilantur. Maior tñ victoria virginum, quam angelorum. Angeli. n. sine carne viuūt, virgines vero in carne triumphant. Inde est quod in tabernaculo dñi supremum operimentum erat de pellibus iacintinis, per quod intelligitur cælibum vita. Habet enim iacintus speciem similem throno, ita qui in carne virgineam puritatem seruant, supercælestibus similitur. Hi sunt qui cū mulieribus non sunt coinquinati, & sequuntur agnum quocūque ierit. Quoniam &c. q. d. ita existimo vt dixi, & bene, quoniam vere ita est. Bonū est homini sic esse, id est in virginitate: & licet sit hoc, Bonū tñ si alligat⁹ es vxori, noli quærere solutionem, & si instat necessitas. Sed si solutus es ab vxore noli quærere vxorem si potes continere. Hæc cōsilia sunt quæ nullo domini cōstringentis imperio, in potestate dimissa sunt. In his audiendus est aplūs, in spiritu. f. monens & cōsulens. Si autē q. d. noli quærere, sed tamen, Si acceperis vxorem nō peccasti, & similiter. Si nupserit virgo nō peccabit. Tribulationē &c. q. d. nō peccant si nubunt vel ducūt, tñ leuius est esse sine coniugio, quia hmōi. f. cōiugati, Habebunt tribulationem carnis, pro reb⁹ necessarijs prouidendis sibi & filijs. Ego autem, q. d. Cōsulo euitare cōiugium, quod & tñ concedo. Sed in his ego parco vobis, dum consulo hæc euitare quæ tribulationes carnis, & sollicitudines memoratas habent, vel dum concedo vobis quod vultis, Parco vobis, & si graue sit.

Hoc itaque dico fratres, Tempus breue est: reliquum est, vt & qui habent vxores tanquam non habentes sint, & qui flent tanquam non flentes, & qui gaudent tanquam non gaudentes, & qui emunt tanquam non possidentes, & qui vtuntur hoc mundo tanquam non vtantur. Præterit enim figura huius mundi. Volo autem vos sine sollicitudine esse. Qui sine vxore est, sollicitus est quæ domini sunt, quomodo placeat deo. Qui autem cū vxore est, sollicitus est quæ

Ambrosius

Ambr.

Ambro.

Ambro.

Aug.

Augustinus

Ambrosius

Ambrosius

de insti. viduis

Aim.

Ambr.

Aim.

funt mundi, quomodo placeat vxori, & diuifus est. Et mulier innupta & virgo cogitat quæ domini funt, vt fit sancta & corpore & spū: quæ autē nupta est, cogitat quæ funt mundi, quomodo placeat viro, Porro hoc ad vtilitatem vestrā dico, non vt laqueum vobis iniiciam, sed ad id quod honestum est, & quod facultatem præbeat sine impedimento dominum obsecrandi.

Augu. Hoc itaq; hic ad temperantiam monet. q. d. quia coniungemini, dum sine peccato potest fieri. Itaq; hoc consilium do vobis, Dico vobis, o fratres, quoniam tempus Breue est, quo non generatione carnali propagāus est populus dei, sed regeneratione spiritali colligendus, Et quia tempus breue. Reliquum est. i. hoc solum restat agendum Vt qui habet vxores sint tanquā nō habentes, studendo dei seruitio non operari carnis: quod vtiq; facit qui habet vxorem: reddit, non exigit debitum: & qui propter infirmitatem propriam ducit vxorem plangens potius, quia sine vxore esse nō potuit, quā gaudens, quia duxit, & maxime qui pari consensu continentiam seruant. Beatiora sane coniugia iudicanda sunt, quæ siue filijs procreatis, siue in prole contempta continentiam pari consensu seruare poterunt. Et qui stent, pro casibus coniugij, vel pro aliqua tristitia seculi, sint Tanquā non stentes, & spe futuri boni non cedant, vel frangantur. Et qui gaudent, pro aliqua prosperitate seculi, sint Tanquam non gaudentes, vt in 9 timeant spiritaliter corrumpi. Et qui emunt, vt faciunt coniugati, qui prouidēt filijs, sint Tanquam non possidentes, scilicet non apponant cor perituris rebus: sed sic habeant, vt amore illis non hæreant. Et vt vniuersaliter colligam. Qui vtuntur hoc mūdo, sint Tanquā non vtantur, vt scilicet ex bonis eius faciant bona, nō mali fiant: quæ bona ne putentur mala, bonis dantur. Itemq; tollentur vt probentur, ne vero putentur magna vel summa, dantur & malis. Itemq; eis tollūtur vt crucientur. Præterit enim q. d. Ideo hæc mundi alia, quasi non sint, sunt æstimanda, quia Figura, id est pulchritudo, non substantia, Huius mundi præterit. i. quotidie senescit, & tandem in iudicio mundanorum ignium cum flagratione peribit. Non substantia, sed figura atq; ipsa libera substantia eas qualitates habebit, quæ corporibus immortalibus mirabili mutatione conueniant. Et iō non dixit mundus perit, sed, Figura, quia substantia nō perit, sed qualitas. Volo autē, q. d. si nubitis, hoc facere consulo. Sed magis volo vos esse sine sollicitudine rei vxoriæ: qua diminuta in dei rebus propensius vigilatur. Et recte hoc volo, Qui sine vxore est, sollicitus est, vt compleat, Ea quæ domini sunt, & quomodo placeat, interiori pulchritudine, Deo, non quomodo ei seruiat. Qui autem cū vxore est, sollicitus est de his, Quæ sunt mundi. s. de domo regenda, & hmoi. Quomodo & placeat vxori. Magna enim amaritudo est in domo vxor tristis. Et diuifus est, non natura sed actu, quia partim deo, partim seruit mundo. Et, similiter, Mulier innupta, id est viua, Et virgo cogitat quæ sunt domini. Iam nō cogitat ne damnetur a deo, quod facit timor custos malorum. Hæc autem de damnatione non timens, & de salute secura, cogitat tantum, Quæ sunt domini, scilicet, Vt sit sancta corpore, id est actiōibus quæ geruntur ministerio corporis, Et spiritu, id est voluntate. Hoc etiam & nupta fidelis, & casta facit: quæ non modo spiritu, sed etiam corpore sancta est, non enim potest fieri, vt non sit sanctum corpus, quo sanctificatus vtitur spiritus. Sed amplius innupta hoc facit, quæ libera a necessitatibus mūdānis, quibus constricta est nupta, intēsus vacat cælestibus præceptis. Quæ autem nupta est, cogitat quæ mundi sunt. &, Quomodo viro placeat. Non ideo hoc dicit, vt & ipsa sancta non sit corpore & spiritu, sed minus quam innupta. Hæc itaque loquens Apostolus de innuptis & nuptis, amplior rem innuptarum & in corpore & in spiritu sanctificationem intelligi voluit, non corpus nuptarum omni sanctificatione priuauit. Porro hoc, quasi dicat, consulo non nubere, sed, Hoc dico ad vestrā vtilitatem, maiorem, scilicet vt expeditius Deo seruiatis. Non vt, si incontinentes estis, Inijciam vobis laqueum, fornicationis. Non hoc dico vt laqueum vobis iniiciam, sed hoc dico, Ad id, tendens Quod honestum est, scilicet vt homo sit castus animo & corpore. Non hoc ideo dicit quod turpe sit coniugium, sed quod hoc honestius est. Et ad id tendo Quod præbeat facultatem, vel facilitatem alicui obseruandi,

A se domino sine impedimento, quod est in cōiugio. Cū igit ait ad id quod honestum est, nō matrimonij turpe esse mōstrauit, sed quod honesto erat honestius, generalis honesti noie cōmēdauit: quia honestius quid est, nisi quod magis honestum? Sicut ergo bono meli9, & beato beati9 est: sicut honesto honesti9 ē, quod honestū voluit appellare.

Si quis autē turpē se videri existimat super virgine sua quod sit superadulta, & ita oportet fieri, quod vult faciat, non peccat si nubat. Nā qui statuit in corde suo firmus nō habēs nece sītate, potest autē habens suæ voluntatis, & hoc iudicauit in corde suo seruare virginem suam, bene facit. Igitur & qui matrimonio iungit virginem suam, bene facit, & qui non iungit melius facit. Mulier alligata est legi quāto tempore vir eius viuit: quod si dormierit vir eius, liberata est a lege, cui autē vult nubat, tantū in domino. Beatior autē erit, si sic permāserit secū dum meū consilium. Puto autē quod & ego spiritum dei habeam.

Si quis autem. Sicut de virginibus determinauit, quid sit melius & honestius: sic & de custodibus virginum determinat, quid illis sit faciendum si virgines continere voluerint, vel noluerint. q. d. hoc est honestius & expeditius, scilicet esse sine coniugio. sed tamen Si quis existimat se videri, quandoq; Turpem super, id est de Virgine sua, eo. Quod, vel, Quæ sit superadulta. s. vltra pubertatem, Et ita oportet fieri, scilicet vt nubat, quia virgo non vult continere. Quod vult, virgō, Faciat, custos: quia, Non peccat, custos, Si nubat virgo. Hoc ideo dicit, ne & si virgo non peccat, custos eius videat peccare. Iō dico, si oportet, non peccat. Nam, de isto alio patet, quia Bñ facit, nō tātū nō peccat ille, scilicet, Qui statuit in corde suo seruare virginē suā, nō ingerens ei fomitem nuptiarum. Statuit dico, Firmus in proposito suo, non curās, vel sobolem, vel aliud huiusmodi. Et non habens necessitatem, cum virgo velit continere. sed, Habēs potestatem, secundum a lumnæ continentia. Voluntatis suæ, perficiendæ, ille qui hoc statuit, bene facit, Et ille, vtiq; qui hoc non ex leuitate statuit, Sed in corde iudicauit, id est ex iudicio mentis bonum esse discernit, & quia oportet fieri vt diximus, Igitur qui matrimonio iungit virginem suam bene facit, quia licet quod facit. Et qui nō iungit cū habeat potestatem suæ voluntatis, melius facit, quia apud deū meritū illi collocat, & a seculi sollicitudine liberat illam, & ideo recte ait. Melius facit. Meli9 est enim quod licet & expedit, quam quod licet & non expedit. Hic enim bene vtitur homo malo, ibi vero bene vtitur bono. Duo enim hæc, scilicet bonum & malum, & alia duo, scilicet vsus bonus & vsus malus, sibi met adiuncta, quatuor differentias faciūt Bene vtitur aliquis bono continentiam dedicans deo: Male vtitur quis bono continentia dedicans idolo. Male vtitur quis malo concupiscentiam relaxans adulterio. Bene vtitur malo concupiscentiam restringens connubio. Sicut ergo melius est bene bono, quam bene vti malo, cum vtrunq; sit bonum: ita qui dat virginem suam nuptiū bene facit: & qui non dat, melius facit. Bonum est enim pudicitia coniugalis, sed melius continentia virginalis, vel vidualis. Mulier alligata est & c. q. d. virgo potest nubere: & similiter & vidua potest nubere, sed beatius est continere. Et hoc est quod ait, Mulier alligata est legi viri quāto tempore vir eius viuit, vt non liceat alij nubere. Quod si dormierit vir eius, liberata est a lege, viri: & permittitur ei, Vt cui vult nubat Ideo dicit cui vult, quia inuitæ nuptiæ solent prouētus malos habere. Cum vero dicit Nubat, lege loquitur naturali, quanquā primæ nuptiæ tantum a dño sint institutæ, secundæ vero permixtæ sunt. Denique primæ nuptiæ sub benedictione dei celebrantur sublimiter, secundæ vero etiam in præsentia carent gloria. Nubat dico, & hoc. Tantū in domino, faciat scilicet, sine turpidinis suspitione, & uiro suæ religionis nubat. Vel ita continua, Mulier & c. q. d. Virgo quocunque tempore potest nubere, sed coniugata, etiam si causa fornicationis dimissa est, non potest: dum viuit vir eius. Quia mulier alligata est legi, viri, Quanto tempore vir eius viuit, quod si dormierit vir eius, liberata est, cui vult nubat: tantum in domino. Beatior autem erit, si sic, id est innupta. Permāserit secundum meum consilium. Satis ostendit beatam esse, & post mortem viri, iterum in domino nubentem fidelem: sed beatiorē, non nubentem. vnde maxime Cataaphrygarum & Nouatianorum hærefes concidunt, quas buccis sonantibus non

Augustinus de scā vidua

Ambrosius

Augu.

Ambro.

August. Augustinus de baptisimo paruulorū

Augustinus de scā vidua

August.

Aug. de scā viduitate.



sapientibus Tertullianus inflauit, dū secundas nuptias tanquā illicitas maledico dente cōcidit, quas oīno licitas apostolus sobria mēte cōcedit. De tertijs autē & quartis, & de vltra pluribus nuptijs solent hoīes mouere quæstionē, sed quis audeat definire quod nec apostolū video definiuisse? Ait. n. Si dormierit vir eius &c. Nō dicit primus, vel secundus, vel tertius, vel quotuslibet. Nec nobis diffiniendū est, quod non definit apostolus. Vñ & breuiter respondeam, nec vllas deo dānare, nec eis verecundiam nūmerositatis auferre. Ipse etiā Chrūs apostoli, ac noster magister, & dñs, septēuīram mulierem in enāgelio non dānat, nec dicit in resurrectione nō posse esse: sed tantum ait, neque nubent neque nubentur. Vñ nec cōtra humanæ verecundiæ sensum audeo dicere, vt quoties voluerint, nubant, nec ex meo corde præter scripturæ sanctæ autoritatē, quota sibi nuptias audeo condēnare. Quod autē dicitur vniuiræ viduæ, hoc omni dicitur viduæ. f. Beatior erit, si sic permāserit secundum meū cōsiliū. Et ne quis hoc cōsiliū tanquā humanū, & nō diuinum putaret contemnendū, adiecit, Puto autem quod ego, sicut & alij apostoli, Spiritū dei habeo, quo inspirante, hæc & alia suadeo, quod vos non putatis. Nota quod dicens puto, non dubitat apostolus, sed contēptores increpat, vt & dñs non dubitat, sed increpat dicens. Si me sciretis, forsitan & patrem meū sciretis. Et alibi. Cum venerit filius hominis, putas inueniat fidem in terra? Verbo dubitationis arguitur infidelitas, non opinatur diuinitas.

Augustinus.  
ad Polentiu.

Augustinus.  
super Ioan.

CAPVT VIII.

**D**E his autē quæ idolis immolantur, scimus quia omnes scientiam habemus. Scientia inflat, charitas vero edificat. Si quis autem se existimat scire aliquid, nondum cognouit quemadmodum oporteat eum scire si quis autem diligit deum, hic cognit⁹ est ab eo. De eis autem quæ idolis immolantur, scimus quia nihil est idolum in mundo, & quod nullus deus nisi vnus.

De his autē quæ idolis &c. Supra egit de nuptiis, de quibus ipsi quæsierāt. Hic agit de idolothytis. i. immolatijs idolorū, in quibus adeo indiscretum vsum quidā habebant, vt ex eo aut scandalizarentur, aut saltē confunderentur infirmi, & ipsi qui licitis inordinate vtebant, ecclesiasticā in se formā cōfunderent, & vnitatem scinderēt. Sciētes. n. omnia ex creatione munda, immolata idolis coram infirmis in idolio manducabant, quod infirmi videntes, putabant eos edere sub veneratione idoli, & exēplo eorū sub veneratione idoli edebāt. Illos igitur increpat apostolus hic. q. d. de his prædictis quæstistis, & docui, sed de istis alijs non fuit opus quærere, quia de istis scitis vt ego, & hoc est quod ait, De his autē quæ idolis immolantur, an licet edere vel non? Scimus. q. d. Ego scio, & vos scitis æque mecum. quod licet ea comedere. Vere scimus ego & vos Quoniā oēs scientiam habemus, de creatore & creaturis. Hoc dicit de his inter eos maioribus qui habentes scientiam cū offendiculo minorū edebant: quos primum arguit, nec sufficienter scire dicit, quia offendiculum proximi non vitabant. Alij autem ignari sub veneratione idoli edebant. Scientia. q. d. habetis scientiam, sed non valet hæc scientia, quia facit vos superbire contra ignaros. Sciētia. n. si sola est, Inflat. i. in superbiam extollit, Charitas vero, quæ non inflatur, Aedificat, infirmos: quæ quod eis obesse potest dimittit, & ideo eam habere, non inflantem scientiam. Additæ scientiæ charitatem, & vtilis erit scientia. Per se enim inutilis est scientia, cum charitate vtilis est. Per se inflat in superbiam, vt dæmones qui græco nomine a scientia sic sunt nominati, in quibus scientia est sine charitate. Propter hac autem vitium, id est elationem scientiæ reprimendam, datus est Paulo stimulus Sathanæ, a quo tunditur ne irrigatur. Præponenda est etiam scientia scientiæ. Melius est enim scire infirmitatem nostram, quā naturam rerum. Laudabilior enim est animus cui nota est infirmitas sua, quā qui ea non respecta, syderum viam scrutatur, & terrarum fundamenta, & cælorum fastigia: sed meliores sunt qui apponunt, nosse se ipsos, quia scientiam talem scilicet qui apponit, apponit dolorem peregrinatiōis ex desiderio patriæ, & conditoris. Si quis autem quasi dicat habetis scientiam de idolothytis, sed nec perfecta scientia est illa, quia & Si quis existimat se scire aliquid, scilicet quod licet eis vti, Nondum, tamen, Cognouit

Augustinus

August.  
de ciui. dei.

Augu.  
August.

**A** quæ emadmodum oporteat eum scire, id est nondū nouit quod sic eā scientia debeat vti ne noceat alijs. Ipsos ergo qui de sciētijs gloriāntur, ostēdit non ita cognouisse, sicut cognoscendū est. Dū enim charitatem quæ omnium bonorum mater est, non sectantur, non sciunt sicut oportet. Si quis autem. q. d. Hic non perfecte scit, sed qui diligit fratrem, vere scit deo approbante, & hoc est quod ait. Si quis autem diligit deum, hic cognitus est, id est approbat⁹ ab eo. Hic diligit deum, qui charitatis causa scientiam mitigit, vt proficit fratri, pro quo Christus mortuus est. De eis autem. Vituperatā sciētia eorum, tandem aperit quæ est ea. Supra. n. non dixerat quæ esset eorū scientia, sed hic ostendit. q. d. His prædictis modis non valet scientia, sed tamen in hoc vera est, quod de eis, Quæ idolis immolantur, scimus ego & vos, quod licet comedi, & quod ab idolo non contaminatæ sunt. Et scimus quia nihil est idolum in mundo, id inter creaturas mundi. Materiam. n. deus formauit, sed stultitia hominum formam dedit. Habet quidem formam quandam humanam, sed ipse homo per verbum factus est. Quæcūq; enim facta sunt naturaliter, quæcūq; sunt in creaturis, facta sunt per verbum, sed forma hominis in idolo, non est facta per verbum, sicut peccatum non est factum per verbum, sed est nihil, & nihil sunt homines dum peccant. Vel, Idolum nihil est in mundo, id est illud quod putabant idolum esse, nihil est. Existimabant. n. idolum esse personam subsistentem, ex simulacro & spū prædicente. Vel, Idolum nihil est in mundo, id est nullius rei quæ sit in mundo similitudinem habens. Idolum. n. hic appellat speciem quam non videt oculus, sed animus sibi fingit. Vt si quis humanis membris caput canis, vel arietis formet, vel in vno habitu hominis duas facies, & hmōi, qui hoc facit non similitudinem, sed idolum facit. Facit. n. quod non habet similitudinem sui, sed quod mens ociosa & curiosa reperit. Ideo distincte dictum est in lege, Non facies idolum, neq; omnem similitudinem rei. Similitudo vero est cum aliquid ex his quæ sunt vel in cælo vel in terra, vel in aquis formatur. Et scimus quia nullus deus est nisi vn⁹ Hoc dicit ne putetur esse deus in idolo. Vnus enim tantum deus est pater, & filius, & spiritus sanctus. i. ipsa trinitas vnus deus est, nullaq; sit partium in deitatis vnitatis diuisio. Non. n. deus pater pars est dei. Tres enim personæ sunt, pater, & filius, & spiritus sanctus. Et hi tres quia vnus substantiæ sunt, vnum sunt, & summe vnum sunt, quia ibi nulla naturarum, nulla est diuersitas voluntatum. Si. n. natura vnum essent, & consensione non essent, non summe vnum essent. Si vero in natura dispares essent, vnum non essent. Porro Christus vna persona est geminæ substantiæ, quia deus & homo est: nec tamen deus, vel homo pars huius personæ dici potest. Alioquin dei filius ante quæsumeret formam serui non erat totus, & creuit, cū homo diuinitati eius accessit. Quod si in vna persona pars non potest esse deus, quanto magis pars trinitatis esse non pot, quicūq; vnus in tribus? Huius ergo trinitatis, nec tertia pars est vnus, nec maius aliquid omnes quam singuli. Tu nempe dixisti vnum deum ex partibus nō esse compositum, & hoc de patre vis intelligi. Ille, inquis, virtus est ingenita simplex. Hui⁹ autem virtutis quam simplicem esse dixisti. nunquid partes sunt bonitas, sapientia, clementia & potentia? Si dixeris partes sunt, simplex ergo virtus ex partibus constat, quæ te diffiniēte vnus est deus, ergo deum ex partibus compositum esse dicis. Non dico inquis, non sunt ergo partes. Si ergo in vna patris persona, & illa inuenis, & partes non inuenis: quanto magis pater, & filius, & spiritus sanct⁹, & propter indiuiduam deitatem vnus est deus, & propter vniuscuiusque proprietatem tres personæ sunt, & propter singulorū perfectionē partes nullius dei nō sunt? Virtus est pater, virtus est fili⁹, virtus est spiritus sanctus. Hoc verum dicis, sed quod virtutem de virtute genitam, & virtutem de virtute procedentem, non vis eandem naturam habere? Hoc falsum dicis Hoc contra fidem catholicam dicis.

Ambr.

Aimō.

Aimō.

Augustinus  
super Ioan.

Origenes.

Augustinus  
contra Max.  
hæreticum.

Augustinus

Augustinus

Augu.

Nā & si sunt qui dicantur dii siue in cælo siue in terra (siquidē sunt dii multi & domini multi) nobis tamen vnus deus pater ex quo omnia, & nos in illo, & vnus dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum. Sed non in omnib⁹ est scientia. Quidam autem cum conscientia vsque nunciidoli quasi idolothytum māducant, & conscientia ipsorum, cum sit infirmi polluitur.

Nā & si &c. q. d. vnus tantū est deus, & vere, Nā & si sunt qui dicantur dii, partici



patione deitatis, vt sancti, siue in cælo, iam recepti, vt qui de corpore exierunt, siue in terra, morantes, vt qui adhuc in mortali corpore peregrinantur, & non falso putatos, dico deos, sed in veritate dei sunt, Siquidem multi sunt dii, participatione deitatis vt sancti, Et sunt domini multi, qui alijs præfunt: apostoli in terra, archangeli in cælo. Et si inquam hoc sit nobis, Tamen est, tantum, Vn⁹ deus, pater, qui naturaliter, & substantiue est deus vnus cum filio & spiritu sancto. Dicitur. n. tribus modis deus, substantiue, adoptiue, nuncupatiue. Substantiue dicitur deus trinitas. Adoptiue, sancti qui per adoptionis gratiã dii sunt. Nuncupatiue, demones, & idola, quia noie tantum dii sunt non natura vel participatione, De dijs adoptiuis dictum est, & si sunt qui dicantur dii, siue in cælo, siue in terra: siquidẽ dii sunt multi, & domini multi. Eos. n. intelligi voluit qui digne etiam dicuntur dii: ita sane vt latria: quæ interpretatur latine seruitus, eis non debeat. Qui prohibiti sunt in lege maledici, vbi legitur. Dijs non maledices vel detrahes. Sed nõ sunt iusti sacrificijs, vel vllis latriæ obsequijs honorari. Vel pot̃ etiam de nuncupatiuis dijs dici illud, Nã & si sunt qui dicuntur dii a gentibus, siue in cælo, vt sol & luna, siue in terra, vt Apollo, vel Esculapius, Hercules, & hmõi. Iõ dixi dicantur. Siquidẽ dii sunt multi, opinione Paganorũ. Et dñi multi, nobis tamen est, tantum Vnus deus, pater, cui credimus, & nos in se credentes facit deos: secundum illud, Dedit eis potestatem filios dei fieri his qui credunt in eum. Nobis ergo vnus est deus, Gentibus vero plures, quos noster terret. i. demones: qui volentes videri dii, sibi exigunt illa, quæ deo vero debentur. aras, sacrificia, & alia hmõi. Noster vero deus homines deos facit, qui non est factus, & iõ est verus deus. Deos aut̃ hoies esse appellatos inuenim⁹ in illo psalmo. Deus stetit in synagoga deorũ. Et itẽ, Ego dixi, dii estis. Sed quæritur, si hoies dii vocantur, vtrũ angeli vocandi sint dii cum hoibus sanctis, quibus maximũ præmiũ promittitur æqualitas angelorum. Et in scripturis quidẽ nescio, vtrũ vel possit, vel facile possit reperiri aperte agelos dictos deos. Si ergo nusquã in diuinis eloquijs reperitur ea mihi causa potissimũ occurrit, quare angeli nõ dicuntur dii, ne ab hoibus putarentur colendi: ne hoies ad hoc inclinarentur, vt seruitium religionis quæ liturgia vel latria dicitur, angelis exhiberent: sed noie officij multo vtili⁹ vocantur angeli, qui latine dicuntur nuncij. vt ille colatur, cuius sunt nuncij. Quod ergo dicitur deus deorũ, rex magn⁹ super oes deos, non nisi de sanctis accipitur, quib⁹ est vnus deus pater. Deinde ostendit quod recte dicitur, & deus, & pater. q. d. vere est deus. Quia ipse est ex quo credimus esse omnia. Et vere pater est, quia credimus, Nos, foueri, In illo. i. in illi⁹ gratia. Quæritur si debeat dici q̃ Chrũ sit nobis pater, vel spiritus sanctus. Sane dicimus q̃ debet, quia gratia qua regeneramur: ita est filij, & spũs sancti, vt patris: & quicquid est nobis a patre, est nobis a filio & a spũ sancto: & ideo dicimus quod deus trinitas vnus nobis est pater, vna maiestas, vel vnus magister qui regnat, qui illuminat, sicut vnus creator. Sed item quæritur, Si deus trinitas vnus nobis est pater, an sit ille p̃r, qui æternaliter pater est filiũ gignendo, an non, & si non, an sit alius pater. Ad quod dicimus quod non simpliciter debeat dici, deus trinitas est pater: ne intelligatur persona patris. Sed est nobis pater, nec ille pater, qui est tertia persona nec alius, sed est deus vn⁹ qui est nobis pater ex tẽpore, & qui est ille pater: sicut filij e vnus deus cũ patre, nec tamen est deus qui genuit. Et, nobis est. Iesus Christus vn⁹ deus & dñs, cũ patre in substantia. i. nobis vnus deus est, & dñs pater & Chrũs, Per quem Christum, Oia creata sunt. Oia. n. a patre, sed per filium creata sunt. Nec alia per filiũ alia per patrem, sed eadẽ. Alioquin iam non oia per patrem, nec omnia per filium. Si aut̃ omnia per patrem, & omnia per per filium, ergo eadẽ per patrem quæ per filiũ facta sunt. Aequalis ergo est patri filius, & inseparabilis operatio vtriusq̃. Et nos per ipsum, Christũ, sumus in deo, quia per ipsum reformati sumus in cognitione dei per quẽ fueramus creati, Sed &c. q. d. nos hoc scimus quod vnus est deus. Sed non in omnibus est, hæc, Scientia. i. non omnes mysterium vnus dei cognoscimus. Quidam aut̃, vel, Enim. q. d. Vere non in oibus est hæc scientia, quia, Quidam &c. vel nos scimus, quia idolum nihil est. Sed, Quidam manducant de sacrificijs, Cum conscia idoli, quia putant idolum aliquid diuinum esse. Et hoc, Vsq̃ nunc, id est etiam nunc post conuersionem, sicut ante conuersionem. Manducant, dico, cum conscientia, & Quasi idolorum, id est cum reuerentia idoli, quasi aliqua illic esset diuinitas, Et con-

Augustinus. in lib. quæst.

Ambro. Aimo.

August.

Quæstio.

Augustinus

Quæstio.

Ambro. Augu. de trinitat.

Ambro.

A scientia ipsorum cum sit infirma, polluitur per illos qui habent scientiã vnus dei, sed non cum charitate, per quos in hunc errorem infirmi inducebantur, quorum nõ cibus polluitur, sed conscientia.

Esca autem non commendat nos deo. neque enim si manducauerimus abundabimus, neque si non manducauerimus deficiemus. Videte autem ne forte hæc licentia vestra, offendiculum fiat infirmis. Si. n. quis viderit eũ qui habet scientiã in idolio recubentem, nonne conscientia eius cũ sit infirma ædificabitur ad manducandũ idolorum, & peribit infirmus in tua conscientia frater, propter quem Chrũs mortuus est: Sic autem peccantes in fratres, & percutientes conscientiã eorum infirmam, in Chrũm peccatis. Quapropter si esca scandalizat fratrem meũ non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meũ scandalizem.

Esca aut̃. q. d. illis nocet ṽstra comestio, nobis autem non prodest, quia esca sumpta vel non sumpta Non commendat nos deo, sed fides esca, qua creduntur omnia creata a deo munda. Et vere. Neq̃ si non manducauerimus deficiemus. i. min⁹ habebim⁹ bonum, Neque si manducauerimus abundabimus, in bono virtutum, vel beatitudinis, sed ex fide eius tantum. Videte autem. q. d. quantum ad vos nihil est esca ipsa. Sed Vide te ne forte hac licentia vestra fiat offendiculum infirmis, in fide: qui nesciunt adhuc idolum nihil esse, & potest esse offendiculum. Si quis enim, infirmus, viderit eum qui habet scientiam recubentem in idolio. i. in præsentia idoli, Nonne conscientia eius cum sit infirma per se ædificabitur ad manducandum idolorum. i. ad manducandum carnes sacrificiorum sicut idolorum. Videns enim quis fratrem peritum in idolio sacrificata edere incipit & ipse edere, non illa conscientia qua illa peritiã causa sciens nihil esse idolum, sed esse putat illic vnum cũ videt fratrem peritum illic edere, nec horre re, Et ita peribit infirmus frater in tua conscientia. i. qui te sapientem videt comedere putans sub idoli veneratione, Propter quem, saluandum, Christus mortuus est, & ita grauiter peccas. Sic autem. q. d. ita in fratres peccatis. Sed sic peccantes in fratres, & percutientes conscientiam ipsorum infirmam in Christo peccatis, cuius membra sunt. Cum enim charitatis non æmuli sunt, qua Christus nos liberauit, peccat in Christo, non in Christum, quia in Christum peccare, est negare Christum. In Christo autẽ peccare, est in his quæ Christi sunt peccare. Sicut hic qui sub lege est, in lege dicitur peccare: ita hi qui in Christo sunt, in Christo peccare dicuntur. In Christo ergo peccatis, cuius regnũ diminuitis, & quia in Christo peccatis. Quapropter, abstinete sicut & ego etiam ab omni carne, quia, Si esca scandalizat fratrem meum nõ manducabo, nõ solum immolata, sed etiam omnem Carnem in æternum, id est nec hic nec in futuro. Sicut. n. constat quod non post mortem, sic certus sum quod nec in vita manducabo. nõ quod mala sit esca, sed, Ne scandalizem fratrem meum.

Aimõ.

Aimõ.

Ambro.

Ambro.

CAPVT IX.

**N**on sum liber: Non sum apostolus: Nonne Christum Iesum dominũ nostrum vidi: Nonne opus meum vos estis in domino? Et si aliis non sum Apostolus, sed tamen vobis sum. Nam signaculum apostolatus mei vos estis in domino. Mea defensio apud eos qui me interrogant, hæc est. Nunquid non habemus potestatem manducandi & bibendi? Nũquid nõ habemus potestatem sororem mulierẽ circũducendi, sicut & ceteri apostoli & fratres domini & Cæphas? Aut ego solus & Barnabas non habemus potestatem hoc operandi? Quis militat suis stipendijs vnquam? Quis plantauit vineam, & de fructu eius nõ edit? Quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat?

Nõ sum liber? Incipit se proponere in exẽplũ, vt sicut ipse abstinet a licitis pro scãdalo fratrum vitãdo, ita & illi abstinant. Ipse. n. apostolica dignitate potestatem habet

non operari manibus, sed de euangelio viuere, ne quē tñ accipiendo scandalizaret, abstinuit. q. d. abstinere ab hoc licito, quia & ego habeo libertatem accipiendi stipendia, & tñ nō accipio. Et vere habeo libertatē, Nūquid enim non sum liber, accipere? Vtiq; liber sum accipere, quia licet mihi quod & alijs apostolis. f. de euangelio viuere. Hoc & si sic inductum sit, intendit tamen cōprobare se apostolū, quia occasione pseudoapostolorum minus de eo senferunt Corinthij, vnde subdit, Nō sum apostolus. q. d. Vere sum liber, quia sum apostolus, & vere sum apostolus, quia Christum vidi: pro quo, id est si non viderem, minus viderer apostolus, & hoc est quod dicit, sub interrogatiōe loquens vt iratus, Nonne dominū nostrū Iesum Christū vidi? in via, vel in tēplo Hierosolymis, dum orarem. Nonne. q. d. Vere sum ego apostolus, quia vos estis opus, apostolatus mei. & hoc dicit sub interrogatiōe. Nonne opus meum vos estis, o, Corinthij? tamen, In domino. i. dño cooperante. Vel, In domino. i. in gloriam domini. Et quia estis opus meum, ideo, Et si non sum apostolus alijs, id est iudæis quorum legem euacuabat, Sed tamen vobis, qui per me conuersi estis, Sum, apostolus, quia vos estis opus meū perfectum. Et vere vobis sum apostolus. Nam signaculum id est forma. Apostolatus mei vos estis in dño, id est domino authore, a simili sigilli, quia in vobis apparet quod ego sum apostolus, dum ea habetis per me, quæ & alijs. Per alios, apostolos & ideo per vos apud alios qui dubitat, apostolus defendor. Et hoc est quod ait. Mea defensio, hoc est vos, scilicet, Apud alios qui de me interrogant, vtrum sum apostolus. Et quia sum apostolus. Nunquid, ego & mei, Non habemus potestatem manducandi & bibendi vestra? id est viuendi de stipendijs vestris? q. d. vtiq; habemus. Permisit. n. dominus, sed non iussit apostolis accipere necessaria a subditis, vt quisquis vellet eo vteretur, quod sibi liceret ex domini constitutione. Si quis vero vti nollet, non cōtra iussum faceret, sed de suo iure cederet. Potestas vero est, non iussio domini, accipere sumptus, Et nunquid non habemus potestatem circūducendi, nobiscum, Sororem mulierem, vt nobis ministraret, Sicut & ceteri apostoli, Et, etiā, Fratres dñi, qui maiores sunt sicut Iacobus, & Iudas, & reliqui, Et Cephas. i. Petrus, qui est princeps apostolorum? Nō hoc reprehendit, sed eorū more sibi probat licere. Mulieres. n. desiderio. doctrinæ dominicæ, & cupide virtutum sequebantur apostolos ministrantes, & sumptus, & seruitia, sicut & saluatorem secutæ sunt ministrantes ei de facultatibus suis. Dominus enim noster cui angeli ministrabant infirmis cōpatiens loculos habuit, in quibus mitteretur pecunia a fidelibus data victui necessaria, quos commendauit Iudæ, vt etiā fures si nō possemus vitare, disceremus in ecclesia tolerare. Et mulieres ministraturas sequi se voluit ostendens quid a plebibus deberetur euangelistis. Ideo etiam dominus in comitatu suo mulieres habuit, ne viderentur alienæ a salute, quæ & ministrabant ei sicut & apostolis. Aut ego. q. d. Ceteri apostoli hanc potestatem dño constituyente habuerunt. Aut. i. an. Ego solus & barnabas non habemus, secundum vos vtiq;. Potestatem hoc operandi? q. d. Habemus potestatem hoc operandi. i. accipiendi. Operandi. n. ait pro accipiendi, vt honestius loqueretur. Vel secundum aliam literam, quæ habet, Non habemus potestatem non operandi? q. d. habemus vtiq; potestatem non operandi manibus nostris, id est cessandi a labore manuum. Et ne quia abstinere coapostolos reprehēdit se videretur, addit, Quis militat & c. Probat hic per similitudines humanas id licere sibi & alijs, & supponit auctoritatem legis, & ipsius domini tandem. q. d. recte vtiq; siue nos, siue illi, hanc potestatem habemus. Quis enim militat suis stipendijs vnquam non manducat? Vtiq; nullus. Lac gregis dicitur quicquid a plebe præpositis datur. His verbis satis apostolus indicat, non sibi aliquid vsurpasse vltra debitū coapostolos suos, sed sicut dominus constituit, ex euangelio viuere panē gratuitū manducabant, ab eis sumptum quibus gratuitam gratiam prædicabant. Hæc quidem secundum humanæ consuetudinis licentiam dicta sunt.

Nunquid secundum hominem hæc dico? An & hæc lex non dicit? scriptum est enim in lege Moyfi, Non alligabis os boui trituranti. Nunquid de bobus cura est deo? An propter nos vtiq; hoc dicit? Nam propter nos scripta sunt, quoniam debet in spe qui arat arare, & qui triturat, in spe fructus percipiendi.

A Si nos vobis spiritualia seminauimus, magnum est si nos carnalia vestra metamus: Si alii potestatis vestrae participes sunt, quare non potius nos? Sed non vsusumus hac potestate, sed omnia sustinemus, ne quod offendiculum demus euangelio Christi. Ne scitis quoniam qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt edunt? Et qui altario deseruiunt, cum altario participant? Ita & dominus ordinavit iis qui euangelium annunciant, de euangelio viuere. Ego autem nullo horum vsus sum.

Sed nūquid secundum hominem, tātū, Hæc dico, id est humana similitudine tantū hoc probō? An non & lex dicit hæc. i. nōne lex Moyfi idem probat? vtiq;. Scriptum est. n. in lege Moyfi. Non alligabis os boui trituranti. i. nō prohibebis prædicatōre viuere de euangelio. i. de prædicatiōe, sed ne hoc videatur ad literam esse dictum, subdit. Nūquid de bobus cura est deo. i. vt de eis in lege præcipiat? Non pro bobus. hoc dicit, quia propter nos tantum dicit, quod ita ait. An propter nos, vtiq;. Hoc dicit? q. d. dicit vtiq;. Nam & c. q. d. Vere hoc propter nos dicit, quia hæc & alia eodem spectantia, Propter nos scripta sunt vt hoc ipsum verum est. Quoniam qui arat. i. prædicatōr qui corda aperit ad fidem, Debet arare in spe, stipendiorum temporalium, nō propter hæc spem, non enim hæc debet esse intentio sua. & finis in ministerio suo. Et qui triturat,

B id est bonos a malis, quasi grana a paleis discernit, mortum qualitate, debet hoc similitudine facere. In spe percipiendi fructus, stipendiorum. Si nos vobis. Postquā probauit per similitudines, nunc probat per rationes quod licet eis accipere. q. d. Vere potestatem accipiendi habemus: quia Si nos seminauimus vobis spiritualia, scilicet ea quæ spiritū vestrum viuificant, vel quæ a spiritu sancto data sunt. f. verbum dei, & mysteriū regni cælorum, Est magnum si nos metamus, ad sustentationem, Vestra carnalia. i. hæc temporalia quæ vitæ & indigentia carnis indulta sunt. Si alij. Item a minori probat sibi licere sumptus ab eis accipere dicens, Si alij. f. pseudo, Sunt participes vestrae potestatis. i. tam potenter vtuntur vestris, vt vos ipsi. Quare non potius nos, apostoli qui causa salutis vestrae laboramus. Sed tamen & c. q. d. Ecce manifestum est, quia licet nobis accipere. Sed tamen non sumus vsus hac potestate. & quia forsitan etiam nō egere dicerent, contra hoc subdit apostolus. Sed omnia sustinemus ne quod offendiculum demus euangelio Christi, quia si acciperet apostolus, iam pseudo libere acciperent, & sic in prædicatiōe durarent, & ita impedimentū fieret euangelio. Vt ergo regulæ Christianæ ius maneret, licita quasi illicita fecit. Vel ideo hoc dicit, quia forsitan & hi auari erāt, & iō apostolom odirent, si quicquam ab eis acciperet. Vel hoc ideo dicit, quia si acciperet ab eis, putaret se emisse licentiam peccandi, & ita libertatem arguendi apostolis minueret. Nescitis & c. Redit rursus ad illud quod inceperat, etiam atq; etiam cōmēdans id est pluribus modis ostendens, quod sibi liceat accipere, & tamen nō faciet. Naturalis ratio etiam hoc habet, vt quis viuat inde, vbi laborat. Hic ergo item probat se potestatem habere accipiendi per similitudinem sacerdotum Gentilium vel iudæorum, cui rei naturalis ratio consentit, vt nec leue faciat, nec ociosum quod tātis testimonijs cōmendat. q. d. Vere licet mihi accipere, q. per hoc patet, Quoniam qui in sacrario. i. in tēplo operantur, vt artifices, Quæ de sacrario sunt edunt, & qui altario deseruiunt, vt sacerdotes, Cum altario participant. quia partem habent de his quæ offeruntur altari. Et nescitis, hoc, vel illud: de Gentilibus sacerdotibus dicit. f. Qui in sacrario operantur, & hoc de Iudæis. f. qui altario deseruiunt. Per sacrarium. n. intelligit templū Gentilium, per altare Iudæorum, quorum vtrorumq; ministri eorum quæ offeruntur, partem sumunt. Et sicut hic fit, Ita & dominus Christus ordinauit. i. rationabiliter disposuit de prædicatōribus. Ordinauit enim his qui annunciant euangelium, id est prædicatōribus quid disposuit. f. Viuere de euangelio. Hoc rationabiliter fecit vt expeditiores sint ad prædicandum verbum dei, quam licentiam dominus dedit eis quādo misit eos ad prædicandum dicens. Ecce ego mitto vos & c. Et post paulo. In eadem domo manete edentes & bibentes quæ apud illos sunt. Dignus est enim operarius mercede sua. Ego autē q. d. tot modis licere constat. Ego autem nullo horum. i. auctoritate, vel exēplo. Vtus sum in accipiendo. Et ne forte quicquam arbitraretur, ideo eum non accepisse, quia illi nō dederat, & de sua potestate hæc toties hac de cā dixisse, vt deinceps darēt, subdit.

Non autem scripsi hæc, vt ita fiant in me: bonum est enim mihi magis mori, D quam vt gloriam meam quis euacuet. Nam & si euangelizauero, non est mihi gloria: necessitas enim mihi incumbit. Væ enim mihi est, si non euangelizauero. Si enim volens hoc ago, mercedem habeo: si autem inuitus, dispensatio mihi hicredita est.

Non scripsi. q. d. non sum vsus, sed nec vti volo, quod ita ait, Non scripsi autē hæc scilicet quod liceat accipere, Vt ita hæc in me fiant, id est vt ego accipiam. Bonum est enim. Quasi dicat, vere non ideo scripsi vt accipiam, quia si sumerem perderem gloriam. Et bonū est mihi magis mori, id est malo ego mori, Vel volo magis mori, id est affligi, Quam vt quis euacuet gloriam meam: quod esset si acciperem, id est si euangelizarem vt acciperem. Gloriam suam dicit, quam habet apud deum infirmis compatiens. Quisquis enim eo quod sibi debetur vti non vult, amplius impendit ecclesiæ. Maximam igitur gloriam habet Apostolus apud deum, non exigendo stipēdij debitū ab infirmis, sed de suis laboribus transigendo cotidianum victum. Hoc est quod stabulario ad quem vulneratus ille qui incidit in latrones perductus est dominus ait. Si quid amplius erogaueris in redeundo reddam tibi. Amplius erogabat apostolus qui suis stipēdij militabat. Vel gloriam suam dicit, quam apud deum habet, de hoc quod pseudo repellebat a prædicatione non accipiendo, qui non nisi pro temporalibus prædicabant. Ideo enim apostolus abstinet a sumptibus, ne sit forma accipiēdi pseudo apostolis rapacibus. Nam si. Quasi quæreret aliquis. An euacuaretur gloria si euangelizares vt ita hæc in te fierent? Respondet, vtiq; quia non ex dilectione prædicarem, & ita nō esset gloria. Nam si euangelizauero, tantum, ita quod non pro dilectione dei & proximi illud faciam, & ex libera voluntate, nō est mihi gloria apud deum. Et vere de hoc solo non est gloria, quia necesse est hoc pro iniunctione, quod ita ait, Necessitas enim præcepti, Mihi incumbit: nec audeo omittere, quia væ erit mihi, vnde subdit. Væ enim mihi est si non euangelizauero, sicut iniunctum est mihi. Si autem. Quasi dicat, si necessitate facio, Non est mihi gloria, sed si volens hoc ago, id est si voluntas adiugatur necessitati, vt ex dilectione prædicem, Habeo mercedem, æternam. Si autem inuitus ago, dispensatio, tantum, Mihi credita est. quia & si mercedem non habeo, alijs tamen dispenso & proficio. Manifestum est enim, quia nemo accipit remunerationem apud deum, eius rei quam inuitus facit. Si autem voluntarius facit, dignus est mercede, quia consentit deo, & quod voluntate fit, melius fit. Qui autem in deuotus aliquid facit nō voluntate sed necessitate facit, quia facit inuitus quod sibi præceptū est. Vel ita ab illo loco. Nam si, vbi dicit, gloriam euacuari suam si pro sumptibus quibus sustentetur prædicet, quod vtiq; videretur si non abstineret vbi expediret, quasi dicat, vere euacuaretur gloria mea. Nam si euangelizauero, vt ita hæc fiant in me, id est si ideo euangelizauero vt ad illa perueniam, & finem euāgelij in cibo & potu, & vestitu collocauero, Non est mihi gloria, apud deum. Quare non est gloria si ita euangelizauero? Quia tunc esset pro necessitate. Et hoc est, Quia necessitas sustentandæ huius vitæ, Mihi incumbit. Et vere. Væ enim. i. penuria mihi est sicut pseudo. Si non euangelizauero, id est malo meo non euangelizabo, quia fame cruciabor, & vnde viuam non habeo. Hæc est ergo necessitas quæ mihi incumbit vt euangelizem, quia vnde viuam non habeo. Vel vt adquiram temporalem fructum de prædicatione æternorum. Sic enim necessitas est in euangelizando, non voluntas. Si autem volens, id est sine vlla necessitate huius vitæ, Hoc ago, mercedem habeo, sempiternam. Si autem inuitus, hoc ago, vt qui necessitate huius vitæ cogar. Dispensatio est mihi credita, id est alijs prouideo, nō mihi. & est sensus, Si coactus inopia earum rerum quæ temporali vitæ sunt necessariae, prædico euangelium, alij per me habebunt mercedem: ego autē non, quia ipsum euangelium non diligo, sed eius precium in illis temporalibus constitutum, quod nefas est fieri, vt non tanquam filius minister quisque euangelium, sed tanquam seruus cuius dispensatio credita est, vt tanquam alienum erogans, nihil inde ipse capiat præter cibaria. Alibi tamen & se dispensatorem dicit apostolus. Potest enim & seruus in filiorum numero adoptatus eandem rem, in qua cohæredi sortē meruit, fideliter dispēfare par-

A ticipibus suis. Hic autem dispensator talis intelligitur, vt quasi seruus alienum dispenseret, vnde ipse nil capiet præter cibaria. Alibi vero vt dictū est, dispēfator dicitur, qui vt filius ministrat euangeliū cohæredibus suis. Ergo simplici corde debemus operari bonum. Non ergo debemus ideo euangelizare vt manducemus, sed ideo manducare, vt euangelizemus: vt cibum non sit bonum quod appetitur, sed necessarium quod adijcitur: vt illud impleatur. Quærite primum regnum eius, & hæc omnia adijcientur vobis. Non dixit: primum quærite regnum dei, & deinde quærite ista, quantis sint necessaria: sed ait, Hæc omnia adijcientur vobis. i. hæc consequenter, si illa quæritis: ne cū illa quæritis, illinc auertamini. Aut ne duos fines constituatis, vt & regnū propter se appetatur, & ista necessaria propter illud. Ergo propter regnum dei tantum debemus operari omnia, non solam vel cū regno dei mercedem temporalem meditari.

Augustinus.

B Quæ est ergo merces mea? Vt Euangelium prædicans, sine sumptu ponam Euangelium, vt non abutar potestate mea in euangelio. Nam cum liber essem ex omnibus, omnium me seruum feci, vt plures lucrifacerem. Et factus sum Iudæis tanquam Iudæus, vt Iudæos lucrarer. His qui sub lege sunt quasi sub lege essem (cum ipse non essem sub lege) vt eos qui sub lege erant lucrifacerem. His qui sine lege erant, tanquam sine lege essem (cum sine lege dei non essem, sed in lege essem Christi) vt lucrifacerem eos qui sine lege erant. Factus sum infirmis infirmus, vt infirmos lucrifacerem. Omnibus omnia factus sum, vt omnes facerem saluos.

C Quæ est ergo. q. d. Quia ex voluntate est merces, ergo videamus quomodo: Quod dicit sub interrogatione ita, Quæ est ergo merces mea? id est quid faciendo, & quomodo mercedem æternam habebō? Respondet, ita. f. habebō mercedem, si tantam regni habeo charitatem, Vt prædicans euangelium Christi, etiam sine sumptu, Ponam. i. stabilitam, Illud euangelium, & nō abutar potestate mea in euangelio, prædicando: quod esset si acciperet, quia tunc non libere argueret, nec infirmis cōpateretur. Et est sensus Mercedem habeo si ex dilectione ita facio, vt potius patiar pœnuriam, quam abutar potestate: quod vtiq; facerem, si sumptuosum credentibus euangelium esse importune exigendo, vel indiserete accipiendo monstrarem. Vnde forte hoc cōtingeret, quod putarent ad hoc sibi euangelizari, vt euangelium venderetur, per quod etiā vigor euāgelicæ authoritatis, & arguēdi libertas torpesceret. Humanæ etiam infirmitati nō cōpateretur, propter quod etiam multa alia feci. Vnde sequitur, Nam cum liber essem. q. d. Hoc vtiq; quod dixi faciam, nam & maius feci. f. Cum liber essem ex omnibus, id est nullius meritis obnoxius, Feci me seruum omnium, vt commodis omnium deseruire, Seruum omnium se factum dicit, dum se per humilitatem similem omnium imbecillium exhibuit, vt eos per patientiam firmaret ad salutem futuram confouens animos illorum. Et hoc feci, Vt plures lucrifacerem, id est lucrum prædicationis meæ facerem. Et etiam me modificauit omnibus, quod ita ait, Factus sum Iudæis tanquam Iudæus, in cibis accipiendis, vel non accipiendis, & in huiusmodi. Et Timotheum etiam circumcidit, quæ non quasi simulasse videtur, quod solent adultores facere. Vir enim diuinus & medicus spiritualis, sciens omnium causas & vulnera, magna industria confovet illos, & compatitur. Factus est ergo Iudæis tanquam Iudæus, quia propter scandalum illorum circumcidit Timotheum: & purificatus ascendit in templum. ne occasio nem per eum acciperent blasphemandi. Et hoc ideo, Vt lucrifacerem, vel, Lucrarer, Christo, Et, His qui sub lege sunt, scilicet Samaritanis, qui quinque libros tantū Moy si recipiunt, quibus non contuntur Iudæi. Factus sum quasi essem sub lege, dum nō negat legem esse a deo, sed ex ea docet Christum: sicut mulier Samaritana per legem docta dixit. Scio quia Messias venit. Cum, tamen ego, Ipse non essem sub lege, seruiliter Et quare eis ita factus sum? vt lucrifa. eos qui sub lege erant. Qui sub lege erant Samaritani intelliguntur. Sunt autem ex origine Persarum & Assyriorum, quos rex Assyriorum, sublati filijs Israel, ad incolenda loca Samarię posuit. Et factus sum his qui sine lege erant, id est Gentibus Tanquam sine lege essem, dum eis assentit secundū phi-

Augustinus.

Ambro.

Ambrosius.

Aimō. Augu.

Aimō.

Aimō.



Iosophicas rationes mundum esse factum a deo, & quæ in eo facta sunt, & animam esse immortalē, & ab ipso nos originem habere & huiusmodi. Cum tamen, Nō essem sine lege, sed in lege Christi, non in Iudaica. Et ideo ita factus sum, Vt lucrificerem eos qui sine lege erant. i. Gentiles. Et factus sum infirmis. in fide, Infirmus, abstinendo a licitis, Quare? Vt lucrificerem infirmos. Quid per singula? Omnibus omnia factus sum quasi omnium sectarum essem. Prudens enim & spiritualis apostolus omnibus cessit, propositum tamen veræ religionis non excessit, quia ubi si cessit, ad hoc cessit ut proficeret, Vnde subdit, Vt omnes facerem saluos. Attēde quod in his verbis, Factus sum Iudæis tanquā Iudæus &c. dissentire videntur Hieronymus & Augu. Vult enim Hiero. quod non Iudæus vere fuerit, & legalia non vere seruauerit, sed dispensatorie simulauerit. Volebat enim legalia illa post Christum sine peccato non posse seruari. Aug. vero ait, quod nullo modo se Iudæum, vel illa legalia seruare simulauit: sed vere Iudæus fuerit, & vere non spem ponens illa legalia seruauerit, quæ dicebat post Christum sine peccato posse seruari. Inquit enim Hiero. Factus sum Iu. tanquā Iu. Ideo dicit tāquam, quia non vere Iudæus erat, sicut nec vere Gentilis, quibus in cibis, & in huiusmodi assensit, nec tamen in cultu idolorū, quia in Christo Iesu, nec circuncisio est ali quid, nec præputium: dispensatorie itaq; simulabat se Iudæum. Sed Augu. dicit hoc fieri cōpassione misericordiæ, non simulatione: ut qui ministrat ægroto, sicut quasi æger: non cum se febres habere mentitur. sed cum animo condolentis, cogitat quomodo feruiri sibi velit si ægrotaret. Ait enim Augu. ita, Factus sum Iu. tanquā Iu. quod non si mulandi verfuita dixit, sed compatiendi misericordia, id est nō ita hoc dixit, ut se fingeret Iudæum, sicut quidam putant. Libere enim illa fecit: sicut ait, Circuncisus quis vocatus est, non adducat præputium. i. non sic viuat quasi præputium adduxerit. Et alibi ait. Circuncisio tua præputium facta est. Secundum igitur hanc sententiam suam, fecit illa quæ non intelligentibus, & parum attendentibus finxisse putatus est. Iudæus enim erat, & circuncisus vocatus, noluit adducere præputium, id est noluit ita viuere, ac si circuncisus non esset. Hoc enim iam in potestate habebat, & sub lege quidem seruili non erat. Vere ergo non fite vt Iudæus quod erat, vixit, sicut nec fallaciter gentilem se finxit: sed licite omnibus cibis, quos etiam damnant Iudæi permisit vti, cui omnis creatura dei non simulate, sed vere bona erat. Sicut ergo hos ritus Gentilium vere sic & Iudæorum sacramenta non fallaciter suscepit, ut illis simplex, istis esset duplex. Aliud habens in corde, aliud in ostensione. Cum enim a te quæsissem in epistola, quomodo ideo putetur factus Iudæis tanquā Iudæus, quia fallaciter suscepit sacramenta Iudæorum, cum & Gentibus factus sit tanquā Gentilis, nec tamē fallaciter suscepit ritus Gentilium: Tu respondisti, Et eo factum Gentibus tanquā gentilem, quod indifferenter permiserit vesci cibis omnibus, etiam quos damnat Iudæi. Quæro ergo vtrum & hoc simulate fecerit, quod si absurdissimum atq; falsissimū est, ergo & illa in quibus Iudæorum consuetudini congruebat, libertate prudenti, non necessitate seruili, vel dispensatione fallaci agebat. Cur enim oleastro inferto veritatē seruauit, & naturalibus ramis nescio quod dispensatorium simulationis velamen obtēdit? Ita etiam cum dicit, Quis infirmatur, & ego non infirmor? non infirmitatem alterius simulauit, sed doluit: ita etiam quod factus est infirmis infirmus, non erat mendacium, sed vere hoc dixit, sicut & cætera superius vbi dixit, & sibi sumptus deberi, & tamē abstinnit ne videretur euangelij venditor, & ne verbi dei cursum apud imperitos in malam suspensionem decidens impediret. Noluit accipere quod ei iure dominico debebatur: nec iō quia noluit, utiq; mentitus est. Non enim dixit non sibi deberi, sed deberi ostendit: & debito se vsu non esse, nec omnino vti velle professus est: eo ipso factus infirmis infirmus. Non est ergo fallax & versipellis simulatio, sed omnibus congruit eius misericors cōpassio, portatq; infirmitatem eorū in cōpassionis similitudine, non fallens mendacij fictione: ita eis. s. Iudæo vel Pagano subueniendo, sicut ipse sibi si similis eēt subueniri voluisset, quasi infirmitates eorum ipse haberet. Fit enim quasi ægroto qui ministrat ægroto, non cum febres se habere mentitur, sed cum animo condolētis cogitat quomodo sibi vellet feruiri, si ægrotaret. Se ergo Iudæis dixit tanquā Iudæum, & Gentibus tanquā Gentilem, non ideo quod misericorditer illa simulauerit, sed quia ea sic non simulauit. quæ fecit similia Iudæis, sicut nec ea quæ fecit similia Gen-

Aimo.

Aimo.

Hiero.

Augu.

Augu. idem dicit in epi. ad Hier.

Augustinus

Augu.

A tibus, Et sic omnibus omnia factus est, non mentientis astu, sed cōpatientis affectu, id est nō oīa mala eorū fallaciter agēdo, sed oīm malis tanquā sua essent misericorditer medicādo, alijs agēs quæ sibi fieri vellet, si opus esset, Cogitat. n. vt hō se esse potuisset in eis vitijs in quibus sunt alij. Vñ alibi dicit, Cōsiderās te ipsum nē & tu tēteris.

Augustinus.

Omnia autem facio propter euangelium, ut particeps eius efficiar. Nescitis quod hi qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium: Sic currite, ut comprehendatis. Omnis autem qui in agone contendit, ab omnibus se abstinere, & illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam. Ego igitur sic curro non quasi in incertum, sic pugno non quasi aerem verberans: sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte cū alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar.

B Omnia. Ecce quare oībus se contemperat. q. d. oībus oīa factus sum &c. Hæc autē oīa facio propter euangelium, ut currat sine impedimēto, Et ut efficiar particeps, promissionum, Eius. i. iustitiæ & beatitudinis æternæ. Nescitis quod hi qui in stadio &c. Agonistarū similitudine ostendit faciendū quod dixit. i. abstinendū ab his quæ contraria sunt. q. d. propter euangelium oīa prædicta facio, recte utiq; quia nisi oīa fecerō, & ab oībus quæ contra sunt abstinuerō, nō habebō præmium, sicut per similitudinem apparet. Nescitis. n. quod hi qui in stadio currūt, oēs quidē currūt. In labore quidem pares sunt, Sed vnus accipit brauiū. Brauium est præmiū cursus. Similiter & vos Sic currite per opera charitatis perseuerātes vsq; in finem, Vt comprehendatis, brauiū æternæ vocatiōis. Vel ita, Nescitis &c. Ostendit hoc exēplo quāta est vtilitas legis nostræ, in qua non vni, sed oībus promissa est palma, quod nō in illo stadio, in illo spectaculo. Ibi. n. vnus tantum accipit brauium, cæteri victi discedunt, qui similiter laborauerunt. Hic autē nō est sic. Quotquot. n. currunt, si perseueranter currunt, accipiunt: & qui prior venerit, expectat ut coronetur cum posteriori. Agonem quippe istū nō cupiditas, sed charitas facit. Oēs currētes amāt se, & ipse amor cursus est. q. d. iō sic oībus iusto, quia oēs possunt habere coronā, quod non in agone mundiāli. Nescitis. n. quod hi qui in stadio currunt, oēs quidam currūt, sed, tantum, Vnus, hic vero omnis, Accipit brauium, vos autē oēs, Sic currite, ut comprehendatis. Vel ita, Nescitis. q. d. ideo sic omnibus iusto, quia & si multi vocati, tamen pauci sunt electi. Ideoq; iusto, ut vel sic ex multis pauci saluentur, sicut apparet in hoc simili. Nesci. q. hi i sta. cur. o. q. cur. sed vnus. q. d. rarus nō omnis, Acci. bra. & quia nō oīs currēs accipit, ideo, Sic. i. tā perfecte, Curri. vt cō. Et nota qd cōuenit hæc sentētia cū priā in parte. Oīs autē, vel, Enim. q. d. Verē sic est nitendū, quia etiam in minori sic apparet, vbi vnus accipit, Enim quia. Omnis qui contendit &c. Vel ita iunge. Ita facite ut dixi, hæc autem debere fieri. in minori apparet. Quia, Omnis qui cōtendit in agone, ab omnibus se abstinere, quæ præmium agnis impediūt: Ita & vos ab offendiculis debetis abstinere. Attēde qd de rebus nō laudis trahūtur multæ similitudines, vt de iniquo iudice, qui viduam volebat audire: & illo pigro qui nō propter amicitiam, sed tædio victus panes commodat petēti: & in psalmo datur similitudo de Marfo, qui incantat ut educat aspidē de tenebrosa caverna. Et ita hinc non commendatur agonistica, & ludicra, & tamen inde similitudo trahitur. Et illi, quasi dicat. Vere debemus abstinere ab offendiculis, cum illi abstineant a contrarijs, quia res maior est hic, Et, id est quia, Illi quidem, abstinere, Vt accipiant corruptibilem coronam, nos autem abstinere debemus ut accipiamus coronam, Incorruptam. Nobis enim non terrenis & marcescentibus floribus, sed æternis conferta gemmis in modum regalis diadematis, spiritualis corona seruatur, Et quia talis corona seruatur, Igitur ego sic, id est tam legitime operando, Curro non quasi in incertū id est vt sim incertus de præmio. In incertum currit, qui talia facit, vt ex quibusdā sperare. ex alijs possit desperare. Hoc autem fecisse dicit apostolus, in quo ponit se alijs in exemplum. Sic pugno, contra hostes, Non quasi aerem verberans, id est non verbis, sed rebus contendo, vel non inaniter pugno, vt qui pro hoste ferit aerem. Sed castigo corpus meum, id est reprimo illicitos motus corporis, Et in seruitutem, rationis, Redigo, illud, cum alio tenderet. Seruituti enim subicitur dum non suam, sed spiritus per-

Augustinus: Ambrosius.

Augustinus: in psal. xxviii.

Augustinus: in psal. lvii: Augustinus.

Ambrosius.

Ambrosius.

Auguſt. ſcit volūtatem. Ideo ita facio, Ne forte cum alijs prædicauerim, ipſe reprobus efficiat id eſt a deo reprobatus. Suo timore nos terruit apoſtolus. Quid enim faciet agnus vbi tremit aries? Nos ergo terret ſuo exemplo, dicens ſe timere quod cito cōtingere poſſet, tūc alijs magis cauendum eſt ne offendendo ſint reprobi.

CAPVT X.

**N**Olo enim vos ignorare fratres, quoniam patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, & omnes mare tranſierunt, & omnes in Moyſe baptizati ſunt in nube & in mari, & omnes eandem eſcam ſpiritualem manducauerunt, & omnes eundem potum ſpiritualem biberunt. Bibebant autem de ſpiritali conſequente eos petra, petra autem erat Chriſtus.

Non enim &c. In præcedentibus abſtinere a licitis inductione ſimilium, & exēplo ſui docuit. Hic exemplo Iudæorum qui negligentia ſua offenderunt, nos ſollicitos facit, oſtendens antiquos per ſacramentorum veterum communicationem, pœnam non euaiſſe. q. d. volenti comprehendere ſic eſt agendū, vt dixi, Non. n. baptiſmus, & cætera ſacramenta ſufficiunt, vt quidam putant, ſicut nec Iudæis beneficia dei valuerunt, cum poſt peccarent. Nolo. n. vos ignorare, o, Fratres, quoniam patres noſtri, id eſt inſtitutores noſtræ fidei. Oēs. ſ. tam boni quam mali, Fuerunt ſub nube, protegente eos ab æſtu, & contra Aegyptios ne viderentur ab eis. Vel, Sub nube fuerunt, quia in figura noſtri contingebant illis omnia. Et omnes tranſierunt, merſis hoſtibus, Mare, rubrū Et oēs in Moyſe, id eſt in ducatu Moyſi, Baptizati ſunt in nube & in mari, id eſt purgati per viſa ſigna illa, quia per ea, & a morte imminente liberati ſunt, & ab ignorantia dei quæ præmebat tunc omnes gentes mundati, præparati ſunt ad accipiendam legem Et omnes eandem eſcam ſpiritualem manducauerunt, ſcilicet manna. Et eundem potum ſpiritualem biberunt, ſcilicet aquam de petra, manna, & aquam quæ fluxit de petra dicit ſpiritalia, quia non natura, non mundi lege, ſed dei virtute parata ſunt, ſine elementorum commixtione. Habentia etiam in ſe figuram futuri myſterij, quod nos ſumimus in memoriam Chriſti. Ideoq; panis angelorum dictus eſt, quia virtute qua angeli ſubſiſtunt creatus eſt. Hoc ſignificans, quia de cælis venturus erat, qui ſpiritaliter paſceret. Vnde & manna prius dominico die venit de cælo ad ſaturitatem populi. Ideoque ſecundum hoc recte eſcam, & potum illorum dicit ſpirituale, id eſt ſpirituale aliquid ſignificantem. Bibebant autem de ſpiritali petra, quia dei virtute ex ea fluebat aqua. Cōſequentem eos. i. ſatiſfaciente voluntati eorum, quia quoquo irent aque inundantes ſecutæ ſunt eos, ſic Chriſtus in deſerto huius mundi ſuos comitatur. Vel, De petra conſequentem, id eſt ſecuturam veritatem ſignificante. de qua ſubdit, Petra autem erat Chriſtus, in ſigno. Solet enim res quæ ſignificat, nomine rei quam ſignificat nominari. Erat ergo Chriſtus petra, non per ſubſtantiam, ſed per ſignificationem. Vnde & recte petra ſequēs, dicta eſt petra quæ intelligitur Chriſtus. Vbi enim deſiciebat eis hu manum ſuffragium, aderat Chriſtus? Non enim petra aquam dedit illis, ſed Chriſtus. Vel, Patres noſtri, non illorum, quia eis nos ſimiles ſumus, non illi ſuperbi. & agit tātum de bonis patribus. Omnes ſub nube fuerunt, & omnes mare tranſierunt. Hæc non mutantur. Et oēs in Moyſe baptizati ſunt in nube & in mari. Baptizati dicuntur in Moyſe, in nube & in mari, quia illa omnia gerebant figuram noſtri ſacramenti, id eſt baptiſmi. Moyſes enim Chriſtum, nubes ſpiritum ſanctum: mare rubrum baptiſmum ſignificat, ſanguine Chriſti conſecratum: populus tranſiens ſignificat fideles, mors Aegyptiorum ſignificat ablutionem peccatorum. Illa ergo omnia noſtri fuerunt figuræ. Illa tunc figurate geſta, nunc in noſtra ſalute complentur. quia tunc futura pronuntiabantur, nunc præterita leguntur, & præſentia cognoscuntur. Et eſt, Omnes in Moyſe, id eſt illo duce, Baptizati ſunt in nube, & in mari. i. ſignū baptiſmi acceperunt, quod & credentibus idem valuit. Ecce quid eſt quod dixerat mare tranſierunt. Hic exponit cum ait, Omnes ba. ſunt in Mo. in nu. & in ma. Si ergo figura maris tantum valuit, ſpecies baptiſmi quantum valebit? Si quod geſtum eſt in figura traiectū populum ad māna perduxit, quid exhibebit Chriſtus in veritate baptiſmi ſui traiecto per eum populo per baptiſmum enim traiecit, credentes occiſis omnibus peccatis tanquam hoſtibus.

Ambroſius.

Auguſtinus.

Augu. ſuper Ioan.

Auguſtinus ſuper Ioan.

**A** Quo traiecit? ad manna. Quid eſt manna? Panis viuus qui de cælo deſcendit. Et oēs manducantes eſcam eandem ſpiritualem, quam & nos. Cum dicit ſpiritualem, oſtendit illud ſpiritaliter intelligi in Chriſto, & hoc de omnibus innuit, ſcilicet quod ſpiritaliter debet intelligi, cum vnum. ſ. petra erat Chriſtus, quo aperto cuncta fulſerunt Exponendo enim hoc vnum, in cætera introduxit intellectū. Et eſt ſenſus, Manducauerunt eſcam, vtiq; corporalem & ſpiritualem, ſed, ſpiritualem eandem, quam & nos Corporalem vero alteram. i. manna, quod ſignificat Chriſtum, & idem credentibus eſt fecit. Alij vero. ſ. qui non crediderunt, māducauerūt & mortui ſunt æternaliter, quod non Moyſes, & alijs boni. Quare? Quia cibum viſibilem ſpiritaliter intellexerūt, ſpiritaliter eſurierunt, ſpūaliter guſtauerunt, vt ſpiritaliter ſatiarentur, & nos hodie accipimus viſibilem cibum. ſed aliud eſt ſacramentum, aliud virtus ſacramenti. Sacramenta illa fuerunt, ſacramenta ſunt & noſtra, & vtiq; eiſdem rei. Māna. n. Chriſtum ſignificauit: Hunc panem ſignificauit altare dei. i. in altari eſt quod ſignificat. Chriſtus. n. eſt panis qui de cælo deſcendit. Si quis manducauerit ex hoc pane, nō morietur in æternū: ſed quod pertinet ad veritatem ſacramenti, non ad viſibile ſacramentū: qui māducat intus non foris: qui manducat corde non qui premit ſpeciem. ſ. dente: ideo Apoſtolus vigilanter non ſimpliciter ait, Manducauerunt eandem eſcā, ſed addit ſpiritualem, quia ſpiritualem eandem manducauerunt quā & nos. Nam corporalem alteram, quia illi manna, nos aliud: ita & vigilanter ait. Patres noſtri, non illorū, per hoc tantū bonos ſignificans, quibus nos ſimiles ſumus, non illi fuerunt qui eandem ſpiritualem eſcam manducauerūt, quam & nos. Et tñ aliud illi, aliud nos, ſed ſpecie viſibili, aliud tamen quod idem ſignificaret, virtute ſpiritali. Et omnes biberunt potum, vtiq; corporalem & ſpiritualem, Sed ſpiritualem eundem, quem & nos: corporalem vero alteram. i. aquam quæ fuit ſignū ſanguinis Chriſti, & idē credentibus effecit. Spūalem ergo dicit potū, quem biberunt ipſi, & nos bibimus, quia idem illorū potus & noſter ſignificat. Ideoq; idem ſpūalis potus & cibus noſter & illorū, quia idem in myſterio eſt cibus & potus illorum qui nō, ſed ſignificatione idem, non ſpecie: quia idē Chriſtus illis in petra eſt figuratus, nobis in carne manifeſtatus, & in altari ſub ſpecie panis ſignificatus. Inſignis vtiq; diuerſis eadem eſt fides, ſed illi venturum, nos veniſſe credim⁹. Ideo nō ait ſimpliciter, Eundem potum biberunt, ſed addit, ſpiritualem, ſpiritualem enim eundem biberunt, quem nos, corporalem nō eundem. Quid enim biberunt? Bibebant autē de ſpiritali conſequentem eos petra, ſpiritali. ſ. quæ Chriſtum ſignificabat, & fide idē fuit Manete ergo in fide, videte ſigna variata. Ibi. n. petra erat Chriſtus, nobis quod in altari dei ponitur, eſt Chriſtus. Si ſpeciem viſibilem attendas, aliud eſt: ſi intelligibile ſignificationem, eundem potū ſpūalem biberunt. Erant. n. in illo populo, etiam qui ſpūaliter intelligerent, habentes fidē quæ poſtea reuelata eſt, non ad legis literam, ſed ad grām ſpiritus pertinentem: & ſecundum hoc, eundē potū biberūt de ſpiritali petra. De qua? Petra autem erat Chriſtus. In ſigno autē percuffa eſt petra de virga bis. Gemina percuffio, duo ligna crucis ſignificat. De petra educta eſt aqua accedete virga, quia ligno accedente ad petram Chriſtum, gratia ſpiritalis manauit. Multum hæc locutio notanda eſt, vbi aliqua ſignificantia, earum rerum quas ſignificant nomine appellantur.

Sed non in pluribus eorum, beneplacitum eſt deo, nam proſtrati ſunt in deſerto. Hæc autem in figura facta ſunt noſtri, vt non ſcimus concupiſcētes maiorum: ſicut & illi concupierunt. Neque idololatræ efficiamini, ſicut quidam ex ipſis: quemadmodum ſcriptum eſt, Sedit populus manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere. Neque fornicemur ſicut quidam ex ipſis fornicati ſunt, & ceciderunt vna die viginti tria millia. Neque tentemus Chriſtum ſicut quidam eorum tentauerunt, & a ſerpentibus perierunt. Neque murmuraueritis ſicut quidam eorum murmurauerunt, & perierūt ab exterminatore. Hæc autem omnia in figura cōtingebant illi: ſcripta ſunt autem ad correptionem noſtram, in quos fines ſeculorum deuenerunt.

Sed non. Oſtendit temporalia beneficia Iudæis collata, tam bonis quam malis, & m iij

Auguſt. contra Fauſtum.

Auguſtinus ſuper Ioannē

Auguſtinus ſuper Ioannē

Auguſtinus in pſal. lxxiii

Auguſtinus ſuper Ioannē

Auguſtinus in pſal. lxxvii

Auguſtinus ſuper Ioannē

Auguſtinus in lib. locutionum.

tamen mali perierunt. q. d. his omnibus beneficijs ad literam vsi sunt Iudæi, sed nō est beneplacitum deo in pluribus eorum, Iudæorum, scilicet in illis qui offenderunt deū. Cum dicit, Non in pluribus, ostendit quod aliqui erant ibi, in quibus beneplacitū est deo. Et cum essent omnibus communia sacramenta, non tamen omnibus communis erat gratia, quæ est virtus sacramentorū. Ita etiam nunc, baptisimus communis est omnibus baptizatis, sed non virtus baptisimi. i. ipsa gratia. Nā & c. q. d. inde apparet quod in quibusdam eorum non est beneplacitum deo. Nam. i. quia, Prostrati sunt in deserto. Ne autem puteris homines finxisse hæc, subdit, Hęc autem sunt, non dico dicta vel scripta, Sed facta in figura nostri. Non. n. propter ipsos tantū, hæc facta sunt, sed propter nos, scilicet propter correptionem nostram. Istæ enim pœnæ figuræ fuerunt nostrarum pœnarum. Quantæ ergo pœnæ sunt, quarum illæ figuræ fuerunt. Sicut enim in bonis multo melius est, id quod per figuram signatur quam ipsa figura. vt regnū cælorum melius est, quam terra promissionis, ita in malis longe peius est quod significatur, quam figura significans, vt gehenna peior est, quantumlibet atroci pœna temporalis. Omnes enim pœnæ minores gehenna, & ideo vigilantia maiore cauendæ. Vt non & c. q. d. in figura nostri facta sunt, ita vt considerantes illorum supplicia, Non simus concupiscentes malorum, sicut & illi concupierunt, id est non ita peccemus sicut illi, ne similiter pereamus. Neq; efficiamini idololatræ, per idolothyta. Illos. n. tangit qui in idolo epulabantur putantes se immunes a crimine. Nō efficiamini dico, Sicut quidam ex ipsis fuerunt. quemadmodū scriptum est, in Exodo de illis, Sedit populus, id est quidam de populo totum pro parte ponit. sedit inquam, Manducare & bibere, corā vitulo. ita & vos in idolo. Per commemorationem illorum notat ea quæ in Corinthiis sunt. Ostendens quam grauius punita sint in Iudæis, Et surrexerunt ludere. id est ludos facere in veneratione vituli. Vel, Ludere, id est adorare, quod est ludus puerorū simile. Facilis vtiq; ad lusum est pueritia. Quid autem lusui puerili tam simile est quam idola adorare? Neq; fornicemur, vt aliqui in vobis faciunt. Sicut quidam ex ipsis fornicati sunt cum Madianitis mulieribus, & ideo ceciderunt vna die viginti tria millia. Neq; tentemus Christum, vt faciunt illi qui desperant de resurrectione. Sicut quidam eorum tentauerunt, dicentes, Nunquid poterit parere mensam in deserto? Nota Christum esse deum quem tentauerunt Iudæi. Et, ideo, A serpentibus perierunt, do nec serpens æneus erectus est, quem qui intuebantur a moribus serpentium sanabant. Neq; murmuraueritis, vt contra me facitis, vel qui minora dona spiritus habent cōtra deum, Sicut quidam eorum murmurauerunt, contra Moysen, Et, ideo, Perierūt ab exterminatore, angelo qui extra terminos promissæ terræ eos percussit. Hęc autem oia, q. d. propter sua pœnā hæc eis contigerunt, & non modo propter hoc, sed etiam vt figuraretur, quod pro similibus periremus, & hoc est quod ait, Hęc autem omnia continebant illis in figura, nostri. Scripta sunt autem ad. Per hęc. n. exempla ad correptionem vitam prouocamur, vt aut præmium si obedientes fuerimus, aut propensorem pœnam inobedientes mereamur. Ad hoc enim relata sunt peccantium pœnæ vt corrigamur: aliter erit maior pœna. Ecce hic aperuit, cur illæ literæ veteris testamenti accipiuntur a nobis, & cur illa rerum signa iam non sit necesse obseruari a nobis. Dum. n. dicit. Scripta sunt ad correptionem nostram, demonstrat quanta nobis cura legēda & intelligenda sint. Cum vero dixit, In figura. Ostendit iā nō esse opus vt figurarum prænūciatium celebrationi seruiamus, cū res ipsa manifesta sit. Ad corr. no. dico, In quos scilicet nos, Deuenerunt fines seculorum. i. sexta ætas, qui in vltima ætate seculi sumus & tot exemplis priorum, magis corrigi debemus. Vel fines seculorū deuenerunt in nos id est secularitas & carnalitas. s. amor rerum temporalium in nobis finitur per Christū & ideo turpius est si peccamus.

Itaque qui se existimat stare, videat ne cadat. Tentatio vos non apprehendat, nisi humana. Fidelis autem deus est, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet cum tētatione etiam prouētum vt possitis sustinere. Propter quod charissimi mihi fugite ab idolorum cultura, vt prudentibus loquor, vos ipsi iudicate quod dico.

A Itaq; & c. q. d. Et quia illi & si beneficijs vsi perierūt, Itaq; eorū cōsideratione, Qui se existimat stare, per bona opera, Videat ne cadat a se. A deo enī stat qui stat, a se cadit qui cadit. ideo ait, Videat ne ca. peccādo, vel peccare alios faciēdo. Vt illi qui præsumētes de sciētia, cū scādalo fratrū edebāt idolothyta, & de doctrina pseudoapostolorū gloriātes, iudicabāt A postolū, cū ipsi essent rei. Superbiā ergo imputat ne per eā tententur, sicut Iudæi tentati sunt, & perierūt, quia sicut illi Mosi detrahētes deū tentauerunt: ita hi detrahētes A postolo deū tentant. Dico ne cadat, nō quod penitus aliquis sine casu sit, sed Tentatiō, id est peccati delectatiō, Nō apprehendat vos. i. nō ducat rationē in cōsensum, & omnino nulla sit in vobis tentatiō, Nisi humana. i. nisi de his sine quibus ista vita nō agitur. Vel, Nō apprehendat vos tent. nisi humana. Hortatur, vt humana tentatiō illos apprehendat nō alia. Humana enim tentatiō est, vt in necē sitate, vel pressura nō diffidat homo de deo, auxilium humanum requirendō. propter Christum ergo pati, humana tentatiō est, per quā proficitur apud deū. Vel humana tētatiō est aliter sapere quā res se habeat cū bono animo. nimis autem amandō sententiā suā, vel inuidēdo melioribus vsq; ad præcidendē cōmunionis, & cōdēdi schismatis, vel heresis sacrilegiū peruenire, diabolica præsumptio est: in nullo aut aliter sapere quā res se habet, angelica perfectio est. Humana igit tētatiō est, credō, cū bono quis animo secundū humanā tamē fragilitatē in aliquo labitur cōsilio, vel cū irritatur in fratre studio corrigēdi, plus tamē quā Christiana trāquillitas postulat. Et quia homines sumus, sed spe angeli sumus, quibus in resurrectionē equabimur, si nō est in vobis perfectio angeli, nō sit præsumptio diaboli. ideo ait, Tētatiō vestra nō appre. & si fiat, quā permittat deus per Satanā fieri ad probādos vel exercēdos bonos, & puniēdos malos: nō apprehēdat dico, Nisi humana. Fidelis autē deus. q. d. Ego vos ad hoc hortor, sed Deus est fidelis, id est verus in promissionibus, qui se protectōrē suorū electorū fore promissit. Qui nō patietur vos, pro se tribulatos, Tentari supra id quod potestis, ferre, quia vel cadere nō sinit, vel a casu erigit. Sed faciet cū tentatione etiā prouētū, id est virtutis augmentū. Qui enī dat tētanti diabolo licentiā, ipse dat tentatis misericordiam. Ita facit prouētū, Vt possitis, perseueranter, Sustinere, ne deficiatis in lucta, sed vincatis, quod fit per humilitatem. Humilitas enī custōdit in omni tentationē vt illi nō crepent in fornace, qui nō habent ventū superbiæ. Propter quod. q. d. Quia sola sacramēta nō saluant, & quia qui cadit punitur, & quia auxiliū dei nō deest: propter quod o Charissimi mihi, fugite ab idolorum cultura. i. abstinete ab omni fatietatē idololatriæ, ne per hoc nascatur in deū tentatiō. Nemo ergo sit assiduus in idolo, nil speret de eo. De eo ei sperare est, de deo dubitare, vt Saul relicto deo qui ei fuerat pro delicto iratus, ad idololatriā rediit sperans aliquid de ea, cui & in presenti obfuit, & in futuro gehennā vlticem generauit. Ideo A postolus istos hortatur fugere ab idololatriæ superstitione. s. ne comedant sapientes idolothyta cum offendiculo infirmorū, quibus idololatriæ videntur. Vel ne ipsi infirmi idololatræ sint, edendo sub idoli veneratione, & putando idolū aliquid esse. Et vt fugiatis, Loquor, vobis, Vt prudentibus, id est loquor vobis altum quid, quasi prudentibus. Et ideo Vos ipsi iudicate, id est diligenter diiudicate. Quæ dico. s. hoc. Calix & c. Vel ita, vt, Prudentibus loquor. q. d. moneo vos fugere ab idololatria, & hoc monendo, loquor infirmis qui sunt inter vos vt supra locutus sum. Prudentibus, & vos ipsi iudic. quæ dico, an vera & bona sint, quod per similitudinem & exemplum noui sacramenti ostendit, vt facilius suadeat, quia cui verba non satisfaciunt solent exempla suadere. Ait itaque.

Calix benedictionis cui benedicimus nonne communicatio sanguinis est: Et panis quem frangimus, nonne participatio corporis domini est? Quoniam vnus panis & vnum corpus multi sumus: omnes qui de vno pane & de vno calice participamus. Videte Israel secundum carnem. Nonne qui edunt hostias: participes sunt altaris?

Calix benedictionis & c. q. d. Ideo fugiendū est a cultura idolorū, quia comedēs idolothytū, vt idolothytū, vnum est cū dæmone, sicut per corpus Christi digne & spiritaliter sumptū, vnū est cum ipso Christo: quia, Calix. i. potus sanguinis Christi, Be-

Augustinus.

Augustinus in psal. lxxvii.

Ambrosius.

August.

Augustinus.

Ambro.

Augustinus.

Ambrosius.

Augustinus.

Augustinus.

Augustinus.

Ambrosius? Augustinus de sermone in monte.

Augustinus de ba. par.

Augustinus.



nedictionis, id est per quem benedicitur participans. Cui & nos benedicimus, id est quem nos fideles exaltamus credendo & gratias agendo. Vel, Calix benedictionis cui benedicimus. i. potus calicis, qui non solum a Christo in cena est benedictus, sed cui etiam nos sacerdotibus cotidie benedicimus. Nonne communicatio sanguinis Christi est? Nonne facit nos habere quandam communionem cum vita Christi? q. d. utique facit. Et panis quem frangimus, in sacramento, id est participatio fracti panis in altari, Nonne participatio corporis domini est. i. nonne facit nos unum esse cum ipso? facit utique. Nam quando Christus manducatur, vita manducatur. Sed quis audeat manducare dominum suum? Et tamen inuitans nos ad manducandum ait, Qui manducat me, vivit propter me. Nec occiditur Christus ut manducetur, sed mortuos vivificat quando manducatur. Rescit, non deficit. Et vivit manducatus, quia surrexit occisus. Nec quando manducamus, partes de illo facimus. Et quidem in sacramento sic fit. Et norunt fideles quemadmodum manducet carnem Christi. Unusquisque accipit partem suam. unde & ipsa gratia partes vocatur. Per partes manducatur in sacramento, & manet integer totus in caelo, manet integer totus in corde tuo. Totus enim erat apud patrem quando venit in virginem: implevit illam, nec recessit ab illo. Venit in carnem, ut eum homines manducaret, & manebat apud patrem integer, ut angelos pasceret. Quoniam unus panis. Exponit quomodo calix benedictionis & panis fiant accipienti caro & sanguis Christi. q. d. per hoc sumus unum cum Christo, Quoniam omnes qui participamus. spiritualiter & digne, De uno pane. s. corpore Christi, & De uno calice. s. sanguine Christi, licet multi sumus, tamen Sumus unus panis, unione fidei & spei & charitatis, Et unum corpus, illius capitis quod est Christus sumus per subministratio nem operum charitatis, id est unum sumus, una ecclesia, id est unum vinculo fidei, spei, & charitatis, & mutua operum dei exhibitione. Per unitatem enim panis, & unitatem corporis, fidem & charitatem oportet intelligi: quae si desint, iudicium sibi sumit. Et quia unum sumus, unum sentire debere dicit, ut fides una unum habet sensum & opus. Typice autem unus panis & unum corpus ecclesia Christi dicitur, pro eo quod sicut unus panis ex multis granis & unum corpus ex multis membris componitur: sic ecclesia Christi ex multis membris componitur, sic ecclesia Christi ex multis fidelibus charitate copulatae connectitur. Hoc mysterium pacis & unitatis nostrae, Christus in sua mensa consecravit, qui accipit mysterium unitatis, & qui non tenet vinculum pacis, non mysterium accipit pro se sed contra se. Nullique ambigendum est tunc quemque corporis & sanguinis dominici participare fieri, quando membrum corporis Christi efficitur: Nec alienari ab illi? panis calicisque consortio, etiam si antequam illum panem edat & calicem bibat, de hoc seculo in unitate corporis Christi constitutus abscedat, quia illius sacramenti beneficio non priuatur, quando ille hoc quod illud sacramentum significat inuenitur. In illo enim sacramenta corpus & sanguinem suum commendavit nobis, qui etiam fecit ipsos, Nam & nos corpus ipsius facti sumus. Videate Israel. Similitudo inducitur hic ad intelligendum quod supra dictum est. q. d. Qui de uno pane & calice participant, sunt participes corporis Christi, quod per hanc similitudinem apparet. Videte enim Israel secundum carnem, id est Israel carnalem, & carnalia legis praecipua servantem, & in umbris sacrificiorum servitutem, ideo ait secundum carnem, quia etiam est Israel secundum spiritum. Videte, dico, Nonne, enim qui edunt hostias illas legis. s. carnalis Israel, Participes sunt altaris? Sunt utique. Sic qui edunt carnem Christi & sanguinem eius bibunt, participes eius sunt. Vel ita potest legi, ut Israel sit vocatiui casus. q. d. Ita est de nobis sumentibus panem & calicem, & o vos qui estis Israel, id est homines videntes deum, Videte. i. discite qualiter se habent ea quae sunt, secundum carnem, id est carnalia: s. idololatria. Sicut enim nos de uno pane & uno calice percipientes sumus conformes corporis Christi, sic Qui edunt hostias, idolis oblatas: Sunt participes altaris erroris. i. demonis. & nonne? utique est ita.

Quid ergo? Dico quod idolis immolatum sit aliquid: aut quod idolum sit aliquid: Sed quae immolant gentes, demoniis immolant, & non deo. Nolo autem vos socios fieri demoniorum, quia non potestis calicem domini bibere, & calicem demoniorum, non potestis mensam domini participes esse, & mensam demoniorum, An aemulamur dominum? Nunquid fortiores illo sumus? Omnia mihi li

cent, sed non omnia expediunt. Omnia mihi licent, sed non omnia aedificant.

Quid ergo. q. d. Quod dico fugite a cultura idolorum. Quid ergo? Dico, id est dicere videor, Quod idolis immolatum sit aliquid? magnum. non hoc dico, sed potius dico quod ea, Quae gentes immolant, demoniis immolant, non deo, quia in idolo diabolus colitur, qui est peior idolo. Et quia a idololatria prohibebat, unde locus iste sumpsit exordium, ne putarent ideo non nocere si de sacrificijs ederent idolorum, quia idolum nihil est, confirmavit & idolum nihil esse, & se non prohibere ista, ideo quod idolum aliquid sit, sed quia demoniis & non deo immolantur. Non ergo se excusent quia idolis insensatis dediti non sunt, demoniis magis dediti sunt, quod est periculosius. Nam si tantum idola colerent, sicut eos non adiuverant, ita illis nihil nocerent, quia nec idola, nec eis immolata aliquid sunt, id est nihil per se possunt, siue ad iuvandum siue ad nocendum, sed malis spiritibus est insita malitia quaedam, & malivolentia nocendi nobis. Nolo autem vos, dico quod immolant demoniis, Ego autem nolo vos, qui fideles estis, Fieri socios demoniorum, quod non est ex natura rei immolantibus, sed conscientia idoli, vel conscientia fratris qui percussus exemplo vestro. Ad hoc genus etiam pertinent consultationes & pacta quaedam significationum cum demonibus placita atque foederata, qualia sunt molimina magicarum artium, artispicum, & augurum, atque ligaturarum & remedia quae sunt in precationibus, & quibusdam votis, vel in quibusdam rebus suspendendis, & illigandis, nec illi ab hoc genere perniciose superstitionis segregandi sunt qui genethiaci ob natalium dierum considerationes, nunc autem vulgo mathematici vocantur, qui conantur actionum eventa praedicere. Ideo nolo, Quia non potestis bibere calicem domini, simul, Et calicem demoniorum. i. non potestis simul uniri deo & demonio. & profus, Non potestis esse participes mensae dei, & mensae demoniorum. i. non potestis esse unum cum deo, & cum demoniis. Deinde se illis annumeras, ait, An aemulamur dominum. i. ad iram provocamus eum vel invidemus ei, idolothyta comedentes. q. d. non debemus hoc facere. Videntur illi aemulari, & invidere domino, regnum cuius diminuunt, qui cum scandalo fratrum comedunt idolothyta, imitatores diaboli. Zelo enim invidiae Satanas idololatriam inuenit, ut homines negando deum idolis serviant, & creator sibi debitum cultum perdat. Sic & isti videtur zelare dominum, unde male cedet eis, cum non fortiores eo sint. Unde subdit, Nunquid fortiores sumus illo, ut valeamus ei resistere? Non omnia mihi licent, & si illos peccare dicam qui comedunt idolothyta, non tamen dico illicitos esse hos cibos, quia omnia mihi licent. De his dicit quae ad ad escam pertinent, sed non omnia, Expediunt. i. adiuvant me in cursu, sed magis impediunt. Deinde idem aliter infringit dicens. Omnia mihi licent. Potestate liberi arbitrij & doctrina legis naturalis. Omnia enim secundum legem naturalem licent, quia omnia munda sunt, de cibis enim & carne idolis immolata hic agitur. ideo recte ait, Licent, id est praecipuo domini nullo prohibentur. Vel, Omnia licent, non quia omnia liceant, etiam illicita. Sed ecce ponamus omnia licere. Sed non omnia aedificant, proximos, ut quis facit dum comedens idolothytum. Et scandalum facit proximo. & ideo,

Nemo quod suum est querat, sed quod alterius. Omne quod in macello venit, manducate: nihil interrogantes propter conscientiam. Domini est terra, & plenitudo eius. Si quis vocat vos infidelium ad cenam, & vultis ire, omne quod vobis apponitur, manducate: nihil interrogantes propter conscientiam. Si quis autem dixerit, hoc immolatum est idolis, nolite manducare propter illum qui in dicavit, & propter conscientiam. Conscientiam autem dico non tuam sed alterius. Ut quid enim libertas mea iudicatur ab aliena conscientia? Si ego cum gratia participo, quid blasphemor pro eo quod gratias ago? Siue ergo manducatis, siue bibitis, vel aliud quid facitis: omnia in gloria dei facite. Sine offensione estote Iudaeis & gentibus ecclesiae dei, sicut & ego per omnia omnibus placeo, non querens quod mihi vtile est, sed quod multis, ut salvi fiant.

Nemo querat, tantum, quod suum est, id est quod sibi tantum aliquo modo vtile est, Sed

Augustinus de eucharistia

Augustinus

Ambrosius.

Augustinus

Aimo.

Augustinus.

de sacramen

tis fidelium.

Augustinus

Aimo. Augu. contra inimicum legis.

Augustinus in psal. xxvi.

Augustinus: Christiana doctrina.

Ambrosius: Ambro.

Augustinus

Ambro.

Ambro.

Ambrosius. quod alterius, ideoq; a licitis aliquado tēperādū est, vt profit alijs. Et quia omnia licita sunt, & tamē nō est vtēdū semper eis, determinat quomodo liceat edere vel nō edere, dicēs, Omne quod in macello venit, id est, est vel venditur, Manducate si vultis, nihil interrogantes, scilicet an immolatum sit vel nō, vel huiusmodi. & hoc, Propter conscientiam, astantis infirmi. Dico manducate omnia, quod quidem secure potestis facere, quia auctoritate teste, Domini est terra & plenitudo eius, id omnia quibus impletur terra, & nō potest esse immundum quod domini est. Item, Si quis autem infidelium vocat vos ad cōenam, & vultis ire, omne quod vobis apponitur manducate, nihil interrogantes propter conscientiam. Si quis autem dixerit hoc immolatum est idolis, nolite manducare. Quare? Non quia immundus sit cibus, sed Propter illum qui indicauit, ne credat te manducare sub veneratione idoli, & gloriatur in superstatione sua: & qui idolis seruit, gloriabitur quasi veneris idola, & confirmabitur in errore suo, quia videt libenter appetere idolothytum, & fratribus datur malum exemplum. Hoc ergo sapientibus loquor, qui contemnentes idolum quia nihil est, manducabant de sacrificio cum scandalo infirmorum. Dico propter illū, Et propter conscientiam aliorum. s. vt mox determinat dicens, Conscientiam autem dico non tuam, quā firma est, Sed alterius. s. infirmi. Vt qui enim &c. q. d. pro alio dimittendum est, quia si aliter facerem, de licito damnabitis essem: & de actione gratiarū, vituperarer ab imperitis qui putarent me sentire idolum aliquid magnum esse: quod ne contingat, magnopere cauendum est. Vt quid enim libertas mea iudicatur ab aliena conscientia? id est cur ita ago vt de eo quod libere licet damner propter alium, qui inde aliquod suspicatur improprium? q. d. Cum ab idoli deuotione conscientia mea sit libera, quid opus est vt puter causa venerationis idoli edere? Iudicor enim non distare ab idololatria. Si ergo ego cum gratia, id est agēdo gratias deo, Participo, id est edo, Quid blasphemor, id est cur cado in blasphemiam imperitorū, Pro eo quod gratias ago. & quia hęc mala contingunt inde, Siue ergo manducatis siue bibitis, vel aliud quodcunq; facitis, omnia facite in gloriā dī, id est in laudem dei. s. cum inuocatione creatoris, vt in actibus conuersatione vestra laudetur deus. Si enim hęc recte sunt, laudes dei sunt. Non solum igitur vox tua sonet laudes dei, sed etiam opera tua concordent cum voce tua. Cum enim voce cantaueris, silebit aliquando vita: sed sic, cantas vt nūquā siliēas. Si enim ore clamas, & fraudē cogitas, siluisti a laude dei, & quod grauius est in blasphemiam perrexiisti. Cum enim laudatur deus de bono opere tuo, laudas deum: & cū blasphematur deus de male opere tuo, blasphemias deum. Si ergo quod manducas & bibis ad refectiōem corporis sumis, & reparationē mēbrorū gratias agens ei qui tibi prebuit mortali & fragili ista supplementorū solatia, cibus tuus, & potus laudat deum, Si vero modum naturę debitum immoderatione voracitatis excedas, & vinolētia te ingurgites, quāta libet laudes dei sonet lingua tua, vita blasphematur. Et sine offēsiōe esto te Iudæis, qui abhorrent idola: Et gentibus, quę sic non arguuntur, sed in suo errore firmatur. Et ecclesię dei, quantū ad infirmos qui sunt in ecclesia, quibus sunt offendicula, dum eorū exemplo adherēt his quę inimica sunt deo. Estote dico vt placeatis omnibus, Sicut & ego, qui per omnia oibus placeo, sine scādalo cuiusquā agēs. hoc est enī per omnia oibus placere, sine scādalo cuiusquā agere ad profectū aliorū, vt & illis & huic sit vtile. Attende quod hic ait, Omnibus placeo: Alibi vero ait, Si hoibus placerem, Christi seruus nō essem. Placerem autē dixit, quantū in seipso est. i. quantū ad eius voluntatem pertinet. Ac si diceret, Si placere vellem, si placere quererem, seruus dei non essem. Qui autem hominibus placet propter veritatē, iam nō ipse illis, sed ipsa veritas placet. Si autē homo propter seipsum placet. i. propter priuatam & propriā gloriā placere quærīt, superbia est, & ideo non placet. Cum autē propter veritatē hominibus placet, iam nō homo sed deus placet. Vtrūq; ergo recte dici potest, & ego placeo, & ego nō placeo. Si enim adsit bonus intellectus piusq; pulsator, patebit vtrūq; & nulla inter se repugnantia repellat intrantem. Illud etiā nō moueat quod dico, Placeo omnibus. Nunquid placebat persecutoribus suis? Sed placebat omni generi hominum quod Christi cōgregabat ecclesiam, siue iam intus positus siue introducēdis in eā. Et vt ostendat quod propter veritatem placebat, addit, Mon quærrens quod mihi tantum, Vtile est, sed quod multis, & non aliquid terrenū vtile quærō, Sed vt salui fiant.

Augustinus in psal. clx.

Aimo. Aimo. Aimo.

Augustinus de cor. & gra.

CAPVT XI.

**M**itatores mei estote sicut & ego Christi. Laudo autem vos fratres, quod per omnia mei memores estis: & sicut tradidi vobis pręcepta mea teneris. Volo autem vos scire: quod omnis viri caput Christus est: caput autem mulieris, vir: caput vero CHRISTI, Deus.

Imitatores mei. q. d. Dico vt sitis sine offensione. In hoc, vt nullū offendatis, Imitatores mei estote, sicut & ego Christi, & ita per me eritis imitatores Christi, qui nullum offendit, sed omnes saluare venit. In ecclesia nāq; gradus sunt ordinati maiorū & minorū, vt illi exemplo precedant, hi vero imitatione sequantur. Sed & illi qui exemplo precedunt, nunquid neminem sequuntur? Si neminem sequuntur errabunt. Sequuntur ergo & illi aliquem, id est Christum. Laudo autem. Hic agere incipit de veneratione in quibus arguit illos suas traditiones non seruantes, quia illorum aliqui viri velato capite, & aliquę mulieres nō velato orabant aut prophetabant. Vnde successit eis Apostolus, quia cum esset eis Apostolus, immemores erant traditionum eius. q. d. de alijs culpo vos, sed hoc, Laudo vos, o, fratres, & si de alijs culpo; tamen de hac laudo quod Per omnia estis memores mei, id est meę auctoritatis. Et mea pręcepta tenetis, tam perfecte, Sicut tradidi vobis, ironia est quod sic loquitur eis Apostolus, quia non eius traditionem seruabant, nec eius auctoritatem sequebatur. Ac per hoc, quasi nouiter tradidit illis dicens, Volo autem. q. d. Non tenetis pręcepta mea. Volo autē vos scire, o, fratres, quiddam vtile ad sequentia, quod vos non attenditis. s. Quod Christus est caput omnis viri, id est dominus, quia cum non esset, per eū creatus est. Caput autem mulieris est vir, quia ex eius costa, sed dei virtute formata est: & ideo debet subijci viro, de quo per Christum facta est. Caput vero Christi est deus, pater, quia ab ipso genitus est. Dignum ergo est vt filij caput pater dicatur quasi genitor eius. Vna ergo dictio diuersam habet intelligentiam. Aliter enim dicitur Christus caput viri, aliter vir caput mulieris, aliter deus caput Christi. Vel nomine viri intelligitur hic spiritus non ille spiritus factus, qui cum patre & filio incommutabilis manet, & dignis animis incommutabiliter datur: sed spiritus hominis, qui quasi animę maritus animalem affectionem tanquā coniugem regit: de quo dicit Apostolus, Nemo scit quę sunt hominis, nisi spiritus hominis. De quo etiam dominus ait mulieri Samaritanę, Vade voca virum tuum. Hic ergo spiritus cum pręsens est, id est intentus est, & se pietate subijcit deo, intelligit spiritualiter quę dicuntur luce sapiētia illustratus. Huius viri Christus, caput est, quia spiritus hominis regitur a sapientia dei quę Christus est. Et sicut in capite sunt omnes sensus corporales, ita & in Christo sunt omnes spirituales. i. plenitudo gratiarum, de qua accipit vt iste. Per hoc autē est, Vir caput mulieris. i. rector animalitatis quę regitur a spiritu tanquam mulier a viro. Caput vero Christi est deus, pater, quia filius a patre est, & de patre, nō pater a filio vel de filio. Ille huius principij, vnde & caput eius dicit, & Christus principij, sed nō patris. Hic vero illius imago nulla ex parte dissimilis, & oīno equalis filij, patri debet quod est hoc, etiā quod patri equalis est, & quod principij est. Pater vero nulli debet quicquid est. Vel dei noīe hic intelligitur trinitas. Sed si deus omnia simul tria hic intelligitur, quomodo caput Christi est deus. i. caput Christi est trinitas, cū in trinitate sit Christus, vt sit trinitas? An quod pater est cum filio & spiritu sancto, caput est ei, quod est solus filius? Cum filio enim & spiritu sancto, pater deus est, filius autē solus homo factus est, secundū quam humilitatem eius, etiā eo maior est pater: & secundū hoc vere dicitur, quia quod illi eū patre & spiritu sancto vnum est, caput sit hominis mediatoris quod ipse solus est. Si enim mentem recte dicimus principale hominis. i. quasi caput humanę substantiæ, cū ipse homo cum mente sit homo, cur nō multo cōgruentius verbū cum patre simul deus: deus dicitur esse caput Christi, quāuis Christus homo, nisi cū verbo quod caro factū est intelligi nō possit. Est ergo deus. i. diuina essentia vel trinitas. Caput Christi secundū quod homo quia diuinitas vt pote creatrix caput est creature assumptę. Hac interpretatione non potestas filij minuitur, sed misericordia prędicatur.

Augustinus in psal. xxxiij.

Ambro.

Ambrosius.

Ambro. Augustinus in lib. quatuor. lxxxiij.

Augustinus contra Manichæos.

Idem in eod. Augustinus in simbolo.

Augustinus de trinitate

Augustinus de trinitate

Omnis vir orans aut prophetans velato capite, deturpat caput suū. Omnis

autē mulier orans aut prophetans nō velato capite, de turpat caput suū. Vnum enim est, ac si decaluetur. Nā si non velatur mulier, tondeatur. Si vero turpe est mulieri, tonderi aut decaluari, velet caput suum. Vir quidem non debet velare caput suum, quoniam imago & gloria dei est: mulier autem gloria viri est.

Omnis vir. q. d. Et quia viri caput Christus est, sine alio mediante, & per Christum deus, ideo in signum libertatis, vir non debet habere velum quod est subiectionis signum, quia Vir omnis, etiam potens vel sapiens, Orans, aliquid à deo, Aut prophetans, id est scripturas referans, Velato capite, quasi non sit liberę mentis. Deturpat caput suum, id est turpe est ei illud agere velato capite. In alijs enim vbi opus est potest velare, sed nondum suo iudici se offert, & colloquitur, vbi conditionem suam necesse est profiteri, Omnis autem mulier orans, quę inferior est, & subiecta viro, quia vir caput est mulieris. Orans aut prophetans non velato capite. s. sine signo subiectionis quam debet viro, quasi nihil sit medium ad deum, Deturpat caput suum. Et vere. Vnum est enim, id est tantūdem est ad turpitudinem, Ac si decaluetur. Nam si non velatur. q. d. non velata idem, ac si decaluetur, quod & fiet vtiq; quia aut decaluetur aut tondebit, quod constat eam nolle. Et hoc ita ait, Nam si non velatur mulier tondeatur. Si vero. q. d. mulier non velata decaluetur, vel etiam tondeatur, sed, Si turpe est mulieri tonderi aut decaluari velet caput suum. Vir quidem, qui maior est, Non debet velare caput suum, id est subiectionis habere signum, quasi non sit liber ad deū. Velamen hic intelligendum est non omne sed quoddam, quo utebantur antiqui & ad huc etiam vtuntur pleriq; alicubi, quo totū caput obuoluebatur, & est pene simile velamini mulierum. Quoniam &c. q. d. Vir non debet velare, & honor obstat ne velet. Quoniam vir est imago & gloria dei, quę non debet abscondi. Incongruum est enim vt imago & gloria dei celetur quę videtur in viro. Vir enim ad imaginem dei factus est non mulier. Sed quę est imago dei in viro? hęc scilicet quod vnus deus, vnum fecit hominem: vt sicut ex eo omnia sunt, sic ex isto omnes homines essent, vt vnus dei inuisibilis vnus homo visibilis imaginem gerat in terris, vt vnus deus in vno homine authoritatem vnus principij videretur conseruare ad confusionem diaboli, qui neglecto vno deo sibi dominium vsurpare voluit. Inde igitur vir est imago dei, quia sicut ex deo sunt omnia, sic ex Adam omnes homines: & sic conseruat authoritatem principij, quod ab vno deo sunt omnia, contra illum qui deus esse voluit. Vel in hoc habet similitudinem dei, quia sicut de latere Christi in morte dormientis origo ecclesię fluxit, scilicet sanguis & aqua quibus significantur sacramenta per quę saluatur ecclesia: sic de latere Adę nata est sibi sponsa, quia inde sumpta costa de qua formata est Eua. Et sicut Christus pręest, & regit ecclesiam, & ecclesia subseruit ei: ita vir pręest & regit mulierē, & ideo nō habeat vir signum subiectionis sed libertatis & pręlationis. Et gloria dei est vir, quia ex eo est, & quia deū principaliter glorificat. Mulier autē gloria est viri. Ex quo ipsa est, & cui subseruit. Vel vir dicitur esse imago dei, quia principaliter creatus est ad imaginē dei, in quo naturaliter amplius quam in muliere viget ratio, quasi ipse sit ratio. Et attende diligenter quod hic dicitur homo imago dei. & in Genesim legitur, Factus ad imaginē dei: vbi dicitur, Faciamus hominē ad imaginē & similitudinē nostrā. Et nota etiā quod pluraliter dictū est, Faciamus & nostrā, quod nisi ex reatiuis accipi nō oportet. Nō enī intelligendū est, vt facerēt dij, vel vt ad imaginem deorū sit factus, sed vt facerent pater & filius & spiritus sanctus. Ad imaginem ergo patris & filij & spiritus sancti, vt subsisteret homo imago dei factus est, & quia nō omnino equalis fiebat illa imago dei, tanquā nō ab illo nata, sed ab illo creata, huius rei significandę causa ita esse imago dei dicitur, vt ad imaginē factus esse non sileatur, quia, nō est ei equalis, sed quadā similitudine accedit. Non enim locorum intervallo, sed similitudine acceditur ad deū, & dissimilitudine receditur ab eo. Homo ergo cū sit imago, propter imparē similitudinē dictus est etiā ad imaginē dei factus. Filius autē imago est. Homo autem imago trinitatis est, & ad imaginem. Vnde, Fecit deus hominē ad imaginem suā, vt sicut deus pręest omnibus creaturis per omnipotētiam: sic homo vnueris animalibus terrenis per intelligentiā pręesset. Et ipse est gloria dei cū

Ambro.  
Ambro.

Aimo.

Augustinus.  
de trinitate.

Augustinus  
de catechizā  
dis radib.

A dei sapiētia sequit. Mulier autē gloria viri est, quia facta est i adiutoriū viri nō ad carnalē cōcupiscētia, quia nec corruptibilia corpora tūc habebāt, antequā eos mortalitas inuaderet, sed vt haberet vir gloriā de ea, cū eā pręiret ad deū, & se ei daret imitandū sanctitate, sicut ipse gloria dei esset, cū eius sapiētia sequeretur. Vnde subdit.

Non enim vir ex muliere est, sed mulier ex viro. Etenim non est creatus vir propter mulierem, sed mulier propter virum. Ideo debet mulier velamē habere supra caput suum, & propter angelos.

Non enī &c. q. d. Mulier est gloria viri, non vir, eius: quod ostendit ordo creationis. Quia non est vir. s. Adam, Ex muliere. s. Eua: Sed mulier. s. Eua, est, Ex viro. s. Adā. Et alia ratio est cur mulier est gloria viri. Etenim. i. quia, Non est creatus vir, scilicet Adam, Propter mulierem. i. in auxiliū Eua: Sed mulier. i. Eua, Propter virum, id est in adiutoriū viri, & ideo. s. vt ostendatur mulier subiecta viro. Et, quia per eā pręuariatio cōepit, Debet mulier habere velamē super caput, vt nō habeat caput liberum in ecclesia, sine velamine. Et hoc propter angelos. i. propter reuerentiā sacerdotū, quia nunciij dei sunt. vt sicut ante iudicē dñi, ita ante vicariū eius sacerdotē sit subiecta viro. Vel, Propter angelos. s. ne sacerdotes in eius faciem inspiciētes irriterentur ad libidinem. Aliter ab illo loco, Quoniam imago &c. Apostolus dicit quod vir est imago dei. & ideo velamen capitis ei demit, quod mulieri adhibendum monet, quia ipsa non est imago dei. Sed quid dicemus ad hęc? cur & mulier non est imago dei? videtur vtiq; hoc contrariū esse illi, quod in Genesi dicitur, Fecit deus hominem ad imaginem dei, masculum & foeminam fecit eos. Quomodo ergo vir est imago dei, vt non velet caput, & nō mulier vt velet? Sed credo hoc esse i natura humanę mētis, quod dicit Apostolus. Et mystice loquitur de velatione: aliter enim nisi aliquid secretū referatur, inane est quod dicitur. Sicut enī nō solum veracissima ratio, sed etiam ipsius Apostoli declarat authoritas, homo factus est ad imaginem dei, nō secundum formam corporis, sed secundum rationalem mentem in qua dicitur renouari in agnitione dei ab eodem Apostolo, Renouamini spiritus mētis vestrę, & induite n. h. qui s. d. c. est. Et alibi, Induite nouum hominē qui renouatur in agnitione dei, secundum imaginē eius qui creauit eum. Si ergo spiritus mentis nostrę renouamur & ipse est nouus homo qui renouatur in agnitione dei secundū imaginem eius qui creauit eum, nulli dubium est hominem esse factum ad imaginem dei, nō secundū corpus neq; secundum quālibet animi partem, sed secundū rationalem mētem, vbi potest esse cognitio dei, vbi & nullus sexus est. s. in spiritu mentis, sed idem est ibi foemina cum viro, & mulier cum viro. i. tota illa substantia vna est imago dei, quia natura ipsa humana & ad imaginē dei facta est & imago dei, & ipsa tota est imago dei, quia in vtroq; sexu imago dei cōpletur, à qua imagine foemina nō separatur, sicut nec à gratia renouationis & reformatione imaginis dei excluditur. Habet vtiq; mulier mentem suam rationalem secundum quam & ipsa facta est ad imaginē dei. Nihil ergo foeminam alienat à cōfortio imaginis, quę & in ipsa prima cōditione hominis habebat mentē rationalem secundū quā ipsa etiā facta est ad imaginē dei. Fecit ergo deus hominem totum ad imaginē suā, hoc vtiq; secundum spiritum: sed propter vnitatē cōiunctionis inquit, Fecit deus hominē ad imaginē dei. Et ne quisquā putaret solum spiritum hominis factum in quo imago dei est, subiunxit, Masculū & foeminā fecit eos, hoc secundū corpus, vbi duo esse discernuntur secundum sexum, cum prius singularem numerū posuerit, propter cōiunctionis vnitatem. Est ergo in mentibus eorum cōmunis natura, sed in sexu corporis significatur distributio mentis. Est enim pars animę vel mentis eminens, quę se extendit in id quod æternū est contēplādo veritatem, & hęc est imago dei quę æternis rationibus cōspiciēdis vel cōsulendis adhęret, & ideo nō est cohibēda velo vt se inde contineat, & ideo vir non debet velare caput. Est & altera pars animę inferior quę deriuatur ad actiōnē tēporaliū quadā intentione, & sic ipsa anima ex qua parte consulit veritatem & cōspicit, imago dei est. Ex qua vero intendit ad agenda ista inferiora, nō est imago dei, quia vero in his rebus corporalibus tēporalibusq; periculosa est nimis in inferiora progressio, ideo habet potestātē super caput qua cohibeat, quod indicat velamē capitis mulieris.

Ambrosius.

Augustinus  
de trinitate.

Augustinus.

Augustinus  
de trinitate

Augustinus  
super Genesim  
Augustinus  
de trinitate



Quod ergo ad totū virū pertinet, imago dei est. Quod vero ad eam solā pertinet quæ ei in adiutoriū tribuitur, nō est imago dei: quia nō est imago dei, nisi quod inheret in cōmutabili veritati. In cuius rei figura Apostolus dicit virū tantum esse imaginem & gloriā dei, mulierem autē gloriā viri. Hoc igitur & si in duobus hoibus diuersi exterioris sexus figuratū sit, tamē in eodē vno interiori homine intelligitur, cui⁹ superior vis. i. ratio vir dicitur, vel principale mētis quia debet regere inferius sensualitatē. & iste vir est Imago dei, quia inheret contēplandē incōmutabili veritati. Et gloria dei, dū ratio subiugat sibi sensualitatē: quod tunc ordinatissime sit, cū caput viri Christus est. Mulier autē gloria est viri. Mulier est ipsa sensualitas, quæ bene significat per mulierē, quia in fœmina naturaliter præualet, quæ subserviēdo gloria est rationis. Ideoq; dicitur, Non est bonū solum esse hominē. Ad hoc enī bonū erat vt fieret vt nō solum anima dominaretur corpori quod seruile locum obtinet, sed etiā virilis ratio subiugaret sibi animalē partē, vt appetitū animalē per quē voluptates coporis operamur, habeat mens interior tāquā virilis ratio subiugatū, sic debet vir fœminā regere, nec eam permittere dominari in virū. Quod si animalis pars imoderato progressu nimis in exteriora prolabitur cōsentiente capite suo. f. ratione, id est nō eam cohibente atq; refrēnante, illa quæ in specula cōsiliij præsidet virili portione, peruersa est, & misera dom⁹ vbi mulier dominatur in virum. Inueteraturq; interior homo inter inimicos suos inuidos virtutis. f. dæmones, æternorumq; visio ab ipso etiam viro cū cōiuge ad instar primorum parentū vetitum manducante subtrahitur, vt lumen oculorum eius nō sit cū illo, & sic ab illa illustratiōe veritatis mox ambo nudati apertis oculis conscientiaē ad videndū quā indecori, & inhonesti sunt, tāquā folia dulcium fructuum sine ipsis fructibus. i. sine bonis operibus bona verba contexunt, vt male viuētes bene loquēdo turpitudinem suā cōtegant. Da memorię quia fecūdū quosdā sensualis motus animę est pro serpēte, inferior portio rationis pro muliere, superior portio rationis est pro viro. Illecebræ cōsentire est cibum vetitū edere. Si sola cogitationis delectatio est, fœmina sola comedit: si vero mala cogitatio in actū mittitur, vel voluntas perficiēdi affit, tunc etiā vir cū fœmina cibū vetitum gustat. Alij vero nō improbabiliter ponūt sensum corporis pro serpēte: sensualitatē, pro fœmina: rationē, pro viro. Hæc autē disputatio qua in mente vniuscuiusq; hominis quęsumus quoddam rationale coniugium cōtemplationis, & actionis officijs per quędam singula distributis, tamē in vtroq; mētis vnitatem seruata ad hoc tantummodo audienda est vt intelligatur Apostolus imaginem dei tantū viro tribuēdo nō etiam fœminæ, quāuis in diuerso sexu duorum hominum aliquid tamē significare voluisse quod in vno hoīe quæreretur. Non. n. q. d. mulier. i. sensualitas est. Gloria viri, id est rationis de qua nō est vir. Non est enim vir, id est ratio. Ex muliere, id est sensualitate, vt à sensuali portione regatur rationalis. Sed mulier, id est sensualitas est ex viro. f. vt ab eo regatur. Ac si diceret, distributio vtriusque indicat, vt quod spirituale est regat illud quod animale est, & non ediuerso. Et sic decet, Etenim, id est quia, Non est creatus vir, id est rationalis, propter mulierem. f. vt seruiat sensualitati, sed econtrario. Mulier propter virum, id est sensualitas vt subseruiat rationi, & ideo mulier debet habere velamen super caput. f. ad significādum quod sensualitas debet subijci rationi: Propter angelos. Grata est enim sanctis angelis & sacrata & pia significatio. Nam deus non ad tempus videt nec aliquid noui est in ei⁹ visione & scientia, cum aliquid temporaliter & transitorie geritur, sicut inde efficiuntur sensus vel carnales hominū, vel etiam cęlestes angelorum. Angelici enim spiritus nobis adesse credendi sunt, maxime cum diuinis mancipamur obsequijs, id est cum ecclesiam ingressi vel lectionibus sacris aurem accommodamus, vel psalmodiæ operādamus, vel orationi incumbimus, vel missarum solēnia celebramus. Ideo Apostolus monet mulieres habere velamen propter angelos. Nec dubitari vbi corporis dominici, & sanguinis mysteria geruntur supernorū ciuium adesse conuentus qui monumentum quo venerabile corpus fuerat positum, & vnde resurgendo abscesserat tam sedulis excubijs seruauerunt.

Verūtamen neque vir sine muliere, neq; mulier sine viro, in domino. Nam sicut mulier de viro: ita & vir per mulierē. Omnia autē ex deo. Vos ipsi iudicate.

Augustinus super Gene.

Augu. contra Manichæos.

Augustinus de trinitate.

Augustinus de trini.

Aug. de trini.

Beda in homelia quadā dicēda in pascha.

Decet mulierem non velatā orare deum. Nec ipsa natura docet vos, q̄ vir qui dem si comā nutriat ignominia est illi, mulier vero si comam nutriat gloria est illi: quoniam capilli pro velamine ei dati sunt. Si quis autem videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neque ecclesia dei. Hoc autem præcipio, non laudans quod non in melius, sed in deterius conuenitis.

Verūtamen. Quāuis in primis. i. in prima conditione nō sit vir de fœmina, sed ediuerso. Verūtamen, in subsequenti gnatione non est hoc, quia neq; vir sine muliere ē. Neque mulier sine viro in domino. f. secundum dām. i. secundum operationem dñi, in quo alter sine altero nō creatur, qui etiam primitus creauit ex vno ambos. i. ex vna materia, quia mulierem de viro formauit, & ambos in natura fecit vnum, & quod vnū in natura sunt, confirmat Aplūs. Nā sicut mulier, prius de viro facta est, ita & vir post ea nascitur per mulierē. Oīa autem, postquā gradatim singula dixit vt omnia deo vni principio subijceret, addit, Oīa aut. f. & corpus & aīa vtriusq; Ex deo, auctore, Sunt, hoc iō dicit vt neq; mulier de subiectione doleat, nec vir de exaltatione superbiat. Vel ita. Verūtā. q. d. licet per mulierē præuaricatio cœperit, & viro subiecta sit, Verūtāmē nec vir sine muliere, nec mulier sine viro est in domino. i. fide Christi, quia non ita se habet vter. i. alter eorum in Chrō dño, vt admissio viro mulier excludatur a salute, neque admissa muliere vir excludatur. Reddit autē causam quod altero admissio, alter nō sit excludendus, subdens, Nā sicut mulier de viro ita vir per mulierem, hoc non mutatur. Vos aut. Quia Corinthij eius traditionem non seruauerant, propter quod superius eis succenset, vbi dicit. Laudo vos & c. Ideo non ex autoritate traditionis quā neglexerant suadet veritatem, sed ex natura quæ docet vt velatæ sint mulieres in ecclesia, vbi eas reuelatas esse illi patiebantur agentes contra sacramentum velationis & ordinationem creationis. q. d. & cum hæc prædicta ita sint, vos ipsi iudicate, istud, An decet mulierem non velatam, orare deum? nec ipsa natura docet vos. Natura nos docet, Quod id est quia, Vir quidem si comam nutriat, ignominia est illi. hic secundum legem locutus est, quæ prohibet virum esse comatum. Quod si quis opponat de Samuele, & prophetis veteris testamenti qui capita sua nō rondebant, cogitet quid intersit inter illud velamentum mysticū & hanc tonsuram. De Nazareis aliud est, quibus specialiter præceptū est in Deuterono. vt comā nutriant. Illud. n. velamentū. i. coma sanctorū idem significabat quod velamen positū super faciem Mosi. i. velamen lectionis veteris testamenti, hæc autē tonsura reuelationem euāgelicæ græ significat. Coma ergo Samuelis & prophetarū pro velamine veteris testamenti olim habita, nunc in reuelatione euangelij deponitur. De qua dicit Apostolus, Cū transferis ad Christū auferetur velamē. Mulier, si comam nutriat gloria ē illi. Ideo gloria est mulieri, quia naturaliter hoc habet pro velamine. vñ subdit. Quoniam capilli pro velamine ei dati sunt. Coma. n. indicium velaminis est, iō naturaliter hoc honestū est vt velata sit mulier, & obediat, vt naturę voluntas addatur, quæ ad hoc habet velamen vt reā se cognoscat, & subditam, & ideo gloria est illi, si comam habet, quia naturaliter habet. Ad hoc enim naturalis rō consentit, & iō vir non naturaliter comatus est, quia non est reuelandus, & lex etiam prohibet virum esse comatum. Si quis autem. Post rōnem redditā, vt vincat contentiosos ponit autoritatē, quia dissertatione non vult vt, sed autoritate. q. d. natura, etiā docet quod trado. Si quis aut videtur contentiosus esse. f. qui non vult adquiescere nobis: dicimus quod Nos, Iudæi. i. nos Apostoli qui de Iudæis sumus, Non habemus talem consuetudinem, neque ecclesia dei, de alijs gentibus ad fidē Christi vocata, id est nec Moses nec Christus sic docuit, scilicet vt vir velet caput & non mulier. Hoc autem, quod dictum est de velandis capitibus, Ego præcipio obseruari. Autoritate præcepti vtitur Apostolus, vt obtemperent. Valde enim iniquum est velle sibi obtemperari a minoribus, & nolle obtemperare maioribus. Et hic ostendit quædam esse de quibus nō est disputandum, sed authori præcipienti adquiescendum. Vnde ait, Hoc autem præcipio, scilicet vt non differatis solertia requiratur, sed præcipientis autoritas attendatur. Non laudans quod nō in melius, & c. Postquam egit de velamine capitis vbi plurimū a veritate deuabant, incipit de dominica cœna agere, in qua ipsi iidem multum peccata

Ambrosius.

Ambrosius. Ambro.

Ambros.

Ambrosius.

Augustinus de ope. mor.

August.

Ambrosius

Ambrosius Augu. Hieronymus Ambr.

Augustinus de ope. mōa.

bant. q. d. Quod dictum est de velando vel non velando capite, p̄ncipio utiq; Non laudans sed improbens, quod conuenitis ad dominicam cœnā, Non in melius. f. vt diceret, sed in deterius, id est non ad vsum perfecti onis, sed ad detrimentum damnationis, quod ex pluribus potest ostendi.

Primum quidem conuenientibus vobis in ecclesiam, audio scissuras esse inter vos, & ex parte credo. Nā oportet & hæreses esse, vt qui probati sunt, manifesti fiant in vobis. Conuenientibus ergo vobis in vnum, iam non est dominicam cœnam manducare.

Primum quidem, ex hoc, quod vobis conuenientibus in ecclesiam dei, quod exigit vnitatem charitatis, vt sicut ibi corporaliter conueniunt homines, ita & spiritualiter. f. affectu charitatis vnianitur, audio scissuras, id est discordias esse inter vos. Nota quod dicendo, Primum, ostendit quo primum malum dissensio est, vnde cætera oriuntur. Vbi. n. dissensio est, nihil rectum est, audio scissuras esse inter vos. Et. i. etiam. Credo, esse, ex parte. i. in quibusdam vestrum, quod non est inutile bonis. Nā oportet. i. vtile est etiā Hæreses esse, sicut erant in his qui dubitabant de resurrectione. scissuræ autem erant pro donis spiritualibus. Videns enim diabolus templum dæmonum deserui, & in nomen liberantis mediatoris currere genus humanum, mouit hæreticos qui sub vocabulo Christiano doctrinæ resisterent christianæ. Qui enim in ecclesia Christi morbidum aliquid prauumq; sapiunt, si correcti vt sanum rectiq; sapiant resistunt contumaciter, suaq; pestifera dogmata emendare nolunt sed defensare persistunt, hæretici sunt, & habentur in exercitiis inimicis. Et hi etiam sic malo suo profunt veris catholicis, dum de vti tur etiam malis bene, & diligentibus deū omnia cooperantur in bonum. Oēs enim inimici ecclesiæ vel errore cecati, vel malitia deprauati profunt, quia si accipiunt potestatem corporaliter affligendi, exercent eius patientiam: si vero male sentiēdo aduersantur, exercent eius sapientiam. Ab aduersario enim mota quæstio, discendi existit occasio. Multa quidem ad fidem catholicam pertinentia dum hæreticorum callida iniquitate exagitantur, vt aduersus eos defendi possint, & considerantur diligentius, & intelliguntur clarius, & prædicantur instantius. Extiterunt plures qui cælestium verborum simplicitatem pro voluntatis suæ sensu non veritatis ipsius absolutione suscipere rent, aliter interpretantes quæ dactorū virtus postulat. De intelligentia enim hæresis nō de scriptura est, & sensus non sermo crimen est. Hæreticorum enim genus callidū nō spiritu sapientiæ sed impatientiæ, dum pacē catholicā perturbant, in vsum cedat proficientium: secundum illud, filius eruditus sapiens erit, imprudente autem ministro vte tur. Vtatur ergo etiam hæreticis non vt eorum approbemus errores, sed vt catholicā doctrinam aduersus eorum insidias asserentes, vigilantiores, & cautiores simus. Pro sunt ergo nobis hæretici non verū docendo quod nesciūt, sed ad verū quærendū & aperiendū catholicos excitando. Ideoq; diuina providentia hæreticos esse multos permittit, vt cū insultant nobis & interrogant nos quæ nescimus, & sic excutiamus pigritiam, & diuinas scripturas nosse cupiamus. vnde ait, Oportet hæreses esse. Nō vult Apostolus nec optat vt hæreses sint: sed quia sic futurum ē, dicit, Et quia hoc vtile ē. Ad quid autem est vtile, subdit, vt nō tantum reprobis, qui dicunt ego sum pauli, sed etiam Qui probati sunt in vobis. i. inter vos. Sicut illi qui dicunt ego sum Christi, manifesti fiant hoībus. Hi enim deo probati sunt, qui bene possunt docere, sed manifesti hoībus esse nō possunt, nisi cū docēt. Docere autē nolunt, nisi eos qui doceri quærūt, sed multi ad quærendum pigri sunt, nisi per molestias & insultationes hæreticorū quasi de somno excitentur. Hæreticus vero est qui alicuius temporalis commodi, & maxime gloriæ principatusque sui gratia falsas ac nouas opiniones vel gignit vel sequitur, qui autē huiusmodi credit, imaginatiōe veritatis pietatis ac illustrus est. Conuenientibus & c. Hic redarguit eos de hoc quod corpus dñicū nō eo ordine sumebant quo sumi oportebat. Inter prædica enim vel post prandia eucharistiam sumebat quod ieiuni potius facere deberent. Huius autē rei faciendæ occasione sumpserunt ex eo quod dñs manducantibus discipulis accepit panē & bñdixit, & eis tradidit iā celebrato veteri pascha. q. d. Et quia in vobis scissuræ sunt, ergo Conuenientibus vobis in vnum, quod fieri quidē debet non tā corporū cōsortio quā cordium conglutino. Iam, id est ex hoc solo quod scissuræ sunt

Ambrosius.

Augustinus, de ciui. dei.

Idem in eo.

Augustin. de vera religioe

Augustinus, cōtra Manic.

Augusti. contra Manich. Quid sit hæreticus. Augu. de vti. credē.

A in vobis, Non est. i. non licet, Manducare dominicam cœnam. Vel, Iam. i. in præsentem hoc damnū habetis. f. quod Non est. i. non licet vobis, Manducare dominicam cœnam in futuro peius erit vobis. Dominicam cœnam dicit acceptionē eucharistiæ, quā non debent pransi sumere, vel mensis suis miscere, vt faciebant illi quos arguit Apostolus, sed ieiuni, in honorem tanti sacramenti. licet enim Christus post cœnā dederit discipulis suis corpus & sanguinem suum, non ideo tamen calumniandum est vniuersæ ecclesiæ, quod a ieiuniis semper sumitur. Nam saluator quo vehementius commendaret mysterij illius altitudinem, vltimum hoc voluit infigere cordibus, & memoriæ discipulorum, a quibus ad passionem digressurus erat. Quo autem ordine deinceps sumeretur, Apostolis per quos ecclesias dispositurus erat, seruauit docendum.

Augustinus ad Ianuariū.

August. in eodem.

Vnusquisque enim suam cœnam præsumit ad manducandū. Et alius quidem esurit, alius autem ebrius est. Nunquid domos non habetis ad manducandum & bibendum? Aut ecclesiam dei contemnitis, & confunditis eos qui non habent? Quid dicam vobis? Laudo vos, in hoc non laudo.

Vnusquisque enim. q. d. Ideo non licet vobis manducare, quia, Vnusquisque vestrum, contendit ante dominicam cœnam, Præsumit, non ad erogandum pauperibus, sed, Ad manducandum cœnam suam. Et alius quidem esurit, cui nihil datur. Alius autem ebrius est, cum sobrius esse deberetis. Multipliciter tangit eos, qui autem pransi sumebant corpus domini, & de prandio suo luxurioso nihil tribuebant esurientibus, & hoc faciebant in ecclesia. Nunquid non. q. d. Cœnam vestram manducatis ante dominicā, nec pauperibus tribuitis, sed Nunquid habetis domos ad manducandum & bibendum? q. d. in domibus potius hoc esset faciendū. Aut ecclesiam dei, id est domū orationis, Contemnitis? Quasi dicat, Quod vere facitis, & si non putatis. Et confunditis, id est erubescere facitis, Eos qui non habent, vtiq; facitis. Nota quod in ecclesiam homines sunt de quibus dicitur, vt exhiberet sibi gloriosam ecclesiam, hoc tamē nomine vocari ipsam domum orationis, Apostolus testatur dicens. An ecclesiam dei contemnitis, & hoc cotidianis vsus loquendi obtinuit, vt in ecclesiam prodire vel confugere non dicatur, nisi qui ad locū ipsum parietesq; prodierit, vel confugerit, quibus ecclesiæ cōgregatio cōtinetur. Vel aliter potest legi, Vnusquisque enim & c. Notat illos qui munera quæ offerrebant altaribus sibi resumebant, nec alijs non habentibus communicari sinebant. Offerrebant enim diuites panem & vinum abundanter, vt benedictione & consecratione sacerdotali consecraretur, & dominici corporis & sanguinis sacramentum cōfiteretur. Post celebrationem vero sacri mysterij, & consecrationem panis & vini suas oblationes vendicabant, & alijs non communicantes soli sumebant, vt inde etiam inebriarentur alijs esurientibus. q. d. ideo non licet nobis manducare dñicā cœnam, quia, Vnusquisque enim ad manducandum suam cœnam, resumēs totū quod obtulit. Et alius quidem esurit, alius autē ebrius est. Et ita agitis contra significationem, & ordinem sacramenti. Munus enim oblatū toti populi fit, id est vniuersis cōicari debet. Quia in vno pane oēs figurantur. Per id enim quod oēs vnum sunt, de vno sumere oportet. Hos ergo notat qui in ecclesia vbi causa vnitatis & mysterij conuenitur, suas oblationes causa dissensionis quam pseudo seminauerunt sibi vendicabant. Tantas enim dissensiones inter eos pseudo seminauerant, vt suas zelarent oblationes, & vendicarent, cū vna eademq; prece oim oblationes, & benedicerentur, & hoc ita faciebant, vt cæteri vñ offerrent non habentes, pudore confunderentur, non sumentes partem, & hoc tā cito agebant, vt supernæ mentes nihil inuenirent quod ederent. Et dū sic agerent domi potius hæc agenda dicit quam in ecclesia, subdens. Nunquid domos & c. quæ patent vsq; ibi. Quid dicā? q. d. Et cū hæc facitis, quid dicam vobis? Nō inuenio quid dignū sit vobis. Laudo vos, in alijs, sed, In hoc non laudo, id est in hoc nihil laudabile inuenio in vobis. Vel ita distinguit literam. Laudo vos in hoc? vtiq; non laudo. Sed vt corrigantur de errore suo, formam quæ a Christo in hmoi re data est, iterat subdens.

Augustinus in lib. quæst. Leuitica.

Ambrosius, Ambro.

Ambrosius.

Ambro.

Ego enim accepi a domino quod & tradidi vobis, quoniam dominus Iesus in qua nocte tradebatur accepit panem, & gratias agēs fregit & dixit, Accipite & manducate, Hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur, hoc facite in meam



commemorationem. Similiter & calicem, postquam cœnauit dicens, Hic calix D  
nouum testamentum est in meo sanguine. Hoc facite quotienscunque bibetis in  
meam commemorationem.

Ego enim, q. d. Ideo non laudo vos de hoc, quia corpus domini est quod sumere debe  
tis, & in eius commemoratione. Quod & ego & a domino accepi, id est didici, & vobis  
tradidi. f. Quoniam dominus noster Iesus Christus in qua nocte tradebatur, si iam im  
minente passione, in nocte enim passus, id est ad patiendum captus & detentus ad lu  
cem resurrectionis venit. Tunc inquam accepit panem & gratias agens, de reparatioe  
hominum sic futura, Fregit, vnũ oibus dedit, vt in vnitatem maneat, & dũ fregit, spõta  
neã suã passionẽ oñdit. Fregit autem in sacramento. f. secundũ quod videbatur, & inte  
grum esse a fidelibus credebatur. Et dixit, Accipite & manducate. f. vt conformes mi  
hi sitis. Ipsa enim sacramentalis assumptio capitis & membrorum vnionem designat  
& facit digne celebrata. Dixit etiam, Hoc, quod aliud videtur, Est corp⁹ meum. Illud  
idem substantialiter. Quod pro nobis tradetur. Non ergo quia non ad salutem accipit  
ideo minus est corpus & sanguis quod accipit. Hoc, quod dixi, Facite, id est corp⁹ meũ  
accipite & manducate. In meam commemorationem, id est in memoriam passionis &  
mortis meæ, vt sicut præcessi sequamini. Similiter. f. pro nostra salute & exhortatione

Augustinus

Et calicem accepit postquã cœnauit. f. iam finito veteri pascha dicens. Hic calix est  
nouum test. in meo sanguine. q. d. id quod continet hic calix, est meus sanguis, in quo  
effuso confirmatur no. testa. id est doctrina euangelica, quia testamentum in mortuis  
confirmatur. Vel, Est nouum test. id est noua promissio non temporalis sed æterni bo  
ni. In veteri enim lege carnalia offerebantur, & carnalia iuxta literam promittebatur  
In nouo autem vbi sacerdos est vicima, cœlestis est quod offertur, & cœlestis est quod  
promittitur. Testamentum enim nouum vel vetus, etiam in sacra pagina accipitur, si  
ue doctrina in qua continetur promissio, vetus vel nouum, siue ipsa promissio.

Augustinus.

Et dicit, Quotienscunque sumitis, facite in meam commemorationem, id est in me  
moriam passionis meæ & mortis. Ostendit Apostolus ex his verbis, mysterium eucha  
ristiæ inter cœnandum celebratum non cœnam esse. Medicina enim spiritalis est que  
cum reuerentia degustata purificat sibi deuotum, & memoria est nostræ redemptionis  
vt redemptoris nostri memores, maiora ab eo consequi mereamur. Et quia in morte  
Christi liberati sumus, huius in edendo & bibendo carnem & sanguinem memores eẽ  
debemus, in hoc consecuti nouum testamentum, quod est noua lex, quæ obediẽtem si  
bi, tradit cœlestibus regnis. Testamentum ergo sanguine constitutum est, quia benefi  
cij diuini sanguis testis est. Vnde ad tuitionem corporis & animæ percipimus, quia ca  
ro christi pro salute corporis, sanguis vero pro anima nostra sumitur, Et effusus est si  
cut præfigurauit Moses dicens, Caro, inquit, pro corpore nostra offertur, sanguis vero  
pro anima. Ideoq; non manducandũ esse sanguinem lex præcipit. Et quia de corpore  
domini plenior hic tractatus occurrit, breuiter quæ de sacramento corporis & sangui  
nis scienda sunt videamus. Itaq; dominus noster Iesus Christus de hoc mundo ad in  
uisibilia æternæ maiestatis transiturus celebrato sacramento veteris paschæ post typi  
cum agnum in vltimo corp⁹ suum & sanguinem in specie panis vini tradidit disci  
pulis. Vbi diligenter animaduertendum est quare post typici agni sacramentũ sui cor  
poris & sanguinis sacramentũ dedit Apostolis, & quare sub alia specie: & cum sub a  
lia, quare potius sub ista: & cum sub ista, quare sub duplici: deinde quare aqua admiscea  
tur: post quid a bonis & quid a malis sumatur: deinde que ibi videntur esse vel fieri, v  
trum vere sint vel non. Sciendum igitur ideo post celebratum vetus pascha, dominũ  
corpus & sanguinem suum dedisse discipulis, vt ostenderet veteris legis sacramẽta ces  
satura, inter quæ præcipuum erat agni paschalis sacramentum, & nouæ legis sacramẽ  
ta instituenda inter quæ excellit dominici corporis sacramentum. Ideoq; etiam post  
alia dedit, vt memoriæ discipulorum tenacius infingeretur, & ab ecclesia deinceps fre  
quentaretur. Sub alia vero specie ideo tradidit & a fidelibus deinceps sumendum insti  
tuit, vt fides haberet meritum quæ non est de his quæ videntur. Quia fides non habet  
meritum cui. h. r. præ. ex. Et ne abhorreret oculus quod teneret manus, & ne ab incre  
dulis nobis insultaretur, In hac enim specie tradidit quia res huius speciei expressam

Ambro.

Ambrosius

Nota.

A habet similitudinem cum vtraque re huius sacramenti, contenta. f. & significata, & nõ  
contenta. Res contenta. Res contenta & significata est caro Christi quã de virgine tra  
xit, & sanguis quem pro nobis fudit. Res aut significata, & nõ cõteta est vnitas eccle  
siæ in prædestinatis vocatis, iustificatis, & glorificatis. Hæc est duplex caro Christi.  
Vnde Hiero. ait. Dupliciter intelligitur caro Christi, vel illa quæ crucifixa est & se  
pulta, vel illa spiritualis atq; diuina de qua ipse dicit, Caro mea vere cibus est, & san  
guis meus vere est potus. Et item, Qui māducat meam carnem in me manet & ego in  
eo &c. Sunt itaque tria in sacramento consideranda, vnũ quod tantum est sacramen  
tum, alterum quod est sacramentum & res, tertium quod est res & non sacramentũ. Sa  
cramentum & non res est species visibilis panis vel vini. Sacramentum & res, caro  
Christi propria & sanguis. Res & non sacramentum est mystica Christi caro. Porro  
species illa visibilis sacramentũ est geminæ rei, contentæ. f. & significatæ. Sacramen  
tum vero est sacræ rei signum, & species illa vtranq; rem significat, & vtriusq; rei ge  
rit expressam similitudinem. Nam sicut panis præ cæteris cibus corpus reficit, & susten  
tat, & vinum hoĩem lætificat atq; inebriat, sic caro Christi interiorẽ hoĩem magis cæ  
teris gratijs spiritualiter reficit & sagnat, quem & sanguis spiritualiter lætificat, &  
sic inebriat, vt sobrium reddat. Vñ, Calix tuus inebrians, quam præclarus est. Habet  
etiam similitudinem cũ re significata tantũ, quæ est vnitas fidelĩũ. Quia sicut ex mul  
tis granis conficitur vnus panis, & ex pluribus acinis vinũ in vnũ confluit, sic ex mul  
tis fidelĩũ personis vnitas ecclesiæ constat, cuius etiam sacramentum est corpus Chri  
sti propriũ quod de virgine sumpsit. Quia sicut corpus Christi ex multis membris pu  
ris & ab omni macula peccati immunibus constat: ita & vnitas ecclesiastica ex multis  
personis mūdīs & imaculatis cõsistit. In cuius rei typo facta est arca domini de lignis  
techni, quæ sunt imputribilia, & albæ spinæ similia. Ecce quare in hac specie dedit.  
Cũ aut totus Chrũs sub specie panis totus sub specie vini sumat, cur nõ in vna sed in  
duabus dedit? Iõ vt ostenderetur Chrũs totã humanã naturã. i. aiã et corpus assum  
psisse, vt vtrũq; redimeret. Panis enim ad corp⁹ refertur, vinũ ad aiã, quia vinũ ope  
ratur sanguinem, in quo sedes animæ a physicis esse dicitur. Iõ ergo in duabus specie  
bus celebratur hoc sacramentũ, vt aiã & carnis susceptio in Chfo, & vtriusq; liberatio  
in nobis significetur. Iõ vero apponitur aqua, vt ostendatur nra redemptio facta per  
Christi passionem, & eius passio procurata pro nostra dilectione. Aqua. n. genus hũa  
num significat. Vñ in Apocalypsi, Aquæ quas vidisti populi sunt & gẽtes, quorum sa  
lus non posset esse sine passione dñi, nec dñi passio sine populi dilectione. Nisi enim  
nos diligeret, pro nobis se morti non traderet. Post hæc videndum vtrũ a bonis & ma  
lis corpus Christi & sanguis sumatur. Verũtũ ante hoc ostendi oportet verum corpus  
Christi esse in altari, quod a quibusdã incredulis esse negatur, quos et ipsa veritas con  
futat dicens, Accipite, hoc est corpus meũ: et sanctorũ authoritates in mediũ deductæ  
Ait. n. Ambrosius, Antequã cõsecratur panis est et vinũ, vbi aut verba Christi opera  
ta fuerint, corpus et sanguis Chri efficit. Itẽ, Sermo Chri qui potuit ex nihilo facere  
quod nõ erat, non põt ea quæ sunt mutare in id quod nõ erãt? Itẽ Eusebius. Inuisibi  
lis sacerdos visibiles creaturas in substantiam corporis et sanguinis sui verbi sui secre  
ta potestate cõmutat. Item, Est quidẽ etiam in pctõribus et indigne sumentibus vera  
Chri caro et verus sanguis, sed essentia, non salubri efficientia. Item, Multi accipiunt  
corpus dñi indigni: de quibus Aplũs. Qui māducat corpus dñi, et sanguinẽ bibit indig  
ne, iudicium sibi māducat et bibit. Per quod docemur quã sit eandem male accipe  
re bonũ. Ecce. n. factũ est malũ, dũ male accipitur bonum, sicut cõtra Apostolo factũ  
est bonũ cum bene accipitur malum. i. dũ stimulus Satanæ ei datur, et patienter portaẽ  
Ecce ex his sanctorũ testimonijs liquet verũ Christi corpus esse in altari, et nõ mō a  
bonis, verũ etiã a malis sumi. ¶ His aut quẽdã vident repugnare quæ silentio præter  
eunda nõ sunt. Ait. n. Augustinus. Bonus accipit sacramentũ et re sacramenti, malus  
vero sacramentũ et non rem. Ad quod dicemus, sacramentũ hic appellari corpus dñi  
de virgine sumptũ, re aut spũalem carnem Christi quæ est vnitas fidelium. Bonus er  
go accipit sacramentum. i. carnem Christi propriam et sanguinem, et rem. i. vnitatẽ fi  
deliũ, et grẽ augmẽtũ. Mal⁹ vero accipit sacrm. i. corpus Christi sub sacramẽto, et nõ  
rem. i. vnitatẽ ecclesiæ. Et est, Bon⁹ māducat spũaliter et facraliter. malus vero sacra  
n iij

Hiero.

Augustin. de  
sacramentis.

Eusebius,  
Emisenus,  
Gregorius,  
in li. dialo. iij  
Aug. de ver.  
euangeliũ.

Obiectio.



mentaliter tantū. Item, Nō māducās manducat, & māducans nō māducatur. i. non man-  
ducās sacramentaliter, manducat spūaliter: & māducans sacramentaliter, non man-  
ducatur spūaliter. Ad quod videtur illa collecta pertinere, Perficiant in nobis dñe quæsumus  
tua sacramenta quod continent, vt quæ nunc specie gerimus, rerum veritate ca-  
piamus, per dominum. i. vt sicut sub specie sacramentali carnem Christi sumimus, ita  
rei veritate. i. spūaliter carnē Christi sumamus. Vel aliter, Perficiant in nobis &c. i. per  
hæc sacramenta præsta nobis, vt qui Christum sub sacramento. videmus, & sumimus,  
in futuro eundem facie ad faciem, sicut est, videamus. Illud quoq; huic veritati cōtra-  
ire videt quod veritas dixit. Nō hoc corpus quod videtis manducaturū estis, & bibiturū  
illum sanguinem quem fufuri sunt qui me crucifigent, sed sacramentum aliquod cō-  
mendauit vobis. Ex his verbis calumniatores veritatis audaciā sumunt oblatrādi no-  
bis, quibus ne amodo errare liceat, illud inuolutū euoluimus. Nō hoc corpus &c. i. nō  
ī hac specie māducaturū estis, sed ī sacro nō morisib⁹ disceptū, & laceratū vt putatis,  
sed integrū & illesum. Cū autem panis vel vinū a sanctis dicat, & a cūctis fidelib⁹ cre-  
datur trāsire in substantiam corporis & sanguinis, quæ sit illa conuersio an formalis  
an substantialis quæri solet. Quod autem formalis non sit manifestū est, quia forma  
panis & vini remanet. Vtrū vero sit substantialis perspicuū nō est. Quidam enim di-  
cunt sic substātiā in substantiā trāsire vel cōverti, vt hæc fiat illa, nec illa auget, nec  
concedunt quod hæc esse illa vere dici possit. Alij autē sic dicunt, hanc in illā trāsire  
vel conuerti, quia sub illis accidentibus sub quibus prius erat substantia panis & vini,  
post consecrationem est substantia corporis & sanguinis, quibus tamen ipsum corpus  
non afficitur. Nos autem incerta relinquentes, quod ex autoritatibus certū est profi-  
temur. s. substantiam panis & vini in substantiā corporis & sanguinis dominici cōuer-  
ti, modū vero conuersionis ignorare non erubescimus fateri. De priori autē substantia  
quædam remanent, scilicet color, sapor, forma, pōdus, quæ prioris substātiæ accidētia  
fuerunt, quæ nec ipsum Christi corpus afficiunt, nec in eo fundantur. Si vero quæri  
De fractione etiam illa quæri solet, quæ ibi fieri videtur cuius rei vel in qua re sit: cū  
q; ibi non sit alia substantia quā corpus Christi, si in aliqua substantia est, in ipso cor-  
pore esse videtur, sed cōtra, cum ipsum corpus incorruptibile sit, quia immortale est  
impassibile, in ipso non posse esse videtur. Vnde & Chrūs redarguit carnalem sensum  
discipulorum, qui putabant Christi carnē sicut aliam in partes esse diuidendā, & mor-  
sibus lacerandā. Iō plures dicunt quod non est ibi fractio, sed vī tantū. Quibus obijci-  
tur quod Ambrosius ait, Nihil falsum putandum est in sacrificio veritatis, vel sicut sit  
in magorum præstigijs, vbi delusione quadam falluntur oculi, vt videant esse quod nō  
est. Ad quod illi dicunt, Non fallit nos visus nec fallitur, quod esset, si crederet sic frā-  
gi. vt videtur: nec illusio est, quia ad vtilitatem fidei, non ad deceptionem sic fit. Alij  
dicunt quod ibi sit fractio, non quidem in corpore, sed in ipsa forma panis sacramenta-  
li, quod videtur Apostolus velle dicens, Panis quē frangimus. Item Augustinus, Quā-  
do Christus māducatur vita manducatur, nec partes de illo facimus, & quidem in sa-  
cramento sic fit. Item. Vnusquisque partem suam accipit, per partes manducatur &  
manet integer. Ecce ex his patet quod integrum & incorruptū corpus CHRISTI  
manducatur, & si fractio vel partitio ibi est, non in ipso est, sed in sacramento esse vī.  
Alij dicunt quod ibi sit fractio & nullius rei, quia ibi nihil frangitur. Sicut. n. sunt ibi  
accidētia sine subiecto, sic mirabiliter potest ibi esse fractio in accidēti, & sine omni  
re quæ frangatur. Magnum est enim & inscrutabile istud mysterium. Vnde Ambrosi⁹  
Quid quæris naturæ ordinem in Christi corpore, cum præter naturam sit ipse dñi par-  
tus ex virgine, credere iubemur, discutere non permittimur. Sciendū etiam quod licet  
diuersæ sint ibi species panis & vini, non tamen duo sacramenta dici debent, sed vnū,  
quia sub vtraq; specie idem sumitur. Sciendū etiam quod in prolatione illoꝝ verboꝝ  
rū, hoc est corpus meum, & hic est calix: mysteriū cōsumatur, & panis in corpus Chri-  
conuertitur. ¶ Solet etiam quæri quale dederit Apostolis. dicemus quale tunc erat. i.  
passibile & mortale. ¶ Præterea quæri solet si nō est ibi substātiālis cōuersio vti quia-  
buldā placet, sed quodā locutiōis tropo dicatur trāsire vel cōverti hoc in illud: eo scia-  
licet quod sub illis accidētibus sumatur, sub quibus erat substātia panis & vini, quid

Obiectio.

Ambrosius.

A de ipsa substantia panis vel vini factum sit. Ad quod illi respondent, vel in præiacenti  
tem materiā resolutā, vel in nihilū redactā, quod potest ille facere qui de nihilo cun-  
cta creauit. ¶ Solet etiā quæri si aqua non apponatur obliuione, vel negligentia, an ita  
ritū sit. Quod cum de autoritate nobis certum non sit, sine assertionem quod nobis vi-  
detur, dicemus. Quod si nō aō introducēdi hæresim, sed obliuioe prætermittit, nō iō  
minus cōfici. Verūtā grauius puniendū est, nec Græci aquā addūt. Illud etiā sciendū  
quod a brutis animalibus corpus Chri non sumit, & si videat. Quid ergo sumit materia?  
quid manducat? Forte vel nihil, vel substantiā panis sub speciem suā reductam. Post  
hæc partes illæ quæ ibi videntur fieri quid significant videamus, Triforme est corpus  
Christi pars oblatæ in calicē missæ, corpus Christi quod iā resurrexit mōstrat, pars co-  
mesta, ambulans adhuc super terram, pars in altari vsq; ad finem remanens missæ,  
corpora sanctorum vsq; in finem seculi in sepulchris iacētia.

Sergio papa

Quotiescunq; enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem  
domini annuntiabitis, donec veniat, Itaque quicūque māducauerit panē & bibe-  
rit calicē domini indigne, reus erit corporis & sanguinis domini. Probet autē seip-  
sum hō, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit  
indigne, iudicium sibi manducat & bibit, non diudicans corpus domini.

Quotiescunq; &c. Hic exponit in quam Christi commemorationē sumatur, mor-  
tis. s. q. d. ideo debetis sumere in memoriam passionis. Quotiescunq; enim manduca-  
bitis panem hunc & calicem bibetis mortem domini, pro vobis factam, annuntiabitis  
.i. repræsentabitis quod vtiq; faciendum est, Donec, dominus, Veniat, ad iudiciū, quia  
hoc non mutabitur vsq; tunc, sicut sacramenta Iudæorū, & quia in commemoratione  
mortis debet sumi. Itaq; quicunq; manducauerit hunc panem, vel biberit calicem dñi  
indigne, reus erit corporis & sanguinis domini. Ecce ex his patet quod sancta obfunt  
malis, in bonis sunt ad salutem, in malis ad iudicium: vtiq; sanctum est quod accipi-  
mus, nec ideo reus est qui accipit, quia illa res mala est quam accipit, sed quia ille ma-  
lus male accipit, quod accipit. Quam cauendum est igitur male accipere bonum, quia  
male acceptū obest malis, sicut ediuerso, mala patienter portata profunt bonis vt Pau-  
lo angelus Satanæ, Attēde quod ait, Qui māducatur & bibit indigne. Indignus est qui  
aliter celebrat mysterium eucharistiæ quam a Christo traditum est, & qui non deuota  
mente accedit ad eucharistiā vel in voluntate peccandi manens. & ille talis, Reus est  
corporis & sanguinis domini, quia beneficium eius intuitū ducit. Vel, Reus est &c. id  
est de bono male sumpto maculam trahet. Iōq; recte A postolus cōsulit subdens. Pro-  
bet autē homo, id est examinet & purget seipsum, vt si peccata sunt cotidiana, vel non  
sint mortifera, & dimittat confratri accessurus ad altare: & dicat. Dimitte nobis debita  
nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. & sic securus accedens, De pane  
illo edat, & de calice bibat. Panis est salutaris, non venenū mortiferū quod edis. Sed  
vide si dimittis debitoribus, nam si non dimittis mentiris, & ei mentiris quem non fal-  
lis, mentiri deo potes, sed ipsum fallere non potes. Intus enim te inspicit & examinat  
Dico probet se quisq; nam qui aliter agit, mortem sumit. & hoc est quod subdit. Qui  
enim manducat & bibit indigne, vt qui in crimine est, vel qui irreuerenter tractat. In-  
dignum id est damnationem, Manducat & bibit, & hoc sibi non tibi. Secure ergo tole-  
ra malum bonus, vt venias ad præmia bonorum: non potest te inquinare malus. Nam  
& Iudas cum Petro conuersari potuit, sed eum inquinare non valuit, & ad ipsam do-  
minicam cœnam pariter accessit, sed Petrus accepit ad vitam, Iudas ad mortem. Non  
&c. q. d. Propter hoc iudicium manducat qui indigne manducat, quia non est, Diuidi-  
cans, id est discernens, Corpus domini, Ab alijs cibis, sed indiscrete & negligenter su-  
mit venerationem singulariter debitā, nō exhibēs. Per hoc docet deuote & cū timore  
accedendum esse ad communionem, quia dominus est cuius caro sumitur vt gratiā vi-  
deamur reddere redemptori. Quæritur an cotidie sit sumenda eucharistia an eligendi  
sint dies quibus homo purius continentiusq; viuēs ad tantum sacramentum dignus ac-  
cedat. Huic quæstioni recte respondet, qui monet vt præcipue in Christi pace permā-

Augu.  
super Ioanē

Ambr.

Ambrosius  
Augustinus  
super Ioannē

Augustinus.  
super Ioannē

Augustinus.  
Augusti.  
Quæstio.  
Au. utinus.  
ad Adrianū.

neatur, & vt quisque faciat quod secūdu fidem pie credit esse faciendū. Nā & zachæ<sup>9</sup> & Centurio cū alter Christum in domū suā gaudens receperit: alter vero dixerit, non sum dignus vt intres sub tectum meū, saluatorē honorificauerunt, licet diuerso, & quasi contrario mō. Ad hanc etiam similitudinem valet quod in antiquo populo vnicuique piorum manna secūdu propriam volūtatē in ore sapiebat, sic in ore cuiusq; christiani, Christi corpus vel cotidie, vel certis horis sumptum. Nam aliquis honorando nō audet cotidie sumere, & alius honorando non audet vllō die pratermittere. Cōtēptū solū non vult iste cibus, sicut nec manna fastidium, iō Apost. contra eos qui a cæteris cibus singulari veneratione hunc nō discernabant, ait. Qui manducat, & bibit in digne, iudicium sibi manducat & bibit. & addit, Non dijudicans corpus domini. Item quæritur quō hic aliquis manducans, dicatur iudiciū māducare cū dominus dicat, qui manducat me, ipse viuet propter me. Ad quod dicimus duos esse modos māducandi, vnū sacramentalem quo māducant tā mali quā boni. Alterum spirituales quo soli boni manducant: secundum illud, Quid est Chrūm manducare? Nō est hoc solū in sacramento corpus eius accipere, sed in ipso manere, & habere Chrūm in se manentem. Spūaliter. n. manducat, qui in vnitāte Christi & ecclesie quā ipsum sacramentū significat manet. Nam qui discordat a Christo, nec carnem Christi māducatur nec sanguinē bibit, & si sacramentū tantæ rei ad iudicium cotidie accipiat. De hac spiritali manducatione ait Augustinus, Vt quid paras dentem & ventrem? crede & manducasti. Iō in ter vos &c. Hic imaginē iudicij futuri ostendit in eos, qui inconsiderate corpus dñi accipiunt, vt hinc cæteri discerent non inultum esse corpus domini irreuerenter accipere, & exemplo illo territi emendentur. q. d. quia indigne sumunt.

Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi. Quod si nos ipsos dijudicemus, non vtique iudicemur. Dum iudicamur autē a domino, corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur. Itaque fratres mei cū cōuenitis ad manducandū, inuicem expectate. Si quis e furit, domi manducet, vt non in iudicium, conueniatis. Cætera autem cum venero disponam.

Ideo inter vos multi infirmi, febribus & alijs infirmitatibus. Et imbecilles, lōga in ualitudine. Et multi dormiunt, id est moriuntur morte corporali, hoc autē fit ad correctionem aliorum, Quod si vos. q. d. Ita hæc mala ex indigna assumptione veniunt. Sed si mentis nostræ tribunal ascendentes accusante cogitatione. & teste conscientia Nosmetipsos dijudicemus, pœnitendo & timore tanquā carnifice nos torquēte, quæ si quidam animæ confitentis sanguis per lachrymas profluere. Nō iudicemur, id est non puniremur a deo. Nam quicumq; se iudicauerit non damnabitur. Versetur ante oculos imago iudicij futuri, & ascendat homo aduersum se tribunal mentis suæ, cōstituat se ante faciem suam atq; constituto in corde iudicio assit accusatrix cogitatio, & testis conscientia, & carnifex timor, inde quidam sanguis non confitentis per lachrymas profluat. Postremo ab ipsa mente sentētia talis proferatur, vt se indignum homo iudicet participatiōe corporis & sanguinis domini, vt qui separari a regno timet per vltimam sententiam, ad tempus per ecclesiasticam disciplinam a sacramēto cælestis panis separetur. Indigne enim accipit, si tunc accipit cum debet agere pœnitentiam. Ergo si prius se iudicet, & seueritate pœnitentiæ se exerceat, vt a seipso iudicatus non iudicetur a domino. Peccata enim siue parua, siue magna sint, impunita esse non possunt quia vel homine pœnitente, vel deo iudicante plectuntur. Cessat autem vindicta diuina, si confessio præcurrat humana. Vnde ait, Si nosmetipsos dijudicemus, non vtique iudicemur, id est non puniremur vel prædictis infirmitatibus, vel pœna æterna. Dum iudicamur autem, quasi dicat, Dico non iudicemur, sed nec iudicium temporalis pœnæ alijs est inutile, quia dum iudicamur. His temporalibus pœnis, A domino corripimur, secundum alios, quia timore pœnæ nostræ alij emendantur. In paucis enim est omnium emendatio. Vel nos ipsi corripimur pœna nostra qua iudicamur, id est, punimur. Quia eisdem etiam qui patiuntur pœna propria est aliquando purgatio, vt propheta Abdo, qui prohibitus ab altero propheta comedit, sicut legitur in libro Regum, Hæc dicit dominus, quia inobediens fuisti, & non cu-

Augustin. in ser. de blas. spūs sancti. Aug. de ver. euangelii. Augu. in li. ser. pro. uerb. Intellige. Ambro.

Ambro. Augu.

Augustinus

Augustinus. de pœnitent. Augu.

Augustinus. ad Ianuariū. Augu. de li. s. pro.

Ambrosius.

Ambr. Augustinus. ad Paul. nom. episcopum.

A stodisti mandatum quod præcepit tibi dominus, & reuerfus es, & comedisti panem, & bibisti aquam, vbi præcepit tibi ne comederes vel biberes, non inferetur cadaver tuum in sepulchro patrum tuorum. Dicitur enim fuerat illi, vt in Samaria prædicaret, & nō ibi comederet. Ipse tamen comedit ibi. Vnde illud minatur ei dominus per alterū prophetam, quia & si post mortem nō est pœna, nihil sensuro cadaveri, tamen secundum humanum affectum quem habebat ad carnē suam, potuit inde terri vel contristari viuus, de eo quod nō erat sensurus mortuus, Et per hoc inobedientia potuit puniri, ne ad supplicium tartareum eius anima raperetur. Vnde subdit, Vt nō &c. q. d. Ideo iudicamur vel corripimur a domino, Vt nō dānemur cum hoc mūdo. i. cum infidelibus. Nā quasi infidelis est qui inconsiderate ad mensā domini accedit. Itaq; fratres mei, ne similibus pœna vobis contingat. O fratres mei cū conuenitis, ad similitudinē dominicę cœnæ. Ad manducandū corpus domini, inuicem expectate, & ieiuni, dum omnes conueniant vt multorū oblatio in simul celebretur, & omnibus ministretur. Sed si quis esurierit, & impatiens nō vult expectare, Manducet domi, suos cibos. i. pane terreno pascat, nec post eucharistiā sumat. Ideo ita ordinate & sine schismate faciendū est vobis, vt nō conueniatis in iudicium dānationis. Cætera autē. q. d. Hoc tenete quod dixi, cætera autem de eodem, id est quæ ad eiusdem sacramenti ordinem pertinent. Cum venero disponam, sed his carere non potestis. Ecce caput vestræ salutis ordine agendum ostendit, vbi si erratur, non leue est peccatum. Cætera vero quæ ad ædificationē ecclesie pertinent in aduentu suo ordinare permittit.

Aliter in historia.

Idem in ecc.

Ambrosius.

Ambro.

Ambro.

Ambro.

CAPVT XII.

**D**E spiritualibus autē, nolo vos ignorare fratres. Scitis autē quoniam cū gentes essetis, ad simulacra muta prout ducebamini euntes. Ideo notum vobis facio, quod nemo in spiritu dei loquēs, dicit anathema Iesu. Et nemo potest dicere dominus Iesus, nisi in spiritu sancto.

De spiritualibus &c. Postquam docuit qualiter mysteriū eucharistiæ celebrari oporteat: agit de donis spiritus sancti, pro quorum maioribus alij superbiebant, & minores inuidebant, & desperabant, quasi nunquam habituri. de quibus etiam indistinctæ sentiebant, quia maioribus minora præponebant. vt linguas. Atqui etiam spiritui sancto non attribuebant dona quæ habebant, sed hominibus vel idolis. q. d. de illis post disponam, scilicet cum venero. Sed, De spiritualibus, id est de donis spiritus sancti, Nolo vos, o fratres ignorare, quod veritas habet, vt nō sit schisma, sed pax inter vos. Scitis, antequā dona spiritus sancti distinguat, de fonte singulari omnium illorum, id est de spiritu sancto prius agit. Et dicitur, quia omnia bona sunt a spiritu sancto, præmittit simile in contrario dicens, Scitis, vt experti, Quoniam cum essetis gentes, id est gentiliter viuentes, vos eratis, Euntes, nomen est, quasi assidui, in hoc verbo assiduitatem notat. Ad simulacra muta, cui impietati ratio repugnat, Prout ducebamini, a malo ligno spiritu. Nota quod spiritualia illis traditus apostolus priorem conuersationem eorum memorat, vt sicut fuerunt, tunc imago idolorum, ita nunc sint imago dei. Ideo notum &c. Quia rationem spiritualium ignorantes per singula charismata, hominibus magis quam deo gloriam dabant, nescientes hæc dona a spiritu sancto ministrari, ideo in omnibus ostendit laudem dei esse & gratiam, vt sicut cum imago idoli fuerunt totum malum, sicut ex homine nō bonum, vt tunc putabant, ita nunc ex spiritu dei omnia bona esse credantur. Dicit ergo. Ideo notum &c. q. d. quia scitis quod malus spiritus vos retractos a bono duxit, ad tam irrationabile malum. i. idololatriā. Ideo. i. per hoc facile, Notū vobis facio, quod per spiritum dei abstinetur a malo, & fit bonum. & hoc est quod ait, Hoc inquam notum facio, Quod nemo loquens in spiritu dei, cogitando, loquendo, operando. Dicit similiter tribus modis, scilicet corde, ore, & opere. Anathema Iesu. i. aliquam separationem a Iesu. i. quodlibet peccatum mortale per quod separetur a Iesu, operatur, quod est dicere per spiritum sanctum. Abstinetur a malo, tunc qui se abrupit a Christi corpore, nō habet hoc a spū sancto. Vel ita, nemo loquens in spiritu dicit animo verbo facto. Anathema, id est separationē, vel blasphemiam, cui,

Ambro.

Augustinus. super Ioan.

Augustinus.

Augustinus  
de ser. in mō.

Ambrosius  
Ambro.

Ambro.

Ambrosius.

Iesu, vt dicat eū, vel nō esse à deo, vel minorem deo. Et nemo, quantum scūq; sit, Potest dicere, vere. i. cogitatione, verbo & opere, Iesus, est, Dominus, & ego seruus eius sum. Nisi in spiritu sancto. i. nisi per spiritum sanctum. Proprie enim dicit ille qui voluntatem & mentem suam sono vocis enunciat. Proprie ergo apostolus posuit hoc verbū quod est, Dicit, significans voluntatē & intellectum dicētis. Dominus vero idem verbum secundū generalē modum dicendi, posuit dicens, nō omnis qui dicit mihi, Domine domine intrabit regnum cælorū, secundū quem modum etiā dicitur dare, qui nec vult, nec intelligit quod dicit, sed ille proprie dicit qui vult, & intelligit quod nemo potest, Nisi in spiritu sancto, quod est dicere, bene operari, & omne bonū est per spiritū sanctū: tunc maior nō despiciet minore, quia nihil habet nisi à spiritu sancto. Per hęc apostolus illos vehemēter redarguit qui hoībus diuina beneficia tribuebāt, ostendens nullū beneficiū esse humanū, sed donū dei, dum dicit nemo, In spiritu loquens, dicit anathema Iesu, quæ vox ex humano errore est, vt omne falsum, & nemo dicit Iesus est dominus, nisi à spiritu sancto, à quo est omne verū. Omne enī verū à quocūq; dicatur, à spiritu sancto est. Nō enī adulatione hoīm Iesus dicitur dominus, vt est in idolis, quę ex hoībus dij vocātur, cū nō sint. Homo enī inuenit, vel diabolus, vt deus dicatur qui nō est, sed quod Iesus dicitur dominus, spiritus sanctus veritate professum est. Nō est ergo fauor hominū & beneficiū quod Iesus dominus dicitur, sed donū dei, qui mysteriū suum hoībus declarauit: nec qui hoc dicit prestat beneficiū religioni, sed accipit, vt gratia hominū, cum quod idola dij dicūtur cum nō sint. Vnde & antistites eorū hominibus subiecti sunt. In regula vero Christiana aliter est, quia non prestant religioni beneficium dicentes deum esse Iesum, sed accipiunt vnde humiliari debent, vt patiantur se argui, non quærant adulationibus deliniri.

Diuisiones vero gratiarum sunt, idem autem spiritus. Et diuisione ministrarionum sunt, idem autem dominus. Et diuisiones operationum sunt, idem vero deus qui operatur omnia in omnibus. Vnicuique autem datur manifestatio spiritus, ad vtilitatem. Alii quidem per spiritum datur sermo sapientiæ, alii autem sermo scientiæ secundum eundem spiritum. Alteri fides in eodem spiritu, alii gratia sanitarum in vno spiritu, alii operatio virtutū, alii prophetia, alii discretio spirituum, alii genera linguarum, alii interpretatio sermonum.

Ambr.

Augustinus.

Diuisiones &c. Præmissio fonte gratiarum ipsas gratias diuisas ostendit. q.d. Hoc est commune omnibus quod nemo potest vitare malum & facere bonum nisi per spiritū. Sed diuisiones gratiarum. i. gratiæ diuisæ sunt. Non ergo minor desperet, nec maior superbia dum audit gratias. Gratias autem hic appellat diuersos gradus, & ordines qui sunt in officijs ecclesiæ. Sic enim qui dicit Iesus & dominus, ex gratia habet: ita in officijs ecclesiæ, gratia est quæ non est diuisa per tres personas, sed indiscrete trium personarum. i. patris & filij & spiritus sancti, vnum est opus, quas personas subsequenter significat per tria nomina quæ ponit. f. spiritus dominus deus. Vel gratias hic dicit ipsas virtutes gratis à deo datas, sicut fidem, spem, & huiusmodi. & est, Diuisiones gratiarū. i. donorū spiritus sancti. f. virtutes quæ gratis dantur. Idem autē spiritus est dator omnium, & que quantum ad se benignus omnibus. Et diuisiones ministrarionū sunt, quibus alij alijs subseruiāt. Idem autē dominus. f. filius dans singulis pro arbitrio suo. Et diu. ope. sunt, quia & sunt opera maiora, & opera minora. Idē vero, dator. f. Deus, pater. Nota qd prius virtutes significauit, dicēdo gratiarū, quarū effectus significat dicēdo, Nimis, & Operationū. Earū enī effectus sunt, quantum ad proximos ministratio, quantum ad se, operatio, Quod vero dicit singulariter, Spūs; dñs deus, eadē prorsus substantia deitatis intelligit, sed trinitas i personis. Ne vero pater & filius & spūs sanctus, alia & alia separatim operari viderētur, ex eo quod spiritui gratias, & dño ministratio nes, & deo operationes supponeret, omnia referens ad vnum deum, subdit, Quod deus operatur omnia, necessaria, In omnibus, non vni omnia tribuit, sed in omnibus omnia operatur, vt quod non habet, quis in se, habeat in alio, & sic maneat charitas & humilitas. Si enī humilis es & amas vnitatē, tibi habet quisquis in illa aliquid habet, tolle inuidiam & tuum est quod habeo: tuor separar, charitas iungit. Sicut in huma

Augustinus  
Super Ioan.

A no corpore oculus solus videt, sed non sibi soli, sic spiritum sanctum habes, si ecclesiā amas. Amas autem si in eius compage consistis, & charitate. Hęc charitas est donum spiritus sancti, quod superat omnia, vt post dicit. Vnicuique autem. q.d. Diuersa sunt dona, & non ad meritum alicuius hominis singulariter dantur, sed ad vtilitatem ecclesiæ ædificandæ, quod ita ait, Vnicuique autem datur manifestatio spiritus. i. gratia, per quam patet quod in eo est spiritus sanctus. Ad vtilitatē ecclesię, qui etiā minor qui est in ea prodest. Nota quod: deus cū sit natura incorporea & incōmutabiliter viuā, æterna stabilitate in se ipso manens totus adest rebus omnibus, & singulis totus, sed in quibus habitat, habet eum pro suæ capacitatis diuersitate, alij plus, alij minus, quos ipse sibi dilectissimum templum suæ bonitatis ædificat, de quibus exequitur apostolus per partes determinans quod dixerat. Alii quidem per spiritum, non per meritum, Datur sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ secundum eundem spiritum. Distingue inter sapientiam & scientiam. Sapientia est in contemplatione æternorum. Et quid est in æternis nisi deus? cuius solius immutabilis est natura. Scientia vero est in actione temporalium. Vnde Iob, Ecce pietas est sapientia. Abstinerē à malis scientia est. Pietatem hoc loco posuit dei cultum quæ græce dicitur theosebia. Et quis cultus est nisi amor & cognitio eius, Scientia vero quam dixit esse abstinerē à malis? rerum proculdubio temporalium est, quia in temporalibus mala sunt, in quibus caute & prudenter conseruandum est. Cui autem datur sapientia, quasi sol: est: cui scientia, luna in nocte seculi: illi quibus cætera datur, stellę sunt, quia & hęc in nocte necessaria sunt. Vnde in psalmo. Solē in potestate diei: lunā & stellas in potestate noctis. Et nota quod non simpliciter ait, Alii datur sapientia, alij scientia, sed ait sermo sapientię & sermo scientiæ. Per hoc significans, quia nō solū datur sapientiā. i. de diuinis intelligētia, & scientia de humanis, sed etiā earū sermo, vt alijs possint eloqui. Alteri, datur, Fides. i. constantia fidei vel sermo. In eodem spiritu, Vide quod & fides inter dei munera est, nō ergo sola charitas, sed charitas cum fide à deo nobis est. Alii datur, Gratia sanitarum. i. curandi infirmos, & hoc in vno, Et eodem, omnibus, Spiritu. Alii operatio virtutum, id est miraculorū quę sunt contra naturā. Alii prophetia, scilicet prædicere futura. Alii discretio spirituum, vt discernat quod audit, quo spiritu, bono an malo dicatur, quia etiā diabolus bona seductorie dicit. Alii genera linguarum, id est loqui diuersis linguis. Alii datur, interpretatio sermonum, id est linguarum vel visionum, vt Ioseph, vel sermones sunt allegoricæ pronuntiationes quæ sunt in prophetis & in euangelij.

Ambrosius

Augustinus  
ad Dardanū  
de præsentia  
dei

Intellige

Augustinus  
de trinitate

Augustinus

Augustinus  
in lib. retracta.

Augustinus

Hęc autem omnia operatur vnus atq; idem spiritus, diuidens singulis prout vult. Sicut enim corpus vnum est, & membra habet multa, omnia autem membra corporis cum sint multa, vnum tamen corpus sunt, ita & Christus. Etenim in vno spiritu omnes nos in vnum corpus baptizati sumus siue Iudei, siue gentiles, siue serui, siue liberi, & omnes in vno spiritu parati sumus. Nam & corpus non est vnum membrum, sed multa. Si dixerit pes, quoniam non sum manus, nō sum de corpore, num ideo non est de corpore? Et si dixerit auris, quoniam non sum oculus, non sum de corpore, num ideo non est de corpore? Si totum corpus oculus, vbi auditus? Si totum auditus, vbi odoratus?

Hęc autem omnia, & si diuersa sint. Operatur spiritus sanctus vnus, in substantia cū patre & filio. Atq; idem, id est inuariabilis. Ecce quod supradixit tres operari, hic spiritum sanctum agere profertur, quia vnus naturæ sunt, quod vnus operatur, tres operantur. Itaq; spiritus sanctus cooperator est patris & filij. Ideo autem dixit, vnus atq; idem spiritus, ne tot putentur quot opera sunt, non quod sine patre & filio spiritus operetur. Inseparabilis enim est operatio trinitatis, ita vt cum operatio patris dicitur, nō eam sine filio & spiritu sancto intelligatur operari: & cum operatio filij, non sine patre & spiritu sancto: & cum operatio spiritus sancti, non sine patre & filio. Vide quod apostolus dicit hic spiritum sanctum dare dona. Alibi vero dicit, quia datus est, Christus etiā ait, Accipite spiritum sanctum &c. Ideoq; ammonendi sunt legentes, quoniam niam donū dei iam vident dictum spiritum sanctum, domino dicente, Accipite spiritum

Ambro.

Augustin. in  
psal. cxviii  
Augo. de blas  
phemia spiri  
tus sancti.

Augustinus  
de trinitate



## P E T R V S L O M B A R D V S .

sanctū. **U**t cum audiūt, dici donū spiritus sancti, illud genus locutionis agnoscat, quo dicit apostolus, in expoliatione corporis carnis. Sicut enī corpus carnis nihil aliud est quā ipsa caro, ita donū spūs sancti, nihil aliud est quā spiritus sanctus. Augustinus de fide ad Petrū. De spiritu sancto nondū tam copiose ac diligēter disputatū est à doctis & magnis diuinæ scripturę tractatoribus, vt intelligi facile possit ei9 propriū, quo proprio sit, vt eū nec filiū, nec patrem dicere possimus, sed tantū spiritū sanctū, nisi quod donum dei esse prædicā, vt deū credamus, nō seipso inferius donum dare. In tantum ergo donū dei est, in quantū datur eis quibus datur. Apud se autē deus est, & si nemini datur, quia deus erat patri & filio coeternus, antequā alicui daretur, nec quia illi dant, & ipse datur. Ideo minor est illis. Ita enī datur sicut dei donū, vt etiam seipsum det sicut deus. Nō enī dici potest, nō esse suę potestatis, de quo dictum est, Spiritus vbi vult spirat. Cū enī datur à patre & filio, sua volūate datur. Et ipse idem oīa operatur, Diuidens singulis, nō ipse diuisus, Prout vult, sicut qui deus est, qui solus nouit, quid conueniat, & gratis dat, nō ad meritū. Vnde nec minori est dolendū de maiori dono alterius, nec maiori superbiendū contra minorē. Augustinus de fide ad Petrū. De spiritu sancto nondū tam copiose ac diligēter disputatū est à doctis, & magnis diuinę scripturę tractatoribus, vt intelligi facile possit, eius propriū quo proprio sit, vt eū nec filium, nec patrē dicere possumus, sed tantū spiritū sanctū, nisi quod donū dei esse prædicant, vt deum credamus, nō seipso inferius donū dare. Sicut ei, q. d. ideo diuersis dona diuersa dat. Quia, Sicut corpus, humanū vnū est coniunctione mēbrorū, Et habet multa, diuisa, Membra, omnia autem membra, corporis, Cum, id est quauis sint multa, Vnum, tamen, Corpus sunt, subministrando, ita & omnes fideles, Sunt Christus, vt non dicam corpus Christus, quia ipse Christus sunt, tam minores quā maiores. Caput enī & corpus dicitur Christus propter ineffabilē vnitatē capitis & membrorū.

**E**tenim vos omnes. Ostendit quomodo corpus Christi vnū sit. i. quomodo omnes fideles vnū sint. q. d. per hoc vnū sumus. Etenim, id est quia. Nos omnes siue Iudæi siue Gentiles, qui sunt natione diuersi. Siue serui siue liberi, qui sunt cōditione diuersi, Baptizati. i. abluti, In vno spiritu sancto sumus, ducti, In vnū corpus. i. in hoc vt possumus vnū corpus vnanimis, per illum vnū spiritum, vt totum corpus hominis vna anima vegetatur: Ita ei vnus spiritus sanctus, facit omnia in mēbris corporis Christi, sicut vna anima videt in oculo, audit in aure, & in ceteris omnibus omnia facit, & etiā per hoc sumus vnū corpus, Et, id est quia, Omnes sumus potati, in acceptione diuersorum donorū spiritus. Et hoc, In spiritu sancto, cooperante qui omnia dona ad vnum efficiendū dirigit. Et ideo nullius persona vel contēnenda, vel præferēda est, quasi ex se perfecta sit, nec hominibus gloria dei dāda, quia vnus & idem deus in omnibus operatur. Nam &c. Ostēdit per similitudinem humani corporis, vnitatem corporis Christi, id est ecclesię habere varietatem officiorum, & diuersitatem hanc non tollere vnitatem, sicut humani corporis vnitatis, non in singularitate consistit, sed in multis membris vt inuicem sibi præstent quod debent. q. d. bene omnes fideles sunt vnum corpus, Nam & corpus humanum cui ecclesiā similis est, non est, Vnum membrum, sed multa, ita in ecclesiā non omnes vnus officij, & doni sunt, Et quia vnus spiritus dat omnia. Si dixerit pes, id est aliquis cui donum inferius datum, Quoniam non sunt manus id est tam dignus vt ille cui operatio virtutum datur. Non sum de corpore, num. Vel, Non ideo non est de corpore, quia enim de primis non est? Non ideo non est necessarius, & similiter, Si dixerit auris, id est ille qui habet scientiam, Quia, Non sum oculus, id est tam dignus vt ille qui habet sermonem sapientię, Num, vel, Non, sum, De corpore, ideo non est de corpore? est vtiq; quia si non est illud potest esse aliud. Item, Si totum corpus esset oculus, vbi esset auditus? id est auris. Et, Si totum esset auditus. i. auris, Vbi esset odoratus? id est nares per quod intelligitur ille cui datur discretio spiritū. q. d. si in ecclesiā omnes essēt vnus officij, quomodo impleretur necessitas corporis, cuius gubernationi diuersis opus est.]

Nunc autem posuit deus membra, vnūquodque eorum in corpore sicut voluit. Quod si essent omnia vnum membrum, vbi corpus? Nunc autem multa quidem membra, vnum autem corpus. Non potest autem dicere oculus ma-

nui, opera tua non indigeo: aut iterum caput pedibus, non estis mihi necessarii. **A** Sed multo magis quæ videntur membra corporis infirmiora esse, necessario-  
ra sunt. Et quæ putamus ignobiliora membra esse corporis, his honorem abundantiorē circūdamus. Et quæ inhonesta sunt nostra, abundantiorē honestatem habent. Honestas autem nostra nullius egent. Sed deus temperauit corpus, ei cui de erat abundantiorē tribuendo honorem, vt non sit schisma in corpore, sed in idipsum proinuicem sollicita sint membra. Et si quid patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra, siue gloriatur vnum membrum, congaudent omnia membra. Vos autem estis corpus Christi, & membra de membro. Et quosdam quidem posuit deus in ecclesia, primum apostolos, secundo prophetas, tertio doctores, deinde virtutes. exinde grātiās curationū, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, interpretationes sermonum. Nunquid omnes apostoli? nunquid omnes prophetæ? nunquid omnes doctores? nunquid omnes virtutes? nunquid omnes gratiam habent curationum? nunquid omnes linguis loquuntur? nunquid omnes interpretantur?

Nunc autem. q. d. sed propter incōuenientia hæc vitanda, Nūc posuit deus. i. prouidentia & rationabili voluntate aptauit membra diuersa in corpore, vt nihil desit illi, ita & in ecclesia diuersas personas quibus tribuit munera diuersa, Et vnūquodq; eorū mēbrorū, scilicet maius vel minus posuit. In corpore. i. in constitutione corporis, Sicut voluit, id est sicut sibi visum est, modo multa mēbra sūt in corpore. Quod si essēt omnia vnum mēbrū, vbi, esset Corpus. quod nō nisi diuersis subsistere potest: q. d. non modo periret multitudo sensuū, sed etiam corpus. Ita si in ecclesia omnes essēt vnus officij, & indignitatis nō dicerētur membra, neq; corpus. Nunc autē ne corpus pereat

**M**ulta quidem membra sunt, vnum autem corpus est, de omnibus. Non potest autem. q. d. Diuersa sunt membra, sed maiora non possunt dicere minoribus quod eis nō egeant. Et hoc est quod ait, Non potest autem dicere oculus manus, opera tua non indigeo. Quia si oculus præuidet, manus operatur. Aut iterum caput pedibus, non potest dicere, Non estis mihi necessarii, ita in ecclesia, potior non potest dicere inferiori, non es mihi necessarius. Potest enim aliquid humilis, quod non sublimis. Potest ferrum quod non potest aurum, ipsa etiam dignitas non subiectis contemptibilis est. Officium est enim per quod dignitas constat. Magnus imperator necessarium habet exercitum, ideoq; subdit, Sed multo magis membra corporis quæ videntur infirmiora esse, id est iustiora, Necessaria sunt, aliquando, & ideo ipsa inferiora à superioribus non debent sperni, sed amplius honorari: vnde subdit, Et quæ putamus ignobiliora esse membra corporis, his circūdamus abundantiorē vestimentorum ho. Ita & minus dignus in ecclesia exhortatio necessaria est, quia illis aliquis honor datur vt fiant vtilis. Et quæ inhonesta vestra sunt, vt pudenda, Habent abundantiorē honestatem, à vobis celantibus ea. Attende quod ait inhonesta. Absit vt in membris sanctorum sit aliqua turpitudine: sed dicuntur inhonesta, quia non habent eam speciem decoris, quam habent ea quæ in promptu sunt, vel propter legem membrorum quæ de peccato venit, non de prima institutione nostrę naturę, vltus membrorum illicitus turpis est, non membra ipsa. Ita & in ecclesia illi qui per aliquod peccatum inhonesti sunt, abundantius adiuuantur cōsolationibus & orationibus vt honesti fiant. Vel per inhonesta mēbra significantur quidā fratres, qui cum sint inhonesti egestate & habitu, habent tamē abundanter honore, quia sunt aliquando vite mundioris. Honestas autem vestra, mēbra, quæ per se satis honoris habent, Nullius egent, eorū quæ illis inhonestis sunt, sed per ea sunt alia honoranda, ita & fratribus in quibus studiū peritę cōuersationis ornauit honestas, nihil est quod à nobis addat. Sed deus. q. d. honestas nullius egent, & inhonesta egent. Sed hæc, fecit, Deus qui temperauit corpus, qualiter? Tribuendo, per digna mēbra, Abundantiorē. i. ampliorē, Honorē, ei, mēbro cui in se deerat honor, Vt, ita Nō sit schisma. i. discordia, In corpore, humano, vel in ecclesia vbi debet esse vnitatis, Sed oīa mēbra, potius, Sollicita sint, in rebus agēdis, Pro, se, Inuicē sollici

Ambrosius: Ambro.

Ambro: Ambro.

Augo. contra Faustum

Ambrosius:

ta sint dico, ita vt tendant. In idipsum, id est in id sollicitudinis, quod sit ipsum, id est indifferens vt non minus pro alio quam pro se sollicita sint, vnde subdit. Et si quid patiatur in aduersis, vnum membrum, Compatiuntur, id est compati debent, Omnia membra, quasi suum sit malum. Hoc de membris corporis ambiguum non est, quia si oculus vel pes capitur aliqua aegritudine, totum corpus condolet, ita & nos decet condolere fratribus, si quid aduersitatis emerferit, & letari si bene cesserit. Vnde subdit, Siue gloriatur, de bonis, Vnum membrum, omnia membra congauident, & quasi quis diceret. Quid ad nos ista? Respondet subdēs, Vos autē estis corpus, fidei vnitatem, Christi, id est capitis, Et membra, pendentia, De membro, id est de Christo capite, & comembro nostro, Vel pendentia à me, Membro cuius prædicatione instituta estis. Ecce ostendit aperte nostram se causam per membrorum carnalium rationem tractasse. Et quosdam, hic determinat de donis dei quæ sint altiora & quæ sint inferiora, quia de his putabant Corinthij quod minus esset maius, & quod maius esset minus. Et exponit infidelibus diuersitatem quam dixit esse in membris, dum subdit, Et quosdam quidem, id diuersos, posuit deus in ecclesia, primum, dignitate & tempore, Apostolos, vice Christi prædicantes, & omnium ordinatores, & iudices. Secundo prophetas, scilicet mysteria scripturarū, vel futura reuelantes, & ait de illis qui post aduentum Christi fuerunt, non qui eum pronuntiauerunt, quos qui vult nosse, actus apostolorum legat. Tertio doctores, id est præcepta viuendi dantes, vel qui pueros literis imbuunt. Deinde virtutes, id est eos qui miracula faciūt, Exinde gratias curationum, id est eos qui infirmos curant. Et, Opitulationes, id est eos qui maioribus ferunt opes, vt Titus apostolo, vel archidiaconi episcopis, Gubernationes, scilicet minorum personarū prælationes vt presbyteri sunt, qui plebi documento sunt. Genera linguarum. Ecce donū dei est multas scire linguas. Et nota quod vltimum ponit illud quod illi primum ponebant. Nunquid enim, q. d. Diuersis hæc dantur, & recte, quia non omnibus omnia danda sunt, quia sic non essent, quibus hæc officia seruiret. quod ita ait, Nunquid omnes sunt apostoli? nunquid omnes prophetæ? nunquid omnes doctores? nunquid omnes virtutes? nunquid omnes gratiam curationū habent? nūquid omnes linguas loquuntur? nunquid omnes interpretantur? scripturas vel linguas? non vtiq; sed qui hæc in se non habet, amet in alijs, & in his iam hæc habet quæ in se non habet.

C A P V T XIII.

**A** Emulamini autem charismata meliora. Et adhuc excellentiorem viam vobis demonstro. Si linguas hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut æsonans, aut cymbalum tinniens. Et si habuero prophetiam, & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiam, & si habuero omnem fidem ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum.

**A** emulamini autem. Explanauit reddita ratione quare diuersas habeant gratias, nec totum alicui concedatur. Et exemplo humani corporis spirituale corpus insinuat, ac per hoc in omnibus deum benedicendum ostendit. q. d. diuersa sunt dona. sed de his, Aemulamini, id est desiderate, Charismata meliora, id est vtiliora, non linguas vt soletis. Et adhuc, gradatim illos ad vtiliora prouehit. Ostendens prædictas gratias, nō semper ad meritum pertinere, sed ad honorificentiam dei. Ideoq; nunc meliorem viam eis ostendit, id est charitatem, quasi dicat, prædictæ gratiæ in corpore Christi sunt. Et adhuc, s. præter prædicta, Demonstro vobis viam, eundi ad deum, id est charitatem, Excellentiorē, prædictis, quia maius omnibus donum est. Quia prædicta non semper ad meritum pertinent, sed ad honorem dei ostendendum gentibus. Vnde in fine his qui dicēt, Domine in nomine tuo prophetauimus, & dæmonia eiecimus, & virtutes fecimus: dicit dominus, Recedite à me nō noui vos operarij iniquitatis. Si linguas hominum lo. Probat quod charitas est excellentior alijs, quia hæc alia sine ea non valent, & ea sine istis valet, quod ita ait incipiens à lingua. Si linguas hominum loquar, quod aliquando datur alicui ad gloriam dei, non ad meritum. Et angelorū distingue,

**A** Linguas hominum, minus scientium, Et angelorum, id est perfectorum hominum. Vel, Linguas hominum, omnium, scilicet. Et angelorum, quibus angeli præpositi significant minoribus, quod de dei voluntate primum sentiunt, quod sit aliquibus nubibus aut signis. Vel, Linguas angelorum, quibus scilicet ad homines missi vtuntur. Si inquam hæc faciam, Charitatem autem non habeam, qua potest carere omnibus linguis loquens, Factus sum velut æsonans, quod inutiliter sibi cōtunditur. Alijs vero significat. Aut cymbalum tinniens, quod sibi non prodest. Alios vero delectat, nescientes. Et est apta comparationis similitudo. Quia sicut cymalum & cymbalum impulsu aliquo non per se resonant, sic loquens linguas, non per se qui nescit quid loquatur, sed virtute spiritus, profert ea quibus audientes mulceat. Respice ad munera ecclesiæ, vniuersis excellentius charitatis munus cognosces. Charitas enī fons est proprius & singularis honorum cui alienus non communicat, quæ charitas, vt oleum non potest premi in imo, sed superexcellit. Attende quāta est charitas quæ si desit frustra habentur cætera, si autē assit alicui habentur omnia, vel in se, vel in alijs: quam cū habere coeperit, spiritum sanctum habebit: quam si nō habuerit, sine spiritu sancto erit. Et sicut corpus sine anima mortuum est, sic anima sine charitate mortua deputabit. Hęc est enim vestis nuptialis qua induti cōiugē, securi discumbunt. Hac veste pellitur frigus, quo frigebat Petrus calefaciēs se ad prunas Caiphæ. Hęc sola est quæ diuisit inter filios regni & filios perditionis. Datur quidē & alia per spiritū munera, sed sine charitate nihil profunt. Nisi ergo tantū impertiatur cuiq; spiritus sanctus, vt eū dei & proximi faciat amatorē, à sinistra nō transfertur ad dexteram, nec spiritus sanctus proprie dicitur donum, nisi per dilectionem qua cetera tenentur. Vnde dominus ait, Qui habet dabit ei, & qui nō habet, etiā id quod habet auferet ab eo: quia qui habet charitatē, addet ei: qui vero nō habet, & si ad tempus habet, hæc dona auferunt. Habet quod gratiam possidendi nomen Christianum, sed nō habet charitatē vtendi re nominis: & ideo quod habet auferetur. Et si habuero prophetiæ, futurorū, quā & mali habuerunt, vt Balaam & Saul, & Caiphæ. Et si nouerim mysteria omnia, id est occulta noui & veteris testamēti, quæ etiā mali noscūt, vt Iudas cū apostolis. & diabolus qui vt Iezechiel dicit mysteria diuina nouit, cū in paradiso dei illum fuisse, & præciosos lapides habuisse testatur, sed nihil illi profuit, quia sine charitate in superbiā profuluit. Et si nouerim omnem scientiam, diuinam & humanā, vt scribæ & pharisæi: vnde dominus ait, Vos habetis clauem scientiæ, sed nec intratis, nec alios intrare sinitis. Et si habuero omnē fidem, de omni re vnde est habenda. Fidē, dico ita perfectā, Vt montes transferam, ad literam, vel dæmones à patientibus, Charitatē autē nō habuero, nihil sum, id est nihil mihi prodest ad vitā. Et si illa magna sint, habent illa vtiq; etiā mali, quæ & confitebuntur in iudicio vbi non audebunt etiam mentiri: quibus non dicitur, non habuistis, sed non noui vos, quia sine charitate habuerunt.

Et si distribuero in cibos pauperū omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Charitas patiens est, benigna est. Charitas non æmulatur, non agit perperam, nō inflatur, non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt, nō irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congauidet autem veritati. Omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Charitas nūquam excidit, siue prophetiæ euacuabuntur, siue linguæ cessabunt, siue scientia destruetur. Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus.

Et si distribuero omnes facultates meas. i. quicquid mihi licet habere, In cibos. i. in necessaria, Pauperū, nō diuitum qui reddunt. Et nota quod ait distribuero. Per hoc enī cautela elemosinæ docetur, vt nō vni sed multis datur, vt pluribus proficit. Et si tradidero corpus meū, vt Laurentius fecit, Ita vt ardeam. Vel, At. quod & iactāter sit aliquādo. Charitatē autē non habuero, nihil mihi prodest. Sine charitate quippe hoc potest esse, sed nō prodesse: sicut & opera bona, nō ex quantitate sui, sed ex charitate plus vel minus profunt. Impar quidē facultas est multū vel parū dāti, sed nō impar chari-

Ambrosius.

Ambro. Ambr.

Augustinus.

Ambr.

Ambr.

Ambrosius.

Ambrosius.

Augustinus in psal. ciiii.

Augustinus Super Ioan.

Augustin. de miraculis. v.

Augustinus de trinitate

Augustinus Ambrosius.

Ambro.

Augustinus Ambr.

Augustinus de trinitate Augu. in psal. cxx.



tas, & ideo tantū est dare calicem aque, quantū fuit Zachæo dare dimidiū patrimonij. **D**  
 In charitate dinoscitur discipuli Christi, nō in prophetia, fide, & alijs. Dilectio enim  
 quæ est ex deo, & deus proprie spiritus sanctus est, per quem in nobis diffunditur deus  
 Augustinus  
 Attende. charitas, per quē nos tota inhabitat trinitas, quo circa, rectissime spūs sanctus cum sit  
 deus, vocatur etiā donū dei. Charitas patiens est &c. q. d. Item charitas ideo dignior est,  
 qui hæc bona affert. Charitas. n. patiens est, habitu patientiæ in anima, Benignā est,  
 Augustinus  
 tur, si prospere cedit, Nō est ambitiosa, id est non vult alijs præponi, Non quærit quæ  
 sua sunt tantū, sed quæ aliorū. Vel, Non quærit quæ sua sunt, id est ablata sibi nō re-  
 petit, quia nō est amatrix pecuniæ. Non irritatur. i. non pronocatur ad iram, & nō so-  
 lūmodo nō nocet alicui, sed nō cogitat malū. Nō gaudet super iniquitate, sed dolet vi-  
 dens aliquē ruere in iniquitatē. Congaudet autem veritati, id est operibus iustitiæ, vel  
 Augustinus.  
 verbis veritatis. Omnia suffert, in actu pro veritate, sicut in Noe apparuit, qui multa su-  
 stinuit. Omnia credit, quæ veritas suadet, sicut in Abrahā apparuit, qui credidit deo  
 vocanti & promittenti. Et nota quod ait, Omnia credit, nō dicit omnibus, quia nō om-  
 Augustinus.  
 nibus, sed deo tantum credit. Omnia sperat, quæ veritas promittit, vt apparet in anti-  
 quis patribus. i. in populo Israel, qui sperauerūt habere quod promittebat deus. Omnia  
 Augustinus.  
 sustinet. i. promissa omnia patienter expectat, sicut apparet in ipso capite, id est in Chri-  
 sto, qui patienter expectauit gloriā resurrectionis & ascensionis. Hæc sunt arma quibus  
 miles Christi armatur, cuius armaturæ, quasi præcipua arma præmisit patriam & beni-  
 gnitatē. Quarū altera illata à proximis mala equanimiter portat, altera sua bona pro-  
 ximis desiderabiliter ipedit. Mens quippe sanctorū in hoc tentationis prælio, & muni-  
 ta patientiæ clypeo & gladio amoris accicta ad mala ferēda sumit fortitudinē, & ad re-  
 pēdenda bona erigit vnitatē, quatinus & odiorū tela potētē excipiat, & amoris iacula  
 August. super  
 Ezechi.  
 Gregorius,  
 in moralibus  
 valenter reddat. Nō enī ad bella armatus pergit, qui aut clypeū sumēs gladijs nō vti-  
 tur, aut vtens gladijs clypeo non communitur. Vnde & miles dei aduerūtatis bello de-  
 prehensus, & scutum patientiæ debet anteferre, & ad prædicandum promptus amoris  
 iacula inferre vt vincat. Charitas &c. q. d. per hoc charitas est dignior. Quia charitas  
 nūquam excidit, id est nec in hoc seculo, nec in futuro finitur. & si opera eius cessent.  
 Si enim credendo & sperando diligimus quod nondum videtur, quanto magis cum vi-  
 debitur. Non excidet dico, siue prophetiæ, futurorum, Cessabunt, vel euacuabunt  
 in futuro, quando omnia præsentia erunt. Siue linguæ cessabunt, in futuro. Quid  
 enim alicui diceretur, vbi omnes eadem intelligent, siue scientia, quæ modo per spe-  
 culum est, destruetur, cum per ipsam rem erit. Ex parte enim, quasi dicat, ideo pro-  
 phetia & scientia destruentur, quia ex parte sunt. Ex parte enī, id est imperfecte deū,  
 Cognoscimus, & ex parte, id est imperfecte prophetamus.

Cum autem venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Cū  
 essem paruulus, loquebar vt paruulus, sapiebam vt paruulus, cogitabam vt par-  
 uulus. Quando autem factus sum vir, euacuauī quæ erant paruuli. Videmus  
 nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco  
 ex parte, tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum. Nunc autem manent,  
 fides, spes, charitas, tria hæc, maior autem horum est charitas.

Ambro.  
 Oppositio. Cum autē. q. d. scientia est ex parte & prophetia. Sed omne quod est ex parte est, eua-  
 cuabit. i. destruetur, cū venerit, Quod perfectū est. i. destruetur imperfectio nostra, nō  
 id quod verū est euacuabitur. Destructio imperfectiois est, quādo id quod imperfe-  
 ctum est, implebitur in verum. Hic opponitur à quibusdā, quod eadē ratione charitas  
 debeat dici euacuari, quia modo ex parte est. i. imperfecta, cōparatione futuri status.  
 Ad quod quidā dicunt non ipsam scientiā, id est ipsum donum scientiæ euacuari, sed  
 modū, quia nunc cognoscimus enigmaticē, & per speculum. i. vmbrautiliter & obscu-  
 re, tūc autē per speciem, id est clarissime. Sed ad hoc inquit illi, sic & modo imperfe-  
 ctē diligimus, tūc autē perfectissime. Ergo modus diligēdi euacuabit. Sic ergo chari-

**A**tas potest dici euacuanda vt scientia. At quod illi. Verum quidem est quod de cha-  
 ritate sicut de scientia omnis imperfectio tolletur. Sed sicut duo sunt diligenda, id  
 est deus & proximus, ita & duo sunt principales modi diligendi, scilicet vt deus. pro-  
 pter se, & proximus propter deū diligatur. Hicque modi in futuro nō euacuabuntur, sed  
 modus imperfectiois tolletur. Sciendi autem modus ænigmaticus, & specularis pe-  
 nitus tolletur. Alij dicunt non solum modum scientiæ, sed etiam actum, siue ipsam  
 scientiam quæ nunc est, in futuro euacuari. De actu quidem & vsu ipsius scientiæ,  
 probabile est quod euacuetur. De ipsa vero scientia non adeo, scientia enim est ipsa  
 mentis qualitas, cuius actus est visio ipsa, qua videmus nunc, à qua ad aliam perdis-  
 cemus. Vnde Augustinus, Scimus quia cum apparterit, sicut ait Ioannes, similes ei  
 erimus, quia videbimus eum sicut est. Hæc visio nobis promittitur, ad hanc visionē  
 erudimur. Ad hanc cor mundamus. Vel ex parte esse dicitur cui aliud succedit. At  
 Augustinus.  
 de ser. quodā.  
 vt ait Augustinus in libro de doctrina Christiana fidei succedit species quam videbi-  
 mus, & spei succedit beatitudo ipsa ad quam peruenturi sumus. Charitas vero augebi-  
 tur potius, nec ei aliquid succedet. Destruetur tamen in quantum ex parte est, quia de-  
 Augustin. in  
 psal. cxlviii  
 finet esse ex parte, sed nec ipsa, nec eius actus destruetur. Omne ergo quod ex parte  
 est, destruetur, vel ex toto, vt fides & spes: vel ex parte, vt scientia, cuius actus & mo-  
 dus destruetur. Et charitas, cuius quidam modus tolletur, sed non ipsa, nec eius actus,  
 nec quidam modus. Hoc autem quod dixit per similitudinem ostendit, subdens, Cum  
 essem paruulus, loquebar vt paruulus, id est more paruuli, Sapiebam, humanas res.  
 Vt paruulus, cogitabam vt paruulus. Quando autem factus sum vir, id est perfecte  
 B ætatis. Euacuauī, id est postposui omnia, Quæ erant paruuli. Similiter & nos. Vi-  
 demus nunc, de deo, Per speculum, id est per imaginem obscuram. Videmus enim  
 Augustinus.  
 de trinitate  
 aliquas creaturas, in quibus aliqua similitudo dei relucet, & hoc satis obscure. Et, In  
 ænigmate, id est per obscuram allegoriam. Attende quod addidit in ænigmate, quod  
 vtique multis incognitum est, quia eas literas nesciunt, in quibus est doctrina de locu-  
 tionum modis, quos græci tropos vocant, quo vocabulo etiam nos vtimur pro latino.  
 Vt enim schemata vitatiū dicimus quam figuras: ita vitatiū tropos quam modos.  
 Est autem allegoria, tropus quidam huius tropi, id est allegoriæ sunt plures species,  
 quarum vna est quæ dicitur ænigma. Aenigma vero est vt breuiter explicem, nō om-  
 nis, sed obscura allegoria. Proinde quantum mihi videtur sicut nomine speciali ima-  
 ginem significauit, ita nomine ænigmatis similitudinem quantum obscuram, & ad per-  
 spiciendum difficilem. Vtrobique igitur nomine similitudines significatæ sunt, quæ  
 valent ad intelligendum deum. Licet obscure. Nunc enim imagines veritatis per si-  
 dem videntur, tunc res ipsæ. Vel speculum est anima, in cuius aliquo modo deum co-  
 gnoscimus. Sed in ænigmate, id est obscure. Tunc autem videbimus, Facie ad fa-  
 ciem, id est manifeste à simili recto vultu se intuentium. Est enim quædam visio hu-  
 ius temporis, erit altera visio futuri. Ista est per fidem, illa erit per speciem. Et, Nūc,  
 non solum alij, sed etiam ego ipse, Cognosco ex parte, id est obscure, imperfecte,  
 Tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum, id est videbo promissa, sicut videor à  
 C promittente, id est cognoscam deum, sicut & ipse me cognouit, scilicet sicut ipse est.  
 Hoc est præsentem esse ad deum, vbi Christus est, Vel, Cognoscam sicut & cognitus  
 sum, id est sicut præscitum sum cognoscere, quod est secretum. Nunc autem, quasi  
 dicat. Tunc cognoscam, sed nunc vt ad id perueniam, Manent hæc tria, quasi dicat,  
 quæ pauca sunt, sed multum vtilia, scilicet, Fides, spes, charitas, quibus scientia &  
 prophetia militant, sine quibus nullius iusti est vita perfecta, quæ tamen in his, etiam  
 Augustinus  
 de doctrina  
 Christiana.  
 Augustinus  
 comparatione futuri imperfecta est. Maior autem his. Vel, Horum est charitas, quæ  
 his discedentibus permanebit aucta, cui fides & spes hic non possunt deesse, sed fides  
 & spes sine charitate possunt esse, quantum non sit pia fides, vel spes sine charitate. Et  
 quia maior alijs est charitas. Ergo,

CAPVT XIII.

**S**Et amini charitatem, æmulamini spiritualia, magis autem vt prophe-  
 tis. Qui enim loquitur lingua, non hominibus loquitur, sed deo.  
 Nemo enim audit. Spiritus autem loquitur mysteria. Nam qui pro-  
 phetat, hominibus loquitur ad ædificationem & exhortationem, &



consolationem. Qui loquitur lingua, semetipsum edificat, qui autem prophetat, ecclesiam dei edificat. Volo autem omnes vos loqui linguis, magis autem prophetare. Nam maior est qui prophetat quam qui loquitur linguis, nisi forte interpretetur, vt ecclesia edificacionem accipiat.

Ambrosius.

Ambro.

Augustinus  
super Gene.

Augustinus  
super Gene.

Augustinus  
Augustinus

Sectamini toto desiderio, Charitatem, quæ est dulce & salubre vinculum mentium sine qua diues pauper est, & in qua pauper diues. Et, Aemulamini etiam, id est desiderate alia, Spiritualia, id est alia dona spiritus sancti. Sed post charitatem magis autem desiderate, Vt prophetis, quam loquamini linguis, id est magis prophetias quam linguas. Et ita vere faciendum dum est. Qui enim loquitur lingua, incognita & peregrina, Non hominibus loquitur, id est intelligentiæ hominum. Et ita ex hac re nullus est, eis profectus, sed deo cuius laudes dicit, qui & intelligit, ideo non hominibus loquitur. Enim, id est quia. Nemo, qui sit, Homo, id est carnalis. Audit id est intelligit quæ dicit, Spiritus autem, quasi dicat. Et quia nemo intelligit, certum est quod non ipse homo, Sed spiritus sanctus loquitur, per eum, Mysteria, scilicet de deo secreta. Vel ita, Qui enim, vt aliter accipiatur lingua, & fiat distinctio inter spiritum & mentem, quia enim in lingua, id est in membro illo corporis quod mouemus, in ore cum loquimur, signa rerum dantur, non res ipse proferuntur. Ideo trãflato verbo linguam hic dicit prolacionem, vbi sunt significaciones velut imagines rerum, quæ vt intelligantur indigent mente, id est intellectu mentis. Dum vero non intelliguntur, dicuntur in spiritu, non in mente. Mens autem hic accipitur superior vis animæ, spiritus vis eiusdem, animæ inferior mente, cui rerum imagines imprimuntur. Lingua ergo est quælibet signorũ prolatio, quo cum intellectus accedit, quæ est mentis, vel reuelatio fit, vel agnitio, vel prophetia, vel doctrinæ de quibus subsequenter ager. Et sciendum quia loquens lingua, aliquando non intelligebat, aliquando intelligebat, sed alijs exponere non valebat, sed aliquis forte interpretabatur aliquando, & videbat, & intelligebat, & interpretabatur. Vt verbi gratia. Pharaon in spiritu vidit septem spiricas, & septem boues, illorũque prolatio, quasi lingua fuit, sed non intellexit quid significarent. Ideoque propheta non erat. Proinde cui signa per aliquas rerum corporaliũ similitudines demonstrabatur in spiritu, si non intelligerentur, nondum erat propheta. Magisque propheta dicendus est, qui interpretatur quod alius videt, quam is qui videt, vt Ioseph magis quam Pharaon. Pharaon vidit spiritu, Ioseph mente: illius spiritus informatus est vt videret imagines: huius mens illuminata, vt intelligeret veritatem. Et ideo in illo erat lingua, in isto prophetia: quia in illo rerum imaginatio, in isto imaginationis interpretatio. Minus est ergo propheta qui rerum significatarũ solo spiritu præuidet imagines, & magis est propheta, qui solo earum intellectu præditus est. Sed maxime propheta, qui vtroque præcellit, vt qui videt in spiritu significaciones, & eas mente intelligat, vt Daniel, qui & sonum regis quod viderat dixit, & quid significaret aperuit. Nam & ipsæ etiam imagines in spiritu eius expressæ sunt, earum intellectus reuelatus in mente est. Secundum hoc prosequere literam, quasi dicat. Ideo magis desideranda est prophetia quam lingua, Quia, Qui loquitur lingua, id est qui profert aliqua signa sine intellectu, Non hominibus loquitur, sed deo. Hoc non mutatur. Et vere non hominibus. Nemo enim audit. nec hoc mutatur. Spiritus autem, hominis non mens, Loquitur mysteria. Vel, Spiritu, alia litera, non mente, Loquitur, ille, Mysteria. Spiritus hic potest intelligi animæ vis inferior, cui imagines rerum & verborum insiguntur. Nam &c. quasi dicat, bene de isto dico quod nõ loquitur hominibus. Nam qui prophetat, mente intelligendo, & interpretationes aperiendo, id est qui exponit scripturas quæ multis occultæ sunt. Hominibus loquitur, id est intelligentiæ hominum. quod valet, Ad edificacionem, insipientium, Et exhortationem, prouectorum, Et consolationem, desolatorum. Ideo item melius est prophetare quam loqui linguis. Quia, Qui loquitur lingua, quod est loqui spiritu, Semetipsum edificat, si tamen intelligit. Qui autem prophetat, quod est loqui mente, Ecclesiam edificat, quantum ad se. Quauis autem sic prophetiam linguæ præponam, tamen, Volo vos omnes loqui linguis, quod est donum dei. Et ideo magis volo, non

A prohibeo, Magis, autem volo vos, Prophetare, quam linguis loqui, quia plus prodest. Quare magis volo hoc? Nam, id est quia, maior est, id est dignior qui prophetat. Quam qui loquitur linguis, nisi forte interpretetur, id est exponere valeat, quod dicit, quod raro est. Interpretetur dico, Vt ecclesia accipiat edificacionem.

Nunc autem fratres, si venero ad vos linguis loquens, quid vobis prodero, nisi vobis loquar aut in reuelatione, aut in scientia, aut in prophetia, aut in doctrina? Tamen quæ sine anima sunt vocem dantia, siue tibia, siue cithara, nisi distinctionem sonituum dederint, quomodo scietur id quod canitur, aut quod citharizatur? Etenim si incertam vocem det tuba, quis parabit se ad bellum? Ita & vos per linguam nisi manifestum sermonem dederitis, quomodo scietur id quod dicitur? Eritis enim in aera loquentes. Tam multa vtputa genera linguarum sunt in hoc mundo, & nihil sine voce est. Si ergo nesciero virtutem vocis, ero ei cui loquar barbarus, & qui loquitur mihi barbarus. Sic & vos quoniam æmulatores estis spirituum ad edificacionem ecclesiæ, quærite vt abundetis. Et ideo qui loquitur lingua, oret vt interpretetur. Nam si orem lingua, spiritus meus orat, mens autem mea sine fructu est.

B Nunc autem, dixi quod maior est qui prophetat quam qui loquitur lingua. Hoc autem in meipso autem videre potestis, quod lingua non prodest vbi prophetia prodest. Quia, o, Fratres si venero nunc, quando fideles estis ad vos, Linguis loquens, quid vobis prodero? nihil. Quid ergo tunc lingua proderat, quando infideles eratis? Quid inquam prodest, Vbi loquar vobis aut in reuelatione, scilicet vt exponam vobis reuelationem. Reuelatio est vbi per figuras ostenduntur quædam mysteria, vt in Apocalypsi. Quid ergo prodest nisi signis, id est linguæ accesserit intellectus, vt non spiritu tantum, sed & mente agatur? Nihil. Aut in scientia, scilicet vt exponam ea quæ ad sciendum pertinent, ea sunt quæ fidem illuminant, vt de natura deitatis. Aut in prophetia, scilicet vt exponam scripturam quæ de futuris agit. Aut in doctrina, scilicet vt exponam scripturas quæ mores informant. Vel reuelatio est, subita aliquarum rerum ostensio per spiritum facta: vnde post ait. Si cui sedenti reuelatum fuerit &c. Prophetia est vt Esaiæ vel cæterorum, quam sine humana industria spiritus sanctus reuelat. Scientia est eorum quæ proprio studio didicit, doctrina eorum quæ alio docente affectus est. Tamen &c. Per similitudinem quorundam inanimatorum ostendit linguas sine prophetias inutiles esse, quasi dicat. Per me ostendi linguam nõ valere sine interprete. Per me dico qui sum rationalis, tamen per inanimata idem possum ostendere. Quia quæ sine anima &c. Vel ita continua, quasi dicat. Quauis linguas appetatis, tamen illa, Quæ sine anima sunt vocem dantia, scilicet, Siue tibia, siue cithara, nisi dederint distinctiones sonituum, distinctos & intelligibiles sonos. Quomodo scietur quod canitur, tibia, Aut quod citharizatur, id est quis indicare poterit modos, vel consonantias citharæ. Et enim. Item per aliam similitudinem idem ostendit, quasi dicat, vere de istis nescietur, quia nec de tuba. Etenim si tuba det incertam vocem. Iudæis erat vsus tubæ in festis & bellis diuersis sonis. Si ergo det incertam vocem, scilicet quæ bellum non significet, Quis parabit se ad bellum? quia si dicat. Vox illa nescitur, id est non intelligitur, quod effectus indicat, quia nemo se parat ad bellum. Ita & vos, loquentes, Per linguam, quorumlibet signorum, vel incognitam, Nisi sermonem manifestum, per interpretationem, Dederitis, qui de betis ad bellum contra demones homines hortari, Quomodo scient, id est intelligant, Id quod dicitur à vobis, nullo modo. Et vere nescietur, Eritis enim loquentes in aera, id est ad aures hominum inanis aeris ictu, non ad corda hominum intellectu. Ideo eritis loquentes in aera, quia tam multa eritis loquentes, Vt puta, multa, sunt Genera linguarum, in hoc mundo. Multæ quidem sunt linguæ in mundo, sed habent proprias significaciones vocũ vt intelligantur. vnde subdit, Et nihil est sine voce. Quod totum est dicere, tantum valet hæc locutio, ac si omnibus linguis lo-

Ambro.

Ambro.

queremini, quas nullus vnquam intelligeret, & de omnibus rebus in vnaquaque lingua, quia nulla res est sine sua voce, in vnaquaque lingua. Vel ita distingue literam. Ideo nescitur. Quia, Eritis in aera loquentes. Nam multa vt puta, multa sunt. Genera linguarum, in hoc mundo: Et in singulis linguis nihil est sine voce, id est quia loquimini omnibus linguis, & de omnibus rebus. Si ergo quasi dicat quia alij sine interprete non intelligerent, Ergo si, Nesciero virtutem vocis. i. interpretationem significationis vocis quam profero, Ero barbarus, id est non intellectus ei, Cui loquar, id est quem instruere debeo. Et ille qui loquitur, id est qui instruit, mihi est barbarus, id est non intellectus. Vel, Qui audit, Alia litera, cui sensui potest aptari etiam illud, Qui loquitur, vt passiuè accipiatur: vt sit sensus, Qui loquitur, id est qui instruitur. Vel qui audit, quod est idem, Erit mihi barbarus, id est nec ipse me, nec ego ipsum intelligo. Sic & vos &c. quasi dicat. Sicut dico de me quod ero barbarus sine interpretatione, Sic & vos, eritis barbari sine interpretatione: & ideo quærite, Vt abundetis, donis, ad ædificationem ecclesiæ, quod est per interpretationem. Hoc ideo dico, Quoniam estis æmulatores spirituum, id est desideratis dona sancti spiritus. Vel sub vna distinctione potest legi, hoc modo. Sic, id est propter hoc ne sitis barbari, Et vos vt ego, quærite, Vt abundetis ad ædificationem ecclesiæ, quoniam æmulatores estis spirituum. Et ideo, quasi dicat & quia ædificare debetis, Ideo & qui loquitur ling. oret deum, Vt interpretetur, id est interpretandi gratia sibi detur. Vel, Sic oret, id est sic loquatur, vt etiam, interpretetur, id est exponat. Nam si alter fecerit, non valet, & hoc est quod subdit, Nam si orem, id est loquar, Lingua, sine interpretatione, Spiritus meus, scilicet spiritus sanctus à deo mihi datus, Orat, id est facit me loqui. Vel, Spiritus, id est ratio, Orat, id est facit me loqui, id quod bonum esse putat. Vel spiritus hic vocatur, vis animæ inferior mente, vbi corporaliū rerū similitudines imprimuntur, vt verbi gratia. Spūs Pharaonis informatus est vt videret imagines. Mēs vero Io seph illuminata est vt intelligeret. Et est, Spiritus meus orat, id est vis illa animæ inferior cui impressæ sunt imagines rerum, Facit me loqui, mens autem mea, id est altera superior vis animæ, Est sine fructu, id est sine intelligentia earum rerum quæ dico, & ideo inde nō instruitur. Ita enim fit, si lingua incognita quis loquatur: vel signa aliquarum rerum sine intellectu proferat, sicut solent Latini homines græce cantare, oblectati sono verborum, nescientes tamē quid dicant.

Ambro.  
Augustinus.  
super Gene.

Ambro.

Quid ergo est? Orabo spiritu, orabo & mente. Psallam spiritu, psallam in mente. Cæterum si bene dixeris spiritu, quis supplet locum idiotæ? Quomodo dicet amen super tuam benedictionem? Quoniam quid dicas nescit. Nam tu quidem bene gratias agis, sed alter non ædificatur. Gratias ago deo meo quod omnium vestrum lingua loquor. Sed in ecclesia volo quinque verba sensu meo loqui, vt & alios instruam, quam decem millia verborum in lingua. Fratres nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote, sensibus autem perfecti estote. In lege enim scriptum est, Quoniam in alijs linguis & in labijs alijs loquar populo huic, & nec sic exaudient me, dicit dominus. Itaque linguæ in signum sunt non fidelibus, sed infidelibus, prophetiæ autem non infidelibus, sed fidelibus.

Augustinus  
super Gene.

Quid ergo est? vtile. Quid ergo est faciendum? Ecce, Orabo. i. loquar, Spiritu. i. voluntate. Vel, Lingua à spiritu sancto data. Orabo & mente. i. intelligentia mētis. Vel, Orabo spiritu, orabo & mēte, id est ita loqui approbabo vt & signa rerū formentur in spiritu. & eorum intellectus resurgat in mente. sicut, Psallam spiritu, id est melodia cātus quod minus est. Et, Psallā mēte. i. spiritali intelligentiā, mētis quod plus est, i. sic psallam vt & consonantiam vocis intelligam, & similiter concordiam in membris ecclesiæ esse debere. Cæterū, quasi dicat ita est orandū vel psallendum vt dixi. Sed si aliter feceris, scilicet, Si benedixeris, id est aliqua bona dixeris, Spiritu, id est lingua per spiritū data, Quis supplet locum idiotæ. i. illiterati & rudis. q. d. nullus. Nec etiam sapiens, quia nō intelligit. Deinde aperies quis sit locus idiotæ, subdit, Quomodo dicet,

aliquis, Amen. Hic est locus idiotæ etiam multum intentus, Super tuam benedictionem, vt intelligat eam, nullo modo. Quoniam quid dicas nescit. Nota quod hoc verbum amen, nec græcum est, nec latinum, sed hebræum, & interpretatur verum: cumque posset dici, verum, vbi dicitur amen, nec græcus tamen nec latinus interpretatus est, vel transferre ne vilesceret nudatum, sed honorem haberet velamento secreti. Nam & tu. q. d. Ideo dico super suam benedictionem. Nam tu &c. Vel ita continua, quasi dicat. Hoc noto quod idiota habet locum. Nam hoc non noto, vel arguo, quod agis. Quia, Tu quidem bene gratias agis, in lingua. Hoc dicit ne donum spiritus videatur reprehendere. Agis gratias dico, Sed alter non ædificatur. Et ne forte quasi æmulis videretur dicere per inuidiam deprimens in alijs quod in se nō haberet, ostēdit omnium horū se loqui linguis, subdens, Gratias ago. Hic proponit se exemplum quod nō deberent loqui linguis, nisi ad ædificationem, sicut ipse facit, qui omnes linguas nouit. q. d. non in vobis vituperō quod ipse non habeo, Quod, id est quia, Ego loquor linguas omnium vestrum, id est qua loquitur aliquis vestrum. Et inde. Gratias ago deo meo. Dico quod omnium linguis loquor, Sed in ecclesia, cui esse debeo utilis, Volo magis loqui quinque. i. pauca, Verba meo sensu, scilicet vt intelligam, Vt alios, de fide & moribus, Instruam, quam decem millia verborum, id est infinita verba, In lingua, sic & vos, o, Fratres in ecclesia, agite, scilicet, Nolite effici, per imperitiam, Pueri sensibus, qui verba expriment quæ non intelligunt. Nolite, ergo esse, Pueri sensibus, vt nō intelligatis quæ dicitis sicut pueri, sed iuxta exemplum quos proponit dñs dicens, Efficia mini sicut paruuli. Estote paruuli malitia. Vt, scilicet per innocentiam sitis remoti à malitia, vt sunt paruuli. Sensibus autē perfecti estote, vt intelligatis plene quod dicitis. Et studeatis his qui profunt fratribus, quod perfectio sensus, dicte Solomone. Scire legē sensus est optimus. In lege enī. Vel, Quidem. Ratio hic ostenditur quare nō deberent quærere linguas, quia linguæ in signum sunt infidelibus quod ipsi iam nō sunt. Et nō sunt ad ædificationē quæ in ecclesia est necessaria iam infidelibus. q. d. ideo ne quærat linguas. Quia, Est in lege. i. in prophetia Esaiæ, quæ hic dicitur lex. Scriptū est hoc. Quoniam &c. Vel, In lege, scilicet in Esaiæ, Quidem scriptum est. Hoc. i. Quoniam in alijs linguis, & in alijs labijs. i. diuersis generibus linguarū, Loquar, per apostolos, Populo huic, scilicet Iudaico, & hoc faciam, vt vel sic exaudiant me, Et nec sic, id est signo miraculi. Exaudient me dicit dominus, in quo notat linguas esse datas in signum infidelibus. vnde subdit, Itaq; &c. q. d. quia linguas loquutus est, vt hoc signo crederet. Itaq; linguæ sunt in signum, nō infidelibus, qui crederet omnia posse deū, Sed infidelibus, ad fidē nouitate miraculis mouēdis. Vel, Ita in lege &c. Dicit linguas in quibus velatur veritas nō esse appetēdas, quia etiā oīa velamina legis veteris dominus per prophetā esse mutāda dixit, vt fidelibus perspicua fieret veritas in nouo testamēto, remoto legaliū figurarū velamine. Et hac similitudine ostēdit linguas, quibus obtegatur veritas, nō esse appetēdas: nec dari propter fideles, sed infideles: sicut in veteri lege velamine erat, vt indignis & infidelibus velaret veritas. q. d. Ideo ne quærat linguas, quia, Scriptū est in lege, hoc, Quoniam loquar populo huic, in alijs linguis. i. nō de sabbato, & neomenijs, & circūuione, & huiusmodi, sed nouū test. Et alijs labijs. i. alijs verbis. i. de spiritualibus non de terrenis. Et nec sic exau. me di. dñs. Hoc de his dixit, quos præsciuit nō credituros, quibus propter pētā nō patet, vel nō placet veritas. Ex hoc. Itaq; patet, quod linguæ aliquādo, In. s. sunt nō si, sed inf. quia dū dat de⁹ loqui linguis sine interpretatione significat propter infid. hoc fieri, ne eis reuelet veritas. Vel ita, Alijs linguis loqui, & alijs labijs dicit parabolice & obscure loqui, qualiter incredulis loquit dñs infidelibus aut in reuelatione veritatis. vnde dñs apls ait, Vobis datū est nosse mysteriū re. d. c. a. in para. Et velamine incognitæ linguæ obscuratur sermones dei, ne videatur à perfidis, & ideo lingua nō est appetēda, & couenit i parte cū præcedēte lectiōe, vtraque enī est Ambrosij. q. d. ideo ne quærat linguas, quia, Scri. est in le, hoc. Quoniam. i. populo huic, maliuolo, In alijs lin. & alijs labijs quā fidelibus & beneuolis, qui aut in reuelatione qua indigni sūt, sed i parabolis dicit eis euāgelium. Et sic nō exau. me. di. do. sicut nec digni sunt. Itaq; à simili infert. q. d. quia parabolice & obscure loquit dñs perfidis & malinolis propter ipsorū malitiā, Itaq; per hoc patet, Quod ling. in sig. sūt, nō si, sed inf. i. sermones dei incognita lingua obscuri sunt, ne videatur à perfidis, vt cum au-

Augustinus.  
Super Iob.

Ambro.

Ambro.

Ambro.

Ambrosius.

Ambro.

Ambro.

Augustinus

dicatur signū sit, quia propter perfidiam factū est, ut audiētes nō intelligāt. Hoc vtiq; sit infidelibus quibus tegitur sensus. Fidelibus vero cōuenit prophetia, nō lingua in-cognita. vnde subdit, Prophetiæ autē, ut sensibus perfecti sint fideles, datæ sunt, Non infidelibus, ne sanctum detur canibus: sed fidelibus, ut ædificentur.

Si ergo conueniat vniuersa ecclesia in vnum, & omnes linguis loquantur in-trent autem idiotæ aut infideles, nōne dicent quid insanitis? Si autem omnes pro-phetent, intrat autem quis infidelis vel idiota, conuincitur ab omnibus, diiudica-tur ab omnibus. Occulta enim cordis eius manifesta fiunt, & ita cadens in faciē adorabit deum, pronuncians quod vere deus in vobis sit. Quid ergo est fratres? Cum conuenitis, vnusquisque vestrum psalmum habet, doctrinam habet, apo-calyptim habet, linguam habet, interpretationem habet, omnia ad ædificationē fiant. Siue lingua quis loquitur secundum duos, aut vt multum tres & per par-tes, & vnus interpretetur. Si autem non fuerit interpretes, taceat in ecclesia, sibi autem loquatur & deo. Prophetæ autem duo aut tres dicant, & cæteri diiudicēt. Quod si alii reuelatum fuerit sedenti, prior taceat. Potestis enim omnes per sin-gulos prophetare, vt omnes discant, & omnes exhortentur. Et spiritus prophe-tarum prophetis subiectus est. Non enim dissensionis est deus sed pacis, sicut & in omnibus ecclesiis factorum doceo.

Si ergo, Alia ratio hic ostenditur, cur non deberent loqui linguis tantum, quasi di-cat quia linguae sunt in signum, & non sunt ad ædificationem, Ergo si vniuersa eccle-sia conueniat in vnum, & omnes loquantur linguis, sine interprete, Intrat autem quis idiota vel infidelis, nonne dicet quid insanitis? quasi dicat. Arreptiij namq; videbun-tur cum alterum non intelligat. Fit enim tumultus quidam inconditus multitudinis, quasi phrenesim patientis. Aut forte quādam seductionem qui audiunt putabunt esse & vnitatem, quæ ideo linguis canatur, quia pudoris sit si reuelatur. Sicut fit apud Paga-nos, quibus aliquo modo illa quæ ab eis vocantur, sacra velantur, ne se vanitatibus cer-nant illud. Omnis enim impostura tenebras quærit, & falsa pro veris ostēdit, sicut Pa-gani, testis vanitatibus illuduntur. Apud vos autem nihil astute fucatum est, sed sim-pliciter & aperte vnus laudatur deus, quia si nullus itelligeret, posset videri seductio, quæ linguis caneretur, cum pudor esset reuelari. Si autem, q. d. Si omnes loquātur lin-guis, illud inconueniēs sequitur. Si autem omnes, viritum, Prophetent, id est exponāt. Intrat autē quis infidelis aut idiota, ipse, Conuincitur, suo errore, Ab omnibus diiudica-tur. i. dānabilis ostenditur ab omnibus. Et hoc ideo, Enim. i. quia, Occulta cordis eius. i. peccata sua quæ nesciebat esse peccata, Manifesta sibi fiunt, expositionibus illo-rum. Et ita cadens in faciem, id est humilians se, Adorabit deū, qui se sibi per vos no-tificauit, Pronuncians, ore quod habet in corde. f. Quod deus vere sit in vobis. Quid ergo. Iam incipit determinare quomodo sit linguis vtendū. q. d. Quādoquidē hęc ene-niunt de locutione linguarū, Ergo quid de eis, o fratres, agendum est? scilicet hoc. Cū cōuenitis in vnum, vtimini linguis ad ædificationem, sicut cætera faciēda sunt. Nā vnusquisq; vestrū habet aliquod donum, quo potest vti ad ædificationem, ideo nullus se excuset. Verbi gratia, Alius habet psalmum, id est laudem dei per canticum. Vel, Habet psalmū. i. gratiam dei psalmos intelligit. Alius habet linguam, alius doctri-nam, de moribus. Vel, Doctrinam, id est spirituale sensum per prudentiam. Alius ha-bet apocalypsim. i. reuelationem. Alius habet interpretationem linguarum, vel scri-pturatum. Omnia autē, hęc & alia, Ad ædificationē fiant, id est fieri debent. Siue &c. q. d. Cætera suis modis ad ædificationem agenda sunt, lingua vero sic est vtendum. Si ue quis. i. si aliquis, Lingua loquitur secundum duos, fiat locutio, Aut secundum tres, vt multum sit, id est duo vel tres loquantur, & non plures quam tres, vt occupēt diem loquentes linguis, & nō sit locus prophetis scripturas differētibus, qui totius ecclesiæ sunt illuminatores. Dico vt locutio linguae fiat secundū duos aut tres, & hoc idem fiat

Ambro.

Ambro.

Ambro.

Ambro.

Ambro.

A Per partes ecclesiae. Vel vt vnus post alterum loquatur, vel intercise, & vbicunq; vel quādoquē, quis loquatur, Vnus sit qui interpretetur, id est aliquis sit qui exponat po-pulo. Si autem non fuerit interpretes, taceat linguis, loquens. In ecclesia, vbi nihil debet esse, vbi ædificatio. Sibi autē loquatur, linguis, id est tacite oret deum. Sibi loquitur, qui compungitur ex his quæ dicit. Et hic deo loquatur, id est ad honorem dei quem laudat vel honorat. Prophetæ etiam duo, tantum. Aut tres, dicant sigillatim, non plures, ergo debent esse qui linguis loquuntur. Ideo dicit duo vel tres, quia sufficit ser-mo tot hominum. Et in ore duorum vel trium fiat omne verbum. Cæteri autem, tacie-te, Diiudicent, quid dicant, an accipiendum sit an non. Quod si aliquid, melius, Re-uelatum fuerit, per spiritum sanctum, Sedenti, id est illi qui audiebat, Prior, prophe-tans, Taceat, & det illi locum vt dicat. Quia datur aliquando inferiori quod non su-periori. Ideo dico vt det locum, Potestis enim omnes, etiam sedens, accepto prophe-tandi gratia, Prophetare, non tamen simul, ne perturbatio fiat. Sed, Per singulos, vt ita ordinato vsu prophetiæ, Omnes, etiam maiores, discant, & omnes, etiam mino-res, Exhortentur, alios, Et spiritus, quasi dicat loquens debet cedere sedenti, Et, id est quia, Spiritus prophetarum subiecti sunt prophetis, id est spiritus sanctus, qui vnus est sed pluraliter dicit, propter multos prophetas quos replet, vel propter plura dona ei? subiectus est prophetis, vt quando volunt tacere, & quando volunt loqui possint, & non cogit eos, vt Phitonius clamare aliqua vel subicere. Vnde si prior non cedit, vi-detur nō esse spiritus dei. Subiectus etiam dicitur spiritus dum suggerit, & iuuat bonos conatus. Non enim, quasi dicat, Vere subiectus est. Quia. Non est dissensionis deus, id est discordiæ author. Sed pacis, & ideo alter cedat alteri. Dissensionis autem deus esset, si quos replet simul loqui compelleret, quod non facit: potius facit, vt alter alteri ce-dat: aliter dissensionis esset, & non pacis. Hęc autem de ordinabili vsu linguarum & prophetiæ, sicut i nostra ecclesia doceo. Et ita vobis dico, Sicut in oibus ecclesijs, etiā Sancto-rū doceo. q. d. nō est nouū, vel singulare quod vobis dico. Ideo firmiter tenete.

Ambrosius

Ambro.

Ambro.

Mulieres in ecclesijs taceant, non enim permittitur eis loqui, sed subditas esse, sicut & lex dicit, Si quid autem volunt discere, domi viros suos interrogēt Turpe est enim mulieri loqui in ecclesia. An a vobis verbum dei processit, aut i vos solos peruenit? Si quis videtur propheta esse, aut spiritualis, cognoscat quæ scribo vobis, quia domini sunt mandata. Si quis autem ignorat, ignorabitur. Ita que fratres æmulamini prophetare, & loqui linguis nolite prohibere. Omnia au-tem honeste & secundum ordinem fiant in vobis.

C

Mulieres. Quasi dicat, & si dixi quod potestis omnes prophetare, Tamē mulieres ta-ceant in ecclesijs, vt nec loquantur linguis nec prophetent. Non enim permittitur eis, ab aliqua autoritate, Loqui, in ecclesia, Sed potius præcipitur, Esse subditas viris, quod velum innuit, Sicut & lex dicit, in Genesi, sub viri potestate erit, & ipse domi-nabitur tui. Si quid autem volunt discere, interrogent viros suos, & hoc domi, tatum. Turpe est enim mulieri loqui in ecclesia, quia contra disciplinam ecclesiasticam est. Et quia pro peccato quod induxit mulier, semper debet verecūdari. An a vobis. Quia forte de linguis & prophetia quibusdam apostolus non recte locutus fuisse videretur, ne aliter ordinare præsumerent, quia & in alijs suas institutiones mutauerāt, subditur increpatio qua arguit eos. Quasi suis institutionibus dimissis aliquas novas vellent in-ducere quod non possent. Quia ab eis non processit verbum dei, nec soli acceperunt. quod ait sub interrogatione, ita, An a vobis? Quasi dicat, nō debetis mutare quod tra-didi. Quia, An processit verbum dei a vobis, ad nos, imo a nobis ad vos. Ideo ita argu-it eos, quia sic se iactabant Corinthij, quasi beneficium darent accedentes ad fidē, non acciperent, & exemplo eorum cæteræ gentes vocarentur ad fidem. Ideo illos iterum arguit subdens, Aut in vos solos peruenit verbum dei. Quasi dicat, non, imo, in alios plures. Et ideo quod alij tenent, tenete. Ideo sic arguit eos; quia tales se præbebant elatione vanitatis. Quasi si ipsi non obedirent verbis fidei, nemo crederet. Si quis vi-detur propheta esse, aut spiritualis &c. Quasi dicat, Item ideo mea præcepta tenere

Augustinus

Ambro.

Ambro.

Ambro.

Ambro.



debetis, quia quæ scribo vobis, Mandata domini sunt, & oportet vt ita, Cognoscat ea esse si quis vere est propheta, aut spiritualis vt videtur esse. Alioquin si contra vadit, ne propheta est nec spiritualis. Hæc dicens tangit pseudoapostolos, qui pro derijs hominum non diuina, sed terrena docebant. Ideo dicit propheta vel spiritualis, quia sunt spirituales qui non sunt prophetae, qui non habent notitiam de futuris.

**Ambro.** Si quis autem, quasi dicat mandata sunt dei quæ scribo. Sed si quis ignorat, hæc esse mandata dei, & non vult credere esse mandata dei, Ignorabitur, à deo in futuro, id est reprobabitur, & non cognoscetur esse inter prædestinatos, vt in euangelio legitur, dñs dicitur malis, nescio vos, id est non noui vos esse meos, vel inter prædestinatos.

**Aimo.** Et recte qui nescit domini esse qui dicit apostolus, & ipse à domino ignorabitur in die iudicij. Vel ita, Si quis &c. solitam vult esse apostolus scientiam spiritualium quæ docet, & spiritualiter debere intelligi sciens, ait, Si quis, quasi dicat. Tenete quod dixi, & spiritualiter, & vere hæc intelligite. Et hoc est quod ait, Si quis videtur propheta esse, aut spiritualis, id est si quis est quod videtur, cognoscat, id est vere & spiritualiter intelligat, Quæ scribo vobis, quæ vere spiritualia sunt. Per hoc innuit difficultia esse verba epistolarum, cum à propheta vel spirituali iubet cognosci. Et nota quod ait, Si quis videtur propheta aut spiritualis, quod vtique non est si non ita esse cognoscit. Qui enim vere est, ita esse cognoscit. & ideo cognoscat, Quia domini sunt mandata. Si quis autem, hæc, Ignorat, ignorabitur, non de omnibus quæ scripsit, dicit hæc apostolus, tanquam ista pœna sint illi plectendi, qui non valent discernere ineffabilem trinitatis vnitatem. Pusilli enim in Christi cruce gloriantes, & si ignorant quæ subtilissime differuntur, tamen ad gloriam perueniunt, quia nō perit vnus de pusillis, pro quibus mortuus est Christus. Non igitur hoc dicit de his quæ vix ad paucorum intelligentiam, eamque exiguam quantuluncunq; in hac vita de re tanta esse potest, perueniunt, sed de prædictis quæ fidem & mores ædificant, scilicet vt linguis prophetia præponatur, vt illa non perturbate agantur. Quasi prophetiæ spiritus etiam inuitos loqui cogeret, vt mulieres taceant in ecclesia, vt omnia honeste & secundum ordinem fiant. Coercet ergo & ad pacificum ordinem reuocat inquietos, tanto ad seditionem faciliores, quanto sibi videbantur spiritu excellentiæ, cum superbiendo cuncta turbarent. Et est, Si quis ignorat, hæc prædicta, sine magnus, sine paruus sit. Ignorabitur. i. improbabitur. Non enim si ad scientiam referas ignorat deus aliquos vel aliqua, qui tamen in iudicio dicet, Non noui vos: sed eorum improbatio hoc verbo insinuata est. Itaq; q. d. quia interpretatio edificat. Itaq; o, fratres, æmulamini, id est desiderate, Prophetare, & tamen loqui linguis, Nolite prohibere, ne fiat dissensio. Omnia autem, quasi dicat. Dico nolite prohibere, Sed omnia tam hæc quam alia facite in vobis, non pueriliter sed honeste, scilicet cum pace. Et secundum ordinem prædictum, vt vtilius minus vtili præponatur.

**Augustinus ad Eucodiu.**

**Augustinus**

**Ambrosius.**

CAPVT XV.

**N**otum autem vobis facio fratres euangelium, quod prædicaui vobis, quod & accepistis, in quo & statis, per quod & saluamini, qua ratione prædicaui vobis si tenetis, nisi frustra credidistis. Tradidi enim vobis in primis quod & accepi, quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas, & quia sepultus est, & quia resurrexit tertia die secundum scripturas, & quia visus est Cephæ, & post hoc vndecim. Deinde visus est plusquam quingentis fratribus simul, ex quibus multi manent vsq; adhuc, quidam autem dormierunt. Deinde visus est Iacobo, deinde apostolis omnibus. Nouissime autem omnium tanquam abortiuo visus est & mihi. Ego enim sum minimus apostolorum, qui non sum dignus vocari apostolus, quoniam persecutus sum ecclesiam dei.

**Ambro.** Notū autē. Finito tractatu de donis spiritus sancti agit de resurrectione mortuorū. Hæc vtiq; causa, quia cū ipso docente recte credidissent de ea, postea tamen quorum-

**A**dam prauiloquijs corrupti ab hac fide recesserant. Ipsam ergo futurā probat primo per resurrectionē Christi, deinde per alia multa. q. d. de spiritualibus hucusq; docti. Sed modo o fratres facio vobis notum euangelium, de resurrectione mortuorū, quod iam prædicaui vobis. q. d. non est nouum, Quod & accepistis, id est dignū acceptance iudicastis. In quo & statis, id est stare datur vobis qui sine eo caditis. Per quod & saluamini, iā exercitudine spei, & saluabimini in futuro in veritate rei & speciei. Si tantū retinetis qua ratione prædicaui vobis. i. si tenetis illud euangeliū de resurrectione mortuorum ea ratione qua confirmaui vobis, id est per resurrectionē Christi tenetis dico, nisi frustra credidistis, id est aut tenetis resurrectionem mortuorum, aut in cassum est fides, quæ nō accipitur nisi spe resurrectionis. Vel ita, Nisi. q. d. saluabimini dico, Nisi frustra credidistis. Illud idem quod prædicaui vobis ad confirmationē resurrectionis mortuorum. Tradidi enim, istud, vobis in primis, id est inter maxima, & adhuc tradido, quod & accepi a spiritu sancto nō fnxi. s. Quoniam Christus mortuus est, nō pro sua necessitate, sed pro peccatis nostris. Et hoc dico, Secundum scripturas, veteris testamēti, quæ mortem Christi futuram cecinerunt. Vnde Esaias, Vt omnis ad occisionem ductus est. Et item. Tolleretur a terra vita eius ab iniquitatibus populi mei. Ductus est ad mortem, Et, etiam, tradidi quia sepultus est, & hoc similiter secundum scripturas. Ait enim Esaias, Dabit impios pro sepultura, & diuites pro morte sua. Et item, Erit cinis sepulchrum eius gloriosum. Et etiam tradidi quia resurrexit, probata vera morte, & hoc tam cito, scilicet Tertia die, vt ea potestate credatur nos posse suscitare. Et hoc dixi, Secundum scripturas. Inquit enim Osee, Post biduum viuificabit nos, & in die tertio resurgemus, & viuemus in conspectu eius. Si autem mortuus & sepultus resurrexit, nō dubitetis mortuos & sepultos resurgere. Et, etiam tradidi, Quia visus est, post resurrectionem, Cephæ. i. Petro priusquam alijs viris, quibus apparuisse legitur in Euangelio. Aliter contrariū esset quod primo mulieribus apparuisse legitur. Et post hæc, visus est vndecim, Apostolis in cœclau. Alia litera, habet Duodecim, quod per synecdochem accipitur. Vbi enim pars maior est aut potior, solet eius nomine etiam illud comprehendere quod ad ipsum nomē nō pertinet: qualiter illud dictū est, Nōne ego vos duodecim elegi, cū tamē Iudas de electis nō esset: ita & hic dicitur. Hunc enim numerū veterum cū articulo Græci codices habent, vt nō quicunq; .xij. sed illi in eo numero intelligantur: sed vndecim nōnulli codices habent, quod credo perturbatos hoies emendasse, neutrum tamē veritatati repugnat. Deinde visus est plusquam quingentis fratribus, simul, hoc nō in euangelio legitur. Ex quibus multi manent vsq; adhuc, qui testes sunt si queritis ab eis. Quidam autē illorū, dormierunt. i. mortui sunt, in hoc testimonio permanentes. Deinde visus est Iacobo, singulariter, nec hoc in euangelio est. Deinde Apostolis omnibus apparuit in ascensione. Nouissime autē omnium. i. post ascensionē, Visus est & mihi, primum de cælo, post oranti in templo. Mihi dico, Tanquam abortiuo. i. simili abortiuo, quia coactus est ad deū cōverti, vt abortiuus cogitur nasci. Vel abortiuus dicitur, quia extra tēpus natus, in Christo apostolatū accepit iam Christo in cælū assumpto. Abortiuus enim dicitur qui extra tempus legitimū & cōgruum nascitur. i. antequam debeat, vel post. Sic & Paulus hic dictus est abortiuus, quia tardius natus est in Christo quā debuisset. Vel similis abortiuo dicitur, quia minor alijs apostolis erat cōsideratione præteriti status, vel tēpore. Vnde subdit, Ego enim &c. q. d. recte post omnes apparuit mihi, quia ego sum minimus apostolorum, cōsideratione præteritorū. & dicit hoc causa humilitatis. Vel minor erat alijs tēpore vocatione, quia vltimus vocatus est, nō dignitate, labore, prædicatione. Qui etiam, non sum dignus vocari Apostolus, si mea præcedentia attendantur merita. Vnde subdit. Quoniam persecutus sum ecclesiam dei, firmiter testimoniū est ab inimico, quod ante fuerat Apostolus.

**Ambrosius.**

**Aimo.**

**Ambrosius.**

**Aimo.**

**Ambrosius.**

**Aimo.**

**Ambrosius.**

**Aimo.**

**Ambrosius.**

**Aimo.**

**Ambrosius.**

**Aimo.**

Gratia autem dei sum id quod sum, & gratia eius in me vacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laboraui. Non ego autem, sed gratia dei mecum. Siue enim ego siue illi, sic predicauimus, & sic credidistis. Si autem Christus prædicatur quod resurrexit a mortuis, quomodo quidam dicunt in vobis, quoniam resurrectio mortuorum non est: Si autē resurrectio mortuorū non est, neq; Christus resurrexit. Si autem Christus non resurrexit, inanis est prædicatio nostra,

inanis est & fides vestra. Inuenitur autem & falsi testes dei, quoniam testimonium diximus aduersus deum quod suscitauerit Christum quem non suscitauit: si mortui non resurgunt. Nam si mortui non resurgunt, neque Christus resurrexit. Quod si Christus non resurrexit, vana est fides vestra. Adhuc enim estis in peccatis vestris. Ergo & qui dormierunt in Christo, perierunt. Si in hac vita tantum in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus.

Et quasi quis quæret, Si non est dignus vocari Apostolus, cur ergo Apostolus? Respondet. Gratia dei sum id quod sum. i. Apostolus. Deo dat gloria qui eum elegit, non sibi & recte gratia nominat. Primum. n. sola gratia dat deus, cum non præcedant nisi mala merita, sed post, per gratia incipiunt bona merita. Meritum. n. fuit in Paulo cum persequeretur ecclesiam dei, sed malum. Cum ergo haberet hoc meritum malum, redditum est ei bonum pro malo, quod ostendit cum ait. Gratia dei sum id quod sum. Et ut ostenderet etiam liberum arbitrium, addit, Et gratia eius, id est apostolatus. In me non fuit vacua, id est otiosa, quia propter hoc quod persecutor fuit non minor gratia fuit in ei. Apostolatus. Non fuit vacua dico, sed abundantius omnibus illis, sigillatim laboravi, in tot populis in quot illi non laborauerunt, hoc tamen magis impletum est, quia & de opere manuum vixit nec euangelio minus fecit. Et ne ipsa voluntas sine gratia dei putetur aliquid posse, subdit. Non ego autem, solus sine gratia operor. Sed gratia dei mecum. i. cum libero arbitrio. Plane cum data fuerit gratia incipiunt esse merita nostra bona. Per illam tamen, quia si illa se subtraheret, cadit homo. Sive enim. q. d. mortuus surrexit, & vere, quia sic prædicamus. s. Christum surrexisse, sive ego sive illi, alij Apostoli. Vel ita continet. q. d. laborauimus ego & alij Apostoli, & vere, quia in hac prædicatione. quod ita ait, Sive enim ego sive illi sic prædicauimus, ubique scilicet Christum surrexisse, & vos sic credidistis. arguit eos, quia cum hæc fides manifesta sit, apud omnes ecclesias, illi inde desinerat. Vel ita continet. q. d. Vere per gratia hoc habeo, quia sive ego sive illi, id est ego & ille. Sic, id est per gratiam, prædicauimus. Et, vos, Sic, id est per gratia, Credidistis. Si autem Hucusque ostendit Christum surrexisse, nunc per resurrectionem eius probat resurrectionem mortuorum. q. d. Ita constat Christum surrexisse a morte. Si autem, hoc est. s. si Christus Resurrexit a mortuis, qui est efficiens causa resurrectionis mortuorum, Quod prædicatur, ab omnibus veris apostolis, Quomodo dicunt quidam, in vobis, Quoniam resurrectio mortuorum non est futura. Si autem. q. d. Dicunt quidam non esse futuram, sed si hoc est. i. Si resurrectio mortuorum non est futura, dicendum est quod neque Christus resurrexit, qui totum propter suos fecit, hæc pseudoapostoli tradiderant qui negabant veritatem dicentes Christum nec venisse in carnem, nec passum, nec resurrexisse. Si autem. Ne quis neget resurrectionem Christi, subdit inconuenientia dicens Si autem Christus non surrexit, prædicatio nostra est inanis. i. inutilis. Et fides vestra, si militer est Inanis, id est inutilis, cum nulla remuneratio sit futura, quod vos non vultis. Inuenimur autem, & non solum hoc inconueniens sequitur, sed etiam hoc aliud, quia nos Apostoli quibus omnes credunt, Inuenimur falsi testes dei, qui de falsa laude sua irascitur. Quoniam diximus testimonium aduersus deum. s. qui & suscitauit Iesum Christum, quem non suscitauit, si mortui non resurgunt. Per horrendum est aliquid falsi de deo dicere, & si ad laudem dei videatur pertinere, quia non minori sed maiori fortassis scelere in deo laudatur falsitas, quam vituperatur veritas. Nam si. q. d. Deus non suscitauit Iesum si mortui non resurgunt, nam non resurrexit si illud est, quod ita dicit, Nam si mortui non resurgunt, neque Christus resurrexit. Quod id sed Si Christus non resurrexit, tunc, fides vestra vana est. i. falsa, non tantum inutilis. Adhuc. n. q. d. Vere falsa est fides, si Christus non resurrexit. Quia adhuc. s. post baptismum estis, In peccatis vestris, quæ remissa fore credebatis. Sunt hæc veræ connexiones ratiocinationis, falsas tamen habentes sententias. Hæc autem & alia ideo inferuntur, ut hic erubescat, cuius errorem hæc sequuntur, quæ etiam ipse damnat. Ne ergo in hoc errore remaneant, Ergo. Adhuc subdit aliud inconueniens. q. d. & quia vos estis in peccatis, Ergo & qui dormierunt in Christo, id est qui mortui sunt in fide Christi, fuerunt in peccatis. Et ideo perierunt per hoc, verecundiam illis incutit & terrorem. Sic in hac &c. Aliud inconueniens hic ostendit. q. d. & si Christus non resurrexit, Nos sumus sperantes in Christ

Augustinus.

Augustinus. de gra. & li. arbitrio.

Augustinus. Ambro.

Augu. Augustinus. super Ioan.

Ambrosius.

Ambrosius.

Augustinus ad Hierony.

Augusti. de doct. chri.

sto. i. in fide Christi. Tatum in hac vita, ut resurrectione futura non speremus. & si hoc est, Tunc miserabiliores sumus omnibus hominibus, vel qui hoc seculo fruuntur.

Nunc autem Christus resurrexit a mortuis primitiæ dormientium, quoniam quidem per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. Vnusquisque autem in suo ordine. primitiæ Christus, deinde hi qui sunt Christi, qui in aduentum eius crediderunt. Deinde finis cum tradiderit regnum deo & patri, cum cui cuauerit omnem principatum & potestatem & virtutem.

Nunc autem. q. d. si Christus non resurrexit hæc inconuenientia sequuntur, sed pro his inconuenientibus vitandis, nunc apparet, Quod Christus resurrexit a mortuis, qui est, primitiæ dormientium. i. mortuorum, qui ideo dicuntur dormientes, quia facile & integri de morte tanquam de somni dormitione resurgent, quorum primitiæ dicitur Christus, quia prius alijs tempore & dignitate surrexit. Quoniam quidem. q. d. per Christum hominem poterit resurgere, Quoniam per hominem quidem multo, minore venit mors, & si hoc est, ergo, Et per hominem, potest fieri, resurrectio mortuorum. Ecce primitiæ, homo, & homo: homo ad vitam, homo ad mortem: & ille non nisi homo, iste deus & homo. Quis autem ille, quis iste, supponit. Et sicut. q. d. per quem venit mors, per quem resurrectio? Ecce. Et sicut omnes moriuntur corporali morte, In Adam, quia eius filij sunt a quo mortem & mortis meritum traxerunt, Ita & omnes viuificabuntur in Christo, quia eius filij sunt spirituali regeneratione. Attende quoniam ait omnes mori in Adam, & omnes viuificari in Christo, quia nemo ad mortem nascitur nisi per illum, nemo ad vitam nisi per istum. Quia sicut per Adam omnes mortales in pena facti sunt filij seculi, ita & per Christum, omnes immortales in gratia sunt filij dei. Nemo quippe ambigit hoc de morte corporis dictum, quoniam de resurrectione corporis agebatur. Vnusquisque autem. q. d. hoc omnes cõiter habebunt. s. quod resurgent, sed tamen different, Quia vnusquisque resurget in suo ordine. i. in sua dignitate, martyr ut martyr. Apostolus ut Apostolus, sic & ceteri. Primitiæ &c. Ordines hic exponit, ut de re certa, & tempora quando factura sit, & quando futurum sit ut resurgant mortui. Primitiæ. i. primus tempore, & maximus dignitate Christus est, qui prior resurrexit ut fidem faceret, & formam daret credentibus. Deinde omnes. Hi qui sunt Christi. s. qui in Christum credunt, qui minus eo digni sunt resurgent posteriores tempore, & dignitate minores, & qui sunt Christi exponit dicens. Qui crediderunt in aduentum eius, id est ipsum ad remunerandos bonos venturum. Vel in libro talis litera hæc. Deinde, Qui sunt Christi in aduentum eius. s. resurgent. i. cum venerit ad iudicium. Deinde, erit finis, id est consummatio, hoc ponit ad commendationem resurrectionis, quia impleta & finis erit mundi, & consummatio omnium. & hoc erit, Cum Christus tradiderit id est repræsentauerit, Regnum. i. illos quos in bonis operibus rexit, Deo, creatori suo in quantum est homo, & patri suo, in quantum est deus. Iohannes autem dicitur tradere patri, ut ostendat quia alia persona est filius quam pater. Non ergo sic arbitremur Christum traditurum regnum deo & patri, ut adimat sibi, quod quidam vaniloqui crediderunt. Cum enim dicitur tradiderit regnum deo, non separatur ipse vel spiritus sanctus, quia simul cum patre vnus est deus filius & spiritus sanctus. Quid ergo est, Cum tradiderit regnum deo & patri, quasi modo non habeat regnum deus pater? Sed hoc ita dictum est, Cum tradiderit regnum deo & patri, id est cum perduxerit credentes ad contemplationem dei patris, ubi est finis omnium, & requies sempiterna, & gaudium, ergo tunc erit finis, cum regnum, id est quos redemit sanguine filii tradiderit contemplando deo & patri, non quod ipse adimat sibi, quia vnus deus est cum patre. Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eius. Regnum fulgebit in regno, cum regno venerit regnum, quod nunc oramus, cum dicimus, Aduenia regnum tuum. Tradet ergo regnum patri, quoniam regnum quod seminauit cum venit minor patre, perducet ad speciem in qua equalis non recessit a patre. Fideles quippe eius quos redemit sanguine suo dicti sunt hic regnum eius, cum regnum est omnis creatura. Sed aliter dicitur regnum Christi omnis creatura, aliter ecclesia. Regnum Christi dicitur omnis creatura secundum potestatem deitatis, ecclesia vero secundum proprietatem fidei, quæ de illo est. Et est sensus, Cum tradiderit regnum deo patri id est eum perduxerit illos ad conspectum deitatis in quibus nunc regnat deus per fidem,

Augustinus super Ioannem

Augustinus ad Dardanum August. ad Optatum.

Ambros. Ambr.

August. de trinitate.

Augustinus. super Ioannem Augu. de trinitate Augustinus. in psal. xxi. Augu. de trinitate. Augu. in lib. quæst. lxxxiii.



quia tunc reuelabitur a filio pater. Vñ nemo nouit patrem, nisi filius, & cui filius. vbi  
 & essentia filij cū patre & spiritu sancto videbitur, quod solis mūdus cordis dabit, quæ  
 est summa beatitudo. Vel ita, cū tradiderit regnū deo patri. i. cum patrem regnare mō  
 strauerit quod modo creditur. Tunc vero per speciem manifestationemq; clarescet, &  
 tunc erit finis. Cū euacuerit omnem principatum & potestatem & virtutem. Dū durat  
 mundus, angeli angelis præfunt. dæmones dæmonibus, homines hominibus, ad utili-  
 tatem viuentiū vel deceptionem: sed omnibus collectis, iam omnis prælatio cessabit,  
 quia necessaria non erit. Hanc autem prælationē dicitur Christus euacuare, quia suos  
 oēs in regno exaltabit, qui hic humiles fuerunt, sicut ipse ex humilitate regnat, quā ha-  
 buit. Distingue. Principatū, dicit maiores. Et potestatem, dicit minores, Virtutē, illos  
 qui miracula faciunt, vel fortes hoīes. Sed tunc cessabit omnis creaturæ prælatio in an-  
 gelis & hominibus, cessabit timor, regnabit charitas, non erit inter præidentes & sub-  
 ditos vlla dissensio. Vel ita, Cum euacuerit omnem principatum & potestatem & vir-  
 tutem, quia tunc notum erit omnibus, nihil horum aliquos terrenos vel cælestes ha-  
 buisse ex se, sed ab illo ex quo sunt omnia.

Oportet autem illum regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus ei⁹.  
 Nouissime autem inimica destruetur mors. Omnia enim subiecit sub pedibus  
 eius. Cum autem dicat, omnia subiecta sunt ei, sine dubio præter eum qui subie-  
 cit ei omnia. Cum autem subiecta fuerint illi omnia, tunc & ij se filius subiecit⁹  
 erit illi qui subiecit sibi omnia, vt sit deus omnia in omnibus.

Oportet autē illū. q. d. Tunc aperte regnabit. sed interim, Oportet illum, regnare oc-  
 culte, quia aliter scripture falsæ essent: & qui mō regnat, poterit suos suscitare. Opor-  
 tet regnare dico, Donec ponat, in futuro. Omnes inimicos sub pedib⁹. Vel ita. q. d. tra-  
 det regnum, euacuabit potestatem: sed oportet illum regnare. i. regnū eius interim ma-  
 nifestari, Donec ponat oēs inimicos, voluntarios vel coactos, Sub pedib⁹. i. sub plena  
 subiectiōe, vel sub humanitate sua, vt ipsam renereant & honorent, & Chrūm hoīem  
 deū & regem oīm agnoscat. Et est sensus, Interim oportet regnū ei⁹ manifestari, do-  
 nec eum regnare fateant omnes inimici eius. s. & illi qui ex iniustus iustificantur, & ei  
 fide subduntur, & illi qui ad iustorum beatitudinem non pertinent, quia & ipsi eum  
 regnare ipsa regni eius manifestatione confusi fatebuntur. Attende quod ait, Donec  
 ponat &c. Non. n. ita dictū est. quia si cū posuerit inimicos sub pedibus nō sit postea re-  
 gnaturus, sed ad tāā euidētiā regnū perducet, vt inimici nō audeant negare quod  
 regnet, quo amplius non erit manifestus, & si amplius duret. Aliud est nō ampli⁹ ma-  
 nifestari, aliud non amplius permanere. Non amplius manifestari est, nō fieri manife-  
 stus: non amplius permanere, non esse perseverantius. Quando autē manifestus erit  
 regnū Christi quā cū oībus claruerit inimicis? Dicendo ergo, Donec, maiore⁹ excludit  
 manifestationem regni nō ampliorem permanentiam, ita etiā dictū est, Oculi nri ad  
 deū, donec misereatur nri. Non vt tunc auertant cū miseris fuerit, sed vt nihil ampli-  
 us inquirant. Inter alia vero cōstat quod & potestatem suscitandi habet, vnde subdit.  
 Nouissima autē. Iterū autē cōmendatio resurrectionis est hic. q. d. Mō regnat Chrū  
 & tunc regnabit. Tūc aperte regnabit, sed interim oportet eū regnare. Sed mors inimi-  
 ca, cui inimicamur, vel ipsa nobis, Destruet nouissima, quia nō erit quod destruat, post  
 quā mortale hoc induerit immortalitatem, quia amplius nō dissoluent homines sicut  
 hæretici arbitrant. Omnia. n. q. d. Oīa ponet sub pedibus quod vtiq; poterit, quia scri-  
 ptura dicit, quod deus pater. Subiecit omnia sub pedibus eius. i. Christi, vt etiam mortē  
 destruat. Cum vero qui subiecit omnia sine dubio patrem vult intelligi, sicut in euan-  
 gelio multis locis Chrū refert ad patrem quæ habet, nō solū propter formam serui, sed  
 etiam propter principū de quo est, & de quo æqualis est ei, de quo ē. Hæc autē scriptu-  
 ra quomodo intelligi debeat, ostendit, subdens, Cū autem scriptura dicat, illud cōstat  
 ex ei⁹ autoritate quod oīa sine dubio, Subiecta sunt ei. s. Chrō, Præter eū. i. deitatem  
 eius qui subiecit ei oīa. Qui sicut ex nullo est: ita nulla rōne pot alicui esse subiectus.  
 Ipse. n. principū est omnū. Cū autē. q. d. deus nō est ei subiectus, sed potius ipse deo se-  
 cundū quod est hō, quod ita ait, Cum autē subiecta fuerint illi, id est filio. Oīa, tūc ēt  
 ipsa prælatiō. Ipse filius, secundū q; hō, subiectus erit, cū corpore suo quod est ecclesia,

Augustinus.  
in lib. qua. st.  
lxxxiii.

Aimo.

Augusti.

Augu.  
in lib. qua. st.  
lxxxiii.

Aimo.  
Augustinus.  
in lib. qua. st.

Augustinus.

Augustin. li.  
qua. st.

Augu.

A Illi qui subiecit, sibi omnia. Intende quod ait cum fuerint subiecta, nō ideo dicit hoc  
 quin & modo subiecta sint. Et quod ait, & ipse subiectus erit, non hoc ita dicit quin &  
 modo subiectus sit, sed quodam genere locutionis vtitur, quod plerunq; loquit scrip-  
 tura, vt quod semper est tunc in aliquo fieri dicatur, cum cognosci incipit ab eo, vt cū  
 nomen dei semper semen sit, dicitur tamen in oratione dominica. Sanctificetur nomē  
 tuum, id est sanctum esse innotescat. Ita etiam supradictum est cū tradiderit. s. deo &  
 patri, id est cum patre regnare monstrauerit, similiter & illud, Euacuabit oēm potesta-  
 tem &c. quia tunc omnibus erit notum nihil per se habuisse potestatis terrenos vel cæ-  
 lestes nisi a deo, ex quo sunt omnia. Tunc enim nulli spes aliqua remanebit in aliquo  
 principe nisi i deo. Et est sensus, Cū omnia subiecta illi fuerint, id est subiecta esse in-  
 notuerit. Tunc & ipse subiectus erit illi, qui sibi subiecit. i. innotescet illi subiectus ef-  
 se secundū formam serui, cui est æqualis secundum formam dei. Vt sit. q. d. tunc erit  
 subiectus. ita tamen, vt secundū alteram naturam. s. diuinā. Sit deus, vnus cum patre,  
 & spiritu sancto ens omnia quæ desiderari possunt. In omnibus, membris suis. Quia  
 præmium virtutis erit ipse qui dedit virtutem, quia deus erit vnde fatientur. Oīa ergo  
 erit, quæ honeste desiderantur, quia deus erit vita, & salus, & virtus, & copia, & gloria,  
 & honor, & pax, & finis desideriorum, & omnia bona. Et hæc erit in omnibus. In qui-  
 busdam æternis potest esse aliqua distantia, ipsa autem æternitas absq; diuersitate mē-  
 suræ est. Et multæ mansiones in vna vita erūt. s. variæ meritorum dignitates, sed vbi  
 deus erit omnia in omnibus, erit etiā in dispari claritate per gaudium, vt quod habe-  
 bunt singuli, cōmune sit omnibus, quia etiam gloria capitis, omnium erit per vinculū  
 charitatis. Vel ita vt agat de Christo secundum diuinitatem, Cum subiecta fuerint il-  
 li omnia, id est cum omnes adorauerint Christum vt deum, Tunc de ipso subiectus fi-  
 lius erit illi qui subiecit sibi omnia, id est tunc Christus se deum ostendet, sed de deo,  
 vt vnus principij summa & ineffabilis authoritas maneat. Ita ostendet se deū de deo  
 vt tamen sit vnus deus in omnibus, id est in confessione omnium ex quo omnia sunt.  
 Cum enim discet omnis creatura Christum esse suum caput, Christi autem caput esse  
 deum, non tantum erit vnus deus. In omnibus, id est in confessione omnium: sed etiā  
 omnis creatura fatebitur ipsum esse ex quo sunt omnia, quia omnia ex ipso sunt. Si ve-  
 ro dixisset vt sit deus in omnibus, intelligeretur in omnibus quidem esse vel per affe-  
 ctum vel per communem sensum: non tamen omnia ex ipso esse, sed cū dixit, Omnia  
 in omnibus, significauit quia ex ipso sunt omnia, & in omnibus ex ipso quia ab ipso  
 creata sunt. In ipsis autem qui in oīm cōfessiōe vnus erit deus. Vel ita, Vt sit. q. d. filio  
 erunt subiecta omnia, ita, Vt ipse filius sit deus oīa in omnibus, id est vt nemo eorum  
 qui ei cohærent amet aduersus eum suam propriam volūtatem. Ipse est finis quem su-  
 pra commemorauit totum breuiter concludens, id est per Christum est consummatio,  
 quam consummationem breuiter vocauit ibi. Deinde finis, post membratim explicās  
 quomodo sit consummatio cum ait, Cum tradiderit regnum & euacuauit omnem prin-  
 cipatum &c. & est vt sit deus omnia in omnibus, id est vt nemo cohærentium ei, amet  
 aduersus eum aliquid, & tunc manifestum sit quod dicitur. Quid habes quod non acce-  
 pisti? Tunc enim manifestum erit nihil boni aliquem habere vel habuisse nisi a Chrō  
 illud etiam nemo æstimet quod pater sic subiecerit oīa filio, vt ipsum filiū sibi omnia  
 subiecisse non putet. Inseparabilis enim est operatio patris & filij.

Alioquin quid faciēt qui baptizantur pro mortuis: Si omnino mortui non re-  
 surgunt, vt quid & baptizantur pro illis? Vt quid & nos periclitamur omni hora  
 Quotidie morior propter vestram gloriam fratres, quam habeo in Christo Ie-  
 su domino nostro. Si secundum hominem ad bestias pugnaui Ephesi, quid mihi  
 prodest si mortui non resurgunt? Māducemus & bibamus, cras enim moriemur  
 Nolite seduci. Corruptū mores bonos colloquiā mala. Eugilare iusti, & noli-  
 te peccare. Ignorantiā enim dei quidam habent. Ad reuerentiā vobis loquor.

Alioquin &c. Adhuc aliud inconueniens ostēdit, si resurrectio mortuorum nō est  
 futura, quia si mortui nō resurgēt, tūc nec Chrū resurrexit, & si ipse nō resurrexit, tūc  
 in baptismo nō sit remissio peccatorū. q. d. resurgent mortui. Alioquin. s. si non est re-

Augustinus  
in lib. qua. st.  
lxxxiii.

Augustinus  
de ciui. dei.

Ambro.  
Ambro.

Ambrosius.

Ambro.

August.  
in lib. qua. st.  
lxxxiii.

Augustinus  
de trinitatē



resurrectio mortuorum futura, Illi qui baptizantur pro mortuis, id est pro peccatis delictis vel, Pro se mortuis, faciendis, ad similitudinem mortis Christi, Quid facient, cum non sint vitam habituri? Iterat idem alijs verbis dicens, Si mortui omnino non resurgunt vt nec etiam Christus resurrexerit, vt quid etiam Baptizantur pro illis, id est pro peccatis cum ipsa non dimittantur si Christus non resurrexit? Vel ita, Alioquin. Fuerunt quidam imperiti qui baptizabantur pro his qui de hac vita sine baptismo discesserant, putantes illis prodesse. Timebant enim ne aut illi non resurgerent, aut male resurgerent. Ideo si quis istorum propinquus sine baptismo migrasset de mundo, viuus aliquis in nomine illius baptizabatur, putans mortuo prodesse. Quod non sine causa commemorat Apосто. non enim factum illorum probat, sed fixam fidem in resurrectione ostendit. Et est sensus, Alioquin. s. si resurrectio mortuorum non est futura, Illi qui baptizantur pro mortuis, id est vice eorum qui mortui sunt, Quid facient, id est, quid proderunt ipsis mortuis. i. quid proderit illis qui resurrecturi non sunt quod viuus baptizantur pro eis? nihil vtiq. & Si omnino mortui non resurgunt, vt quid & baptizantur pro illis? q. d. illi. i. mortui, cum peccata non remittantur nisi causa futuræ resurrectionis? q. d. Si stulti adeo certi sunt de futura resurrectione, vos non debetis dubitare. Vt quid. q. d. si mortui non resurgunt, Vt quid & nos, qui non stulti sicut prædicti sed sapientes videmur. Hos enim discernit a prædictis dum ait, & nos vt quid inquam & nos. Periclitamur. i. pericula patimur, Omni hora? & non solum pericula patior, sed etiam Morior quotidie. i. pericula mortis subeo, o Fratres propter gloriam vestram, scilicet, vt vos æternam gloriam consequamini. vel, Per gloriam vestram, iuro. Ecce Apóstolus iurauit, vt sciamus quia verum iurare, non est peccatum. Sed non ideo in dubijs iurandum est. & tutius est non iurare quam consuetudine iurandi peierare. Falsum vero iurare grauissimum est peccatum. Non est contra præceptum iuratio, quæ non est a malo iurantis, sed increduli vel infirmi, qui non aliter credit. Quæ & c. q. d. per gloriam vel propter gloriam dico, non quidem humanam, sed æternam, Quam, iam, Habeo, spe. In Christo Iesu domino nostro, id est dum considero quod ipse per passionem est glorificatus. Iterum, Si mortui non resurgunt quid mihi prodest si ego pugnaui, id est disputauit, Ad bestias Ephesi, id est contra bestialiter viuentes in Epheso. Pugnaui dico agens secundum hominem, id est rationabiliter, quia hominis est credere, non mori hominem vt bestiam. Iterum, si mortui non surgunt, hoc solum restat, Manducemus & bibamus, cras enim, id est in proximo, Moriemur. Hoc de Esaiâ sumit Apóstolus, & est ibi vox Iudæorum desperantium in captiuitate, quod Apóstolus refert ad illos, qui de resurrectione ne dubitabant. hoc. n. dicit propter eos qui quasi nihil futurum sit post mortem, veteri tantum student vt pecora, qui fidem asserentium resurrectionem irrident dicentes, Quis inde venit, non audiri vocem cuiusquæ inde venientis ex quo positus est ibi auus meus, ex quo atauus meus, ex quo pater meus, nullius vocem audiui: quibus respondetur, stulte si pater tuus resurgeret crederes? deus omnium surrexit & non credis, qui voluit mori & surgere vt oēs vni crederemus, ne a multis deciperemur: crederes patri iterum morturo, & non credis iam immortalis? Qui etiam se contrectadum discipulis præbuit, qui videntibus in cælum ascendit, cuius fidem de cælo misso spū orbis recepit, qui denique testimonium habet in cælo, testimonium in terra, testimonium ab angelis, testimonium ab inferis. Quid ergo remansit quod non clamat? Desinant ergo murmura male loquentium, & corruptentium bonos mores colloquij malis. Nolite. q. d. propter hæc omnia, Nolite seduci, per pseudo qui de medicina quærunt vulnus, & de scripturis conantur torquere vinculum, vñ laqueum mortis iniiciant. Corrupti. n. q. d. non seducimini, nec etiam placeat vobis colloqui illis, quia, Colloquia, eorum, Mala corruptunt bonos mores. i. virtutes etiã necant, dum faciunt non sperari resurrectionem. Assiduitas. n. prauiloquij vitiat mentem, & ideo ab his cauendum est. Euigilate. q. d. hoc nolite, sed potius contra illos, Euigilate, a torpore, & sic eritis, Iusti, & post, nolite peccare, quod exigit iustitia dei. f. ne peccetis, illis consentiendo qui ignorant deum. Vnde subdit, Ignorantiam. n. dei quidam habent, illi. f. qui mortuos resurrecturos stultum esse dicebant credere. & hoc, Loquor vobis ad verecundiam, vel, reuerentiam, id est vt eis adquietescere vereamini, vel verecundemini, id est vt pudeat vos credere ignaris. Vel, Ad verecundiam vobis loquor, id est ad vtilitatem vestram.

Aimo.

Ambro.  
Aimo.  
Ambro.

Aimo.

Aimo.  
Augu.  
in ser. de epi.  
Iacobi.

Aimo.  
Ambro.

Aimo.  
Ambrosius.  
August.  
de ier. in mō.

Augustinus.

Ambro.

Ambro.

Sed dicit aliquis, Quomodo resurgunt mortui? Quali autem corpore venient? Insipiens tu, quod feminas non viuificatur, nisi prius moriatur. Et quod feminas, non corpus quod futurum est feminas, sed nudum granum, vti puta tritici, aut alicuius cæterorum. Deus autem dat illi corpus sicut vult, & unicuique feminum proprium corpus. Non omnis caro eadem caro, sed alia hominum, alia pecorum, alia volucrum, alia autem piscium. Et corpora cælestia, & corpora terrestria. Sed alia quidem cælestium gloria, alia autem terrestrium. Alia claritas solis, alia claritas lunæ, & alia claritas stellarum. Stella enim a stella differt in claritate, sic & resurrectio mortuorum. Seminatur in corruptione, surget in incorruptione. Seminatur in ignobilitate, surget in gloria. Seminatur in infirmitate, surget in virtute. Seminatur corpus animale, surget corpus spiritale. Si est corpus animale, est & corpus spiritale, sicut scriptum est, Factus est primus homo Adam in animam viuentem, nouissimus Adam in spiritum viuificantem. Sed non prius quod spiritale est sed quod animale, deinde quod spiritale.

Sed dicit. Hacten⁹ per rationes probauit mortuorum resurrectionem futuram, modo per ipsam rerum naturam idem posse fieri ostendit, & illorum damnatæ sententiæ quos ignorantiam dei habere dixit, verba profert. q. d. per hæc prædicta probatur resurrectio mortuorum, Sed, tamen, dicit aliquis, ignorantium deum, Quomodo resurgunt mortui? id est quomodo potest esse vt mortui qui iam cinis sunt resurgant? Ita hoc dicit, quasi per naturam hoc fieri non possit. Si autem resurgent, quali corpore venient, q. d. non poterit aliud esse quā modo, id est passibile & mortale. Et quia in naturalium cognitione per quam nostram de resurrectione improbat fidem, sibi sapiens iste videt cum non sit, congrue respondet ei Aposto. subdens, Insipiens tu, qui non attendis quod cotidie vides, granum, Quod feminas non viuificatur. i. vegetatur, Non prius moriatur id est putrefiat, cū aiali hoie non legis auctoritate agit, sed documenta adhibet, quibus mortuorum in melius reformatio futura credatur, manente naturæ gnæ. Et corpus quod feminas, non feminas tale, quod. i. quale, futurum est. Non hoc ideo dicit quoniam tritici ex tritico futurum sit, sed quia nemo seminat herbam vel stipulam, vel quæ in palea multiplicata sunt tegumenta granorum, cū quibus tñ semina exurgunt: ideo addit. Sed nudum granum vt puta granum tritici aut alicuius cæterorum, feminum. Deus autem dat illi, grano, corpus, cū palea & arista, Sicut vult. Sicut ergo nudum granum seminat, & dei nutu quodam modo vestitum surgit, multa secum habens integumenta, ita mortuus dei virtute poterit viuere & meliori corpore resurgere. Et unicuique feminum, dat, proprium corpus, quod naturaliter debet hñe, non oibus granis idem corpus dat, sed cuique proprium secundum genus suum, vt tritico tritici, Vel, Unicuique feminum proprium corpus dat, quia non de alio pululat granum quod de terra orit, nisi de eo quod seminatum est, ita nobis reformabuntur in futuro nra antiqua corpora, sicut Iob ait. Quem visurus sum ego, & non alius. Non ois. hoc pertinet ad differentiã resurgentium, propter diuersas glorias fidelium. q. d. Eadem corpora resurgent, sed erit differentia in gloria & dignitate, quāuis de eadem materia sint, sicut Non ois caro est eadē caro. i. eiusdem dignitatis, licet sit de eiusdem elemētis. Et hoc est quod ait, Non omnis caro est eadem caro, id est eiusdem dignitatis. Sed alia hominum est, alia pecorum, alia volucrum, alia autem piscium. In his iste sensus est, Si genera carnis cum sint euuicta mortalia, differunt tamen inter se, pro diuersitate animantium non mirum est si in resurrectione mortuorum gloria distabit. Et sunt corpora cælestia, vt volatiliū, velut sol, & luna, & stellæ. Et sunt corpora terrestria, vt pote arborum & aliorum quæ terra gignit, id cum dixisset de carne, subdit de corporibus, quia omnis quidem caro est corpus, sed non ediuerso vt lignum. Vel Cælestia corpora sunt, resurgentia. Terrestria vero, antequam moriantur: vt quia Christus cælestis est, ex eo corpora cælestia dicantur, & non iam dicantur. Ex Adā vero quia terrestris est, terrestria corpora. Sed alia. q. d. non solum terrestria differunt inter se, sed & a cælestibus. quod ita dicit Sed alia quidem cælestium gloria est, alia autem terrestriū, & etiam ipsa cælestia inter se differunt. Quia alia est claritas solis, alia claritas lunæ, alia claritas stellarum. Et si

Ambrosius

Augu.

Augu.

Augustinus.  
ad Conleto.

Ambrosius  
 Ioan. Dama.  
 August.  
 de virginita.  
 Augustinus.  
 Fulgentius  
 Ambrosius.  
 Ambrosius  
 Ambrosius.  
 Aimo.  
 Ambro.  
 Ambro.  
 Augustinus  
 ad Consen.  
 Augustinus.  
 Augustinus.  
 ad Consen.

cut ista & si vnus naturæ sint sunt tamen diuersæ claritatis, sic & homines cum sint eiusdē gnis, dissimilis tñ gloriæ erūt in resurrectione, vt claritati solis illorū dignitas exequetur, qui centesimū numerū habent. Lunari vero claritati comparatur illorū dignitas, qui sexagesimū numerū habent. stellis vero qui tricesimū numerū quæsierunt Terris autē stellis & oīm nouissimis, perfidorū resurrectio similis. Infidelitas. n. nō potest clarā resurrectionē habere, quia sicut carbo cinere suo cooperitus obcæcatur, ita & hi perfidia & erroris tenebris circumdati luce carebūt. Stella enim. q. d. ab illis. s. a sole & luna differūt stelle, quia etiā inter se differūt. Stella. n. differt a stella in claritate, sic & differens erit. Resurrectio mortuorū. i. ita differēti corpore resurgent mortui. Nō solū. n. in gehenna suppliciorū, sed & in regno cælesti præmiorū multæ differentiæ sunt. Vñ dñs ait. In domo patris mei multæ mansiones sunt. Hæ sunt diuersæ mansiones in vna vita dignitates, & si idem denarius. i. vita æterna sit oibus. Eundē. n. denariū paterfamilias dedit oibus qui operati sunt in vinea, quo denario vtique aliquid significat quod oēs cōiter habebūt, sicuti est ipsa vita æterna, ipsum regnū cælorū, ipsa claritas resurrectionis, & tñ alius alio magis, alius alio minus fulgebit. Ergo & multæ erūt mansiones & vnus denarius, quia & vna est beatitudo, quam illi percipiunt, & dispar retributionis qualitas, & cū sint imparis claritatis, tñ deus est oia in oib⁹. Et quia deus charitas est, per charitatem fiet, vt quod singuli habent singuli cōe sit oibus. Seminaf. q. d. in differenti gloria resurgent, sed hoc oēs cōiter habebūt, quod incorrupti erunt. & hoc est quod ait, Corpus seminaf. i. sepelitur vel mortificat. In corruptione. i. vt corrumpatur. Vel, Seminaf in corruptione. i. cōcipitur corruptibile. Et resurget in corruptione, id est immortale & impassibile. i. quāuis hō ex quo concipitur vsq; ad dissolutionem sit in corruptione, & post vermibus scateat, tñ resurget in incorruptione. Itē, Seminatur, id est morit, & sepelitur corpus. In ignobilitate, id est sine omni honore, Et surget in gloria, id est gloriosum. Item, Seminatur, id est cōcipitur, In infirmitate, id est tale cui quælibet noceat. Surget in virtute, id est in potentia cui nihil noceat. Vel. Seminatur. i. sepelitur, In infirmitate, quia immobile est & inregibile, quia nō valet se mouere vel regere. Surget in virtute, id est vere viuū & vegetatum. Quid per singula? Seminatur corpus animale, id est tale quod cibis sustentetur vt viuat, & quod nihil habet ab aīa, nisi quod sensificatur per eam sicut animalia. Surget corpus spūale id est tale quod iam cibis non egeat, transiens in naturam spūs. i. habens quædam spiritalia, & spiritui naturalia, quia agile erit, leue, cibis nō egēs. Et nota quod ait. Surget corpus spirituale; non dicit spiritus quasi corpus in spūm vertatur, vt quidam putant. Sicut enim animale corpus non est aīa sed corpus, ita spirituale corpus non spiritum debemus putare sed corpus. Vnde & dominus, Talem opinionem discipulorum de suo corpore refellēs dixit. Palpate & videte, quoniam spūs carnem & of. nō habet, sicut me videtis ha. Iam igitur spirituale erat corpus Christi, nec tamen spiritus erat, vnde & hic nō dicit spūs, sed spūale, quia tunc spiritui plene subdetur corpus, nō iam repugnabit. Et quia spiritui simile erit, quia nec aliquam corruptionem patietur, nec alimentis egebit, vt homo ante peccatum non eguit. Nota quod cum dicit corpus transitorium ad incorruptionem, corruptionis facit mentionem, vt ostendatur maior dignitas resurrectionis. Si est corpus. q. d. Vere surget corpus spirituale, quia si modo, Corpus est, animale est, id constat quandoque esse, Et spirituale, sicut enim animales sumus quia pater noster Adam factus est carnalis in animam viuentem, sic erimus in resurrectione spirituales, quia pater noster. s. Christus factus est spiritualis in sua resurrectione in spiritum viuificantem. quod sic exponit. Sicut, vel, sic enim scriptum est in Genesi, scilicet nos esse animales ab animali patre procreatos. scriptum est ibi quod Primus homo Adam factus est in animā viuentem. Hic exponit quid sit animale corpus, cum ait, Factus est in animam viuentem, potentem viuere, id est vitam dare corpori, tamen per sustentamenta ciborum viuificantē, sed nouissimus Adam, id est Christus, hoc non de Genesi sumitur, sed addit Apostolus, Factus est in spiritum viuificantem. id est qui ita corpus viuificaret, vt vltra non egeret aliqua sustentatione, nec esset solubile. Hic exponit quid sit spirituale. Hoc enim inter animam viuentem et spiritum viuificantem interesse voluit, vt illic sit corpus animale, hic spirituale. Anima enim in corpore animali viuuit quidem, sed non viuificat vsque auferendam corruptio

A  
 nem, In corpore vero spūali, quia perfecte adheret dño, sic viuificat, vt spūale corpus efficiat. Attēde etiā quare Christus dicit Adam, & nouissimus. Adam dicitur, quia de eadē materia est: Nouissim⁹, quia post eū nō succedit alius, qui sit caput vel author humani generis, sicut illi duo fuerunt. Totū enī humanū genus quodāmodo sunt illi duo hoīes. s. primus Adā & secūdus: quia ex illo sunt nati, ex hoc renati, & ideo vterq; dicitur pater humani generis. Vel, alijs nō mutatis, ita potest legi istud, Si est corp⁹, vt probet quasi à reatiuis, corpus esse spūale. Et dixi bene spūale, quia Si est corpus animi, ergo est Et spūale. Cū enī dicit corpus, frustra addit aīale, nisi sit aliud spūale, ad cui⁹ discrepantiā dicatur aīale. Quod autē sit aīale probat per autoritatē Genesis, Quia factus est & c. quē nō mutatur. Vel ita, Si est corpus. q. d. bene dixi corpus aīale & corpus spūale. Siquidē est corpus animale: & est corpus spūale. & quod animale sit, probat per Genesim, ibi, Factus est primus homo & c. & quod sit spirituale, ostendit, ibi, Quia nouiss. Adam. Horū verborū sensus nō mutatur, Sed nō. Dixit corpora nostra futura spiritalia: sed nequis dubitet an animale possit fieri spirituale, probat per similitudinem Christi. q. d. Christus factus est in spiritum viuificantem. Sed nō prius fuit, in eo, Quod spirituale est, sed quod animale prius fuit in Christo.

B  
 Deinde quod spirituale. Primus homo de terra, terren⁹: secūdus homo de celo, cælestis. Qualis terrenus: tales & terreni. & qualis cælestis tales & cælestes. Igitur sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginē cælestis. Hoc autē dico fratres, quia caro & sanguis regnum dei possidere nō possunt: neque corruptio, incorruptelā possidebit. Ecce mysteriū vobis dico. Omnes quidē resurgemus, sed non omnes immutabimur. In monumento, in ictu oculi, in nouissima tuba (canet enī tuba) & mortui resurgent incorrupti, & nos imutabimur.

C  
 Deinde quod spirituale est, sic & de nobis fieri poterit. In Christo ergo hoc expertus vnusquisq; hoc sibi expectet. s. vt de animali fiat spiritualis. Deinde vnde sumus animales & vnde futuri sumus spirituales, ostendit subdens, Primus homo. q. d. Vere primus hō factus est in aīam viuentē. Quia prim⁹ hō est de terra, qui de puluere terrę formatus est, & ideo, Etiā terrenus. i. aīalis & passibilis ex natura. Secūdus est homo factus in spūm viuificantē. quia, Secūdus homo est de celo, quia natura diuina fuit humanæ vnita, & ideo cælestis. i. spiritualis in resurrectione. Vel cælestis dicit, quia non humano ritu sed diuino nutū cōceptus est & natus. Qualis autē terrenus, pater fuit. i. animalis & mortalis, Tales & terreni. s. aīales ex aīali, mortales ex mortali. Et qualis est cælestis pater. i. spūalis & immortalis. Tales. i. spūales & imortales erūt. Et cælestes, quia tales erūt cælestes. Igit, vt possimus esse cælestes, Sicut portauimus imaginē terreni. i. sicut exēplo Adæ terrena dileximus: ita & post baptismum, Portemus imaginem cælestis, scētādo iustitiā & veritatē, & obedientiā. Hoc autē dico & c. q. d. dico vt portemus imaginē cælestis: sed si nō portauerimus, nō erimus cælestes. & hoc est quod dicit. Hoc autē dico vobis, o fratres quoniā caro & san. i. hoīes dediti vitijs quę de carne & sang. oriūtur. Nō possidebūt regnū dei. & vere, quia Corruptio, peccati quę est effect⁹ carnis & sanguinis. i. aliquis seruiēs corruptioni peccati, Neq; possidebit incorruptelā. i. immortalē. Vel noīe carnis & sang. hic accipit opera carnis. Per carnē. n. & sanguinē ventrē & libidinē. i. opera carnis quę ibi nō erūt, significat: nolēs eos arbitrari se talia facturos in regno cælorū, qualia fiūt in hac vita, sicut Iudęi putabāt. Iudęi. n. credebāt futurā resurrectionē, sed more hui⁹ vitæ vt ibi nuberēt & generarēt. Vnde Saduceis respōdere nō poterāt quæstionē proponētibus de septemvira muliere. quia carnaliter de resurrectione cogitabāt: quod Apostol⁹ remouet dicēs, Hoc autē. q. d. ex prædictis cōstat quod resurgemus. Hoc autē dico fratres, quia caro & sang. i. opera carnis & san. Nō pos. reg. d. i. nō erūt in regno dei. Et verē nō, quia, Corruptio, carnis cuius opera sunt illa, Non possidebit incorp. i. nō erit in regno incorruptibili. Vel carnis & sang. noīe, ipsa corruptio carnis & san. intelligit: quę vtiq; in regno illo nō erit, vbi caro incorruptibilis erit. Nō ergo sic accipiēdū est quod ait Apl⁹, quasi carnis substantia in regno dei nō sit futura. & hoc est, Hoc autē. q. d. cōstat q̄ resurgemus. Hoc autē dico fratres. q. c. & san. i. corruptio carnis & sang. Nō pos. r. d. Et ne putares secūdū substantiā hoc dici, aperit subdēs, Neq; cor. q. d. ideo dixi, quod caro & sang. nō possidebit re-



gnum dei, quia corruptio mortalitatis, quæ nomine carnis hic ostenditur, Non possit  
 debet in corruptelam, id est incorruptibile regnum. Et quia dixit electos resurrectu-  
 ros in gloria, & post dixit carnem & sanguinem possidere regnum dei, quomodo hoc  
 distinguendum sit, aperit. & quasi quis dicat, quomodo caro erit, & caro non erit, ex-  
 ponit dicens, Ecce dico, id est aperio, Vobis mysterium. i. quiddam quod vobis est oc-  
 cultum. Nominatio enim mysterium obscuritatem significat. Nam mysterium græcum est,  
 quod latine dicitur secretum, vel occultum: quod est illud, hoc. s. quod omnes homines tam  
 boni quam mali, Resurgemus. hoc generaliter intelligitur, si dixerimus, quia etiam san-  
 cti viui reperti Christo veniente morientur. sic enim resurgere poterunt. Non enim resur-  
 rectio fieri poterit, nisi mors præcesserit. Si ergo sanctos qui reperientur Christo venie-  
 te vitantes, eiq; rapiuntur, crediderimus in eodem raptu de mortalibus corporibus exi-  
 tuos, & ad eadem mox immortalia redituros, generaliter dictum esse hoc accipere pos-  
 sumus. s. Omnes res. sed non omnes immutabimur, in gloriam immortalitatis. Vel ita,  
 Omnes res. omnes. s. qui in aduentu Christi mortui inueniemur. Sed non omnes, viui  
 reperti, Immutabimur, in gloriam, sed soli sancti dei. Resurgemus dico, & hoc, In mo-  
 mento. i. in brevissimo & minimo & angustissimo temporis spatio. Et quia in momento  
 est mora, licet brevis, addit, In ictu oculi. i. quam cito oculus igitur. i. percutit visum, vel igitur  
 a palpebra. i. in summa celeritate. Per ictum. n. oculi nimiam breuitatem significat, vt  
 per hoc mirabilior ostendatur esse resurrectio. & dei potentia ex eius celeritate comēda-  
 tur. Fiet ergo resurrectio. In ictu oculi. i. quam cito oculi radius transit ad remota, & trans  
 uolat media: & si sit ibi prius & post, tamē quasi simul sit, sic & resurrectio mortuorum  
 fiet. & hoc fiet, In tuba nouissima. i. per tubam & per vocem magnam, vel manifestam, post-  
 quam non erit alia. Et est sensus, Resurrectio fiet, In tuba. i. nouissimo signo, quod dabitur,  
 vt ista compleatur. Hęc tuba est clamor de quo dicitur in euangelio, Media nocte clamor  
 factus est, ecce sp. v. e. obuiam ei. Non. n. tunc veniet cum sperat, sed media nocte. i. cum  
 obscurum erit. i. occultum, veniet. Et quasi quis quæret, An erit sonus? Respondeo. vtiq;. Ci-  
 net enim tuba. Tubæ nomine aliquid euidenter & præclarum significare intelligitur, quod vox  
 archangeli, & tuba dei alibi dicitur, & vox Christi in euangelio dicitur. Quam audient  
 mortui, qui in monumentis sunt, & procedent. Vnde etiam hic subdit, Et mortui. i. pecca-  
 tores, vel generaliter omnes mortui, Resurgent, incorrupti. i. sine diminutione mem-  
 brorum, & nos boni tantummodo immutabimur, in gloria immortalitatis, & impassibi-  
 litatis. Quomodo autem hoc fiat, vel qualis sit immutatio ista, exponit subdens.

Oportet enim corruptibile hoc, induere incorruptionem: & mortale hoc, induere  
 immortalitatem. Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem: nunc fiet  
 sermo qui scriptus est Absorpta est mors in victoria, Vbi est mors victoria tua?  
 Vbi est mors stimulus tuus? Stimulus autem mortis, peccatum est: virtus vero  
 peccati, lex. Deo autem gratias qui dedit nobis victoriam per dominum nostrum Ie-  
 sum Christum. Itaque fratres mei dilecti, stabiles estote & immobiles: abundantes  
 in opere domini semper, scientes quod labor vester non est inanis in domino.

Oportet enim. Vere immutabimur, quia oportet pro eo quod bene seruimus, vel quia  
 nobis promissum est. Hoc corruptibile corpus induere, vt ornamentum, Incorruptionem,  
 vt ultra non esuriat, vel aliquatenus ledatur. Et oportet mortale hoc. i. corpus hoc morta-  
 le quod ostenditur, induere immortalitatem vt ultra non dissoluatur. Hęc ergo visibilis caro  
 sine dubitatione resurgere credendum est. Vide enim Apostolus eam tanquam digito ostende-  
 re cum dicit, Oportet corruptibile hoc. dicendo hoc, in eam quasi digito intēdit, vt eadem  
 caro que videtur resurrectura monstratur, sed non talis. Secundum hoc dicitur supra, Caro  
 non possibebit, & est: quia non erit ibi corruptio & mortalitas. i. non secundum has qualita-  
 tes erit ibi caro, sed eadem carnis substantia erit. Cum autem, vel, enim. q. d. Vere induet  
 immortalitatem, quia tunc, Fiet, id est implebitur, Sermo, & nunquam aliter impletur.  
 Vel ita continet. Induet immor. Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet. i.  
 implebitur, Sermo, & nunquam aliter impletur: Qui scriptus est, in Esaia vel in Osee, vbi ita  
 legitur, Ero mors tua o mors. Sed iuxta. LXX. sic, Absorpta est. i. destructa mors cor-

Ambrosius.

Aimo.  
 Augustinus.  
 de ciuit. dei.

Ambrosius.

Aimo.

Ambro.

Augustinus.  
 de gratia n. t.  
 Idem in eod.

Ambro.  
 Ambro.  
 Augustinus

Ambro.

Augustinus.  
 de simbolo.  
 Augustinus  
 de sermone  
 in monte.

Aimo.  
 Aimo.

A poris, In victoria Christi. i. in resurrectione Christi. Quod autem de morte corporis hoc  
 accipiendum sit, non de morte anime: & ex eo ostenditur quod dixit, tunc fiet, significans esse  
 se futurum, non ait, factus est, tanquam de preterito, ne quis putaret esse dictum de morte in-  
 teriori, quod iam factum est. Vbi est, hęc sunt verba prophete vel apostoli letantis &  
 morti insultantis in persona resurgentiū, vt certior sit resurrectio. Ait ergo ex persona  
 resurgentiū. Vbi est, o mors, corporis. s. Victoria tua. i. potentia, qua omnes dissoluebas, qua  
 omnes sic viceras, vt etiam dei filius tecum confingeret, teque non vitando sed suscipiendo super-  
 raret: vicisti in morientibus, victa es in resurgentibus: victoria tua qua absorberas cor-  
 pora morientiū, temporalis fuit, victoria qua in corporibus absorpta es resurgentiū, eter-  
 na consistabit. Vbi est mors. s. dissolutio Stimulus tuus. Stimulus mortis intelligitur pec-  
 catum originale, quo in vno peccauimus omnes, vt moreremur vt vno omnes, quo puncti  
 & venenati sumus, de quo mors exiit, vt ipse exponit subdens. Stimulus autem mor. pec-  
 catum est. Sicut enim peccatum est stimulus mortis dicitur, quo. s. mors facta est, non quem mors fe-  
 cit: peccato enim morimur, non morte peccamus: sic dictum est lignum vite, non quod homines vi-  
 ta faceret, sed quo vita homines fieret: sic & lignum scientiæ boni & mali, per quod scientia  
 fieret hominis, non quod per suam scientiam homo fecerit. Vel nomine mortis significatus  
 est diabolus. & est. Absorpta est m. in vi. id est diabolus iam ex parte absorptus: in futuro  
 penitus absorbebitur, propter hoc quod modum vincendi excessit Christum inuadendo, in  
 quo nihil habebat. Deinde ex persona iustorum qui nunc sunt, & in resurrectione erunt,  
 insultat eis dicens, Vbi est o mors. s. diabole. Victoria tua, qua genus humanum velut  
 gregem post te trahebas, Vbi est mors. s. diabole, Stimulus tuus? Stimulus autem mortis  
 peccatum est. peccatum vero dicitur stimulus diaboli, quem. s. mors. i. diabolus fecit, non a  
 quo factus est. Vel ita, per mortem arbitror hic significari delectationem peccati, & car-  
 nalem consuetudinem que animam mortificat, quæ ex actu peccati sit, quo in Adam pecca-  
 uimus. hanc enim mortem peccato meruimus, quod peccatum omnino erat in libero arbi-  
 trio, cum in paradiso nullus dolor denegate delectationis voluntati boni hominis resisteret  
 vt verbi gratia. Si quis existat quem nunquam venatio delectauit, omnino liber est vtrum venari  
 velit vel nolit, nec eum cruciat qui hoc prohibet. At si ista libertate male usus, venat? fu-  
 erit contra prohibentis imperium, paulatim subrepens delectatio mortificat animam, vt si se  
 abstinere velit, sine molestia & agone non possit. Caro enim concupiscit aduersus spiri-  
 tum, & spiritus aduersus carnem. Nec cessabit contentio donec perfecta sanctitas to-  
 tum hominem reparauerit. tunc ergo, Fiet sermo qui scriptus est. Non modo sit sed tunc  
 fiet. Quid tunc fiet? Absorpta est mors, id est delectatio peccati, In victoria. i. in hoc  
 quod serui dei vicent concupiscentiam carnis, tunc vincet pax & finietur bellum, nulla  
 erit a morte contentio vt modo est. Primo concupiscentia carnis sequentes duxit nos, post-  
 ea retinentes extraxit nos: Deinde accepta gratia coepit nos nec ducere, nec trahere,  
 sed contendere adhuc nobiscum. Post contentionem erit victoria, quando oppugnare  
 cessabit. Ideo ex persona victorum subdit, Vbi est mors victoria tua, vel contentio tua?  
 Vbi est mors stimulus vel aculeus tuus? Stimulus autem mors peccatum est, quia pec-  
 cato facta est delectatio. Peccatum enim quasi scorpius est, cuius punctione facta est  
 mors: sed absorbebitur in futuro, cum dabitur sanctis vt peccare non velint, nec possint.  
 Virtus vero. i. augmentum, Peccati est lex, Hoc ideo addidit, ne quis dicat quemquam  
 a lege iuari: sed a deo tantum. Data enim lege & carnalis concupiscentia inualuit, &  
 prauaricatio accessit. Lex enim prohibendo auget peccati cupiditatem, nisi diffundat  
 spiritus charitatem. Pro his autem omnibus Apostolus agit gratias deo dicens, Deo  
 autem gratias, ago, qui dedit nobis victoriam, peccati & mortis. Per dominum nostrum  
 Iesum Christum, non per legem. Christus enim ait, Confidite, ego vici mundum. Et quia  
 per Christum vicimus, Itaque fratres mei dilectissimi stabiles estote, in fide resurrectio-  
 nis, Et immobiles, vt a pseudo moueri non possitis. Semper in opere domini abundan-  
 tes, spe resurrectionis. Scientes. i. spem habentes, Quod labor vester, quem habetis, In  
 domino. i. in seruitio domini, Non est inanis. i. sine remuneratione. De collectis autem,  
 post alia, de collectis faciendis in sanctos qui erant Hierosolymis breuiter monet. quod  
 non est contra illud, Nolite cogitare de crastino. Non est enim cogitare de crastino, si  
 quis humano more ista procuret, sed si quis propter ista deo militat, vt in operibus suis  
 non regnum dei, sed istorum acquisitionem intueatur.

Ambrosius.  
 Augustinus.  
 ad Marcellum

Ibidem

Augustinus  
 in lib. quart.  
 lxxiii.

Augustinus  
 de ver. apost.  
 Augustinus  
 in psal. lxxxviii.

Augustinus  
 in lib. quart.  
 lxxxiii.

Augustinus  
 de perfectio-  
 iusticie.  
 Augustinus  
 super Ioan.

Augustinus  
 in ser. de mor.



**D**E collectis autem quæ fiunt in sanctos: sicut ordinavi in ecclesiis Galatiarum: ita & vos facite per unam sabbati. Vnusquisque vestrum apud se reponat recondens quod ei bene placuerit: ut non cum venero tunc collectæ fiant. Cum autem præfens fuero, quos probaueritis per epistolas hos mittam perferre gratiam vestram in Hierusalem. Quod si dignum fuerit ut ego eam, mecum ibunt. Veniam autem ad vos, cum Macedoniam pertransiero. Nam Macedoniam pertransibo. Apud vos autem forsitan manebo, vel etiam hyemabo, ut vos me deducatis quocunque iero. Nolo enim vos modo in transitu videre. Spero enim me aliquantulum temporis manere apud vos: Si dominus permiserit. Permanebo autem Ephesi usque ad Pentecosten. Ostium enim mihi apertum est magnum & euidens, & aduersarii multi. Si autem venerit Timotheus, videte ut sine timore sit apud vos. Opus enim domini operatur sicut & ego. Ne quis ergo illum spernat. Deducite autem illum in pace, ut veniat ad me, Expecto enim illum cum fratribus. De Apollo autem fratre vobis notum facio, quoniam multum rogavi eum ut veniret ad vos cum fratribus, & utique non fuit voluntas eius ut nunc veniret. Veniet autem cum ei vacuum fuerit. Vigilate, stante in fide, viriliter agite & confortamini, omnia enim vestra in charitate fiant.

De collectis autem quæ fiunt, non in quolibet, Sed in sanctos, id est, ad usus sanctorum. & ideo tenendum est, Sicut ordinavi in ecclesiis Galatiarum, ita & vos facite, id est colligite, Per unam diem sabbati. i. septimanæ. Vel, Per unam sabbati. i. dominica die. Quia una sabbati vel una sabbatorum; vel prima sabbati vocabatur apud Iudeos diem quem dominicum appellamus. Colligite dico, Vnusquisque autem vestrum reponat apud se, ne dicatis non esse fidelem ministrum cui credatis: reponat dico, Quod bene placuerit, non quod grauet eum retinens illud in usum sanctorum, & cauens ne iterum illud sumat. Hic est sensus horum verborum. Præcipit apostolus omnem plebem dominico die conuenire ad ecclesiam, & illuc deferre quod volebat unusquisque dare ad opus sanctorum, & ne à malis ministris deperiret si apud ecclesiam dimitteret, præcepit ut secum referrent, & tuto loco reponerent, quoad usque ipse veniret. & hoc per singulos dies dominicos faciebant, quia quod paulatim colligitur, ne graue est, & iuuenitur multum, Ideo autem hoc præparate, Ut non cum venero, tunc collectæ fiant, quia grauaret eos si subito totum simul darent. Cum autem præfens fuero, tunc, Mitam, illos, vel hos, Quos probaueritis, id est idoneos iudicaueritis per epistolas, id est cum epistolis meis & vestris laudatorijs & commendatorijs deferentium & mittentium. Perferre gratiam vestram, id est donum, In Hierusalem, quod si dignum fuerit ut ego eam, scilicet si magnæ res fuerit, Mecum ibunt. Veniam autem ad vos cum pertransiero Macedoniam, id est per omnia loca transiero usque Macedoniam. Nam Macedoniam pertransibo, vbi non est opus morari. Apud vos autem forsitan manebo, vel etiam Hyemabo, quia multa corrigenda sunt ibi: sicut medicus ibi moram habet, vbi plures ægrotant. Veniam ad vos dico, Ut & vos me deducatis quocunque iero. Dico manebo apud vos. Nolo enim vos in transitu videre. Spero enim aliquantulum temporis manere apud vos si dominus permiserit. Permanebo autem Ephesi, inde misi epistolam. Usque ad Pentecosten, ideo permanebo ibi, Enim, id est quia, Ostium magnum apertum est mihi, id est multa corda hominum ad audiendum parata sunt. Et euidens, quia non contradicunt prædicationi. Et quasi quis diceret, Quid ergo opus est ibi morari? Respon. Et, id est quia, aduersarii multi sunt, ibi, qui conantur impedi. Si autem venerit Timotheus, ad vos, Videte ut sine timore sit apud vos, forsitan iam ibi timuerat propter commotionem pseudoapostolorum. Opus enim domini operatur sicut ego, ne quis ergo illum spernat. Deducite autem illum in pace, ut veniat ad me. Expecto enim illum cum fratribus, qui secum sunt. De Apollo autem fratre notum vobis facio, quoniam multum rogavi eum ut veniret ad vos cum fratribus. Hoc ideo dicit, quia Corinthij hunc requie-

Aimo.  
Ambrosius.  
Aimo.

Aimo.

Aimo.  
Aimo  
Aimo

Ambro.

**A**serant quia ab Apostolo ordinatus fuerat episcopus illorum: qui cum non posset eos sedare, venerat ad Apostolum Ephesum: quibus respondet hic Apostolus dicens, Rogavi &c. Et utique non fuit voluntas eius, ut nunc veniret ad vos, quia timet incorrectos. Veniet autem cum ei vacuum fuerit, id est oportunitate. scilicet cum vos correcti fueritis. Vos autem vigilate mentis oculis contra astutias diaboli. Et stante in fide, quia stanti non obrepit somnus. Viriliter agite. Mulierum enim est inconstantia, Et confortamini in domino, ut in vestra virtute sit profectus. Et omnia vestra. i. correctio, Fiant in charitate, non causa inanis gloriæ. Obsecro autem. Ordo literæ huius respicit, & pedit usque: illic, Ut vos subditi sitis. q. d. prædicta facite ut dixi. hos autem imitamini. & hoc est.

Ambrosius.

Ambr.  
Ambr.

Obsecro autem vos fratres, noſtis domum Stephanæ & Fortunati & Achaici quoniam sunt primitiæ Achaia, & in ministerium sanctorum ordinauerunt se ipsos. & ut vos subditi sitis eiusmodi & omni cooperanti & laboranti. Gaudeo autem in præsentia Stephanæ & fortunati & Achaici, quoniam id quod vobis deerat ipsi suppleuerunt. Refecerunt enim & meum spiritum & vestrum. Cognoscite ergo qui eiusmodi sunt. Salutant vos omnes ecclesie Asia. Salutant vos in domino multum Aquila & Priscilla cum domestica sua ecclesia, apud quos. & hospitor. Salutant vos omnes fratres. Salutate inuicem in osculo sancto. Salutatio mea, manu Pauli. Si quis non amat dominum nostrum Iesum Christum, sit anathema maranatha. Gratia domini nostri Iesu Christi vobiscum. Charitas mea cum omnibus vobis in CHRISTO IESU. Amen.

Obsecro autem vos o fratres qui noſtis Stephanæ domum & Fortunati & Achaici: Hi cum Apostolo fuerunt in prædicatione Corinthiorum, ut & vos subditi sitis his & huiusmodi. Et omni cooperanti & laboranti in vobis, Ideo subditi sitis, Quoniam, ipsi, Sunt primitiæ Achaia, id est primi crediderunt in Achaia. Et ordinauerunt se ipsos in ministerium sanctorum, id est ut ministrarent sanctis. Gaudeo autem in presentia Stephanæ & Fortunati & Achaici, id est quia præfentes apud vos sunt, ex quibus vobis est profectus. Vnde subdit, Quoniam ipsi suppleuerunt, docedo, Id quod vobis deerat. Et merito gaudeo. Refecerunt enim & meum spiritum & vestrum. meum utique lætitia, vestrum charitate. Vel ita. Gaudeo autem in præsentia Stephanæ & Fortunati & Achaici, id est quasi mihi venerunt pro vobis ministrare, Quoniam ipsi super id quod vobis deerat: quia ministraverunt mihi, quod vos non fecistis. & merito gaudeo, Refecerunt enim & spiritum meum, quoniam scilicet me pauerunt. Et vestrum, quibus Apostolum seruauerunt. Cognoscite ergo, id est honorate illos, Qui sunt huiusmodi. Salutant ecclesie Asia, quasi dicat, quod ego scribo omnes desiderant. Salutant vos in domino, multum Aquila, & Priscilla, apud quos hospitor. Cum domestica sua ecclesia, id est fratrum congregatione. Apud quos & hosp. Salutant vos omnes fratres. Salutate vos inuicem, in signum pacis, & hoc, In osculo sancto. scilicet vero corde. Et ut sciatis eius esse hanc epistolam, subdit, Salutatio mea scripta est manu Pauli. Hæc salutatio est ibi, Gratia domini, sed præmittit similiter manu sua scriptum hoc. Si quis &c. quasi dicat, fideles saluto, Sed si quis non amat dominum nostrum Iesum Christum, sit anathema, id est separatus à deo vel condemnatus, Maranatha, id est donec veniat dominus, vel in aduentu domini, Maranatha enim interpretatur dominus veni, & est compositum, ex Syro & Greco, magisque Syrum est quam Hebræum. Anathema vero Græcum, & interpretatur condemnatus vel separatus. Similis ergo Græco & Syro utitur verbo. Deinde sequitur salutatio, Gratia domini nostri Iesu Christi sit vobiscum, & charitas mea sit cum omnibus vobis, id est ea charitate vos inuicem vel deum diligite, qua vos ego vel deum diligo. & hoc facite, In Christo, id est non secundum amorem seculi. Amen. Hic sermo confirmatio est benedictionis.

Ambro.

Augustinus.  
Ambro.  
Augustinus.

Ambr.  
Abrof.

Argumentum in Secundam epistolam ad Corinthios.

**D**icitur a Corinthiis penitentiam, consolatoriam scribit eis epistolam Apostolus a Troade per Titum. Et collaudans eos hortatur ad meliora: contristatos quidem eos sed emendatos ostendens.

Epistola Secunda ad Corinthios. Cap. I.



**P**AULUS Apostolus Christi Iesu per voluntatem dei, & Timotheus frater ecclesie dei que est Corinthi, cum omnibus sanctis qui sunt in vniuersa Achaia: gratia vobis & pax a deo patre nostro & domino IESU Christo. Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum, & deus totius consolationis: qui consolatur nos in omni tribulatione nostra, vt possimus & ipsi consolari eos qui in omni pressura sunt, per exhortationem qua exhortamur & ipsi ad eo: quoniam sicut abundant passiones Christi in nobis, ita & per Christum abundat consolatio nostra.

**P**AULUS &c. Hanc item epistolam scribit Apostolus Corinthiis, quorum quidam per precedentem epistolam & si primo contristati, postea tamen emendati fuerant, & multa pro nomine Christi passi. Aliqui vero adhuc eorum pertinaciter apostolum despiciunt, & ei pseudo apostolos preferunt. Quibusdam ergo Corinthiorum per primam epistolam correcti, causa reliquorum scribit hanc epistolam secundam, repellens pseudo apostolos ostendendo deceptionem predicationis eorum, & se multis modis commendans. Notat etiam illos in elemosynis parcos, precipit quoque correctum fornicatorem recipi, quem Satan tradiderat. Et quia etiam boni ibi tribulabantur, se eis in exemplum patientie proponit, docens eos non debere egre ferre, cum ipse pro aliorum salute, periculis cotidie & morti subiaceat. Est ergo intentio eius in hac epistola incorrectos corrigere, & correctos ad vltiora prouocare, & pseudo sui commedatione deprimere. Modus tractandi talis est. More solito salutationem premitit. deinde de bonis per gratiam collatis gratias deo agit, loquens perfectis: post ad tolerantiam passionis sue exemplo, inuitat: postea pseudo apostolos deprimendo redarguit, detegens versutias eorum, & se multis modis commendat. Tandem subdit moralis ammonitio cum iteratione benedictionis. Premitit autem salutationem, contra pseudo superbiam, Pauli: & contra eorumdem presumptionem, apostolum se nominat dicens, Paulus apostolus Iesu Christi. non usurpauit, sed per voluntatem dei. non hominum, quia non ab hominibus fuit electus vel missus. Et Timotheus frater: qui iuit cum prima epistola ad Corinthios, & renunciauit apostolo omnia que scribuntur apud illos. & ideo hic ponit, vt sciatur ea que faciunt, apostolum non latere. Paulus inquit & Timotheus scribunt vel mandant hanc epistolam ecclesie dei. Que est Corinthi, cum omnibus sanctis. i. & sanctis omnibus. s. presbyteris. vel, sanctis omnibus. i. omnibus spiritus sancti gratia renatis. Qui sunt in vniuersa Achaia cuius metropolis est Corinthus. & ante alia salutatur in hunc modum, Gratia sit vobis & pax, id est remissio peccatorum & tranquillitas mentis, a deo patre nostro, & domino Iesu Christo, sine quo pater nihil dat. Benedictus, post salutationem primum perfectis loquitur de tribulatione proponens se exemplum patientie & consolationis a deo acceptae, ducens laudem, quod alij ignominie. Ait ergo Deus, scilicet creator omnium, Et pater domini nostri Iesu Christi, sit Benedictus, & si in se gloria eius nec potest augeri, nec minui, tamen sit, Benedictus, id est exaltatus in suis, in quibus per cognitionem & ipsorum prouectum dicitur exaltari. Dico pater Christi, per quod & ipse est etiam nobis, qui Christi filij sumus. Pater misericordiarum. s. pater dans nobis veniam peccatorum, & bona opera, & in tribulatione constantiam. & ipse est deus, dator totius. i. integre & perfecte, Consolationis, quanta decet deum dare his qui pro Christo patiuntur. Bene ergo ait. Deus totius consolationis. i. perfecte, quia non est minus tribulatione solatiu. & quod ipse sit deus consolationis, ex hoc patet, quia ipse est, Qui consolatur nos,

Ambrosius.

Ambro.

Ambro.

**A** ministros, In tribulatione nostra omni. i. anime & corporis. A deo consolatur, Vt & nos ipsi desolati. i. destituti humano auxilio possimus per exemplum consolationis nostrae. Consolari eo qui sunt in omni. i. in qualibet, Pressura. Pressura consolari dico Per exhortationem. i. per tale consolationem, que hortat nos ad grauora toleranda. Vnde subdit, Quia & nos ipsi exhortamur a deo. i. quia deus dedit, non solum vt consolaretur nos, sed etiam exhortaret ad maiora, & ita nostra consolatio valet etiam alios exhortari, Et vere possimus consolari. Quonia sicut passionis Christi. i. que pro nomine Christi inferunt. Vel, Passiones Christi. i. quas ad similitudinem Christi patimur, Abundat in nobis, qui sumus quasi eorum locus, Ita, non minus: Per Iesum Christum abundat consolatio nostra, cum vel hic liberamur, vel pietate paternam in flagellis intelligimus, quia flagellat omnem filium quem recipit. Sed hoc totum pro vobis est. Vnde subdit,

**S**icut autem tribulamur pro vestra exhortatione & salute, siue consolamur pro vestra consolatione, siue exhortamur pro vestra exhortatione & salute, que operatur tolerantiam earundem passionum, quas & nos patimur, vt spes nostra firma sit pro vobis, sciens quonia sicut socii passionum estis, sic eritis & consolationis. Non enim volumus ignorare vos fratres de tribulatione nostra que facta est in Asia, quonia supra modum grauati sumus supra virtutem, ita vt taderet nos etiam viuere. Sed ipsi in nobis ipsi responsu mortis habuimus, vt non simus fideles in nobis sed in deo qui suscitatur mortuos, qui de tantis periculis nos eripuit & eruit. in quem speramus, quonia & adhuc eripiet adiuuatis & vobis in oratione pro nobis, vt ex multarum personarum faceremur ei que in nobis est donatio per multos gratie agatur pro nobis.

**S**icut autem tribulamur pro vestra exhortatione est, & salute, quia nostro exemplo monent nos deus pati. vnde salus eterna erit nobis, siue consolamur spe premij, quia pietate paternam intelligimus in flagellis. hoc quoque, Pro nostra consolatione est, vt vos simile speretis: Siue exhortamur, ad grauora quod sit vel finitis malis, vel virtute patientie data nobis, & hoc, Pro nostra exhortatione est, & salute. s. vt vos ad maiora anime mini, & salute speretis. Pro salute dico, Quae operatur. i. intendit operari in vobis. i. nos intendimus quod operetur in vobis. Tolerantiam earundem passionum quas & nos patimur quia debetis exemplo nostro pati eadem que & nos patimur. A deo operatur, vt spes nostra qua speramus vos passuros, sit firma. Patimur dico, Et hoc pro vobis. i. ad vestram utilitatem. & vere, quia nos sumus. Sciens, quonia sicut, modo estis socii passionum. q. d. & in futuro eritis socii consolationis eterne, quia eque gloria labori nostro retribuetur. Non enim, Hic exponit tribulationes suas, vt cum se ad magistri sui comparationem parua pati cognouerint, accepta consolatione dolere desistant. q. d. bene dico quod patimur. Non enim volumus vos ignorare fratres, quia vobis proficit scire de tribulatione nostra. Pseudo de sua gloria gloriatur, nos vero de tribulatione que facta est, nobis, In Asia. quid de ea volo vos scire? quonia grauati sumus pondere passionum, & hoc, Supramodum, precedentium tribulationum, Et supra virtutem humanam. Ita. i. a deo, Vt taderet nos, qui de malis solemus gaudere, etiam viuere, non solum loqui, & cetera facere. & non solum taderet viuere, sed etiam nos ipsi, non solum alij de nobis, Habuimus, vel, Accepimus responsu. i. certitudinem, Mortis, & hoc, In nobis ipsis, quia nostra natura nil nisi mortem promittebat, vel defectum. Tanta insolentia iniquitatis significat surrexisse contra fidei predicatores, vt mortem ante oculos haberet. sic ei afflicti fuerat vt desperarent de presenti vita. Ideo autem deus permittit tantum nos affligi, vt non simus fideles in nobis. Maledictus. n. qui confidit in homine, Sed in deo tantum, in quo secure confidere possumus, quia ipse est, Qui suscitatur mortuos, cui miraculo simile est, quod me de illis predictis liberauit. Vnde subdit, Qui de tantis periculis nos eripuit. i. ad salutem reduxit, & cotidie nos eruit, quia deus presidia sua non negat suis, in necessitate possitis, In quem deum tendentes metis desiderio, Speramus quonia & adhuc, in posterum, Eripiet nos, adiuuatis non solum nobis & aliis, sed etiam, Vobis in oratione facta pro nobis, vt ex multarum, Quasi dicat, Dico quod adhuc eripiet, ad hoc utique, Vt ex personis multarum faceremur. id est a personis diuersarum etatum ad deum per predicationem nostram conuersis, gratie agantur, Deo pro nobis, id est pro nostra

Ambro.

Ambro.

prædicatione qua cōuertē sunt. Quod vero dixerat à personis multarū facierū, expō-  
nit subdens. f. Per multos fideles, Participes eiusdem donationis, quæ in nobis est. i. ha-  
bentes eandem donationē fidei quæ in nobis est. Personas vero multarū facierū dicit  
infantes, pueros, & ceteras ætates vtriusq; sexus. Vel ita, Orationes nostræ iuuabūt nos  
vt per multos fideles gratiæ, Agantur pro nobis deo. Cuius rei gratiæ? Ecce, Eius dona-  
tionis quæ in nobis est, id est liberationis, & ceterorum honorū. Donationis dico, pro-  
cedētis, Ex personis, id est honestis viris, vt vobis & alijs personis dico, Multarū fa-  
cierum. i. discretionū. i. discretorū meritorū & diuersarū virtutū, vt facies Iob fuit pa-  
tientia, facies dauid humilitas, facies Mosi mansuetudo. Vel secundū aliā literā. Alia  
enim translatio ita habet. Vt in multorum facie eius quæ in nobis est &c. quæ literā  
sic legitur. q. d. Ita orationes nostræ iuuabunt nos, vt Per multos gratiæ agantur deo  
pro nobis. Gratia dico, Eius donationis, quæ est in nobis, Hęc nō mutantur. Agantur  
dico, In multorum facie. i. inter multos, & coram multis. Hoc ideo dicit, quia gratia  
dei cōsolatur apostolos causa multorū. i. omnīū credentiū, quorū causa etiā pressuræ  
eius igerebātur, & ideo illi. i. oēs credētes gratia deo referant pro liberatione apostoli.

Nam gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ, q̄ in simplicitate  
te cordis & synceritate dei, & non in sapientia carnali, sed in gratia dei conuer-  
fati sumus in hoc mundo, abundantius autem ad vos. Non enim alia scribimus  
vobis quam quæ legistis & cognouistis. Spero autem q̄ vsque in finē cognosce-  
tis, sicut & cognouistis nos ex parte, quia gloria vestra sumus sicut & vos nostra  
in die domini nostri Iesu Christi. Et hac confidentia volui prius venire ad vos,  
vt secundam gratiam haberetis, & per vos transirem in Macedoniam, & iterū  
a Macedonia venirem ad vos, & a vobis deduci in Iudæam. Cum ergo hoc vo-  
luissē, nunquid leuitate vsus sum? Aut quæ cogito, secundum carnem cogito  
vt sit apud me, est & non? Fidelis autē deus, quia sermo noster qui fuit apud vos  
non est in illo, est & non, sed est in illo, est. Dei enim filius Iesus Christus qui in  
vobis per nos prædicatus est, per me & Syluanum & Timothæum non fuit in  
illo est & non, sed est in illo fuit. Quotquot enim promissiones dei sunt, in illo  
est. Ideo & per ipsum amen deo ad gloriam vestram.

Nam gloria. q. d. Ideo & vos & alij debetis orare pro nobis, quia Gloria &c. Vel ita  
iūge. Ideo orationes vestre poterūt nos iuuare, quia Gloria vestra hæc est. i. illud vnde  
de gloriamur, tamē honestū est. f. Testimoniū &c. Vel ita iūge. Ideo nō diffido de au-  
xilio dei, quia pura est cōsciētia, & inde glorior. quod ita ait, Nā gloria nostra hæc est.  
id est illud, vnde gloriamur. hoc est. f. Testimoniū cōsciētie nostræ. i. cōsciētia pura,  
ab omni simulatione nō remordēs nos sed testificans, q̄ Cōuersati sumus in hoc mun-  
do, vbi tot mala sunt, in simplicitate. f. nō aliud in corde, & aliud in ore habētes, & in  
synceritate. f. syncerā veritatē de deo, nō etiā legis obseruantia prædicātes. quæ synceritas  
& simplicitas est, Dei, quia à deo est. Hęc est gloria cōsciētie quā dixit. f. simplici-  
tas & synceritas. Sicut enī impijs est magna pœna cōsciētia, ita pijs est gaudiū, non  
quasi inde superbe gloriātib; sed totā deo dātibus. ideo recte nō ait, Gloria nostra est  
testimoniū, aliene malitiæ, vel minoris gratiæ, Sed cōsciētie nostræ, quæ quia occulta  
est, nō est subiecta alieno iudicio, & ideo nullus præsumat cōtra eā, vel proferre, vel co-  
gitare sententiā. Sic in quā cōuersati sumus, & hoc fecimus, Non in sapiētia carnali,  
quæ est voluptates diligere, labores vitare, vel secundum naturas rerum, & nō contra  
prædicare, vt pseudo prædicabant, quorum fucata prædicationē redarguit, iuxta hu-  
manum sensum aptatam. nō ita inquam cōuersati sumus, Sed in gratia dei, id est secū-  
dum quod spiritus sanctus gratis mihi iudicauit. Abundantius autē simpliciter conuersati  
sumus in hoc mundo simpliciter, Abundantius autē simpliciter conuersati sumus.  
Ad vos, id est erga vos, vel, Apud vos, quibus cessimus de iure nostro, quia est ab alijs  
acceperit, ab eis noluit accipere. Non enī. quasi dicat. Vere ad vos abundantius seruaui  
simplicitatē, quia nec i prima epistola exegi aliquid nec i hac. & hoc est quod ait. Nō  
enī alia scribim; vobis, modo, quā quæ legistis, in prima epistola. Et cognouistis in  
experiētia operū. Spero autē. q. d. Et sicut hucusq; de me cognouistis, ita & deinceps co-

Ambrosius.

Ambro.

Ambro.

A gnoscetis. & hoc est quid ait, Spero autē q̄ cognoscetis me i eodē. Vsq; in finē vite. Co-  
gnoscetis dico sicut & cognouistis nos ex parte, nō ex toto: quia & si scitis q̄ abstiniui,  
nō tñ scitis quāta dilectiōe hoc feci. Nota q̄ proficere illos sperat aplūs, ex eo q̄ iā cōe-  
perāt meliores effici cognito apli affectu circa sese, & gloriabant in eo velut filij i præ-  
charissimo. Quia glia. q. d. Vere cognoscetis. Quia sumus glia vra sicut & vos nra. i.  
per nos consequi gliam æternā debetis: & nos, per vos bene instructos, quod nō esset, si  
cū offendiculo a vobis acciperē. Quæ glia apparebit. In die dñi nri Iesu Chri. i. tēpo-  
re iudicij qñ oia erūt aperta. Et iō dicit dies. Et cōfidētia. q. d. abundantius seruaui sim-  
plicitatem ad vos, Et hac confidentia. i. in hoc cōfissus, Volui &c. Vel ita iūge. q. d.  
Vos estis gloria nra, & nos vestra, Ex hac confidentia. i. in hoc cōfissū, quod per alteru-  
trum glorificari speramus, Volui &c. Vel ita iūge. q. d. Iam quidam vestrum correcti  
sunt. Ex hac confidentia. f. quia munda est quorūdā vita, Volui prius venire ad vos  
quam irem Macedoniam, quia enim emendata quorūdā vita erat, voluit videre, quos  
indignum erat ante videre: si ergo non iuit cum voluerit, non fuit ociosum. Intelligi  
enim volebat aliquos inter eos esse, propter quos voluntatem suam nō impleverit, qui  
operam adhibere debent, vt mō se purgent. Non. n. culpa eius est, sed illorū quod nō  
iuit, & quia in priori epistola promiserat se vterū, & nō venerat, mendax & leuis vī  
debat, quod mō excusat. Non. n. hoc fecit nisi pro eorum culpa. Volui venire, dico,  
vt qui per primam epistolam habueratis gratiam recte fidei, haberetis per meam præ-  
sentiam. Secundam gratiam, id est confirmationem qui prius fidem habueratis, Volui  
venire ad vos, dico, Et per vos, id est vestro ductu. Trāfire Macedoniam, & iterum a  
B Macedonia venire ad vos, & vos multipliciter confirmarem, Et a vobis deduci in Iu-  
dæam, vt elemosynam ferrem sanctis qui ibi erant. Cum ergo. q. d. ad hoc volui veni-  
re ad vos, non tamen veni. Cum ergo hoc voluissē, & nō feci, Nunquid vsus sum le-  
uitate, vt quod proposuerim non ratione sed impetu animi eadem leuitate dimiserim  
Aut quæ cogito. facienda vel dimittenda, Secundum carnem cogito, vt pro carnali cō-  
modo proposuerim, & quia non erat dimiserim? Vt per has causas sit, Apud me, id est  
in intentione mea, Est & non, id est affirmatio & negatio, de eodem, id est mendaciū.  
Est. n. mendaciū falsa significatio vocis, cum intentione fallendi. Duo imponebantur  
apostolo quod & leuis erat, & grā maioris cōmodi hoc iter dimiserat: vnde & mendax  
dicebatur, quod modo purgat, ostendens se non leuiter, sed ex consilio fecisse, nec mē-  
titum esse, quia non erat in intentione sua cum illud dixit aliter facere. Non est enim  
iudicandus mendax qui dixit falsum, quod putat verum, quantum in se est, non fallit  
sed fallitur, contra, mentitur ille qui dicit verum quod putat falsum: nec ille est liber  
a mendacio, qui ore nesciens loquitur verū, sciens autē non esse verum, voluntate mē-  
titur. Vel ita, Vt sit. q. d. nunquid leuitate vsus sum? aut secundum carnem cogito? Vt  
sit apud me, est & non. i. vt præponam voluntatem vtilitati. q. d. non est apud me, Est  
& non, id est non aliud egi quam sciui esse agendum, quia vtilitas præponenda est vo-  
luntati. Fidelis autem vel enim. q. d. In hoc non sum mentiri credendus, quia in nul-  
lo alio sum vobis mētus. Et hoc credi potest. Quia deus est fidelis. i. verax qui pro-  
misit doctores veritatis. Si ergo mendax essem qui sum doctor eius, non esset ipse fide-  
lis. Et quia fidelis est, per hoc patet, quia, In illo &c. Vel ita. q. d. vī apud me esse, est &  
nō. Sed deus qui fidelis est, id est verax in promissioe. In hoc mihi testis est, quia in il-  
lo toto nostro sermone, qui noster sermo fuit apud vos, non est, est & non, id est men-  
daciū, vt in sermone pseudo prædicatorum. Vel, Non est in illo, est & non, id est nō  
aliud egi quam sciui esse agendum, quia vtilitas præponenda est voluntati. Dei enim  
filius quasi dicat. Vero in nostro sermone non fuit, est, & non, quia. In illo, dei filio, id  
est in eius prædicatione. Qui dei filius Iesus Christus est prædicatus in vobis per nos,  
scilicet per me & Syluanum & Timothæum non fuit, est & non, id est mendaciū. Sed  
est, id est affirmatio veritatis tantum, Fuit in illo, quod si mendaces essemus, tūc & ip-  
se, quia quod docuit tantum prædicamus. Vel In illo, dei filio, Nō fuit, est & nō, id est  
nunquam aliud voluit quam quod vtile est. Sed est, fuit in illo, quia volūtas eius sem-  
per fuit cum vtilitate. Quotquot enim. q. d. verax est dei filius & vere. Quia promissio-  
nes dei quotquot sunt, sunt in illo, est, vel etiam, alia litera, id est veritas & completio  
quia in illo exhibitæ, & adimpletæ sunt. Ideoq; nō sunt audiendi, qui non verum ho-

Ambrosius

Augustinus

Ambro.

August.  
in Ench.

Ambrosius

Ambrosius.

Ambrosius.  
Ambrosius  
Ambr.  
Augustinus  
ad Faulum.



Augu.  
de agone  
christianorū.

minem filiū dei suscepisse dicunt, neq; natum de foemina, sed falsam carnē & imaginē corporis simulatā ostendisse vidētib⁹ in quē errorē prorūpūt, quia timēt q̄ fieri nō pōt. s. ne hūana carne veritas & substantia dei inquinetur, & iō veritatē dicit esse mētā, & tñ istum visibilē solē radios suos prādicant per oēs feces & sordes spargere, & eos mundos & synceros seruare. Si ergo visibilia mūda visibilibus immūdis contingi possunt & non coinquinari, quāto magis inuisibilis & incōmutabilis veritas per spiritum aiām, & per aiām corpus inscipientis totū hoīem assumptū ab oībus infirmitatibus sine sui cōtaminatione liberauit? Mentiuntur ergo illi, non mentitur veritas Christi, Quia omnes promissiones dei in illo sunt. s. est vel etiā. i. impletā & firmatā. Est & nō credendū vt mendax sit ille per quē pater verax apparuit. Et quia promissiones dei per Chrūm impletę sunt. Et iō nos per ipsum dicim⁹ deo amē, quod est verbum veritatis. i. dicimus deū esse veracē, & q̄ deus p̄r, & Chrūm sunt veraces. Est Ad gloriam nostram, per quos hic manifestat, quia per hoc probamur vera prādicare.

Ambrosius.

Qui autem cōfirmat nos vobiscum in Christo, & qui vnxit nos Deus, & qui signauit nos & dedit pignus spiritus in cordibus nostris. Ego autem testem Deū inuoco in animam meam, quod parcens vobis nō veni vltra Corinthum: nō quia dominamur fidei vestrę, sed adiutores sumus gaudij vestrī. Nam fide stas.

Ambrosius.

Ambrosius.

Ambrosius.

Ambrosius.

Ambrosius.

Ambro.

Ambrosius.

Qui autem confirmat nos, quasi gloriā nostram dico, nō tñ nobis tribuo, Sed Deus est qui confirmat nos, Iudeos, Vobiscum, quia & gentes cum Iudęis confirmatę sunt. confirmatę dico, In Christo. i. in vera prādicatione Christi. Tunc si vos estis firmi in Christo, magis constat de nobis per quos firmi estis. & deus est, Qui vnxit nos in reges & sacerdotes per spiritum in baptismo datum. Vnde Petrus ait, Nos sumus genus electum, regale sacerdotiū, Et deus est, Qui signauit nos. i. in libro vitę scripūt. Vel si gnauit nos. i. discretus ab aliis signo crucis. Et dedit pignus spiritus in cordibus nostris. i. spiritum sanctū arram futurę glorię. Si enim adhuc mortalibus spiritū suum credidit, non est dubium quin iam immortalibus addat gloriā. Vel, Dedit pignus spiritus sanctus. i. dona quę sunt pignus q̄ spiritus sanctus est in nobis. Ego autē. Hic aperit quare ad eos non iuit sicut dixerat, ne putent se contēptos ad quos ire distulit, vt tūc iret cum iam prope omnes emēdatos inueniret. His enim loquitur nunc qui videbātur velle se corrigere, sed operā non dabant vt implerent. id quod pro leuitate vel terreno cōmodo nō dimisi. sed Parcēs vobis, & de hoc, Ego inuoco deum testē, non solum contra corpus: sed & In. i. contra, Animā meā, si mentior, de quo. s. Quod non veni Corinthum, vltra primam vicē. Vel, Vltra. i. postquā a vobis discessi. & hoc feci parcens vobis. s. ne cōtristare multos aspere corripēdo: in quo pepercit eis, ne eo asperiore verterentur in seditionē. Vult ergo prius mitigari eos & emendari, & ideo non ex leuitate vel ex carnali cogitatione nō impleuit quę disposuit. Spiritualis enim tunc dispositū non implet, quando prouidentius aliquid ad salutē meditatatur. Et ne indignentur quia si de domino, eo q̄ dixerat, parcens vobis non veni, subdit Non, ideo dico parcens, Quia dominemur fidei vestrę. i. quia dominiū & coactionē patiat fides v̄ra, quia voluntatis est non necessitatis: sed ideo dico, Quia adiutores sum⁹, si vultis cooperari, Gaudij vestrī, æterni. Vel, Gaudij. i. emendationis vestrę, quia gaudebūt emendati. Bā dixi fidei vestrę. Nam fide, quę per dilectionē operatur, Status nō domino.

CAPVT .II.

**S**tatu autem hoc ipsum apud me, ne iterum in tristitia venirem apud vos. Si enim ego cōtristo vos, & quis est qui me lætificet, nisi qui contristatur ex me? Et hoc ipsum scripsi vobis, vt non cum venero tristitiam super tristitiam habeā: de quibus oportuerat me gaudere, confidens in omnibus vobis, quia meum gaudium, omnium vestrū est, Nam ex multa tribulatione & angustia cordis scripsi vobis per multas lachrymas: non vt contristemini, sed vt sciatis quam charitatem habeam abundanti⁹ in vobis. Si quis autem contristauit me, non me contristauit, sed ex parte vt non onerē omnes vos. Sufficit illi qui eiusmodi est obiurgatio hæc quę fit a plu-

ribus: ita vt e contrario magis donetis & consolemini, ne forte abundantiori tristitia absorbeat qui eiusmodi est. Propter quod obsecro vos vt confirmetis in illum charitatem. Ideo enim & scripsi vobis vt cognoscam experimētū vestrū, an in omnibus obedientes sitis, Cui autem aliquid donastis, & ego. Nam & ego, quod donauī, si quid donauī, propter vos in persona Christi, vt non circumueniamur a Satana. Non enim ignoramus cogitationes eius.

Statui autē. q. d. parcens non veni ad vos, sed Statui hoc ipsum. i. hoc idē, Apud me quod proposui cum primā misi epistolam. s. Ne iterū venire ad vos, in tristitia venire id est vos contristans. Vel, Ne iterum venirem ad vos in tribulatione mea, quę iterū esset mihi. i. ita vt iterum esset mihi tristitia, sicut fuit ei auditis eorū peccatis. Et vere de peccatis vestrīs mihi est tristitia, quia de pœnitentia mihi est lætitia. Et vere. Si. n. ego contristo vos, corrigendo, increpando quocūq; modo, vel per epistolā, vel per presentiam. Et hic aliquid addendū est. q. d. & si vos me cōtristatis, Quis est qui lætificat me, nisi qui contristatur ex me? q. d. nullus me lætificat, nisi qui contristatur ex me. i. secundū meam voluntatem. s. vt pœniteat. quod melius sit per epistolam quā per presentiam. Et hoc ipsum. s. q̄ nemo me lætificat, nisi qui contristatur ex me, Scripsi vobis, modo, nunc, Nō cū venero habeā, de vobis Tristitiā, quę sit de incorrectione vestrā, Super tristitiā, quā habeo de peccatis, De quibus. s. vobis, Oportuerat me gaudere, non solum nunc, sed & olim cū contristauistis, & sic grauiter peccauistis. Gaudium autē Apostoli purificatio est populi. Scripsi dico, Confidēs in omnibus vobis, q̄ vltra non habeo tristitiā de vobis, quia emendabimini. Videte ergo ne frustra confidam, quod non meū gaudiū erit, & vos debetis facere quod ad gaudiū meū spectat. Quia meū gaudiū est oīm vestrū. i. qñ gaudeo, vos gaudentis. Nā, & c. q. d. dico q̄ tristitiā habui, & vere, Nā ex multa tribulatione. i. ex multis laboribus. s. v̄gilādo pro vobis orādo, & interiori, Angustia cordis. s. cura & dolore, Scripsi vobis, primam epistolam, & hoc Per multas lachrymas, quę indicio sunt qui intra esset. Hoc tñ non ideo refero, vt cōtristemini per memoriam eorum, sed vt sciatis quā charitatē. i. quod desiderium emendatiōis vestrę Habeo. Vel, Habeā. Charitatē dico ostēsam In vobis abundanti⁹, quā putaueritis: quia oēs vt seipsum diligebat Aplūs, & quos corripiebat Ad hoc. n. corripiebat vt ostēderet quo amore eos diligeret, quorū peccatis pl⁹ illis dolebat. Qui autē non hoc affectu corripit fratrem, cōtristat: insultat enim qui nō cōdolet fratri. Vel, Habeam. quam in aliis ostēsam In vobis, quibus de iure meo cessi. Si quis autem. Hic præcipit fornicatorem illum quem Satanę tradendū iudicauerat, recipi, quia correctus erat. q. d. per lachrymas scripsi vobis, sed tamen condonate illi, quod ita ait, Si quis autem contristauit me, sicut vtiq; fecit ille fornicator, Non me, tantū, Contristauit, sed etiam vos, Ex parte. i. nō omnes. Hoc autē dico Vt non onerē vos oēs. i. vt hoc onus omnibus nō imponam, quod reprehēsorie dicitur. Oēs. n. tristes esse deberent. Vel ideo dico, Ex parte vt nō omnes onerē vos, illos tantū onerat qui non doluerunt de peccato, non illos qui doluerunt: quos significat dicendo, Ex parte, & quāuis me & vos contristauerit. Sufficit, tamen Illi qui eiusmodi est. i. qui tam grauiter deliquit, Obiurgatio hæc, quia talis facile desperaret, si nimis aspere in eum animaduertentur quā obiurgatio, & si tentationis quātitate. vel alio modo non satis digna pœna videat in hoc tamē non est parua existimanda Quę fit a pluribus, quibus congregatis Satanę tradit⁹ est. Magnū itaq; dolorē patiat, si delictū suū plures videt horrere: ita sufficit quod obiurgatus ē a pluribus, Vt e contrario magis donetis, quia quāto a plurib⁹ obiurgatur, tanto magis donandū est ei, Et consolemini eum, vt per exemplū David qui multum peccauit, & aliorum quibus indulta est venia, & per verba domini per propheta dicentis, Nolo mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur & viuat. Et itē. Quacūq; hora ingemuerit peccator, oīm iniquitatum eius non recordabor. Et recte, homini pro peccato afflictō ignoscere & subuenire præcipit, quia pœnitentia si de vero animo est. i. si correctus statim in animo dolet, mox habet fructū. Hęc. n. vera pœnitentia est, cessare a peccato. Ideo condonetis & cōsolemini, Ne forte. qui eiusmodi est abundantiore tristitia. i. per nimis asperam pœnitentiā desperans, Absorbeat, a diabolo: vt velit vti seculo, hoc est enim absorberi. scilicet desperatē conuerti ad admit-

Ambrosius.

Ambrosius.

Ambrosius.

Ambrosius.

Ambrosius.

Augu.

Ambrosius.

Ambrosius.

Ambro.

Ambro.

Ambro.

Ambro.

tenda pctā. Propter quod. f. ne absorbeat, Obsecro vos, ego qui possem iubere, Ut charitatem quā habuistis, eiiciendo eū. Cōfirmetis in illū, cōdonando ei, quod & debetis facere. Ideo. n. & scripsi vobis. f. Ut cognoscā experimētū vestrū. i. vt per experientia cognoscā quo aīo feceritis vt expertus sum in parte obedientia vestram. Et cognoscā in oibus sitis obedientes mihi. q. d. cū propter eū recipiendū scripserint. & propter hoc etiā scripsi, vt vos quos expertus sum mihi obedientes in eiectione, cognoscā an in oibus obedientes sitis. Cui autē. q. d. obsecro vt ei donetis, & donare debetis, Aut. i. quia, Cui vult donastis & ego. quod vere dico, Nam & ego quod donauit, propter vos feci: si quid, tamen Donauit. hoc ideo dixi, quia non temere hoc factum est & passim.

Ambrosius.  
Ambrosius

Si ergo magister petitione discipulorū donauit cui voluerūt pctū, multo magis discipuli prece magistri idē facere debēt. Et vt ratū ei cui donauit oñderet apud deū, subdit, & hoc feci in persona Chri. i. ac si ipse Chri. cōdonaret, quia nihil sine dei spū agebat Aplūs. hoc autē dicit ne irrita videat hmoi cōdonatio, quē sit propter amicos, Vt nō. q. d. Id debem⁹ cōdonare, Vt nō circūueniamur. i. decipiamur. A Satana, vt eū faciat desperare per nimia asperitatē. Sæpe. n. propter a superiores aīaduersiones in desperationē infirmos precipitat. Et merito ab illo hoc fieri metuo, Nō. n. ignoram⁹ cogitationes. i. astutias eius, qui quos cōsentiendo nequit decipere, facit minus asperos.

Cum autem venissem Troadem propter euangelium Christi, & ostium mihi apertū esset in domino, nō habui requiem spiritui meo. eo quod nō inueneri Titū fratrem meū: sed valefaciens eis profectus sum in Macedoniā. Deo autē gratias qui semper triumphat nos in Christo Iesu, & odorē notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco: quia Christi bonus odor sumus Deo, in his qui salui sūt, & in his qui pereūt. Aliis quidem odor mortis in mortem, aliis autem odor vitæ in vitam. Et ad hæc quis tam idoneus? Nō enim sumus sicut plurimi adulterantes verbū Dei, sed ex synceritate sicut ex Deo corā Deo in Christo loquimur.

Cū autē venissem, &c. post interpositionē de recipiendo fornicatore redit ad ipsos, ostendēs q̄ sicut culpa eorū fuit quod nō venit Corinthū, sic quod nō profecit in Troade, dū apud eos impeditus moratur Titus, sine quo nō poterat ibi proficere, quia forsan lingua eorū Titus expressius vti poterat. q. d. parcens vobis nō veni Corinthū. Cū autē venissem Troadē propter euageliū Chri, prædicādū, Et ostiū mihi esset apertū. i. corda parata ad recipiendū euageliū, & hoc, In domino. i. cooperatē deo, Nō habui requiē spiritui meo. i. nō potui satisfacere volūtati meæ, Eo q̄ nō inuenerim Titū fratrem meum, qui ibi necessarius erat: sed impeditus apud vos non venit illuc, sicut & ipse & ego condixeramus. & ideo Aplūs non potuit satisfacere suo desiderio, vt eis. f. euangelium plene traderet propter perstrepentes in eū & insurgētes, quia solus nō poterat hæc duo implere. f. & fideles instruere, & perstrepētib⁹ incredulis repugnare. Nō habui requiē dico. Sed valefaciēs eis, qui erant cōuersi, & in quibus ostiū apertū erat, Profect⁹ sum Macedoniā, Deo autē grās. Hactenus de tribulationibus egit ad earū tolerantia illos inuitans, & cuius culpa Corinthū nō venerat, dixit: Hic incipit se cōmendare & pseudo deprimere. q. d. profectus sum Macedoniā, sed nō inutiliter, quia ibi quasi triūphator extiti. Grās autē ago Deo qui semper triumphat nos. i. triūphare facit In Chro Iesu. i. in prædicatione Chri qui corda præparat ad credēdū, vt calcata perfidia tropheum habeat fides, dū ex perfidis fiunt fideles. Et manifestat per nos, veros apostolos nō pseudo. Odorem notitiæ suæ. i. Christum qui velut odor procedēs a præ, notificat eum inuisibile, sicut aliqua res quæ nō vī: per odorem cognoscit, & in quo loco sit intelligitur. Vel, Odorē notitiæ suæ. i. miracula vel doctrinæ verba quib⁹ ad notitiā ei⁹ veniūt. Manifestat per nos, miracula operatēs, & verba prædicantes. & hoc In oī loco. f. vbiq̄; prædicam⁹. i. in toto mūdo. Et bene dixi per nos. Quia, nos Sumus bon⁹ odor Chri, & suauissimus deo, Et si non ita vobis. Odor Chri dicunt Apostoli, quia in eorū vita prædicatione Chri ostendit, non blasphemat: sicut de malis dicit, Nomen dei blasphemat per nos inter gentes. Et nota quia suæ locutionis modum sumit Apostolus a veteri lege cum dicit bonus odor deo, quia vt olim hostia legalis dicebatur suauissimus odor Deo, ita modo prædicatio vera & sincera fama Apostolorum.

Ambrosius.  
Ambrosius  
Augustinus  
de præd. sciæ

Ambrosius.  
Ambr.  
Ambrosius

Ambrosius.

**A** Iste bonus odor significatur noīatis quibusdam aromatis & vnguentis. Dicit enim dominica sponsa. Post odorem vnguentorum tuorū curremus. Propter hunc odorē dicit in Euangelio, q̄ fracto a labastro vnguenti domus impleta est odore. i. mundus impletus est bona fama & doctrina Christi & Apostolorū. Odor iste vegetat diligentes, necat intuentes. Vnde subdit, In his qui, &c. q. d. bonus odor sumus Christi: vtiq̄; Et in his qui salui sunt, gratia eius. Et in his qui pereūt, iudicio eius: & horū respectu qui inde saluatur: & horū qui contemnescentes pereunt, quia bona intentione facimus, & veritatem prædicamus. Miro modo hoc fit, vt bono odore, & boni viuāt, & mali moriantur. Quō tamen fiat, quantū dominus inspirare dignabitur, vobis revelare non degebo. Apostolus bene agens, bene viuens, iustitiam verbo prædicabat. & opere demonstrabat, ac bonam famā quaqueuisque disseminabat, imitās doctorē veritatis Christi. quidam autē diligebant, quidam inuidebant famæ Christi vt Pauli, bono odore periebant qui eam diligebant, bono odore viuebant. Noli ergo inuidere, & nō te occidit bonus odor. Bonus vtq̄; odor erat quo illi viuebant, & illi periebant. Si enim non esset claritudo sanctorum, inuidia non resurgeret impiorum. Cœpit persecutionem pati odor sanctorū: sed si persequendo frangūt ampullā, odor vnguenti amplius diffunditur Aliis. q. d. deo sumus bonus odor, sed hominibus Aliis quidem odor mortis. i. inuidiæ & malæ opinionis ducentis eos in mortem æternam, Aliis autem, sumus odor vitæ, id est dilectionis & bonæ opinionis ducentis eos in vitam æternam, quia de nostra prædicatione veritatis alijs procedit mors, cum per incredulitatem auditur, & inde ruentibus in æternā damnationem: alijs vita, cum per fidem suscipitur, inde in salutem æternam proficientibus. Et ad hæc. q. d. Nos sum⁹ odor Christi, & per nos De⁹ hæc operatur. Et ad hæc, agenda, Quis. f. illorū pseudoapostolorū est Tam idoneus, sicut nos veri Apostoli. q. d. nullus. Et vere. Non. n. sum⁹ adulterantes verbū dei. i. falsa admiscentes, & pro volūtate non pro prole prædicantes, sicut Plurimi faciunt. Hic pseudoapostolos tangit: qui corrupta doctrina veritatem violabant. De quibus Isaias ait, Capones tui vino aquā miscēt: sed loquimur, verbum Dei, Ex synceritate. i. ex sincera intentione, non pro quæstu, & sine ammixtione corruptionis, Sicut didicim⁹, Ex Deo, qui nos docuit. & hoc facimus Corā Deo. i. cā eius solū, vt ei placeam⁹, & In Chro, nunquā eū excedentes, vt faciunt qui de lege agunt legalia prædicantes.

Augu.  
in psal. xlii:  
Augustinus  
in ser. in nat:  
marr.  
Augustinus  
super Ioannē  
August.  
de prædesti:  
Augustinus:  
super Ioanē

Augustinus:  
de nat. mar:

Augustinus:  
Augu.

Ambrō:

CAPVT III.

**I**ncipimus iterum nosmetipsos commendare: Aut nunquid egemus si cut quidam commendatitius epistolis ad vos, aut ex vobis? Epistola nostra vos estis scripta i cordib⁹ nostris quæ scitur & legitur ab oib⁹ hoīb⁹ manifestari, quoniā epistola estis Christi ministrata a nobis, & scripta nō atramēto, sed spū dei viui, nō i tabulis lapideis, sed i tabulis cordis carnalib⁹. Incipimus. Et sciebat Apostolus eos accipere sinistre suam cōmendationem, sicut etiam in prima epistola fecerant, quasi suam gloriam quæreret: incipit contra opinionem eorum ostendere se, non suam gloriam, sed dei quærere, dicens. Incipimus, quasi semper in hoc noui sumus. Iterū, sicut in prima epistola. Commendare, i. istis laudibus, Nosmetipsos non deum. q. d. est aliquis qui hoc imponat nobis. Absit vt hoc faciam⁹ non vtq̄; vane nos cōmendantes, hoc dicim⁹: sed ne ab alijs decipiāmini id cogimur memorare. Quod autem non nos commendare intendimus, ex hoc patet, quia nullius vnquam commendatitias epistolas quærimus, nec eis egemus. & hoc est quod sub interrogatione subdit, Aut, id est nunquid egemus, id est putatis nos egere commendatitius epistolis missis ab alijs? Ad vos aut ex vobis, ad alios, Sicut quidam, id est pseudo apostoli, quos nulla virtus commendat. Vtique non egemus, Quia epistola nostra, id est institutio nostra, Vos estis, in quibus scientia & vita mea representatur alijs. & ideo commendatitia epistola nō egemus. Et hæc epistola Scripta in cordib⁹ nostris, quia semper habemus curam de vobis. Quæ, epistola Scitur ab omnibus hominibus. Sciunt enim quia per nos instituti estis. Et legitur, ab eisdem, quia in vobis nos nos imitari discunt. Epistola nostra estis, & vos idem estis. Manifestari oibus, quoniā estis epistola Christi, quia dū mihi similes in Christo. Vel, Epistola Christi estis, quia

C



Chrŭs vos principaliter scripsit. i. instituit, non ego: quia eo auctore in vobis est fides. Et hæc epistola est ministrata a nobis, quia nostro ministerio Deus operatur in vobis. & est scripta, Nō atramento, sed spū Dei vini. i. æterni. Quod autē viuus scribit, viuit. i. quod vos estis representatio Chrī, & mea: hoc firmiter scriptū in cordib⁹ vris nō deletur, vt quod atramēto scribitur, facile deletur. Vel, Scripta ē, nō atramēto. i. nō tetrīs notis hæreticæ prauitatis, vt pseudo faciunt, qui hæreses interfecerūt, Sed spū dei vini. i. spū sancto docete instructi estis, per quē diffunditur charitas in cordibus: qui in euāgelio digitus dei dī. Hoc digito descripta est lex vetus, sed distat, quia lex illa scripta est in tabulis lapideis: noua autē lex diffusa est in cordib⁹. Hæc lex est charitas dei. Illa est lex operū, lra occidens pręuaricatorē: Ista est lex fidei viuificas dilectorē. Ibi ergo lex extrinsecus posita est qua iniusti terrentur: hic intrinsecus posita, qua iustificarent. Ibi in tabulis lapideis digitus Dei operatus est, vt significaret duritiā cordiū illius. Hic idē digitus in cordibus hoīm operatus est, vt voluntas prōpta & intelligentia capax significaret. Vñ subdit, & hæc epistola scripta est, Nō in tabulis lapideis. i. nō in duris cordibus habētibus notas, nec sentiētibus vt vetus lex. Lapis. n. nō significat nisi durissimā volūtatem, & aduersus deū inflexibilē. sed in tabulis cordis. i. i cordibus latis ex charitate, Et carnalibus. i. mollibus, quia habent effectum implendi, Et sensum habentibus, quia intelligunt, non lapideis tanquā sint sine sensu.

Augustin. de bap. par.

Augusti.

Augu. de gra. & lib. arbitrio

Fidutiam autem talem habemus per Christum ad Deum: non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est, qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti, non litera, sed spiritu. Litera enim occidit, spiritus autem viuificat.

Fidutiā. Dixit se non egere epistolis, mō dicit qd nō cōmendat se, sed Chrūm. q. d. eplā Christi & nra estis, sed Fidutiā talē. i. dicēdi talia, Habemus. i. referimus, non ad nos, sed Ad Deū. Hoc iō dicit, vt ostendat veteres nō hanc habuisse fidutiam ad Deū quia minor fuit amministratio, & hanc fiduciam habemus per Chrūm per quē nobis hæc potestas data est. Fidutiam habemus dico, & non ita dico nos hñe fiduciam, quod simus Sufficiētes cogitare, saltem, A liquid, boni: quod sit, Ex nobis. i. ex nostra parte, f. nos defendens. q. d. Ex nobis, procedat, sed sufficientia nostra, ex deo est. Attendant hoc, & verba ista perpendant qui putant ex nobis esse fidei coeptū, & ex Deo esse fidei supplementū. Cōmēdans enim istam gratiā quæ nō dat secundū aliqua merita, sed efficit oīa bona merita, inquit, Nunquā sufficiētes simus cogitare aliquid &c. Quis enim non videat prius esse cogitare quā credere? Nullus quippe credit aliquid nisi prius cogitauerit esse credendum, quāquā & ipsum credere nihil est aliud quā cū assensioe cogitare. Si ergo cogitare bonum nō est ex nobis, nec credere, sed Sufficientia, qua credere incipimus, ex Deo est. Ecce præfert Deum apostolicę dignitati. Qui & idoneos, hic item cōmendatio est. Commendat enim se per dignitatē officij. f. euāgelij, præferens se nō solū pseudoapostolis qui carnales obseruantias prædicabant, sed & ipsū Moyŭ ministro legis. q. d. Sufficiētia nostra, ex deo est. Qui & fecit nos ministros noui testamenti, pseudo sunt ministri veteris. ministros dico perfectos sciētia & vita, quales non sunt pseudo. Noui testamēti dico non existentis In litera tantū docente: sed in spiritu adiuuante qui per nos. i. ministerio nostro datur. Litera. n. q. d. ideo fecit nos Deus ministros noui testamenti per spūm, non per literam, quia Litera, sine spiritu occidit, dū facit scienter peccare, & addit præuaricationem, & magis incitat, præsertim post aduētum Christi Spiritus autem viuificat, quia facit intelligere spiritualiter, & implere quod litera præcipit. Aduerte quam dicat literam quę occidit, cui velut e contrario spiritum viuificantem ingerit. Ea certe est decalogus in illis duabus tabulis scriptus: quia lex subintrāuit, vt abundaret delictū. Perro autē præcepta ista tam sunt vtilia facienti & salubria, vt nisi quis ea fecerit, vitam habere nō possit. Non ergo dicitur litera occidens, eo quod lex mala sit, sed quia prohibens peccatum non viuificat hominem, sed auget concupiscentiam & peccatum: præuaricationem cumulat, nisi gratia liberet per legem fidei. Apparet igitur literæ vetustatem, si desit nouitas spiritus, potius reos facere homines cognitione peccati, quam liberare a peccato. Vnde subdit, Qui apponit scientiam, apponit dolorem: non quia ipsa lex malum est, sed quia mandatum bonū ha-

Ambro.

Augustinus, de prad. san.

Ambro.

Augustinus, de bap. par.

Augu. de bap. par.

A bet tantum in litera demonstrante non in spiritu adiuuante: quod mādātū si sit timore pœnę non amore iustitiæ, seruiliter fit non liberaliter, & ideo nec fit. Non. n. fruct⁹ est bonus qui de charitatis radice non surgit. Si vero assit fides operans per dilectionē fit delectatio boni: quod nō literæ, sed spūs donū est. Litera. n. sine adiuuante spū, Occidit, Cū vero adest spūs viuificans, hoc ipsum intus conscriptū facit diligi, quod foris scriptum lex faciebat timeri. Vera spōsa Christi intelligit quid distaret inter literā & spūm, quæ duo alio mō dicuntur lex & grā: nec reprehenditur lex cum dicitur, Litera enim occidit &c. sicut non reprehenditur scientia, cum dī, Scientia inflat, charitas vero ædificat. Lex ergo bona est, sed cū grā: vt cū charitate scientia prodest, siue ea occidit. Ita lex sine gratia occidit, cum sit virtus peccati, nō tamen etiam sic, mala est. Multa enim sunt quibusdam noxia, quāuis nō sint mala: sicut & lex licet sine grā nō viuificet, non tñ mala est. Quæ cū iubet quod sine gratia impleri non pōt, indicat homini quod infirmus est, vt demonstrata infirmitate quærat gratiam. Lex ergo ducit ad fidem fides impetrat spūm largiorem, qui diffundit charitatem quæ implet legē. sine spū nō est volūtas hoīs libera cum cupiditatibus vincatur. Liberū. n. arbitriū, & ad bonum & ad malū faciendū, confitendum est nos habere: sed in malo faciēdo, libera quidem est voluntas: ad bonum autem non est libera, nisi liberata fuerit ab illo qui dixit, Si filius vos liberauerit, vere liberi eritis.

Augustinus

Augu. contra Faustum.

Augu. ad Anastasium

Augustin. de cordē. & gra.

B Quod si ministrato mortis literis deformata in lapidibus fuit in gloria, ita vt non possent intendere filii Israel faciem Moyŭ propter gloriam vultus eius, quæ euacuatur. quomodo non magis ministratio spiritus erit gloria? Nam si ministratio damnationis in gloria est: multo magis abundat ministerium iustitiæ in gloria. Nam nec glorificatum est quod claruit in hac parte, propter excellentem gloriam. Si enī quod euacuatur per gloriam est, multa magis quod manet in gloria est.

Quod si. q. d. fecit nos Deus ministros euāgelij, & hæc ministratio erit nobis in gloria æterna. quod probat per minus. i. per vetus testamentum, q. d. vere erit in gloria, Quod. i. quia, Ministratio mortis. i. veteris legis, quæ morte corporali puniebat peccatē, vel quæ præuaricatoribus intulit mortem, quos Dei grā non adiuuit ad iustitiam implendam. Deformata. i. turpiter formata, quia inhonesta secundū literam præcipiebat. Vel deformata. i. plene scripta, si quis spūaliter caperet. In lapidibus. i. in tabulis lapideis. Ad literam, vel in cordibus duris, ad capiendum, vel amādum, Fuit in gloria, Moyŭ ministro illius, Ita vt filij Israel non possent intendere, aciem visus sui, In faciem Moyŭ, quia indigni erant. Tunc enim maculati peccato vultum Moyŭ descendentis de monte cum lege accepta in tabulis intueri non poterant, quia gloriosa facta erat facies eius. Vñ subdit, Propter gloriam vultus eius. i. fulgorē vultus eius, qui significabat eum clare videre, ad quod illi accedere non poterant. Quæ gloria euacuatur, quia in Moyŭ statim trāsīuit, & non modo in ministris legis veteris est. Vel mystice potest dici, vt per faciem Moyŭ intelligatur spiritualis intellectus legis: per gloriā faciei intelligantur legales obseruantia, quæ erāt figuræ veritatis. q. d. ita fuit lex Moyŭ si in glā, vt filij Israel. i. Iudæi, Nō possent intendere in faciē eius. i. capere spūalem intelligentiā legis, quia Chrūm in lege non intelligebāt. & hoc Propter glā vultus eius. i. legales ceremonias, quæ propter Christum significandum fiebant: sed illi adhuc carnales in eis Chrūm nō intelligebāt quod significabat velamētū positū super faciē Moyŭ. Quę glā Moyŭ euacuat, quia finē figuræ hñt reuelata per Chrūm veritate. Et sic gloria Moyŭ euacuatur per legē spūs, cū hoies accepta remissiōe peccatorū facti iusti aspiciere possunt gloriam dei: sicut Petrus & alij viderunt in monte. Gloria ergo Moyŭ euacuatur, quia figura est, non veritas. Gloria Moyŭ est quasi stellæ in vespere, quæ tunc gloriosæ sunt, Gloria Chrī quasi sol qui oris stellas obscurat. Gloria vultus Moyŭ figura erat veritatis quæ euacuatur, quia veniente imperatore imagines tollunt de medio. ibi imago spectatur, vbi imperator præsens nō est: Vbi autē est, imago remouetur, fulget præsentia imperatoris. Quomodo non magis. &c. q. d. ministratio veteris legis fuit Moyŭ in gloria, Et si, hoc est, Quomodo ministratio spiritus. i. noui testamenti in quo datur spiritus, Nō magis erit no. in gloria æterna, quasi dicat nō

Augustinus Augustinus

Ambrosius

Augustinus Augustinus

Ambrosius Augustinus de verbo do Augusti.



potest hoc negari. Nā si q.d. vere in gloria æterna erit, quia dat iustitiam spūs qui in ea datur, quod a minori probat. Nā si ministratio dānationis. i. veteris testamēti est in gloria Moyſi. Vetus testamētū dicitur ministratio dānationis, quia omnes præuaricatores cōstituit, nō viuificans eos per gratiā: vel quia mortē tēporalē inferebat peccantibus, Et Si, hoc est, Multo magis, ministerium iustitiæ. i. nouum testamētū per quod datur spūs per quem est iustitia & cōsummatio virtutū, Abundat in gloria. i. dat abundantē gloriā ministris & obseruatoribus eius. Vel, Deo magis est, In gloria. i. in laude, quā vetus testamētū, quia magis gloria Dei in salute est quā in morte. Quamuis. n. iuste dānet quod agebatur sub lege, tamen ad laudem magis proficit si indulget vt possit reus se corrigere, quod in nouo testō per grām præstat. Nā nec. q.d. vere abū dat in gloria, quia adeo quod ad eius cōparationē illa vetus, nec est dicenda gloria. & hoc est quod ait, Nā quod claruit. i. Moyſes, In hac parte, prædicta. i. in facie, Nō est clarificatū. Vel, Gloria propter excellentē gloriā, quæ est de nouo testō vbi puri vidēt glīam Dei. i. cōparatiōe hui⁹ excellentis gloriæ, quia nulli profuit glīa vultus Moyſi, sed obtuit. & si culpa illorum non sua. Hæc autē gloria multo maior est quæ abūdat in grā, vt per eā purificati grā hoīes, absterſa caligine possint videre gloriā dei. Vel ita lege, Quod claruit nō est glīa. i. nō est glīa, In hac parte. i. respectu hui⁹ nō est partis. Quare? Propter excellentē glīam, quæ est hic. Illa. n. tāta erat gloria, quanta debuit credi seruo. hæc vero tāta quāta est genitoris Christi, quia Chrūs in glīa est p̄ris: vt tātū interſit inter glīam Moyſi & Chrī, quātū inter imaginē & veritatē. Si enī quod euacuat. i. vetus testamētū, Per gloriā est. i. fuit ministratū & receptū per gloriā Moyſi, sine qua nō commendaretur. Multo magis quod manet. i. nouum testamētū quod dicitur manens, quia nouo testamento non succedet aliud, est In gloria, æterna nobis & quia nos ministri noui testamenti sumus, certi de tanta gloria.

Habentes igitur talem spem, multa fiducia vtimur. Et non sicut Moyſes ponebat velamē super faciem suam, vt non intenderent filii Israel faciem eius, quod euacuatur, sed obtusi sunt sensus eorum. Vsq; in hodiernū enim diem idipsum velamen in lectiōe veteris testamenti manet non reuelatum, quoniam in Christo euacuatur. Sed vsq; in hodiernum diem cum legitur Moyſes velamen positum est super cor eorum. Cum autem conuersus fuerit ad Deū, auferetur velamen. Dominus autem spiritus est. Vbi autem spiritus domini, ibi libertas. Nos vero omnes reuelata facie gloriam domini speculantes in eandem imaginē trāformamur a claritate in claritatem tanquam a domini spiritu.

Habentes igitur talem spem. s. videndi gloriam dei, vtimur multa fiducia. i. vsu exerceamus nos in bonis operibus, vnde crescit nobis fiducia. Tantū enim videbimus quātum credimus: & quia aperta est gloria, non celamus sensum nostrum. Sicut Moyſes qui ponebat velamen per figuras legales super faciem suam. i. clarum & spiritualem intellectum: sed nos aperte dicimus. Ideo ponebat, Vt filij Israel non intenderent in faciem eius. i. spiritualem intelligentiam legis, quia non poterant pati causa peccati. quod velamen per gratiam modo. Euacuatur. i. remouetur nostris expositionibus, sed sensus eorum obtusi sunt. i. ratio eorū hebes est: nec pōt penetrare, quandiu non credunt. Obtusio. n. hæc causa infidelitatis obuenit, ideo conuersis ad fidem acuitur acies mentis, vt videant diuini luminis splendorē. Vsq; in hodiernū diē. q.d. sensus Iudæorum sunt obtusi. Et vere, quia non solū tunc, sed etiā vsq; in hodiernū diem. i. etiā hodie quādo veritas claret. Manet idipsum velamen, quia non aliter mō intelligunt quā ante aduentum Christi. Manet dico, In lectiōe veteris testamēti. i. dum legitur eis vetus testamētum, & intantum manet quod non est eis etiam Reuelatum, esse velamen id est nec hoc sciunt quod sit velamen. Quod euacuatur in Christo, id est in fide Christi tantum. Vnde in Christi passione velum templi cōscissum est, vt significaretur per Christi passionem reuelari sacramenta legis & prophetiæ. Velamen enī dicit ad operationē prophetiæ, vt non intelligeretur. Sed vsq; q.d. his qui sunt in Chrō euacuatur velamen, Sed super cor eorū, qui negant Christum. Velamen est positū. q.d. pondus. i. in cordibus eorum est cæcitas, deprimens rationem eorum. Cum. i. quāuis, Legitur. i.

Ambrosius.

Ambrosius. Ambr.

Ambro.

Ambro.

Ambro.

Augustinus. Augustinus.

exponitur eis Moyſes. i. vetus testamētum: & ita duo obsunt eis cum non intelligant scilicet quia & velamen. i. obscuritas est in lectiōe, & cæcitas super corda. Et hoc vsque in hodiernū diem. i. vsq; hodie. Cū autem, q.d. velamen est in lectiōe veteris testamēti & in corde eorū, sed cum aliquis eorum Conuersus fuerit, credēdo Ad Deū, s. ad Christum, Velamen auferet, dato spū sancto, vt in aqua vinū latere intelligatur. Omnis. n. prophetia non intellecto Chrō inspidū & fatuum quiddā est, Dñs autē spūs est. Ordo verborū talis. q.d. Bñ dixi per spūm. s. auferri velamē. Aūt. i. quia, Spūs sanctus est dñs. i. pōt operari quod vult: & per hoc quos vult illuminat, & quos vult in tenebris deserit. Nota qd spūs sanctus hic est dictus dñs: & ne quisquā arbitret filium significari nomine dñi, & spūm dici propter incorporeā substantiam, adiungit, Vbi autē quasi dicat spiritus est dominus, Vbi cūq; autem est, per gratiam inhabitantem, Spiritus domini. i. filij per quem datur, Vbi est libertas, intelligendi & faciēdi. Et ideo Iudæi qui non habent spiritum, non possunt libere intelligere vt nos. Vel ita, Iō cōuerso ad dñm auferetur velamen, quia dominus. s. Chrūs ad quem cōuertentur, Est spūs id est spiritalis essentia. Et ideo dat legem spūs per fidem in mente, & ita facit spiritaliter intelligere. Vñ subdit, Vbi autē spūs dñi. i. lex spūs quā dñs dat, non literis scriptam, sed per fidem animis intimatam, Ibi est libertas. Nos vero, &c. q.d. illi habent velamen super cor, Nos vero credentes, Oēs etiā minores. Reuelata facie. i. expedita ratione, in qua Iudæis est velamen, sumus Speculantes. i. per speculum rōnis vidētes Gloriam dñi. i. gloriosum dñm. Si queritur qualis est hæc speculatio, & vnde dicatur illud occurrit qd in speculo non nisi imago cernitur. Vbi quippe speculum est apparet imagines rerum. Specula vero est. de cui⁹ altitudine longius aliquid intuemur. Speculantes ergo dicit a speculo, non a specula, quod in Græco non est ambiguum, vnde in Latinum hæc scriptura translata est. Satisq; apparet dixisse, Speculātes. i. per speculū rationis quæ est imago Dei videntes, non de specula prospiciētes. Hoc ergo conamur vt per hanc imaginem. i. rationem quæ nos sumus. i. in qua creati sumus, videamus vt cūq; illum a quo facti sumus, tanquā per speculū. Quod vero subdit, In eandē imaginē trāsformamur, vtq; imaginē Dei vult intelligi. Eandem vero dicens, illam ipsam vult intelligi quam speculamur, quia eadē est imago Dei & gloria Dei, id est imaginem & gloriam Dei idem accipit. i. Deum gloriosum: sicut supra de imagine creata loquens, pro eodem accepit imaginem & gloriam, dicens, Vir quidem imago Dei & gloria est, Transformamur autem, dixit, id est de forma in formam mutamur, & trāsumus de obscura forma in lucidā formam, quia & ipsa obscura imago Dei est. Hæc est imago in qua homines creati sunt, qua cæteris animalibus præfunt, quæ creatura in rebus creatis excellentissima cum a suo creatore ab impietate iustificatur, a deformi forma in formosam mutatur formam. Erat enim etiā inter vitia natura bona. Et ob hoc addit, De gloria in gloriam, scilicet de gloria creationis in gloria iustificationis. Vel de gloria fidei, vbi filij dei sumus: in gloria speciei, vbi ei similes erimus, cum videbimus eum sicuti est. Et addit, Tanquā a domini spiritu, per hoc ostendens a gratia Dei nobis conferri, tam optabilis transformationis bonum. Verum huius imaginis quandoque futura est perfectio, ad quam consequendam nos erudit magister bonus, dicens Nos omnes reuelata facie speculantes, id est, per speculum rationis intuentes, Gloriā domini, id est gloriosum dominum, Transformamur, id est de forma in formam trāsumus, scilicet de obscura in lucidam tendentes In imaginem eandem, quæ est gloria quam speculamur, quā speramus: vt dei imago. i. dii sum⁹, id est vt similes gloriæ Christi simus in æternū: sicut Ioannes ait, Scimus quia cum apparuerit, similes ei erimus. Nos dico euntes, De gloria, Vel Claritate Creationis, In gloriam. vel, Claritatem iustificationis. Vel de gloria fidei, in gloriam speciei. Transformamur dico, tanquam a spiritu domini, ducti, quia hoc beneficium habemus a gratia Dei. Cum autem hac trāsformatione ad perfectum fuerit hæc imago renouata, similes deo erim⁹, Vel ita, Trāsformamur dico translata A gloria. Vel a claritate, Moyſi, In claritatem. Vel, Gloriā Christi, tanquā a spiritu domini, quasi quæ gloria est talis qualem decet dare spiritum dei. Tātum enim dabitur gloriæ, quantum dignum est dari per spiritum sanctum. Iō enim dixit, Tanquam a domini spiritu, vt ostenderet eandem gloriam dari quæ sublimitati congruat dantis. Vel ita, vt per dominum accipiatur pater, & per imaginem in

Augustinus de trinitate.

Ambrosius

Ambrosius. Augustinus. de trinitate. li. xv.

Augustinus. August. in eodem.

Augu. Ambrosius

Augustinus

Augustinus de trini.

Ambr.

Ambrosius.

Ambrosius.

Ambro.

telligatur filius. Nos speculātes gloriā dei. i. filiū qui est gloria patris. Trāformamur hoc nō mutat: tendentes in imaginē eius. s. patris. Eandē, cū ipso. i. in Chrūm, qui dī imago patris: eadē est cū illo in quē intendimus. s. vt eū in essentia videam⁹, Nos dico eūtes A claritate in claritatē. i. ab vna clara cognitiōe in aliā clarā cognitionē. Tā quā a spū dñi. i. vt illi quos spūs Deiducit.

CAPVT IIII.

**I**Deo habentes hanc ministracionem iuxta quod misericordiā consecuti sumus non de ficimus: sed abdicamus occulta dedecoris, nō ambulantes in astutia, neq; adulterantes verbū Dei, sed in manifestatiōe veritatis: commendantes nosmetipsos ad omnem conscientiā hominum coram deo. Quod si etiā opertū est euangeliū nostrum, in his qui pereunt est opertum, in quibus deus huius seculi excācauit mentes infidelium, vt non fulgeat illuminatio euāgelii gloriæ Christi, qui est imago Dei.

Iō, &c. q. d. & quia tantam claritatem habemus a spiritu. Ideo nos Hñtes, hanc ad ministracionem. i. hanc dignitatē vt spūm alijs ministrem⁹. Habētes dico, nō meritis sed iuxta quod mīam consecuti sumus. i. per mīam Dei, Non deficimus, pro aliquib⁹ aduersis, Sed abdicamus, non solū aperta mala, sed Occulta dedecoris. i. immūdas cogitationes. i. omnia turpia & polluta, quæ fieri & cogitari possunt amouemus. Nos dico Non ambulantes in astutia. i. in hypocrisis, vt pseudo faciunt, qui videntur humiles. Neq; adulterantes verbum Dei, per ammixtionem falsitatis, vel pro quæstu prædicātes: sed ambulamus In manifestatiōe veritatis, quia manifeste in nobis videt veritas Nos dico, Commendantes. i. commendabiles facientes. Nosmetipsos, sine cōparatiōe aduersariorū adeo nos commendabiles facimus, vt veritatis nostræ laus transeat: non solum vsq; ad oculū, sed etiam vsq; ad Oē conscientiam hoīm, intentione mea manente Coram Deo. i. in beneplacito Dei. Vel hoc dico, Corā Deo. i. teste Deo, cui nihil occultum est. Testimonium Dei implorat, vt vel ipsū credatur quo auctore prædicat. Attende Apostolum implere quod dominus ait, Sic luceat lux vestra coram hoīb⁹, &c. Et item, Attendite ne iustitiā vestram faciatis coram hoīb⁹, vt videamini ab eis. Voluit itaq; nos bona facere in conspectu hoīm, sed ad laudem Dei tantū, nō nostram. Audi Apostolū vtrūq; facientem & docētē. Ait. n. Commendantes nosmetipsos, vt ostendat se implere etiā illud, Luceat lux vestra corā hoīb⁹. Et addit, Coram Deo vt ostendat se implere etiā illud, nō vt videamini ab hoīb⁹. Nō. n. hæc facit vt videatur ab hoīb⁹. Quod si. q. d. dixi nos prædicare in manifestatiōe veritatis. Quod. i. sed, Si etiam opertū est euangeliū nostrū. i. quod a nobis prædicat. Opertū est etiā in his qui pereunt. i. culpa eorū est qui perire mernerunt. Verū est. n. quia increduli nō vidēt splendorem veritatis, merito perfidie obcecati. In his qui pereū dico, In quibus, pereū tibus vel verbis euāgelij. Deus huius seculi. i. Deus qui nō solū bonos regit, sed etiam malos pro merito præcipitat. Excācauit a naturali rōne. Mentis infidelium. s. qui Christo non credūt, quos excācauit dās eis quod volūt. i. sinens eos facere quod volūt. i. vt non credāt: quod non facit malitia, sed iustitia. Vel talis pōt esse ordo verborū, In quibus pereūtib⁹ Deus verus & iustus Excācauit mētes infidelium huius seculi. Vel ita. In quib⁹ De⁹ huius seculi. i. diabol⁹ qui est princeps mūdi qui secularib⁹ principat. Vel, Deus seculi. i. superbia, vel ingluuiēs vētris, Excācauit mentes infidelium. i. cā est quare excēcent. A deo excācauit, vt Illuminatio euāgelij. i. doctrina euāgelij illuminās Nō fulgeat. i. nō appareat eis. quæ tñ lux est euāgelij, dico Glīe Christi. i. in quo prædicat glia deitatis Christi: nō solū infirmitas humanitatis, quod Chrūs imago est Dei patris, quia de illo est, cui ē æqualis est: secundum illud, Qui videt me, videt & p̄sem Sciēdū est q; imago & æqualitas & similitudo distinguēda est: quia vbi imago, continuo similitudo est, non continuo æqualitas: vbi æqualitas, nō continuo & similitudo, nō continuo imago: vbi similitudo, nō continuo imago, nec æqualitas. Verbi grā, In speculo ē imago & similitudo, nō tñ æqualitas: quia multa desūt imagini quæ sūt illi rei, de qua expressa ē. potest et aliqñ eē imago in qua sit æqualitas, vt in parētib⁹ & filijs inuenitur

Ambrosius

Augustinus de ver. euan.

Augustinus

Ambrosius.

Augustinus ad Faustum. Augustinus contra inimi cum legis

Augustinus in lib. lxxxiii. quæst.

A imago & similitudo & æqualitas, excepto tēpore quo præcedūt parētes, quia de parēte exprimit similitudo filij, vt recte imago dicat, & pōt eē tāta vt recte dicat æqualitas. Pōt et aliqñ esse similitudo & æqualitas quāuis nō sit imago, vt in duob⁹ ovis paribus Chrūs aut ita dī imago p̄ris, vt nihil horū desit, vt nō solum eius imago sit, quia de illo est: & similitudo, quia imago est: sed etiam æqualitas tanta, vt nec tēporis interval lum impedimento sit, quia non generauit Deus filium in tempore.

Non enim nosmetipsos prædicamus, sed Iesum Christum dominum nostrū. Nos autē seruos vestros per Iesum, quoniam deus qui dixit de tenebris lucē splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiæ claritatis Dei in facie Iesu Christi. Habemus autē thesaurū istum in vasis fictilib⁹, vt sublimitas sit virtutis Dei, & nō ex nobis. In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur. aporiamur, sed non destituimur. persecutionem patimur, sed non derelinquimur. humiliamur, sed non confundimur. de iicimur, sed nō perimus. Sēper mortificationem per Iesū Christū in corpore nostro circūferētes, vt & vita Iesu manifestetur in corporibus nostris. Semper enim nos qui viuimus in mortem tradimur propter Iesum, vt & vita Iesu manifestetur in carne nostra mortali. Ergo mors in nobis operatur, vita autem in vobis.

Non. n. &c. q. d. Bñ dico glīe Christi. Nō. n. &c. Vel ita cōtinet. Cōmēdam⁹ nos in manifestatiōe veritatis & cætera talia facimus: & hoc propter Chrūm. Non. n. prædicamus nosmetipsos, sed Iesum Chrūm dñm nr̄m. i. prædicatio nr̄a non tēdit ad gloriā nostram, vel ad lucra nr̄a: sed ad gloriā Christi, quem prædicamus saluatorē & dñm nostrū esse, illū prædicamus esse dñm. Nos autē dominis esse, Seruos. i. ministros vestros. & hoc, Per Iesum, qui nobis hoc iniunxit. hoc autē facimus, Quoniā de ipse illuxit in cordibus nr̄is. i. se qui est lumen, nobis infudit. Qui dixit. i. præcepto solo hoc fecit. Lucē splendescere de tenebris, quod fuit in separatōe elemētorū. Cœperūt enim ex quo confusa moles cæli & terræ cœpit esse, antequā lux facta esset qua illuminaretur, quod sine luce fuerat tenebrosū: postea vero accedente luce, quod factū est melius redditur: in quo proficientis hoīs affectio significatur. Vñ Aplūs loquens ad fideles ait. Fuitis aliquādo tenebræ, nūc autē lux in dño. Ille hoc fecit, qui cū tenebræ essent super abyssum, dixit, Fiat lux: Et facta est lux. Hæc lux significat lucē, quæ mō nobis & per nos alijs datur. Ex quo nō pōt intelligi q; tenebræ sempiternæ fuerint, si aut quidam legis calūniatores imponunt eiusdem legis scriptori sensisse: qui potius ostēdit eā cœpisse, cū dixit. In principio fecit Deus cælū, &c. Terra autē inuisibilis erat & incōposita, & tenebræ erant super faciē abyssi. Illuxit dico, Ad illuminationē scientiæ & claritatis. Vel, Gloriæ Dei. i. vt illuminaret nos scīa, qua sciremus Deū esse lumen, quo tenebræ nostræ illuminant. Scīa. n. gloriæ dei est, qua scimus ipsum lumen esse, quo tenebræ nostræ illuminant. Vel ita, Ad illuminationē scīæ claritatis Dei, id est vt illuminemus alios per scientiā de claritate. i. de essentia Dei. Et hoc dedit nobis In facie Iesu Chrī. i. per Iesum Chrūm, qui est facies patris, sine quo nō cognoscit. Habemus autē. Hactenus egit de altitudine scientiæ suæ, hic agit de fragilitate carnis quam refert ad gloriā suā: et cōtra videat. q. d. deus illuxit nobis ad illuminationē scientiæ: sed istū thesaurū. i. scīam istam qua alios ditemus, Habemus in vasis fictilib⁹ id est in corporibus fragilib⁹. Thesaurū dicit sacramentū Dei, quod fidelibus erogāt perfidis absconditur. Et hoc ita, Vt sublimitas sit virtutis dei, & non ex vobis, id est, vt tota altitudo dei esse videat, & nō nostra. In oīb⁹, &c. q. d. vasa sunt fictilia. Et vere, Quia patimur tribulationem in omnibus, quia nullus modus tribulandi abest: sed de thesauro bene conscij non angustiamur in animo. Deinde aperte quasdam tribulationes enumerat, dicens, Aporiamur. i. pauperes sumus adeo vt necessaria desint. Aporos enim Græce, Latine pauper dicitur. Sed non destituimur, a thesauro nostro. Vel non destituimur omnino a Deo, quia Deus pascit nos. Et Patimur persecutionem, de loco ad locum. Sed non derelinquimur, a Deo, quin thesaurum custodiat. Humiliamur, id est affligimur. Sed nō confundimur, id est non erubescimus. Deicimur in mortis peri

Augustinus cōtra inimicos legis & prophetarū.

Augū.

Augustinus de bap. par.

Ambrosius

Ambrosius

culū. Sed nō perimus. i. a bono nō cessamus. Qui per singula Sēper sum⁹ circūferētes id est alijs propinātes, & ostēdētes In corpore n̄ro, nō solū in aīo Mortificationē Iesu id est quā sustinemus pro Iesu: vel quā pri⁹ Iesus sustinuit. Et hoc iō facimus, vt sicut mors Christi in nobis apparet, Et vita Iesu. i. gloria, Manifestet, etiā inimicis: nō tantum in aīabus, sed etiam in corporib⁹ n̄ris. Semper. n. q. d. mortificationē Iesu circūferim⁹. Et vere, quia nos Qui viuim⁹, virtutib⁹, vel quib⁹ licet viuere nāali vita. Sēper tradimur in mortem. i. in pericula mortis, & hoc sustinem⁹ Propter Iesum. i. pro amore Iesu, vt & vita Iesu, immortalis & impassibilis Manifestet in carne n̄ra. licet nūc Mortali, & iō vī ī possibile quod speramus. Et est sensus non timemus mori pro Christo propter promissā resurrectionē. Ergo mors. q. d. Et quia hęc patimur, Ergo mors operat in nobis, vita aut in vobis. i. mors dñiū exercet in nobis, sed vos ad voluptates vitæ tenditis. vel ita, quia per mortē vitā Iesu cōsequemur, Ergo mors, nō est inutilis. Sed operat, magnū quid In nobis. sed Vita, qua delectamini in terrenis. Operat in vobis mortē aternā, Vel ita, vt legat passiuæ. Operat ergo. i. propter sp̄e vitæ Iesu, mors Operat. i. a predictis passiōib⁹ efficit, In nobis. i. permittim⁹ effici ī nobis, sed per hoc Vita, efficit In vobis. i. fides plāta in vobis, per quā viuitis.

Ambrosius

Habētes autē eundem spiritū fidei: sicut scriptum est, Credidi propter quod locutus sum, & nos credimus propter quod & loquimur, sciētes quoniā qui suscitauit Iesum, & nos cū Iesu suscitabit, & constituet vobiscū. Omnia enim propter vos, vt grā abūdās per multos in gratiarū actiōe abūdet in gloriā Dei. Propter quod nō deficimus, sed licet is qui foris est noster hō corrūpatur: tamen is qui intus est renouatur de die in diem. Id enim quod in prēsenti est momētaneū, & leue tribulationis nostrę: supra modū in sublimitate aternū gloriæ pōdus operatur in nobis, non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim videntur temporalia sunt; quæ autem non videntur aterna sunt.

Habētes autē. q. d. semper mors operat in nobis, & per hoc patet q̄ nos habem⁹ eundem sp̄m sc̄tūm quē prophetę habuerunt. qui sp̄s est cā Fidei, quia sp̄s gr̄e facit vt habeam⁹ fidem, vt per fidē impetramus orando, vt possim⁹ facere quæ iubemur. Cum autē dicit, Eundem spiritum fidei, ostēdit, q̄ in iustis diuersorū tēporū, eadē est fides. Ea. n. fides, iustos saluauit antiquos: quæ saluat & nos. i. mediatoris Dei & hoīm. Tēpora ergo variata sunt, sed nō fides: quia illi vērū Ch̄rum, passurū, resurrecturū, & ascēsurū crediderūt: nos autē credim⁹ Ch̄rum venisse, passum esse, resurrexisse, in cælum ascēdisse. Et q̄ antiquos iustos fides saluauerit, ostēdit, dicēs, Sicut scriptū est. q. d. habem⁹ eūdem sp̄m quē illi, Hātes autē eundē sp̄m fidei, quē illi habuerunt. Bñ dico q̄ habuerunt, Sicut scriptum ē, de illis patribus in quorū persona dicit Dauid, Credidi, perfecte, Propter quod locut⁹ sum: aliter nō perfecte crederet. Nō. n. perfecte credūt, qui quod credūt, loqui nolūt. Iō ait. Credidi propter quod locutus sum: sed propter hoc dicit se locutū eē, quia credidit: & ita duo fecit, quorū alterū alteri⁹ cā extitit. Credidit. f. & locut⁹ est, ne fides sine cōfessione eēt inutilis. Habētes iquā Et nos vt illi credim⁹ futurā vitā. Propter quod loquimur. i. cōfirmemur nō timētes mala: quia sum⁹ Sciētes quoniā qui suscitauit dñm Iesum a morte, Et nos suscitabit, vt sumus in eadē gloria, Cum Iesu, hoc dicit propter quosdā qui negabāt resurrectionē, quos & in prima eplā arguit. Et in eadē gl̄a Cōstituet nos. i. cōfirmabit, vt vltra. f. nō moriamur nec mors nobis dñct. Constituet dico, Vobiscum, quia oēs vni⁹ fidei participes in vna domo pacis erunt. In qua constituet, non dico nos vobiscum, sed Nos vobiscum, vt non inferiores, sed pares nobis sitis si volueritis. Et bene de vobis hoc assero. Enim. i. quia. Oīa, ista facimus Propter vos instituēdos n̄ro exemplo, ita omnia ad vos spectāt vt Gratia Dei abundans, in nobis, abundet & per vos in alijs, & per vos multos abundet In actiōe gratiarum, vt. f. vos & alij gratias Deo agatis. Et hoc In gloria Dei, id est ad ostendendum Deum gloriosum, qui a munere suo nullum vult esse alienum. Iō A postolus omnia sustinet, & omnibus fideliter prædicat: vt non paucos ad cōnā perducatur Dei: cui⁹ contumelia est, si veniant pauci. Magna enim contumelia eius est qui cōnam facit opulentam, ac multos iuitauit, si paucos habet. Propter quod quasi dicat

Augustinus. Augu. Augustinus

Augustinus. Augustinus

Ambrosius.

Ambrosius.

A oīa facimus ad instructionē vestrā, Propter quod. f. vt nos imitemini: nō dico pro vita Iesu tātū nō deficim⁹ in tribulationib⁹, Sed licet hō n̄. i. caro, Is qui foris est. f. expositus malis corrūpat: tñ is qui intus est. i. aīa munita spe futuri, cui nō accedit human⁹ furor. i. imago Dei, Renouatur, in agnitōe dei, De die in diem. i. assidue. Vel Renouatur de die in diē. i. assidue purior a vitijs efficit per ignē tribulatiōis. Nota q̄ licet dicat his qui foris est, & his qui intus: non tñ duo sunt hoīes, sed vnus quē totū Deus facit. i. & id quod interius est, & id quod exterius est. Interiorē porro hoīem pro sp̄i mentis, exteriorē vero in corpore, atq; ista mortali vita vult intelligi: sed ad imaginē suam nō fecit, nisi id quod interius ē. Nō ergo fecit hoīem ad imaginē suā secūdū hoc quod habet corpus, corporalēq; vitā: sed secūdū hoc quod habet rationalem mentē, qua cognoscat Deū, & oībus rōnalibus præponat. Nō ergo corpus tantū, sed quicquid etiam est cōe pecori, exterior hō est. Totusq; ille hō. f. secūdū interiorē & exteriorē sui partē inueterauit per p̄ctūm, & p̄næ addictus est. Renouat autē tñc secūdū interiorē hominem: In resurrectione vero etiam exterior percipiet cælestis habitudinis dignitatem, vt totum quod factum est recreetur & quod factum est reficiatur. Nūc vero homo exterior, scilicet corpus, quanto est hęc vita diuturnior magis magisque corrumpitur, vel ætate, vel morbo, vel alijs modis. Id enim, quasi dicat merito non deficim⁹, quia Id tribulationis nostræ, id est, minimum, Quod in præsenti est, vbi nō est nisi desolatio, Et momētaneum. i. parū durās, Et leue, ad ferendū, Operat in nobis pōd⁹ gl̄iæ. i. inensam gl̄iam. Nota q̄ singula singulis opponit. Ponit. n. pōdus cōtra leue, & gloriæ contra tribulationis. Pondus dico, A Eternū, contra hoc quod dixit momētaneum Et supra modū tribulationū, contra quod dixit, Id t. Et In sublimitate. i. in cælo, contra hoc quod dixit, in præsenti. Paruis. n. laborib⁹ magna reddet merces: & pro leui tribulatiōe supra modū sublimitas gl̄iæ p̄fabit perpetuę. In nobis dico, Nō cōtēplātib⁹ i. nō appetētib⁹ ea Quę vident, sed quę non vident, ac si diceret, Iō operat in nobis pōdus gl̄iæ, quia nō appetim⁹ terrena, sed cælestia. Iō quę nō vident appetimus, Eni. i. quia, Quę vident, tēporalia sunt. i. trāsitoria. Quæ autē non vident, aterna sunt.

Ambro. Ambrosius.

Augustinus. cōtra Faustū.

Augu. de trinitate.

CAPVT V.

**S**CIM⁹ enim quoniam si terrestris domus nostra hui⁹ habitationis dissoluatur, & ædificationē ex Deo habeam⁹, domū nō manu factā, aternā in cælis. Nam & in hoc ingemiscim⁹, habitationē nostrā quæ de cælo est superindui cupiētes: si tamen vestiti & nō nudi inueniamur. Nam & qui sumus in hoc tabernaculo ingemiscimus grauati, eo q̄ nolumus ex poliari: sed superuestiri vt absorbeat quod mortale est a vita.

Scim⁹. n. q. d. vere operat pondus gl̄iæ, quia ē in corporibus non tātū in aīabus, & hoc est quod ait. Et est talis ordo l̄ræ. Scimus. n. q̄ habemus, ne dicā habebim⁹: adeo certi sumus, quia iā habemus spe quod habituri sum⁹ re. A Edificationē. i. corp⁹ imortale, firmatū plene. Ex Deo tātū, quia non ministerio hoīm fiet. Habebimus dico, Si domus n̄ra. i. mortalis caro in qua habitat aīa, Huius habitationis, vbi semper inquietat aīa. Dom⁹ dico terrestris. i. de terra & procliuis ad terrena. Dissoluat. i. destruat pro Ch̄ro. Et est sensus, Scimus q̄ habebimus corpus imortale, & si hoc corpus mortale per tribulationes dissoluatur. Et ideo, Quoniam sic dissoluitur, vt conditio, & causa sit præmissa. Deinde quod dixerit ad ædificationē, exponit, dicēs. f. Domū aīę. i. corp⁹ imortale in quo resurgētes semper erimus. Domū dico, Non manufactā. i. nō completionē hoīm factā. f. nō hūanę gnatiōis op̄ere productā, nec hūanis fomētis auctā, sed a deo ineffabiliter compactā. Et aternā, quia ab aternō factā ī Dei dispositione. i. ab aternō nobis præparatā. Et illā habebim⁹ in cælis. i. inter cælestes. f. inter āgelos. Vel poti⁹ dī aterna, quia ī ea sine fine manebit. Per hoc dat fidutiā vt nō timeamus dissolui de corpore violētā infidelīū, quia præparata ē habitatio in cælis aterna, vt de tēporali & terrena expulsi ī perpetua domo recipiamur. Nā & ī hoc. q. d. dico q̄ habebim⁹ domū non manufactā. & inde potest videri quod habebimus. Nā nō solū pro p̄nti habitatione, sed etiā In hoc. i. in consideratione hui⁹ tātę gl̄iæ. Ingemiscimus, ex dilatio ne desiderij, quod non faceremus nisi certi. In cuius rei figura. Axa filia Caleph petijt

Ambro.

Ambrosius.

Ambrosius.



a pre irriguū superius & irriguum inferius vt nos lachrymas effundamus, nō solū pro  
 præsentis incolatus miseria, sed etiam pro dilatione supernæ gl̄iæ. Vnde hic ait, Et in  
 hoc ingemiscimus: in quo: in hoc. f. Cupientes, super virtutes aīę. Indui habitationem  
 nostram. i. ædificationē nostram, quæ de cælo est. i. immortalis & impassibilis. Et est  
 sensus, Iō ingemiscimus, quia cupimus super inuouationem aīę, quā iā accepimus, in-  
 duī nos Habitationem nr̄am. i. dari aīę vestimētū, nō de terra corruptibile: sed de cę  
 lo. i. immortale & impassibile, ad similitudinē cælestiū. Si tñ. q. d. cupim⁹ indui. quod  
 vtiq; fiet, tñ hac cōditione. Dico si nos Inueniamur vestiti. f. virtutibus, fide & cæteris  
 Posito. i. deposito corpore. Et nō, inueniamur Nudi, virtutib⁹. i. si Chrūm vestiti fueri  
 mus corpore deposito, & non nudi eo. Hoc dico, ne idē de nudis putare. Vel ita, Cupi  
 mus indui corpore in resurrectionem, ita Tñ si inueniamur vestiti, gloria promissa:  
 Non nudi, Hoc. n. desiderant sancti ne resurgētes recepto corpore nudi. i. alieni a pro  
 missa gloria inueniantur. hoc enim opus est, vt indui corpore superinduantur gloria  
 quæ immutatio in claritatē erit. f. Nam & qui. q. d. Nos perfectiores pro dilatione ge  
 mimus, quia etiam minus perfecti qui carnem fouent, inter quos Apostolus se cōtue  
 rat, ne illi minus de se sentiant. Et hoc est quod ait, Nā &. i. etiā nos minores qui sum⁹  
 In tabernaculo isto. i. qui habitationem huius corporis diligimus, de quo non esset cu  
 randū cum non sit nisi tabernaculū ad tēpus, Ingemiscimus, desiderio cælestis. & nos  
 dico, Grauari. i. depressi, Eo. f. corruptibili corpore: quia aggrauat nūc aīam corp⁹ cor  
 ruptibile, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Et quia grauatio  
 nis causa est nō natura & substantia corporis, sed eius corruptio, nolimus corpore ex  
 poliari si fieri pōt, sed etiā immortalitate vestiri. Et hoc est quod ait, Quod nolimus.  
 q. d. grauari sarcina corporis, quod corpus tñ Nolimus expoliari. i. nollemus nobis  
 per mortē tolli, si fieri posset. Sed super. i. adeo, Vestiri stola immortalitatis, Ita vt quod  
 mortale est absorbeat vita. i. vt vita immortalitatis destruat immortalitatem, nō vt su  
 per eam veniat, & c. Sensus est, Sic vellemus fieri immortales si fieri posset, vt iam ve  
 niret ipsa immortalitas, & mō sicut fumus mutaret nos: quia & si a malis ad bona tran  
 seamus, tñ ipse transitus amarus, & habet fel & acetum. i. acre quid tolerandū. & si cor  
 pus grauat aīam, & habet incitamenta vitiorū, & desideria vitiosa: nō tamen oīa mala  
 sunt ex eo, nec oīa vitæ iniquę vitia tribuēda sunt carni: ne ab his oībus purgemus dia  
 bolum, qui nō habet carnē, nec fuit corruptio corporis, qua aggrauat aīam peccati pri  
 mi causa, sed pœna: nec caro corruptibilis aīam peccatricem fecit, sed peccatrix anima  
 carnem corruptibilem fecit. Qui ergo omnia mala animæ ex corpore putant accidisse  
 in errore sunt. Attēde q; ingemiscere se dicit: & grauari sub sarcina corruptibilis car  
 nis: & tamen ait. Nolimus expoliari. Ecce vox nec confessio pœnæ. grate est corp⁹ et  
 onerosum atque corruptibile, gemitur sub illo, et tamen non libenter deseritur. Prius  
 enim mentis ratione cupit dissolui, et esse cum Christo: sensu autem carnis refugit et  
 recusat. hoc habet hūanus affectus, hoc ipsa anima nescio quō habet in volūtate, quo  
 niam diligendo vitam odit mortem: et quoniam carnem suam non odit, nec ipsi vult  
 accidere quod odit: et si fieri possit nō vult expoliari, sed superuestiri. sicut ait. Apōsto  
 lus, Nolimus expoliari, sed superuestiri. q. d. sub terrena tunica gemo, ad cælestem fe  
 stino: illam volo accipere, istam volo ponere. Quid apostole dicis? fiet iniuria tanto il  
 li cælesti vestimento vt veniat tibi immortalitas super hos pannos mortalitatis et cor  
 ruptionis, vt hoc sit inferius illud superius, hoc interius illud exterius? Nō sic, inquit,  
 dico, non sic. Nolo itaque expoliari, sed superuestiri: nō tamen ita, vt sub incorruptio  
 ne maneat corruptio, sed vt absorbeat quod mortale est a vita in nobis, vt nūquā  
 sit mortalitas, non infra, non supra: non intra, non extra. Absorpta est. n. mors in vi  
 ctoria, Vel ita, Nam & qui, quāū dicat, de illo gemimus, scilicet quia a beatitudine re  
 moti sumus, & non mirum si de eo gemimus: Nam de hoc etiam gemimus, quod mi  
 nus est, scilicet, quod hoc corpore exuimur. & hoc est quod ait, Nam qui sumus In ta  
 bernaculo isto, id est in hac habitatione, quanuis grauari sumus, Eo, id est sarcina car  
 nis, cum Ingemiscimus eo, id ideo, Quod nolimus expoliari, corpore, Sed super  
 uestiri immortalitate, si hoc posset fieri, ita Vt quod mortale est absorbeat a vita,  
 ne vltra possit mori.

Ambro.  
Ambrosius.

Ambrosius  
Ambrosius.

Aug.  
de ciuit. dei.

Remigius.

Augustin. in  
psal. lxxxviii.

Augustinus.  
de ciuit. dei.

Augusti.  
in ser. de nat.  
aposto.  
Aug. de gra.  
nat.

Aug. de nat.  
aposto.

Ambrosius.

Qui autē efficit nos in hoc ipsum Deus, qui dedit nobis pignus spiritus. Au-

A dentes igitur semper & sciētes, quoniam dum sumus in corpore peregrinamur  
 a domino. Per fidem enim ambulamus, & non per speciem. Audemus autem, &  
 bonam voluntatem habemus magis peregrinari a corpore, vt præsentem esse ad  
 dominum, & ideo contendimus siue absentes siue præsentem placere illi. Omnes  
 enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vbi referat vnusquisque pro  
 pria corporis prout gessit, siue bonum siue malum.

Qui autē. q. d. ingemimus desiderio cælestis. Deus autē est qui efficit nos in hoc ipsum.  
 i. De hoc efficit in nobis, Vel ita cōtinet. Nolimus expoliari corpore, sed tñ De hoc effi  
 cit hoc, vt immortalitē cupiam⁹, quod ita ait, Qui autē efficit nos in hoc ipsum. f. vt veli  
 mus immortalitatem: Deus est. Vel ita ab illo loco, Nam & qui. q. d. dico nos superin  
 duī, si inueniamur vestiti virtutibus: quod vtiq; oramus, vt perseverantes in fide, vesti  
 ti inueniamur spū sancto. Nam & qui sumus in tabernaculo isto, grauari passionibus  
 Ingemiscimus, orando, Eo q; ideo, quia Nolimus expoliari spū sancto. i. gemēdo hoc  
 oram⁹, ne spoliemur spū sancto, & sic gloria iduemur. Vñ subdit, Sed nolimus super  
 uestiri gloria immortalitatis. Ita vt quod mortale est absorbeat a vita. Tunc. n. super  
 indui promissa gloria poterimus immortalitatis, si exuti corpore non dispoliati a spū  
 sancto fuerimus. Quid autē. q. d. nolimus expoliari, sed superuestiri. Qui autē efficit nos  
 in hoc ipsum. i. qui hanc voluntatē in nobis perficit, Deus est, qui dedit nobis pignus  
 spūs. i. dedit nobis spūm sanctum pignus huius rei implendæ, quo pignore de immor  
 talitate certi sumus: quā tūc habebim⁹, qñ sine hoste vlllo, ineffabili ac sempiterna pa  
 ce fruemur. Audētes igit. q. d. Deus facit nos velle immortalitē, facit etiā nos de ea  
 certos per spūm sanctum. Igitur. i. ideo semper sumus Audentes. i. consueta audacia  
 vertentes, Et scientes hoc, quod vtiq; cōfirmat nostrā audaciam. Quid scimus? Quo  
 niam dū sumus in hoc corpore mortali peregrinamur a dño. i. remoti sumus a dño spe  
 cie, tñ in mente ipsum habentes per fidem. Quærit cum alibi scriptū sit, In ipso viuim⁹  
 & mouemur, & sumus: quare hic dicat nos peregrinari a dño? Si. n. vbiq; est, quo  
 modo ergo peregrinamur a domino? Sine dubio vbiq; est, & in eo sunt omnia, & tamen  
 dicimur hic peregrinari ab eo: quia & si vbiq; Deus est, non tamen hic videtur sicut in  
 cælis. Peregrinamur ergo non fide, sed specie. Vnde subdit, Per fidem enim, inuisibili  
 um, Ambulam⁹. i. ad deum tendimus. Et Non per speciem. i. nō per præsentiam eo  
 rum. Qui peregrinatur & per fidem ambulat, non est in patria, sed iam est in via: Qui  
 autem nō credit, nec in patria est, nec in via. Sic ergo ambulemus tanquam in via si  
 mus, quia ipse rex patriæ factus est via. Rex patriæ Chrū est, & ibi veritas. Hic autem  
 via est. Quo imus? Ad Christum. Qua imus? Per Christum. Ipse. n. ait. Ego sum via,  
 & veritas, & vita. Est illuminatio per fidē, est & illuminatio per speciem. mō per fidē  
 tantum illuminamur, non per speciem. Homini enim vitam mortalem adhuc agenti  
 nō potest contingere, vt dimoto atq; discusso omni nubilo fantasiarū corporalium, sere  
 nissima incommutabilis veritatis luce potiat, & mēte penitus a consuetudine vitæ hu  
 ius alienata, constāter & indeclinabiliter illi hæreat. Audemus autē. q. d. sumus auden  
 tes & sciētes hoc, audentes autē mente. Audemus opere. i. ab actu non quiescimus, & si  
 durum sit. Et bonā voluntatē habemus, quia nō tristamur, nō murmuramus in aduer  
 sis. Nos dico cupiētes magis Peregrinari. i. remoueri, A corpore, & Præsentem ad domi  
 num, quā hic morari. Et quia volum⁹ illi hęrere. Ideo, omnib⁹ modis, Cōtēdim⁹ pla  
 cere illi, siue absentes, vt nunc est, Siue præsentem, vt quādo astabim⁹ ei. i. elaboram⁹  
 vt hic, & illic placeamus illi. Omnes enim. q. d. cōtēdim⁹ placere, & sic expedit. Om  
 nes enim, & cętera. Vel ita continet, præsentem illi erimus. Et vere, quia Oportet nos  
 omnes, bonos & malos, Manifestari ante tribunal Christi, id est ante iudicē Christū.  
 Ad quod? Vt vnusquisq; scilicet bon⁹ & mal⁹, Referat, à simili messorū, Propria cor  
 poris, prout gessit, scilicet plus vel minus, Siue bonum siue malū, id ē referat ea quæ  
 gessit per corp⁹. i. per tēp⁹ corporis: quia null⁹ meret, nisi dū in corpore ē. Quē sēfū cō  
 firmat alia trāslatio quę ita habet, Vt referat vnusquisq; secūdū ea quę per corp⁹ ges  
 sit. Per corp⁹ quippe dixit, nō q; oīa gerāt motu corporis, sed per corp⁹. i. per tēp⁹ quo  
 quis vixit in corpore. Hic enim omne meritum comparat quo possit post hęc vitā quis  
 q iij

Ambrosius

Ambrosius.  
Augustinus  
de bap. par.

Ambrosius.

August.  
in psal. clxiii

Augu.  
de confen. e.  
uangelistarū.

Augu.  
de ciuit. dei.

Augusti.  
in Ench.

Augustinus.  
in eodem.

piā releuari vel grauari. Nā etiā ista quæ pro defunctis cōmēdādis frequentat ecclesia non omnibus profunt, & quare? Nōne pro differentia vitæ quam quisq; gessit in corpore, quia etiā hoc meritū sibi quisq; dū in corpore viueret comparauit, vt ei possint ista prodesse. Cū ergo sacrificia, vel altaris, vel quarūcūq; elemosinarū pro baptizatis defunctis omnibus offerūtur, pro valde bonis gratiarū actiones, pro non valde malis propitiations sunt, pro valde malis etiā si nulla sunt adiumenta mortuorū qualescūq; viuorū cōsolatiōes sunt. Quibus autē profunt, vel ad hoc profunt, vt sit plena remissio, vel certe vt tolerabilior fiat ipsa dānatiō. Oēs ergo adstābim⁹ añ tribunal Christi vt referat. A simili messorū ea quæ gessit per corpus, Vnusquisq; etiā pueri, qui si non per se, tñ per alios gesserunt, dū per eos vel crediderunt vel non crediderūt, quando baptizati vel non baptizati sunt secundū quod iudicant, non secundū quod gesturi erant si diu viuerent. Dicit. n. prout gesserit in corpore, nō vt gesturus erat si diu viueret. Frustra ergo sibi hō post hoc corpus promittit, quod in hoc corpore comparare ne glexit. Et quia ante tribunal stabimus.

Augu. in sen.  
prospe.

Scientes ergo timorem domini hoibus suademus, deo autem manifesti sum⁹ Spero autē & in cōsciētis vestris manifestos nos esse. Non iterum cōmēdamus nos vobis: sed occasiōē damus vobis gloriandi pro nobis, vt habeatis ad eos qui in facie gloriantur & nō in corde. Siue enim mēte excedimus Deo, siue sobrii sumus vobis, Charitas. n. Christi vrg et nos, aſsimantes hoc, quoniā si vnus pro omnibus mortuus est, ergo oēs mortui sunt, & pro oibus mortuus est Chrūs: vt & qui viuunt iā nō sibi viuunt, sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit.

Ambrosius.  
Aug. de nat.

Scientes ergo timorē dñi. i. quā caste timēdus est Deus, Hoibus suademus, vt timeant, & vt credāt & prouideant sibi: quia quorūdā prauiloquio, dies dñi in dubiū venit. In hoc autē sumus Deo manifesti. i. approbati, quod nō sunt pseudo. hoc. n. prædicabat Apłus quod Deus iusserat, Spero autē. q. d. Deo sum⁹ approbati. spero autē quātū me est, in quo nō remanet Nos esse manifestos. i. approbatos, Etiā in cōsciētis vestris, & si non ore cōfiteamini. In his autē Non iterū commendamus nos vobis. i. non arrogāter, hoc dicimus: sicut nec prius cū diceremus, Non sumus sicut plurimi &c. Sed, talia dicēdo, Damus vobis occasiōē. i. materiam gloriandi cōtra pseudo, qui per elationē gloriant in se, dicētes se ab illis doctos qui cum dño fuerūt. Gloriandi dico pro nobis quia ego Paulus Apłus sum, sicut ij a quib se didicisse iactāt, quod vobis necesse ē ad hoc. i. vt habeatis, quid possitis dicere, Ad eos, reprimēdos qui gloriant, In facie. i. exteriorib⁹, vt in circūciōne & alijs legalibus: nō In corde. i. spiritualibus. Vel, Gloriatur in facie. i. in cōspectu hoīm, vt hypocritæ faciūt: non in cordibus suis, vt superbiā reprimāt per cordis humilitatē. Siue. n. q. d. de nobis vtiq; potestis gloriari, quia quicquid agimus vel honor est Dei vel vtilitatis proximi. & hoc est q; dicit, Siue. n. mente excedimus. i. si nos cōmēdamus, in quo putamur insensati, Deo est. i. ad honorē Dei est, qui nos sic exaltauit. Vel, Deo est, dimittendū, non ab hoīe iudicandū. Si enim superbe putat locutus est quasi insania dum se laudat verū dicens, dimittendū est Deo.

Ambrosius.  
Ambrosius.

Ambro.

Ambrosius.

Augustin. in  
psal. lxxx.

Ois enim superbia velut insania hñ. Siue sobrii sum⁹, vt non alta dicamus de nobis, Vobis est. i. ad vtilitatē vestrā: quia si non iactanter, sed ad glām audientiū intelligit locut⁹, Corīthijs proficit. Vel ita, Siue enim. Excessum mētis dicit q; mēte leuatur ad intelligēda cælestia. Extasis verbum est Grecū. Latine autem vno verbo exponi pōt si dicat excessus. In excessu vero mentis duo intelliguntur, vel paupor vel intentio ad superna, ita vt quodāmodo a memoria labant inferiora. In hoc mentis excessu fuerūt omnes sancti, quibus arcana Dei mundum istū excedentia reuelata sunt. De hoc mentis excessu loquitur hic Paulus, seipsum insinans. q. d. potestis de nobis gloriari. Siue enim, id est contemplatione rationis, Excedi, omnia temporalia. Deo est, qui solus cognoscit excessum nostrum. Ille enim videt quod videmus in excessu mentis: non vobis est qui non potestis capere. ideo soli deo se dicit excessisse. Excedens enim mente Apłus omni humanam fragilitatem, omnem seculi temporalitatem, oīa quæcūque nascendo & occidendo vanescunt transeuntia, habitauit corde in quadam ineffabili contemplatione, vbi audiuit ineffabilia verba, quæ non licet homini loqui: vbi si

Augustinus  
Augustinus  
Augustinus.  
in psal. cxviii.

A semper permanere. vellet, te nō leuaret qui sublimia videre nō potest. Quid autē fecit. Descēdit, & nō ingratus ei à quo accepit altiora, propter infirmos nō cōtempnit inferiora, sed eis se cōtemperauit. vnde subdit, Siue sobrii sumus, cōdescēdo, Vobis est, quia sic loquimur vt capere possitis. Isti sunt angeli de quibus domin⁹ ait in euāgelio, Videbitis celū apertū, & angelos ascēdentes & descēdentes super filiū hominis. Hos eisdē angelos vidit Iacob in scalis ascēdētes & descēdētes. Charitas enī. q. d. pro vobis est totum. Charitas enī Christi. i. amor quē erga nos Christus exhibuit cōdescēdens nobis, Vrg et nos, vt oīa pro vobis faciamus. Nos dico, Existimātes hoc, quoniam si vnus tantū intus sine peccato. i. Christus mortuus est pro, Oibus: ergo oēs alij sunt in peccato. Ergo oēs mortui sunt. Et est sensus, Hoc certissime estimamus, quia si Christus charitate pro oibus mortuus est, tunc constat oēs mortuos fuisse in Adā pro quib⁹ mortuus est Christus, vt eos à morte liberaret, quæ gratia ne inutilis sit hoibus, vt apostoli eos alliciant, necessario se laudāt. Per gloriā enī & meritū apostolorū agnoscitur gratia & beneficium Christi. Vel ita, Si vnus. i. si solus sufficiens sine oibus legalibus, Mortuus pro oibus est: ergo omnes mortui sunt vetustati per eum, nec alio egent. Cesset ergo lex. Vel ita, Si vnus pro oibus, id est si Christus quantum ad se Pro oibus mortuus est, & si nō omnibus profuit, ergo, Et omnes hoies mortui sunt. id est mori debent pro honore illius. Et etiā pro omnibus, mortuus est Christus, Vt & illi qui viuunt, virtutibus per remissionem peccatorum, Iam non viuunt id est, non sibi vitam virtutū attribuant: sed, Ei qui pro ipsis mortuus est, vt morerentur peccato. Et resurrexit, vt in nouitate vitæ ambulemus. Vel ita, vt de vita corporis agat. q. d. ideo mortuus est, vt & Qui viuunt, in corpore iam, Non viuāt sibi. i. nō suæ priuatę voluntati. Sed, Ei. id est volūtati ei⁹. i. Christi. Qui pro ipsis mortuus est & resurrexit, id est nō in spe terrenorum, sed in spe resurrectionis viuunt.

Augustinus.

Ambro.

Ambro.

Ambrosius.

August.

Itaq; nos ex hoc neminem nouimus secundū carnem. Et si cognouimus secundum carnem Christum, sed nunc iam non nouimus. Siqua ergo in Christo noua creatura, vetera transierunt.

Itaq; &c. q. d. Et quia hoc est. Itaq; nos ex hoc. i. amodo à deo certi sumus de gloriā æterna. Quod neminē nouimus. i. laudamus viuētē, Secundū carnē. i. sua quæretē, nō quæ christi sunt: tēporalia, nō æterna. nec hoc debet facere aliquis, quia, Et si cognouimus Christū esse secundū carnem. i. mortalem, per quod putauimus eum tantum esse hominē, Sed nūc iam nō nouimus, eum mortale. i. & si Christus fuit mortalis, per quod ego eū putauisse tantū hominē, dū eram infidelis, tamen iam est immortalis, & ita feci sumus de præmio. Et est sensus, Ideo debent viuere Christo nō sibi, secundū carnē, quia & si Christus vsq; ad crucē fuit infirmus. i. iniuriatus, qui pro nobis nō dedignatus est homo passibilis fieri & mori, tamē post resurrectionē iā nō est infirm⁹ & mortalis, sed apparet quod nō esse putabatur. Vnde ipse ait, Cū exaltaueritis filium hominis, tūc cognoscetis, quia ego sum. hoc memorat ideo, vt ostēdat qua deuotione obsequendū est Christo: vt intelligentes quantū pro nobis fecerit, propensius illi feruiant. Vicē ergo illi reddāt, quasi deo nō homini solum, pro eis passio, & quia Christus iam nō est secundū carnē, Ergo si qua creatura in Christo est noua. i. si quis in Christo renatus est nouus, Vetera trāserūt ei, & ecce facta sunt ei oīa noua. i. illi iā spe transijt mortalitas, & transibit resur. & dabitur noua immortalitas. Vel ita, Itaq; q. d. quia Christus resurrexit, Itaq; nos ex hoc. i. amodo, adeo certi sumus de eadē resurrectione, q; Neminē, fidelium nouimus esse viuētē, non dico in re sed in spe, Secundū carnē, id est, secundum carnis corruptionē. Carnē quippe hoc loco nō ipsam corporis substantiam quam, & Christus post resurrectionē habuit, & nos post resurrectionē nostram habituri sumus, sed corruptionē mortalitatemq; carnis vult intelligi. Suo quippe more vitā nostrā futurā ita certa spe meditatur, tanquā iam adsit, præsensq; teneat, quæ in Christo resurgētē iā impleta est: quæ vtiq; vita nō erit secundū carnē, non quin in eadē carnis substantia resurgamus, sed nō in eadem qualitate corruptionis, quæ hic nomine carnis signatur. Quia ergo vitam resurgentium quasi præsentem meditatur, amodo inquit, Neminem nouimus secundū carnem. i. tam certam spem tenemus futuræ nostræ

Ambro.

Ambro.

Ambro.

Ambro.

Augu. contra  
Faust.

incorruptionis & immortalitatis, vt iā in ipsa notitia gaudeamus spe, quasi in re habere mus vitā, quę erit sine corruptione, sicut & Christi vita iā nō est secundū carnē. Vnde subdit, Et si cognouimus Christū secundū carnē. i. secundū carnis mortalitatem ante resurrectionē: Sed tamē, nūc iā. s. postquā resurrexit, Nō noui ipsū secundū carnē. i. secundū carnalē corruptionis qualitatem. Quia Christus resurgēs à mortuis, iam nō moriē & c. Ideoq; in euāgelio ipse ait, Ad patrē vado, & iā nō videbitis me. i. nunquā vltius videbitis secundū quod modo sum: nō videbitis me humilē, sed excelsum: nō mortalē, sed sempiternū: nō iudicādū, sed iudicaturū. Et itē ait, Nisi ego abiero paraclēt nō veniet a. v. id est nō potestis capere spūm sanctū. s. quādiu secundū carnē me nosse persistitis. Et quia sumus in Christo spe, & si nō re, Si qua ergo in Christo noua creatura est sicut vere est. i. si quis populus innouatus est per fidē Christi, Vetera trās. ei, & ecce facta sunt oīa noua: quia innouatis fide, trāsīt mortalitas spe, & adest nouitas resurrectionis. Vel ita, Itaq; q. d. quia solus Christus sufficit ad iustitiā & vitā sine oībus legalibus, Itaq; nos ex hoc tēpore gratiæ, Neminē nouimus. i. approbamus viuentem, Secundū carnē. i. qui secundū carnalē obseruatiā viuat. Quia & si cog. Christū secundū carnē. i. quāuis dū infidelis erā intellexerim Christū in legē promissum esse secundū carnē. s. vt legalia obseruaret, & seruari p̄ciperet, Sed tamē nūc iam. s. post cōuersionē postquā veritas venit, Non, ita esse, Nouimus, sed vt vmbra cesset, & veritas manifestet. Et quia vmbra cessare debet, Si qua ergo creatura in Christo nō. f. est. ve. trās. scilicet carnalē obseruantie, & voluptas carnis. i. vetus test. & omnia ad veterem hominem pertinentia, in gentibus idololatria, in Iudcis seruitus legis.

Augustinus. Super Ioan.

Augustinus contra Faust. Augustinus.

Augustinus.

Augustinus Augustinus

Et ecce facta sunt omnia noua. Omnia autem ex deo qui nos reconciliauit sibi per Christū, & dedit nobis ministeriū recōciliationis. Quoniam quidē deus erat in Christo mundū recōcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum, & posuit in nobis verbū recōciliationis. Pro Christo ergo legatione fungimur tanq̄ deo exhortate per nos. Obsecramus pro Christo recōciliamini deo. Eum qui nō nouerat peccatū pro nobis peccatū fecit, vt nos efficeremur iustitia dei in ipso.

Et ecce facta sunt oīa noua. i. noua venerūt. s. nouū test. & oīa noui hoīs, & veritas vnus dei successit. Oīa autē. q. d. dixi in Christo. i. per Christū nouā creaturā fieri, & vetera trāsire: sed tamē oīa sunt ex deo patre, qui pater recōciliauit nos sibi per Christū. i. per incarnatū verbum: Et dedit ministeriū recōc. no. apostolis vicarijs Christi, quod nō pseudo. Deus per Christū reconciliauit, quod vtiq; per Christum fieri potuit. Quoniam quidem deus, pater qui nihil nō potest, Erat in Christo, ergo potuit Christus reconciliare, quia pater erat in eo. Sicut ipse ait, Pater in me est, & ego in patre. Per hoc autē intelligit̄ pater esse in filio, & filius in patre, quia vna est eorū substantia. Ibi est enī vnitas, vbi nulla diuersitas est, & ideo alter in altero est, quia & imago & similitudo eorū vna est. Erat in Chro dico, mūdū. i. electos de mūdo sibi recōciliās. Qualiter? hoc modo recōciliās, Nō reputās illis. i. nō puniēs eternaliter in illis, Delicta ipsorū, tā originaliter quā actualia. Et posuit. q. d. hoc modo dedit nobis ministeriū recōciliationis, Quia posuit in nobis verbū recō. i. p̄dicationē fidei, per quā recōciliātur hoīs deo. Et quia posuit in nobis verbū: ergo fūgimur legationē dei, pro Christo. i. vice Christi qui fuit legat⁹ dei. Vel, Pro Christo. i. pro honore Christi. Et ideo obsecramus vos, tāquā deo vere exhortate vos per nos, quia vere in nobis loquit̄. Quid obsecram⁹? Ecce reconciliamini deo, & hoc pro Christo. i. pro amore Christi. Vel, Ego obsecro vos pro Christo. i. vice Christi, & debetis vel potestis hoc facere, quia, De⁹ pater fecit pro nobis, eū qui nō nouerat p̄tūm, per experiētā, & si per sciētā: eū inquā. i. Christū, Fecit peccatū. i. eū qui nō peccauerat. Fecit peccatū. i. hostiā pro p̄tō. & trahit̄ hęc locutio à veteri lege. Vnus est. n. veteris test. p̄tā dici sacrificia pro p̄tō. Vel p̄tūm dicit̄ similitudo carnis p̄tō. Vñ dicit̄ alibi, De p̄tō dānavit peccatū. i. de similitudine carnis peccati. Quia misit deus filiū suū in simili car. pec. Et iterū dicit̄, Mortu⁹ est p̄tō. i. similitudini car. pec. quia moriēdo carnis mortalitate exutus est. Et est sensus, Fecit eū pec. i. mortalē. ita etiā maledictū accipit̄ pro morte quę de maledictō venit: vt vere dicit̄ in lege intelligat̄, Maledict⁹ oīs qui p̄det in ligno. Quid est maledict⁹ es? i. terra es, & i. terrā ibis. Quid est quod dicit̄ oīs: quia etiā ipse Chrūs qui eū esset vita, mor

Ambro. Ambro. Ambrosius

Augustinus

Augustinus

Augu. contra Maxi.

trus est vera morte, non ficta. Vel, Fecit eum peccatum. i. peccatorem p̄tari in poena. & hoc vtiq; fecit, vt nos efficeremur nō modo iusti, sed Etiam iustitia, per quos alij essent iusti. Iustitia dico, Dei, nō nostra. & hoc i ipso scilicet deo Christo, nō per aliud Vel, Efficeremur iustitia dei, id est iustificaremur à deo: quia ex deo tantū est omnis cōsummatio. Et hoc, In ipso. i. per ipsum Christum. Attende, quia sicut cum legitur, Domini est salus, nō ea intelligitur qua dominus saluus est, sed qua salui sunt, quos ipse saluat: sic cum dicitur dei iustitia, non est illa intelligenda qua deus iustus est, sed qua iusti sunt homines, quos gratia sua iustificat.

CAPVT VI.

**A**diuuantes autem exhortamur ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Ait enim, Tempore accepto exaudiui te & in die salutis adiuui te. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Neminī dātes vllam offensionem, vt non vituperetur ministeriū nostrū. Sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut dei ministros in multa patientia: in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laborib⁹, in vigilijs, in ieiunijs, in castitate, in scientia, in longuanimitate, in suauitate, in spiritu sancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute dei. Per arma iustitiæ, a dextris & a sinistris.

**B**adiuuantes autē. q. d. Christus redemit vos, & reconciliauit. Nos autē. s. missi ab eo; Adiuuantes vos, vel Christū. Exhortamur, vos, Ne in vacuū gratiam dei recipiatis. i. ne in vacuum cedat vobis gratia quam iam suscepistis. Gratia dei est remissio peccatorum: quam in vacuū recipit ille, qui nō post exercet se in bonis, vel qui in legalibus cōfidit. Et quasi quis quęret, Est ne gratia? Respō. Est vtiq;. Ait. n. dominus in Esaia, O homo, Exaudiui te, orantē pro peccatis, Tēpore, gratiæ, Accepto, mihi vel hominibus, Et in die salutis. s. quando lux nata est mundo. s. Christus, auxiliatus sum tui vel adiuui te de affectione virtutū, & perseveratiā bonorū operum. Deinde exponit prophetiā dicēs, Ecce. q. d. Ita dixit dominus in prophetia de tēpore gratiæ. Et ecce nunc est tēpus accept. quo morbis mortalibus salubris medicina infunditur. Et alijs verbis idē dicit, Ecce nūc dies salutis, qui nō in lege veteri fuit. Vel ideo dicit, Nūc, quia statim i obitu fidelis sal⁹ datur nō cras, nō post annū differē. Exhortamur vos, vos dico, Neminī dātes. A deo solliciti sumus circa salutē ægrorū, Vllam offensionē, verbo vel exemplo. & hoc facimus, Vt nō vituperetur ministeriū nostrū. s. ministeriū apostolatus: quod vtiq; vituperaretur, si nos hoc faceremus. i. si quod verbo docemus, operis exēplo non exhiberemus. Vel ita, Neminī. q. d. dico vt caueatis, ne in vacuū recipiatis gratiā: vos dico, Neminī dantes vllam offensionē, verbo vel exēplo. Vt nō vituperet̄, per vos Ministeriū nostrū. Sed in omnibus. q. d. Neminē offēdamus, sed potius vos vt ego, Exhibeamus. i. offeramus deo, Nosmetipsos, in omnibus, Sicut dei ministros, & si nō omnes simus ministri. Ideo dicit, Sicut dei ministros, quia dei ministri non adulantur hominibus, vt placeant deo, sicut pseudo faciūt studētes lucro. In multa. q. d. Exhibeamus nos ministros in oībus. s. In multa patientia, vt ne parū moueamur. Patientia dico habita, In tribulationibus. i. afflictionibus. Deinde tribulationes per partes exequitur. s. In necessitatibus, vicijs vel vestitus. In angustijs. i. in animi cura & timore: In plagis. i. in verberibus, In carceribus in seditionibus. i. cōmotionibus populi cōtra se. In laboribus operū, quia manibus suis operabatur, ne cui grauis esset: In vigilijs. s. nocte laborādo etiā officio sibi delegato. In ieiunijs, coactis vel spontaneis. Sed cum his oībus difficultatibus agitētur sancti, mirū videtur quibusdā quod dominus ait, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugū meū, & inuenietis requiē. Iugum enī meū suauē est. Considerat̄ enī eos qui iugū ipsum in trepida ceruice subierunt, & qui sarcinā illā mansuetis humeris acceperunt, tam difficilia pericula pati, vt nō à laboribus ad quietē, sed à quiete ad laborē vocari videātur. Ait ergo aliquis, Quomodo iugū suauē est, & sarcina leuis? Et quomodo dicit̄, venite ad me qui laboratis, & ego reficiā vos: & nō poti⁹, Venite qui vacatis vt laboretis? Sed

Ambrosius. Ambro.

Ambro. Ambro.

Augustinus





**Ambrosius.** bo per gratiam, In illis. i. excolam eos & puros faciam. Et inter eos inambulabo. i. in corde eorum deambulabo, quasi in lato per charitatē. Deambulat enim in nobis præsencia diuinæ maiestatis, si latitudinem inuenerit charitatis, quam tamen in nobis non nisi deus facit. Et est sensus, inter eos inambulabo, id est promouebo eos, & perseueranter proficere faciam. Et deus ero illorū. i. ita benefaciā illis vt videat deus. Et ipsi erunt mihi populus. i. ita obedient mihi, vt videantur mei, & non mundi. Vel de corporali conuersatione Christi inter homines agit: & dicit Christus, Inhabitabo in illis, & inter eos inambulabo. i. corporaliter inter eos conseruabor dicit Christus. Vnde Hieremias ait, In terris visus est, & cum hominibus cōuersatus est. Et Ioannes ait, Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Et hic Christus dominus noster est, & ecclesia est populus eius. Vnde subdit, Et ero illorum dominus, & ipsi erunt mihi populus. & ideo vult eos separari ab omni contaminatione, vt suscipiat eos in filios. Vnde subdit, Propter quod &c. Vtitur hic verbis Esaiæ, quasi suis: hoc ad literam dictum est Iudæis habitantibus in Babylone, ne communicarent Babylonijs inter quos habitabant, quod apostolus spiritualiter ad nos refert, quasi dicat propter quod, quia templum dei estis: Exite de medio eorum, quia estis in medio eorū nequitie. Exite autem non corporaliter sed spiritualiter: vt non taceatis, sed increpetis eorum scelera. Tolerandi enim sunt malis pro pace, nec corporaliter ab eis recedendum sed spiritualiter. Exire vero est, facere quod pertinet ad correctionem malorum quātum licet, pro gradu cuiusq; salua pace. Et exieritis, Separamini, ab eis, vt nec consensum cum eis habeatis. Vel, Separamini. i. seorsum sitis, parati cōtra eos sicut prius pro eis eratis. & hoc dicit dñs. q. d. non est hoc à me. Et immundum. i. carnales obseruantias, & quælibet alia illicita, Ne tetigeritis. q. d. nec etiam tactus sit. i. delectatio, quæ est primus motus mortalis peccati. Spiritualis recessio hic intelligenda est, similiter & de tactu cordis non corporis intelligendum est. Displicere enim malum non tangere est. Non enim propheta qui hæc dicebant populum suum dimiserunt, sed inter eos habitabant. quos increpabant, vnum templum cum eis intrabant, eadem sacramenta celebrabant. Hoc est ergo exire, ore non parcere, sed redarguere, corripere, monere, hoc est separari, contra eos ire: hoc est immundum non tangere, voluntate non cōsentire. Hæc omnia propheta fecerunt. Spiritualiter ergo non corporaliter recedere debemus, quia maius malum in separatione bonorum committimus. i. dum corporaliter separamur nos à bonis propter malos, quam fugimus in coniunctione malorum non remanentes. i. quam sit illud quod fugimus fugiedo communionem malorū. Spiritualiter ergo quisq; recedat à malis, tali non imputat deus peccata sua, quia non fecit: aliena non, quia non approbavit: non negligentiam, quia non tacuit: non superbiam, quia in vnitatem permanens. Si autem corporaliter recedit, superbus est, & schismaticus. Et ego. q. d. Ita facite vt dixi. Et ego recipiam vos, ante eiectos. Et ero vobis, receptis In patrem, me ipsum dans vobis. Et vos eritis mihi. i. ad gloriam & ad honorem meum, In filios. i. mihi similes, Et filias, hoc ponit, vt etiam debiliores includat. Et hoc, dicit dominus omnipotēs. i. Christus qui potest omnia, quæ pater.

CAPVT VII.

**M**As ergo habentes promissiones charissimi, mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficientes sanctificationem in timore dei. Capite nos. Neminem læuimus, neminem corrupimus, neminem circunuenimus. Non ad condemnationem vestram dico. Præ diximus enim quod in cordibus nostris estis ad cōmoriendum, & ad conuiuendum. Multa mihi fiducia est apud vos, multa mihi gloriatio pro vobis. Repletus sum consolatione, superabundo gaudio in omni tribulatione nostra. Nam & cum venissemus in Macedoniam: nullam requiem habuit caro nostra, sed omnem tribulationem passi sumus. Foris pugnae, intus timores. Sed qui consolatur humiles, consolatus est nos Deus in aduentu Titi. Non solum autem in aduentu eius, sed etiam in cōsolatione qua consolatus est in vobis, referens nobis vestrū desiderium, vestrū fletū, vestrā emulationem pro me, ita vt magis gauderē

**A** Has igitur. q. d. Et quia dñs hoc præcipit, & bene promittit, Igitur nos habentes has promissiones o charissimi. f. quod deus habitabit in nobis, & recipiet nos, Mūdem⁹ nos ab omni inquinamēto carnis, vt est luxuria: Et spiritus, vt est ira. Inquinamētū carnis multifarie intelligit. Ideoq; dixit, Ab omni, quia multa sunt vitia carnalia, vt oīa fugiamus. Nos dico Perficiētes, bona operatione, Sanctificationē, in baptismo cōceptā & hoc, In timore dei, vt deū vereamur qui solus facit. Vel ita lege, seūdū aliā literam, quæ nō habet, & Mundemus nos ab omni inquinamēto carnis. Hic distingue, nos dico, Perficiētes sanctificationē sp. i. mētis, quæ tūc fit, si sumus in timore dei. i. si timorē dei sequimur. Quia qui sine deo hoc agit, sanctus mūdi est & nō dei. & ad hæc si forma exēpli necessaria est, Capite nos. i. habete nos exēplū, non illos pseudo. Vel ita lege, Mūdemus nos ab omni inquinamēto carnis. i. carnaliū obseruationū, Et perficiētes sctificationē, quæ est, Spūs sancti, tantū. Et hoc, In timore dei. Capite nos, in exēplū, quia nos, Neminē vestri læsimus in properado, vt pseudo faciūt. Neminē corrupim⁹, admixtione falsitatis tanquā fermētī. Neminē circūuenimus, fraudulēta vestrōrum ablatione vt pseudo faciūt, qui vestra blāde auferūt. Pseudo. n. & nocebāt illis corrupētes sēsum illorū, & grauabāt sacculos eorū circūuentione serpētinę astutię. Hæc autē, Nō dico ad cōdenationē vestrā. i. vt abiciā vos qui in his peccauisti, sed vt corrigatis vos moneo. Diligo enī vos sicut prædixi & hoc est quod subdit, Prædixi enī quod vos estis in cordibus nostris, secundū curā & dilectionē: Estis, dico, Ad cōmoriendū & ad cōuiuendū. i. ita diligo vos quod vestra mors in peccatis videt mea, & similiter vita in virtutibus. Vel ita diligo vos, Ad cōmoriendū & ad cōuiuendū. i. vt mecū patiamini & mecū coronemini. Et ideo moneo vos, quia, Multa fiducia est mihi apud vos. i. dū cōfidero quæ in vobis sunt, qui & per primā epistolā correcti erāt, ideo pro eis gloriatur. Vnde subdit, Multa est mihi pro vobis gloriatio, ad alios, videte ne sit vana: est etiam mihi cōsolatio. Vnde subdit, Repletus sum consolatione, audita correctione vestra. Per iam correctos inuitat alios ad correctionē. & Superabundo gaudio in omni tribulatione. i. gaudiū meū superat omnē tribulationē, quæ partim erat in animo pro peccatis vestris. Dū enī videt proficere eos pro quibus patit, gaudet. Nā & cū venissem. Memorat hic quæ patitur causa credentium vt eos prouocet ad charitatē. q. d. bene dixi in tribulatione, quæ vere magna est. Nā cū venissemus Macedonia, nullā habuit requiem caro nostra. Ideo dicit carnē nō habuisse requiem & nō animā, quia etiā in aduersis anima quæ in corpore patitur, spe futuri quiescit. Nō habuit requiem dico, Sed omnē tribulationē. f. secundū corpus & secundū animā, Passi sumus, & hoc ideo, quia ibi Phitonem fugauit de ancilla. & vere omnē: quia Foris. i. in corpore sunt, pugnae. i. tribulationes. & Intus. i. in animo sunt, Timores, ne ecclesie deficerēt. vel, Foris. i. à perfidis qui sunt extra ecclesiam. f. apertis inimicis sunt, Pugnae. i. tribulationes. De his autē scilicet de fidelib⁹ qui sunt, Intus. i. in ecclesia sunt, Timores, ne moueātur. vel de his qui sunt, Intus. i. in ecclesia corpore nō mētē, nomine nō numine. i. de falsis fratrib⁹, sunt, Timores, quia difficilius tollerātur quā aperte mali. Nulla. n. pestis efficacior quā familiaris inimicus, & inimici hoīs domestici eius. Sed qui. q. d. Ita grauiter passi sum⁹, sed deus, Qui cōsolatur humiles, spiritu. Vel, Humiles. i. afflictos, Consolatus est nos in aduentu Titi, quia coadiutorē recepi. Non solū autē in aduentu eius, quia. f. desideratus aduenit, consolatus est nos deus. Sed etiā in cōsolatione qua Titus cōsolatus est in vobis. i. in vestra emedatione. i. quia vidi Titū consolatū in vobis, & ego cōsolatus sum. consolatus est Titus in vobis. Ipse dico, Referens nobis vestrū desiderium, de emedatione, & Vestrū fletum, de cōmissis. & Vestrā emulationem. i. indignationem cōtra pseudo habitā, Pro me, id est pro mea defensione, Referens, dico, ita, Vt magis gauderem, de his quæ retulit, quam dolorem de tribulatione mea.

Quoniam etsi contristauit vos in epistola, non me pœnitet. Et si pœnitet et, videns q̄ epistola illa etsi ad horam vos contristauit, nunc gaudeo: non quia contristati estis, sed quia cōtristati estis ad pœnitentiā. Cōtristati enim estis secundū deum, vt in nullo detrimētum patiamini ex nobis. Quæ enim secundū deū tristitia est, pœnitentiā in salutem stabilem operatur: seculi autem tristitia, mor-

**Ambrosius.**

**Ambro.**

**Ambrosius.**

**Ambrosius.**

**Ambrosius.**

**Ambrosius.**

**Ambrosius.**

**Ambrosius.**

**Ambrosius.**

**Ambrosius.**

**Ambrosius.**

**Ambrosius.**

**Ambrosius.**

**Ambrosius.**

**Ambrosius.**

**Ambrosius.**

**Ambrosius.**

**Ambrosius.**

**Ambrosius.**

**Ambrosius.**

**Ambrosius.**

**Ambrosius.**

**Ambrosius.**

**Ambrosius.**

**Ambrosius.**

**Ambrosius.**

**Ambrosius.**

tem operatur. Ecce enim hoc ipsum secundum Deum contristari vos, quantā in vobis operatur sollicitudinem, sed defensionem, sed indignationem, sed timorē, sed desiderium, sed æmulationem, sed vindictā. In omnibus exhibuistis vos incontaminatos esse negotio. Igitur & si scripsi vobis non propter eum qui fecit iniuriam, nec propter eum qui passus est, sed ad manifestandā sollicitudinē nostram quam habemus pro vobis coram deo, Ideo consolati sumus.

Quoniam & si cōtristati vos. q.d. idē probari potest quod gaudeo, quia iā nō pœnitet me dure vos in prima epistola corripuisse. Et hoc est quod ait, Quoniam & si cōtristati vos in prima epistola, nō modo me pœnitet, quia correcti estis: & si prius, Pœniteret, dū indignati eratis. hoc dicit, ne videat̃ inhumanus, qui de tristitia aliorū gaudet. Vidēs quod epistola &c. q.d. Nō me pœnitet, sed potius nūc Gaudeo vidēs quod tristitia illa cōtristauit vos. i. quāuis videā quod epistola illa cōtristauit vos vnde primū dolui, & me pœnituit, Cōtristauit dico, Et si. i. quāuis, Ad horā. i. paruo tempore: vnde bona spes est correctionis eorū, & ideo iam nō pœnitet: sed gaudet: & vnde gaudeat determinat subdens, Nō quia. q.d. dico quod gaudeo, Non tamē ideo, Quia contristati estis, contra me: sed, Quia contristati estis ad pœnitentiā, quia sic aduertētes culpā, pœnitauistis. Et ideo se gaudere dicit, quia contristati sunt, nō cū ira quę peiores efficit, sed cū pudore qui corripit. Cōtristati enī. q.d. de hac tristitia gaudeo, quia hęc tristitia est secundū deū. Et hoc est quod ait, Cōtristati. n. estis secundū deū. i. secundū volūtātē dei, & inspirationē: ita vt In nullo, nec etiā in asperis, Patiāmini detrimētū ex nobis, quia oīa nostra profunt vobis, etiā quod corripimus, & cōtristamus vos. Quę enī. q.d. Vere non dānū patimur, nā potius commodū: quia tristitia, Quę est secundū deū. s. dū peccator tristis est quia peccauit, dū dolet, quia fecit quod deus odit, operat̃, Pœnitentiā. i. satisfactionē: quę valet etiā, In salutē stabilē. i. eternā. Seculi autē tristitia, quę non est ad corruptionē. s. dū peccator dolet, se detestū. Operatur mortē, & ideo ab ea caute.

Ecce enī. q.d. Vere tristitia secundū deū facit pœnitere ad salutē, quia ea quę ducunt ad salutē. i. sollicitudinē &c. operat̃. & hoc est quod ait, Ecce enī. q.d. in vobis experti estis quod dico, Quia hoc ipsum. i. tam parū quid. s. Vos contristari secundū deum, de peccato, Quāntā in vobis operat̃ sollicitudinē, emēdādi quod deliquistis, verū est: quia qui pœnitet sollicitus est ne denuo peccet: nec hoc solū operatur, sed etiā defensionē, vt etiā contra pseudo defendatis me. Vel operat̃ defensionē, quia qui pœnitet non excusat se, sed confitē p̃ctū: quod est defendere se à gehenna. & non solū hoc operatur, Sed etiā indignationē, contra nos pro malis quę gessistis: & non tantū hoc, sed timorē, ne in futuro tale quid contingat: & non tantū hoc, sed desiderii in melius prouehi. Desiderat enī reformari qui se scit factū per peccatū deformē: & nō tantū hoc, sed, Aemulationē, vt me vel alios bonos imitemini. Habet enī zelū bonorū operū per sciendorū qui pœnitet: Sed vindictā, quia peccantē punitis, & etiā vos ipsos. Qui enī pœnitet vindicat in se quod deliqui. & vt vniuersaliter dicā vos contristari secundū deū, In oībus exhibuistis vos, duce fide, Incontaminatos esse. i. vt sitis incontaminati, In negotio christiano agēdo. i. in oībus officijs christianę conuersationis agēdis, Vel, Exhibuistis. i. ostēdistis puniēdo illū qui incestū admiserat, Vos esse incontaminatos, à negotio. i. à graui peccato illius qui vxorē patris habuit, cui cōsentiēdo contaminati eratis. Igitur &c. q.d. & quia incontaminati estis, Igit̃, apparet quod non propter illos principaliter, Scripsi vobis, sed propter illū qui fecerat, & illū qui sustinuerat iniuriam quod ita dicit, Igit̃ et si scripsi vobis, pro illis, tñ, Nō, tantū, propter eū qui fecit iniuriā, vt est ille qui incestū fecit, qui vxorē patris rapuit. Nec propter eū. s. patrē, Qui passus est iniuriā. i. cui rapta est vxor, Sed ad manifestandā sollicitudinē nostrā quā habem⁹ pro vobis, oīb⁹ emēdādis. i. non pro illis tantū hoc feci, sed pro emēdatōe oīm vestrū. Vel illos tāgit, quos superi⁹ in prima epistola iniurias & fraudes fratrib⁹ fecisse dicit. Et ostēdit nō magis cā eorū qui peccauerūt scripsisse remitti eis, quā causa ecclesię quę vno cōtumeliā & fraudē faciēte cōpatit̃ & indignat̃. Et hoc est quod ait igit̃ & si scripsi vobis, nō tantū propter eū qui fecit iniuriā. i. fraudē proximo suo: nec propter eū, Qui pass⁹ est, fraudē: sed ad manifestandā sollicitudinē, quā ha. pro vo. Toti⁹ populi sollicitudinē se habere ostendit. s. iniusti emendētur, & poluti sanctificētur, & ecclesię reconcili-

Ambro.

Ambro.

Ambr.

Ambro.

Ambrosius, Ambro.

Ambro.

Ambr.

Augustinus.

lientur. & hoc dico Coram deo. i. teste deo. & ideo. q.d. & quia hoc intēdi, & etenit̃: ideo Consolati sumus. i. consolationem accepimus dum correcti estis.

In consolatione autem vestra abundantius magis gauisi sumus super gaudio Titi: quia resectus est spiritus eius ab omnibus vobis. Et si quid apud illum de vobis gloriatus sum, non sum confusus: sed sicut omnia vobis in veritate locuti sumus: ita & gloriatio nostra quę fuit ad Titū veritas facta est, & viscera eius abundantius in vobis sunt, reminiscētis omnium vestrū obedientiam, quomodo cū timore & tremore excepistis illū. Gaudeo quod in omnibus confido in vobis.

In consolatione autem vestra, quę est de correctione vestra, & gaudio Titi. Abundantius gauisi sumus, quam doleremus de tribulatione: sed Magis super gaudio Titi. q.d. de vtroq. i. de correctione vestra, & gaudio Titi abundantius sumus gauisi, quā tristemur de tribulatione: sed magis abundantius de gaudio Titi, quia gaudebat nō solum de correctis, sed etiam de aliis quos sperat corrigendos. Quia resectus spiritus eius est, Titi. Iam enim sperat bonum de vobis. Resectus est dico Ab omnibus vobis, non quia omnes essent correcti, sperat de reliquis. Et si quid apud illum de vobis gloriatus scilicet commendando vos, Non sum confusus, ideo non erubescō me falsum inueniri: sed sicut locuti sumus vobis omnia in veritate. i. in corripiendo veritas apparet arguentis, dum qui arguuntur se emendat: dum enim correcti immutantur, testimonium perhibent arguenti. Veram ergo ostendens Apostolus prædicationem suam per efficaciam illorum ait. Si in veritate locuti sumus vobis omnia, ita & gloriatio nostra, quę de vobis fuit, facta Ad Titum, facta est. i. apparuit ei Veritas. i. vera: ideo viscera. i. in tima charitas eius, sunt In vobis, quia viri sancti affectus in omni bono est. Sunt dico abundantius, quā ante: quia viderit profectum illorum. Vel, Abundantius, quam in alijs. Eius Titi dico, Reminiscētis obedientiam omnium vestrū. Ostēdit Titum laudasse eos, quia solliciti erant obedire ei. In Tito autē apostolum reueriti sunt. Dico autē reminiscētis obedientiam. s. Quo mō, quā accurate Recepistis eum cū timore, cordis, Et tremore, corporis. Et quia sic in illo egistis, Gaudeo, quod confido de vobis. & hoc, In omnibus, rebus: non solum in bona voluntate, sed etiam in operibus bonis. Nota autem, hic vbi eos laudat, incidenter de elemosynis faciendis in sanctos qui erant in Hierosolymis antemonet per exemplum Macedonum. Et congrue hic vbi de correctis agit, mentio fit de collectis: quia ab alijs non quærūt, quibus dare sua vel suadere non prodest. q.d. Non habui requiem in Macedonia, cum in ea mihi magna data ē gratia, quod notum facio vobis: & hoc est quod ait.

Ambrosius, Ambrosius, Ambr.

CAPVT VIII.

**N**otam autē facimus vobis fratres gratiam dei quę data est in ecclesijs Macedonia, & quod in multo experimento tribulationis abundantia gaudij ipsorū fuit: & altissima paupertas eorū abundantia in diuitias simplicitatis eorū. Quia secundum virtutem testimonium illis reddo, & supra virtutē voluntati fuerunt, cum multa exhortatione obsecrātes nos gratiam & cōicationem ministerii quod fit in sanctos. Et non sicut sperauimus, sed semet ipsos dederunt primū domino: deinde nobis per voluntatē dei, ita vt rogaremus Titū: vt quēadmodū cœpit, ita & perficiat in vobis: etiā gratiā istam. Sed sicut in oībus abundantia fide, & sermone, & sciētia, & omni sollicitudine, insuper & charitate vestra in nos: vt & in hac gratia abundetis. Non quasi imperās dico, sed per aliorum sollicitudinē, etiam vestrę charitatis. ingenii bonum comprobans.

Notam autem facio vobis fratres gratiam dei. i. gratuitum donum dei. Donum autē dei vocat elemosynam dare. Quę gratia Data est mihi in ecclesijs Macedonia, quę est illa: hoc. s. quod Abundantia gaudij ipsorum, fuit in multo experimento tribulationis, quia non solum voluerunt pati. sed experti sunt, & inde gauisi sunt: & cū pauperes essent, abundanter dederunt. Vnde subdit. Et amplissima paupertas, &c. Vel abundantia gaudij ipsorum fuit in multo experimento tribulationis, quia pro tribulatione



Ambrosius. Pauli & Sylæ ibi facta, nō sunt scandalizati, sed deuote & cū gaudio acceperūt verbū D  
 vt probatos se horū passionib⁹ demonstrarēt, Et paupertas eorū amplissima. i. magna  
 vel nobilissima, benignitate mētis, Abūdauit in diuitias simplicitatis eorū. i. maior fa-  
 cta est dum tendit diuitias dare: & hoc simplici animo, nō vt homini placeant. Tenuis  
 Ambrosius. qui erant in substantia facultatū, sed diuites fuerūt in dando, quia priua conscientia  
 operati sunt. Et in de Reddo illis testimoniū, quia nemine cogente Voluntarij fuerūt  
 ad dandū, Secūdū virtutē, rerū suarū: & Supra virtutē, vt etiā post egerēt. ip̄i dico Cū  
 exhortatiōe multa obsecrantes nos, cū timens eis nō assentirem, vt eos permitteremus  
 Ambro. Habere grām, & Cōmunicatiōē ministerij. i. ministratiōis, quod ministeriū sit In  
 sanctos. i. obsecrabant nos vt liceret eis sua dare, non quasi propria, sed quasi cōia de  
 quibus ministrarent alijs. Et nō, dederūt sua, Sicut. i. ea intentione qua sperauimus  
 id est putauimus, sed pro culpis redimendis. sed Primū dederunt semetipsos dño, vt ei  
 Ambro. obedirēt, quia emēdantes errores pristinos, ac morū vitia deo se vouerunt: deinde fra-  
 tribus sua dederunt, vel obtulerūt. A liter nō erat accipiendū ab eis, quia munera exce-  
 cant oculos, & vim auctoritatis inclināt. Qui vero dāt vt nō arguant, fructū dādi nō  
 Ambro. habēt. Isti vero nō eo animo dederūt, vt redimētes vitia non arguerentur: sed prius de-  
 derunt semetipsos dño, emendatione vite. Deinde, dederunt se Nobis, obedientia. f. vt  
 nobis obedirēt, & hoc Per voluntatē dei, qui vult hoīes subdi vicarijs suis. & ita insti-  
 terunt nobis, vt exēplo eorū prouocati, Rogarem⁹ Titū vt quēadmodū cœpi, in vo-  
 bis bñfacere, postquā correctos vos vidit, ita & perficiat in vobis nō mō alia, sed Etiā  
 grām istā, elemosynarū in sanctos, vt. f. grā ista vobis non desit. Hoc dicit vt incitet  
 eos ad dādū. Perficiat in vobis grām istā dico, & nō quoquo mō, sed vt abūdetis etiā E  
 ī hac gratia largitiōis elemosynarū, Sicut abūdat in oib⁹, alijs. f. in fide & Sermonē  
 id est gratia loquēdi. Et scīa, scripturarū, & Omni sollicitudine, quia in omnibus solli-  
 citi estis: in super Et charitate vestra, spūali habita In nos. Nō quasi. q. d. Rogauī Ti-  
 tum vt perficeret hanc gratiā, sed nō hoc dico Quasi imperans, ne sitis transgressores  
 Vel ita legi potest. q. d. nō solū rogauī Titū vt perficeret in vobis gratiā istā, sed etiā  
 Dico, ego ipse, Nō quasi imperans vt abūdetis in hac grā sicut abūdat in oibus, alijs  
 scilicet in fide, & c. quæ nō mutant, sed per aliorū. q. d. nō imperās dico, sed potius hoc  
 dico. Cōprobans. i. comprobare volēs Bonū ingenium vestræ charitatis. i. suadere vo-  
 lens vt largi sitis, & ex discretione animi, nō pro terreno cōmodo faciatis: & hoc volo  
 cōprobare, & suadere vobis nō mō per alia, sed etiā Per sollicitudinē aliorū. f. Mace-  
 donū, quibus similes sitis. Vel pauperū, de quib⁹ solliciti esse debetis. Scitis. n. q. d. pau-  
 peribus dare debetis: & vere, quia Christus sollicitus fuit de illis.

Scitis ei gratiā domini nostri Iesu Christi: quoniā propter vos egenus factus  
 est, cū esset diues: vt illius inopia vos diuites essetis. Et cōsiliū in hoc do. Hoc  
 enim vobis vtile est, quī nō solū facere, sed & velle cœpistis ab anno priore. Nūc  
 vero & factō perficite, vt quēadmodum promptus est animus volūtatis, ita sit &  
 perficiendi ex eo quod habetis. Si enim volūtas prompta est, se cundū id quod ha-  
 bet accepta est, nō secundū id quod nō habet. Nō enim vt alijs sit remissio, vobis  
 autē tribulatio, sed ex æqualitate in præsenti tēpore, vestra abundantia illorū ino-  
 piā suppleat, vt & illorū abundantia vestræ inopiæ sit supplementū, vt fiat æquali-  
 tas. sicut scriptū ē. Qui multū habuit nō habūdauit: & qui modicū, nō minorauit

Scitis. n. grām. i. charitatē Dñi nostri Iesu Christi, cuius exemplo hortatur illos:  
 hanc inquā gratiā Chrī scitis, Quoniā cū esset diues deus, in sua maiestate, per quē &  
 oīa facta sunt. Factus est propter nos egenus, in mundo. Nota q̄ nō ait pauper factus  
 est cū diues fuisset, sed cū diues esset. Paupertatē. n. assumpit, & diuitias nō amittit: in-  
 tus diues, foris pauper: latens deus in diuitijs, apparēs hō in paupertate, Vt inopia illi⁹  
 vos essetis diuites, in spūalibus. Per illius. n. paupertatē abiecinus pannos iniquitatis  
 vt indueremur stolam immortalitatis. Oēs ergo diuites facti sunt in pauperem Chrīm  
 credentes. Nemo ergo se contemnat. Pāuper in cella, diues in cōscientia, securior dor-  
 mit in terra, quā auro diues in purpura. Nunc ergo expauescas cum tua mēdicitate ad  
 illū accedere, qui idut⁹ est nra paupertate. Qui se pauperauit, nos ditauit. Et in hoc. i. i

Augustin. in sermo. de sa-  
 lo. verb.

A consideratione huius tāti bñficij dei. Do, vobis Cōsiliū, vt pauperib⁹ elemofynas de- Ambro.  
 tis. Hoc. n. est vtile vobis. Plus est. n. vtile faciēti quā illi cui sit. vobis dico, Qui cœpi-  
 stis a primo anno. i. a præterito anno: Nō solū facere, sed etiā velle, quod plus est quā  
 facere. Nūc vero & factō perficite, vt nō solū velitis, sed etiā opere perficiatis. Vel ita  
 vt secūdū alios dicat eos cœpisse facere, & secūdū alios velle. q. d. vobis dico, Qui cœ-  
 pistis a primo anno nō solū velle, secūdū quosdā: sed etiā facere secū dū alios. Quidā  
 enim voluerāt, quidā cœperant, nūc vero vterq; perficiūt opere: & hoc ē quod subdit,  
 Nunc vero & factō perficite, vt quēadmodū prōptus est aius volūtat. i. sicut prōpta est  
 discretio volūtatis eorū, quia ex discretiōe volūt, ita sit prōptus aius perficiendi. Hoc  
 dicit vt volūtas eorū in opere appareat, si vera est. perficiendi dico, Ex eo. i. secūdū id  
 Quod habetis, siue plus, siue min⁹. Si. n. volūtas est prōpta, dādo, Secūdū id quod ha-  
 bet, vt necessaria retineat, bñficiū accepta ē, nō tātū accepta est dādo, Secūdū id quod nō  
 habet. i. vltra vires: nō ex eo quod habetis vos dare moneo. Nō. n. volo, vt Alijs sit re-  
 missio vel refrigeriū. i. vt alij de vestris ociose viuāt, Vobis autē sit tribulatio. i. pauper-  
 tas. nō hoc iō dixit, quin melius esset. Infirmis timet, quos sic dare monet vt egestatē  
 nō patiant, sed potius volo vt vestra abundantia, terrenorū, Suppleat inopiam illorū  
 qui oīa mūdi deserant. Suppleat dico in præsenti tēpore, quod tā breue est, Et hoc ex  
 ea qualitate, Hoc ideo dicit, vt quātū quis habet, diuidat cū sanctis: quia nō plus exigi-  
 tur, quā sibi retinere debet, sicut & zachæus dimidiū dedit bonorū suorū pauperibus.  
 B Vel, Ex æqualitate, suppleat vestra abundantia illorū inopiā, non vtiq; hæc dico secun-  
 dum paritatē, sed vt sustentent de vestris rebus, sicut & vos. Hæc est æqualitas, vt qui  
 accipiūt spiritualia, tribuāt carnalia. Ipsa est pax Hierusalem, vt opera miæ corpora-  
 lia iungant operib⁹ prædicationis spūalibus: & fiat pax dādo & accipiēdo. Vñ Aplūs,  
 Si spūalia vobis seminauimus, magnū est si carnalia vestra metamus? Vt & illorū. q.  
 d. vestra abundantia terrenorū suppleat inopiā illorū: vt & ecōuerso Abundantia, me-  
 ritorū Illorū, spūaliū qui diuini vacant, sit Supplementū, vestræ Inopiæ. Qui enim  
 viuunt in hoc seculo non habent merita ad vitā æternā sufficientia, nisi iuuentur per  
 alios, sed quia pauperes Christi quorū est regnū cælorū, amicos sibi & debitores fece-  
 runt per merita eorū consequentur, quod per se non potuerunt mereri: vt tūc fiat æqua-  
 litas, non quin differant in claritate, sed quia id oēs habebūt, & oibus erit sufficientia:  
 sicut scriptū est, de māna in signo huius rei, Qui multū. f. collegit de māna. i. apli⁹ ha-  
 buit quā Gomor, Nō abūdauit quia qui plus habuit, dedit indigenti: & Qui modicū. f.  
 collegit. i. minus quā Gomor, Nō minorauit. i. nō minus habuit quā Gomor, quia re-  
 cepit ab eo qui abūdauit. In Exodo autē ita scriptū est, Nec qui plus collegerat, habuit  
 amplius: nec qui minus parauerat, repperit min⁹. In quo figurabatur q̄ qui maiora ha-  
 bent merita, & qui minora, in æterno conuiuio eandē habituri sunt refectiōē. Vel ita  
 C Vt fiat. q. d. dico, vt abundantia vestra suppleat illorū inopiā, vt illorum abundantia ve-  
 stræ inopiæ sit supplementū, vt ita fiat. Aequalitas. f. vt sicut ij ministrāt sanctis, ita  
 eis reddāt vicē ī futuro sancti. sicut scriptū est de māna in figura hui⁹ rei, qui multum  
 f. collegit, Nō abundauit: & Qui modicum non minorauit. Plus habent sancti in spe  
 futuri, minus vero hi qui in tēpore hoc sunt diuites: & cum ibi æquabunt vtriq;. vt si-  
 cut hic diuites inopiā sanctorū sustentāt, ita ibi beneficio sanctorū sustentent, & diui-  
 tes fiant in æterno bono. Vel ita, Vt fiat. q. d. vra abundantia suppleat illorū inopiā: ita  
 vt in voluntate fiat æqualitas, & si nō in opere: & sic pariter recipietis sicut scriptum  
 est, de manna in figura huius rei, Qui multū enim habuerit, & Qui modicum non mi-  
 norauit: sic qui multum dat vt diues, & qui parum vt pauper, si æqualis volūtas est, æ-  
 qualem mercedem habebunt.

Gratias autē ago deo, qui dedit eandem sollicitudinē pro vobis in corde Titi  
 quoniam exhortationem quidem suscepit: sed cum sollicitior esset, sua voluntate  
 profectus est ad vos. Misimus etiam cū illo fratrem nostrū, cuius laus est in euan-  
 gelio per omnes ecclesias. Non solum autem, sed & ordinatus est ab ecclesijs co-  
 mes peregrinationis nostræ in hanc gratiam, quæ ministratur a nobis, ad domini  
 gloriā & destinātā voluntatē nostrā: deuitantes hoc, ne quis nos vituperet in hac  
 plenitudine quæ ministratur in domini gloriā. Prouidem⁹. n. bona, nō solū coram  
 r ij

Ambrosius.

Ambrosius.

Augustinus.

Ambrosius.

deo, sed etiam coram hoibus. Misimus autē cū illis & fratrem nostrū quem probauimus in multis saepe sollicitū esse, nūc autē multo sollicitiorē: confidentia multa in vobis siue pro Tito qui est socius meus, & in vobis adiutor siue fratres nostri apostoli ecclesiarum gloriæ Christi. Ostensionem ergo quæ est charitatis vestræ & nostræ gloriæ pro vobis, in illos ostendite in faciem ecclesiarum.

Gras autē. q. d. Rogavi Titū vt perficeret grām istā, vel ego ipse hoc cōsulo vobis, Deo autē ago gratias, qui dedit ī corde Titī, Eandē, quā ego habeo, Sollicitudinē, pro vobis, exhortandis, vt abundetis in hac simplicitate elemosynarū. & vere habuit sollicitudinē, Quoniam quidem suscepit exhortationem vestrā, sed cū esset sollicitior sua voluntate, quā in mea exhortatione, profectus est ad vos: qui primum rogatus excusabat se propter vestra vitia. Misimus etiā cū illo fratrem nostrū. s. Lucā vel Barnabā, Cuius Lucæ laus in euangelio scripto, vel cuius Barnabæ Laus est in euangelio, prædicato. Laus eius dico per oēs ecclesias. Nō solū autē, laus eius in euangelio, Sed etiam ordinatus est ab ecclesiis Iudææ, comes nostræ peregrinationis. i. prædicationis, qua mundum circumimus, & factus est comes, In hanc gratiam. i. in hanc largitionem elemosynarū, Quæ ministrat a nobis. i. cuius nos apostoli sumus ministri. & hoc, Ad dñi gloriā. i. vt deus inde glorificet, Et ad voluntatē nostrā, quā volumus vt bene detis, cōplendā. volūtātē dico, Destinātā, quæ destinata est & præordinata a deo nobis, adeo ē necessaria. Vel ita, Ordinatus est comes peregrinationis nostræ. i. prædicationis. s. In hanc gratiā. i. in prædicationē gētiū. quæ ministratur a nobis. i. cuius minister sum. & hoc, Ad dñi gloriā, vt. s. inde glorificetur dñs. Et ordinat⁹ est comes ad cōplendā nostram voluntatem destinātā. i. ad cōplendam prædicationē gentiū cui destinatus sum Deuitantes. q. d. hos prædictos misimus, deuitātes Hoc, ne quis in hac plenitudine, largitionis elemosynarū, Vituperet nos, dicens nos fraudare, Vel, Nequis in hac plenitudine. s. doctrinæ & miraculorū, Vituperet nos, tanquā negligentes circa curam sanctorū: vt dicatur, bene prædicat, sed non est memor sanctorū sicut, alij apostoli, & sicut sibi præceptū est. Vituperaretur ergo apostolus, si negligēter ageret circa sanctos. Et iō hoc præmonet vt sollicitudo eius & prouidētia appareat. quæ plenitudo largitionis vel doctrinæ, Ministratur a nobis. i. nostro ministerio fit. & hoc, Ad dñi gloriā. i. vt deus glorificet. Prouidemus. n. q. d. bene dico deuitātes, Prouidemus. n. vt opera nostra bona sint: nō solū coram deo. s. vt deo placeant, sed Et coram hoibus, vt etiam hominibus bona videant. Corā deo prouidet apostolus bona, dū facit circa ministerium sanctorū quod deus iubet: corā hoibus prouidet bona, dū bonos mittit ad hoc opus exhortandum, qui probitate sua eos prouocēt ad dādū, si scandalū faciant, ne bona doctrina apostoli per improvidos ministras in vituperationē caderet. Nota q̄ recte apostolus ait se prouidere bona corā deo & hominib⁹, propter nos enim cōscia nostra sufficit nobis, propter vos autē fama nra nō pollui, sed pollere debet in vobis. Duæ res sunt cōscietia & fama: cōscietia tibi, fama proximo prodest. Qui cōscietia fidēs famam negligit, crudelis est. Misimus autē cū illis & fratrem nostrū, Apollo: quē Probauimus ī multis, saepe sollicitū esse de salute nra. Nūc autē, cū audiuit eos correctos, Multo sollicitiorē, pro Confidentia multa, habita in vos, vel in vobis, siue pro Tito qui de vobis ei multa retulit, & iō Apollo qui prius rogatus ab aplō & alijs fratribus ire ad eos noluit, mō iuit, quia audiuit eos correctos. Qui. s. Titus est socius meus, & in vobis. i. in vestra cōuersatione adiutor. Siue. q. d. pro confidentia vestri iuit, & pro Tito & Luca: cū qui bus libēter ibat, siue etiā pro illis alijs hæc fecit, qui sunt fratres nri, & apostoli eccliarū, a quib⁹ fuerat rogat⁹ Vel secūdū aliā sram, eodē sensu manēte. s. siue per frēs nros aplōs eccliarū, & q̄ ipsi sunt apli eccliarū. Hoc ē glīe dei, Chrī. i. ad glīam Chrī: quia in eis nō hoīm, sed Chrī glīa est. Ostensionē ergo. & c. q. d. quia tales misimus ad vos. ergo ostensionē quæ est charitatis vestræ & nostræ gloriæ, habitę Pro vobis. i. charitatem vestram quā ostendistis alijs: & gloriā nostrā similiter de vobis habitam, quam ostendistis esse verā: nūc ostēdite in illos quos misimus ad vos: bñ eos recipiendo, vt bona quę de vobis audierūt, probēt. Ostēdite dico & hæc in facie eccliarū, vt. s. cæteræ ecclie agnoscant vera esse bona quæ de vobis audierunt. Vel, In facie ecclesiarum. s. vt alij a vobis accipiant exemplum. Nam &. q. d. de receptione eorum moneo.

Ambrosius

Ambr.

Ambrosius.

Augustinus de vita & morte.

Ambro.

CAPVT IX.

**N**am de ministerio quod fit in sanctos ex abundanti est mihi scribere vobis. Scio enim promptum animum vestrum, pro quo de vobis glorior apud Macedones, quoniam & Achaia parata est ab anno præterito, & vestra æmulatio prouocauit plurimos. Misimus autem fratres, vt ne quod gloriamur de vobis euacuetur in hac parte, vt quemadmodum dixi parati sitis, ne cum venerint Macedones mecum, & inuenerint vos imparatos, erubescam⁹ nos, vt nō dicamus vos in hac substātia. Necessariū ergo existimaui rogare fratres vt præueniant ad vos, & præparent repromissam benedictionē hanc paratam esse: sic quasi benedictionem, non quasi auaritiam. Hoc autē dico, Qui parce seminat, parce & metet: & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Vnusquisq; prout destinauit in corde, suo, non ex tristitia aut ex necessitate. Hilarē enim datorem diligit deus.

Nam de ministerio quod fit in sanctos ex abundanti. i. superflū, Est mihi scribere vobis. Scio enim prōptum animum vestrū, pro quo de vobis glorior apud Macedones, dicens, Quoniam & Achaia, cuius metropolis est Corinthus æmulatione Macedonū ducta, Parata est ab anno præterito, & vestra æmulatio. i. amor & studium, Prouocat plurimos, ad elemosynas dandas, quia æmulatione Corinthiorum aliæ ecclie audiant illos prius erroribus implicatos, postea bonæ voluntatis fuisse effectos, incitate sunt ad bonum. Quasi vero quis diceret. Cur ergo præmittis illos? ait, Misimus autem fratres, vt vos ad hoc hortentur, Sed vt parati sitis, quemadmodū dixi illis, vos esse paratos. Parati sitis dico, ne hoc. s. Quod gloriamur de vobis, totū, Euacuetur in hac parte, scilicet si imparati fueritis, Ideo parati esse debetis, Ne cum venerint mecum Macedones, & inuenerint vos imparatos, erubescamus nos, qui de vobis gloriamur. Vt dicamus vos erubescere, quod magis est, id est esse debet. Si enim non fuerit hoc inuentum quod testificatus est de ijs, & ipse erubescet, & ipsi amplius confundentur. In hac substātia, id est in hac datione elemosynarum, quæ pauperes sustentant. Ne ergo hoc sit, Necessarium existimaui rogare fratres, scilicet Lucam, Titū, Apollo. Vt me præueniant ad vos, Et præparent paratam esse, quando veniemus, Hanc repromissam id est saepe promissam. Benedictionem. i. elemosynam: quæ recte dicitur benedictio: quia causa est æternæ benedictionis. Paratam dico, Sic utiq;. Quasi benedictionem scilicet vt sit opus charitatis & magnum, Non quasi auaritiam, vt doleat pro dato, & parum sit quod dant. Hoc autem, quasi dicat, illi præparent, ego autem cur large detis Hoc dico, id est præscribo: Quia qui parce seminat. i. dat, Parce & metet, retributionē Non parce seminat ille qui parum habens parū largitur, si animus promptus sit dare plus si plus haberet. Nota quod non ait dat, sed seminat: quia dare elemosynam non est amittere, sed seminare, scilicet ad tempus carere, vt plus habeatur in futuro. Et qui seminat in benedictionibus, vbi plus pensatur animus quam census. De benedictionibus, dei: Et metet, largam scilicet retributionē. Et ideo vnusquisq;, scilicet det Prout destinauit. i. præordinauit, In corde suo. i. in consilio rationis: quia si inuiti darent non prodesset eis. Quia qui inuitus dat propter præsentem pudorē, nō habet mercedem, & ideo quisq; det, Sicut proposuit in corde suo, se velle dare, non det Ex tristitia, aut ex necessitate. i. tristis vel coactus, sed spōte. Hilarē. n. datorem. i. qui ex voluntate bona dat, Diligit de⁹. i. approbat & remunerat, non tristem & murmurantem Qui enim dat vt careat tædio interpellantis, non vt reficiat viscera indigentis, & rem & meritum perdit. Quicquid ergo boni facis cū hilaritate fac, & tunc bene facis: si aut cum tristitia facis, sit de te, non tu facis.

Ambrosius

Augustin. in xxxviii.

Potens est autem deus omnem gratiam abundare facere in vobis, vt in omnibus semper omnem sufficientiam habentes: abundetis in omne opus bonum: sicut scriptum est, Dispersit dedit pauperib⁹, iustitia eius in seculum seculi. Qui autem administrat semen seminanti, & panem ad manducandum præsta-

bit. Et multiplicabit semen vestrum, & augebit incrementa frugum iustitiae vestrae: ut in omnibus locupletati, abundetis in omnem simplicitatem, quae operatur per nos gratiarum actione deo. Quoniam ministerium huius officii non solum supplet ea quae desunt sanctis, sed etiam abundat per multas gratiarum actiones in domino, per probationem ministerii huius, glorificantes deum in obedientia confessionis vestrae in euangelio Christi, & simplicitate communicationis vestrae in illos & in omnes, & in ipsorum obsecratione pro vobis, desiderantium vos propter eminentem gratiam dei in vobis. Gratias ago deo super inenarrabili dono eius.

Potens est autem. q. d. Ego ita moneo vos, sed deus potens est. Vel ita continet. Ego moneo vos ita, & nolite diffidere, quia Deus potens est facere abundare in vobis, vel in cordibus vestris, omnem gratiam. s. non solum hanc, sed hanc cum alijs. i. omnia dona spiritus sancti. Ita ut vos semper habentes. i. habere reputantes, omnem sufficientiam in omnibus, id est in omni statu vestro, Abundetis in omne opus bonum. i. in datione elemosinarum, sicut in caeteris. Qui. n. solum sufficientiam eligit, poterit in dei opere abundare, licet enim exiguum sit quod parum habens tribuit, abundat tamen quia recto iudicio fit. quia queritur de quanto, & quo animo detur. Et quasi aliquis quereretur, Est ne hoc bonum. s. largitio elemosinarum? R. n. Est utique. Sicut scriptum est, in Psal. Iustus disperdit, non vni omnia conferens, sed pluribus diuidens: & Dedit, gratis, Pauperibus, non diuitibus qui possent reddere. & haec iustitia eius. i. merces iustitiae eius, Manet in seculum seculi, vel in aeternum. i. sine fine. Iustus est qui bona mundi sine aeterni praemij comia reputat. Et nota quod exemplo hoc, ad largiendum sanctis inuitat. Si enim huius qui pauperibus largitur merces magna est, quanto magis eius qui ministrat sanctis? Pauperes. n. sunt & possunt dici etiam qui mali sunt. Qui autem. q. d. Non solum inde vita datur, Sed etiam qui ministrat seminanti. s. deus, Semen, unde elemosyna fiat, Et panem. i. necessaria vitae, Praestabit ad manducandum, non ad superfluitatem, & in tantum praestabit quod etiam Multiplicabit semen vestrum, unde plures elemosynas faciatis, & ideo hoc timore nemo timeat dare, Et augebit incrementa. i. facultate & voluntate dandi elemosynas Incrementa dico, Frugum iustitiae vestrae, id est ex quibus procedit iustitia & vita. Iustitia est sanctitas & bona vita, unde proueniunt fruges. i. aeterna remuneratio. Incrementa sunt elemosynae & voluntas dandi, pro quibus & hic virtutes & in futuro gloria augetur. Ut in omnibus. q. d. Intantum augebit, & res & voluntatem dandi, ut Vos locupletati, secundum vestram reputationem In omnibus, id est in omni statu vestro, Abundetis in simplicitatem, id est largitionem simplici animo factam. Simplicitate dico, omnem. i. perfectam, Quae, largitio, Operatur per nos gratiarum actionem deo, & ideo facienda est. id est ipsa largitio est causa quare aguntur gratiae deo, cuius largitionis nos sumus ministri. Quoniam, & c. quasi dicat. Ideo aguntur gratiae deo de dono largitionis, quia multa in hoc bona sunt. Et hoc est quod ait, Quoniam ministerium nostrum, huius officij vestri, Non solum supplet ea quae desunt sanctis, sed etiam abundat in actione gratiarum, quae fit, per multos, quia multi agunt inde gratias deo. & hoc in domino, id est operatione domini, qui eos mouit ad agendas gratias, dico quod per multos aguntur gratiae deo: & hoc, Per probationem ministerij huius, id est quia laudant hanc ministrationem nostram. Per multos dico Glorificantes deum, non solum de vestra largitate, sed etiam inde accepta occasione. In, id est pro, vel de Obedientia confessionis vestrae, id est de fide & confessione, & omni bono vestro. Obedientia dico habita in euangelio Christi, quia obedistis euangelio Christi in subiectione mentis, & glorificantes deum Pro simplicitate communicationis, id est vestra communia reputatis, & hoc simplici animo facitis. Vel pro simplici. comia, id est quia alij exemplo vestro sua alijs communicant. Communicationis dico factae In illos, id est sanctos praedictos & in alios, Omnes, egentes, Et ipsorum & c. quasi dicat, per multos dico etiam deum De obsecratione ipsorum, sanctorum facta pro vobis. i. illi multi glorificant etiam deum de hoc, quia & ipsi sancti obsecrant pro vobis. Ipsorum dico Desiderantium vos videre in aeterna beatitudine, vel etiam hic, & hoc Propter gratiam dei, id est charitatem eminentem in vobis. Gratias ago deo. De altera indigentia & de altero supplemento indigentiae prouincialium CHRISTI, & militum Christi, egit: hinc de rebus carnalibus in

Ambrosius  
Ambro.

Ambr.

Ambro.

Augustinus  
de ope. mo.

illos: inde autem de rebus spiritualibus in istos. Ideoque tanquam sanctorum gaudiorum sagina plenius eructans clamat, Gratias deo. q. d. Et quia hinc tot bona sunt, Gratias ago deo super dono eius inenarrabili. i. de charitate quam suis donat, quae non potest enarrari quantum utilis sit. Vel, Enarrabili. i. quod debet enarrari.

CAPVT X.



Postquam autem ego Paulus obsecro vos per mansuetudinem & modestiam Christi, qui in facie quidem humilis sum inter vos: absens autem confido in vobis. Rogo autem vos, ne praesens audeam per eam confidentiam qua existimor audeere in quosdam, qui arbitrantur nos tanquam secundum carnem ambulemus. In carne enim ambulantes, non secundum carnem militamus. Nam arma militiae nostrae non carnalia sunt, sed potentia deo ad destructionem munitionum, consilia destruentes, & omnem altitudinem extolentem se aduersus scientiam dei, & in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi. & in promptu habentes vlcersi omnem inobedientiam, cum impleta fuerit vestra obedientia. Quae secundum faciem sunt videte. Si quis confidit sibi Christi se esse, hoc cogitet iterum apud se, quia sicut ipse Christi est, ita & nos.

Ipse autem. Postquam admonuit bonos de elemosynis in sanctos faciendis, agit de incorrectis qui pseudo sequebantur, & eum ferocem putabant. q. d. correctos ad elemosynas inuito. Vos autem, alios qui pseudo mihi praefertis, Obsecro ego Paulus. q. d. Vere humilis non superbus ipse qui alios ad elemosynas moneo, idem vobis qui illis, obsecro dico, Per mansuetudinem & modestiam Christi. i. si vultis ut sim vobis lenis, & cum correctionibus modum non excessit. Obsecro ego Paulus qui in facie quidem. i. exterius ut dicitis, Humilis sum inter vos. s. dum praesens sum. Absens autem. q. d. dum non timeo aliquid mali mihi fieri a vobis. Confido in vobis. i. confidenter ago in vos, aspere vos redarguens. Rogo autem. Hic dicit unde obsecret eos. q. d. non solum obsecro vos, sed etiam Rogo ne praesens. s. cum venero Audeam in quosdam incorrectos. i. ne praesens audacter puniam eos, Per eam confidentiam qua existimor audeere absens, quia quantum putor absens confidere, tantum praesens faciam in re, nisi se emendauerint. Hoc ergo rogat ut tales inueniat ne cogatur irasci, & audeere in eos, sed pressa seueritate laetetur cum eis. Quosdam dico, Qui arbitrantur nos tanquam secundum carnem, i. more carnalium. Ambulemus. In carne. n. q. d. Putant nos secundum carnem ambulare, quod facimus, quia licet simus ambulantes in carne. i. licet simus degentes in carne, quae fragilis est, Non tamen secundum carnem. i. pro carnali comodo militamus. Non enim militia a deo nobis datam exercemus secundum carnem. i. pro terreno comodo. Et vere non secundum carnem militamus. Nam arma militiae nostrae. i. virtutes & miracula per quae in praedicatione militamus, Non sunt carnalia, debilitate. Sed sunt potentia deo. i. per deum, Ad destructionem munitionum. i. ut destruant consilia hominum seu demonum diuersis calliditatibus munita, Consilia destruetes. q. d. Vere possim destruere. nam destruimus. Et hoc est quod ait. q. d. militamus non secundum carnem, nos dico, Destruentes consilia, hominum & demonum. Et omnem altitudinem. i. profunditatem intellectus tam legis peritorum quam philosophorum, Altitudinem dico, Extolentem se aduersus scientiam dei id est quae de deo est. Ut dum impugnant partem virginis & huiusmodi, Et etiam in captiuitatem redigentes omnem intellectum. i. captiuos ducimus omnes superbe agentes, vel intelligentes, dum Christo contradicentes vincimus, ducentes eos vsque in obsequium Christi. i. ut fidei Christi cui ante repugnauerant, humiliter obediatur. non dico etiam in promptu habentes, quia nihil nos remordet quo minus audeamus Vlcersi omnem inobedientiam: quod faciemus. Cum impleta fuerit vestra obedientia, id est postquam recognouerimus omnes ex dilectione obedientes. Tunc enim vindicat inobedientiam cum illam condemnat per obedientiam: tunc illam destruens quando eos qui resistunt perducit ad fidem. Et hoc est digna ultio, ut perfidia ab his quibus defendebatur, damnetur, Quae secundum faciem & c. quasi dicat. Multa dixi quibus ostendi potius debere nos sequi quam pseudo, & si vobis non sufficit quod

Ambrosius.  
Ambrosius.

Ambrosius.



dixi, quare me potius quā pseudo sequamini. Videte, hæc alia, Quæ sunt secundū faciē, i. ita euidētia sicut ea quæ sunt subiecta oculis. A perta. n. sunt quæ dicit: hæc. f. Si quis illorū pseudo, hoc. n. de præsumptibus dicit, Confidit per aliquid. i. per fidem vel aliquid aliud, se esse Christi. i. quod ipse sit Christi. Hoc iterum cogitet. i. bñ deliberet Apud se, vt vim ratiōis nō excedat, vel propter odiū nrm, vel propter honorē suū. Hoc inquā cogitet, quia sicut ipse Christi est, ita & nos. i. per quæcūq; ipse est Chri per eadem & nos. Vel ita, Quæ secundū. q. d. vere nos apostoli tales sumus quales supra ostēdi. Quæ aut sunt secundū fa. videte. i. diligenter opera eorū cōsiderate, qui in vestro cōspectu tātū bona agunt, ne forte vos seducat, vt velit eos præferre nobis. quod nō debetis, quia Si quis illorū, præsumptiū, Cōsidit per aliqua se esse Christi, Hoc iterū cogitet apud se, quia sicut ipse ē Chri, ita & nos. i. per quæcūq; ipse ē Chri, per eadē & nos Cōtra superbos pseudo hoc dicit, qui de se præsumētes īstatiōe animi apostolo se præponebant.

Ambro.

Nam & si amplius aliquid gloriatus fuero de potestate nostra quā dedit nobis dominus in ædificationem & non in destructionem vestram, nō erubescā. Vt aut nō existimet tanquā terrere vos per epistolas: (quoniā quidā epistolæ inquit graues sunt & fortes, præsentia aut corporis īfirma, & sermo cōtēptibilis) hoc cogitet qui eiusmodi est, quia quales sumus verbo per epistolas absentes: tales & præsentis in factō. Non. n. audem? inferere, aut cōparare nos quibusdam qui se ipsos cōmēdat, sed ipsi in nobis nosmetipsos metiētes, & cōparātes nosmetipsos nobis. Nos aut nō in immensum gloriabimur, sed secundum mensuram regulæ qua mensus est nobis deus mensurā pertingendi vsque ad vos.

Nā & si. q. d. Vere ita sumus Christi sicut illi. Nā etiā excellētius nos sum? Christi per potestātē, quā illi nō hnt. & hoc est quod ait, Nā & si amplius aliquid fuero gloriatus de nra potestate. f. apostolatus, Quā dñs dedit nobis, nō illis in ædificationem, Et nō in destructionē vram. i. vt nos in virtutib? ædificem?, nō vt praua doctrina vel exēplo corrupāmus, vt pseudo faciūt. Nō erubescā, qui & verū est, & nō ad gloriā meam, sed ad vtilitatē vestrā dī. Vt aut & c. Hic dicit se cum præsens fuerit implere opere, quod absens verbo minā. Hoc aut dicit occasiōe illius sniæ quā ibi dixerat, parati vlcisci oēm inobedientiam, ne putarent eū absente tantū minari, & præsentē nihil facere. q. d. hāc potestātē dedit mihi dñs in ædificationē & nō in destructionē, sed tamē vlciscar. Videre enim illis iō debere blādiri, quia potestātē accepit ī ædificationē nō in destructionē: sed vlcisci cōtra opionē quorūdā se dicit. Vt aut. q. d. prōptus sum vlcisci, tū hoc dicēs existimor, Tāquam terrere vos per epistolas. & vere existimor, Quoniā, re vera Quidā inquit, epistolæ quidā graues sunt. i. pōderosæ ad intelligēdū, & fortes ad terrendū. Præsentia aut corporis est īfirma, nō audēs exercere seueritatē. Et sermo est cōtēptibilis, quia vt idiota sine argumentis loquor, vt aiunt. Attēde quod Infirmā, dicit cōtra fortes: & cōtēptibilis, cōtra graues. Vt aut nō existimet, a vobis tāquā terrere vos, & opere, quod minor nō īplere, Hoc cogitet qui eiusmodi est. f. qui ita de me opinā. & hoc idē sciatis vos, quia quod minor verbis, impletur? sum factis, quod ita ait. Quia quales. i. quā asperi, Sum? in verbo, per eplās, dū sum? Absentes, tales erim? & præsentis in factō. f. vlciscentes oēm inobedientiā. quia si vitia vra palpārem?, tūc nō ædificāremus, sed destrueremus. Nō. n. q. d. Tales erim? factō, quales sum? verbo, quia nō sum? pseudo similes, qui vsurpāt sibi potestātē in diē, & vitia palpāt. & hoc est quod ait, Nō inferim? nos quibusdā. i. pseudo, qui nō missi a deo cōmēdat se ipsos, aliquib? artib?, nō de? eos. i. vsurpāt sibi ptātē indigni. quod est dicere nō ponim? nos in nūero illorū vt potestātē vsurpem?, sed a deo electi accepim?, nihil vltra cōcessum præsumētes. Illi aut nō accepta ptātē, sed vsurpata dñari volūt, nomi ni suo vēdicātes authoritatē. Aut nō cōparem? nos illis, vt nos sicut illi adulemur vobis & via vra palpārem?, quod posset facere aliquis etiā hns recte potestātē. hoc nō facim?, iō, Quia nō audem? nos īferere at cōparare eis ne sicut illi ita & nos peream? Nō hæc facim?, Sed poti? ipsi, sum?, Metiētes. i. metimur Nosmetipsos ī nobis. i. ī cōscījs nris, an a deo missi sum? attēdim?, & nō aliud quā q̄ iniūctū ē vsurpam?. Tāta. n. ptātē vtimur, quāta cōcessa est ab auctore: nec mēsurā nec modū egredimur. & Sumus cō

Ambro.

Ambr.

Ambrosius.

parantes. i. cōparamus, etiam nosmetipsos nobis, quia secundū quod officium nostrum exigit facimus quod illi nō faciunt. Hæc autem nos, agentes. Non gloriabimur. i. nōi exercebimus. Potestatem in immensum. i. vltra mēsuram nostram. quod illi faciunt qui vltra mensuram vsurpando gloriāntur. sed gloriabimur, Secundum mensuram regulæ. i. secundum mensuram mihi à Deo populum, cuius ego sum regula ad dirigendum: sub qua mensura vos estis. Vnde subdit. Mensurā dico, pertingendi, monitu Dei vsq; ad vos. Dei enim nutu Corinthijs euangelizare monitus est. Paratum enim erat vnicuiq; ad quos in prædicatione dirigeret, vt singuli a quos populos haberent proprios, de quorum fide gloriaretur. Ad regulam autem apostoli, illi omnes pertinebāt, quos in fide fundauerat, qui ad omnes missus erat à Deo. Vnde addit, quare mensuram Mensus est nobis deus. Qui ergo ei resistit, Deo mittenti resistit.

Non enim quasi non pertingentes ad vos superintendimus nos, Vsq; ad vos enim peruenimus in euangelio Christi: non ad immensum gloriāntes in alienis laboribus, spem autem habentes crescentis fidei vestræ: in vobis magnificari secundum regulam nostram in abundantia: etiam in illa quæ vltra vos sunt euangelizare, non in aliena regula in his quæ præparata sunt gloriari, Qui autem gloriatur in domino gloriatur. Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est: sed quem Deus commendat.

Non enim. q. d. Vere deus est mensus. Nō enī, est superextēsiō. Et hoc est quod ait, Nō enī superextendimus nos quasi nō pertingētes ad vos, Superextēdi, est vltra extendi, quā cōceditur. Nos autē destinati sumus Deo mittente ad vos. Et vere nō extendimus nos, quasi nō pertingētes: pertingimus enī, quia Peruenimus vsq; ad vos in euangelio Christi. i. in prædicatione euāgelij Christi. Nos dico, nō gloriātes, In imēsum. i. in alienis laborib?. f. vbi ali? fūdāmetū fidei posuisset, quod esset vltra mēsurā gloriari. Sed sumus habētes spem crescentis fidei vestræ. i. speramus per fidem vestram crescētē de virtute in virtutē. Qui, In vobis. i. per vos, Magnificari, apud alios, quia per vos tales Apostoli veri probamur. Et Habemus spem euāgelizare secundū regulā nostrā. i. regnū nostrū. i. secundum quod à Deo nobis iniunctū est. Euangelizare dico, In abundantia. f. nō in paucis locis: immo &, In alia loca quæ sunt vltra vos: nō tamē sumus habētes spem. i. nō speram? Gloriari in aliqua aliena regula. Nec illi qui vltra eos sunt, de alieno regimine sunt. Deinde exponit quid dixerit in aliena regula. f. in his, Quæ præparata sunt, ab alijs prædicatoribus. quia his prædicabat, quibus nō erat annūciatū, vt gloriā suo labore quæreret. Qui autē. q. d. Ego gloriabor in prædictis & in alijs, sed hoc totū vnde gloriādū est, à deo est. Et ideo, Qui gloriatur, iuxta admonitiōē Hieremię, Gloriatur in domino. i. domino attribuat gloriā & cōfidentia suā: cuius gratia est quod nō potest ille qui nō habet à deo potestātē, quia suam gloriā quærit. Nō enī q. d. ideo in domino gloriandum, quia Ille nō est probatus, à Deo, vel ab hominibus, Qui cōmendat seipsum. i. qui extra Deum gloriatur sibi tribuēdo quod Dei est. Vel, Qui autē. q. d. ego nō gloriabor in aliena regula. similiter autē, qui Gloriatur. i. potestātē vult exercere, Gloriatur in domino. i. potestātē exerceat in mēsurā sibi à deo data, quod debet. Non enī ille probatus est à deo vel ab hominibus. Qui seipsum cōmendat, qui prædicat nō missus, qui non est idoneus, sed præsumptor & reprobus: Se quem Deus cōmendat. i. idoneum & dignum ostendit miraculis & virtutibus.

Ambro.

Ambro.

Ambrosius.

Ambro.

Ambro.

CAPVT XI.



Tinam sustineretis modicum quid insipientiæ meæ, sed & supportatē me. Aemulor enim vos Dei æmulatione, despondi enim vos vni viro virginem castam exhibere Christo. Timeo autem sicut serpens Euam seduxit astutia sua, ita corrumpatur sensus vestri, & excidant à simplicitate quæ est in Christo.

Vtinā, & c. q. d. Ego gloriator de regimine quod videt insipientia, sed Vtinā sine indignatione, Sustineretis modicū quid, quia plus possem gloriari, Insipientiæ meæ. i. gloriatiōnis de regimine quæ videtur vobis, & dicitur insipientia. Vel insipientiā hic dicit glo-

riationem secundū carnē, quā facit, ne in eo videatur inferior illis: quā ipse nō curat, sed prodest Corinthijs. q. d. gloriōr de regimine, Sed, Vtinā sustineretis modicū quid insipientiæ meæ. i. gloriatiōis secundū carnē, quę videtur insipientia. Quia dictū est, Non te laudēt labia tua sed proximi tui. Hęc autē gloriatio ad laudē eius videtur pertinere. Sed & c. q. d. opto vt sustineatis. Sed &, præcipio, Supportate me, vt subiecti prælatū. q. d. & si grauet vos tamē patiēter fert e. Aemulor enī. i. diligo, Vos dei æmulatione. i. ad honorē Dei, nō meū: nō zelo sponsam Dei mei, sed Deo. Amicus enī spō si sum. Sponsus igitur zelat sponsam, amicus vero sponsi nō sibi, sed sponso. Et nota quo Aemulatio dupliciter accipitur. Aemulatio enī est propter alienū statū mot⁹ mētis, vel in malū, vel in bonū: hic autē amoris est nō liuoris, quia diligit eos, De æmulatione. i. quæ ad honorē dei est, & quā Deus spiritu suo inspirat. Per hoc ostēdit ea quæ dicet amore eorū se dicturū, vt nō ad laudē eius proficiat, sed ad horū profectū. Despondi enī. q. d. Et vere diligo vos, quia ego qui sum amicus spōsi, despōdi vos anulo fidei: nō multis, sed, Vni: nō adultero, sed Viro, legitimo. f. Christo vero sponso. Vos dico existētes, Virginē castā. Attende quod à plurali ad singularē descēdit, volens intelligi totam ecclesiā virginē esse, & in oībus veris mēbris virginitatē mentis, & si nō integritatē corporis seruare. Virginitas carnis corpus est intactū, quę virginitas patcorum est. Virginitas cordis fides est incorrupta, quę virginitas omnium est fidelū. Vnde in Apocalypsi. Hi sunt qui cū mulierib⁹ nō sunt coinquinati, virgines enī sunt. In mulieribus errorē significauit, quia error per mulierē cœpit. Ideo ergo singulariter dixit virginē, quia omnes sunt vna virgo propter vnitatem integre fidei, solide spei, syn cere charitatis: Virgo sunt, quia à prauitate erroris & ab opere malo incōtaminati: Casta, quia nō habent æstum malæ volūtatis. Despōdi dico, Exhibere. i. vt exhibeā vos Deo in die iudicij. Timeo autē. q. d. Tales vos despōsaui, vt exhibeā vos Deo, Sed timeo ne sicut serpens. i. diabolus, per serpentē, Seduxit Euam, à paradiso eā eiiciens. Sed duxit dico: Astutia sua. f. promittēdo falsa: Ita, per similes deceptiones, Corruptantur sensus vestri. i. intellectus vestri per similes deceptiones, Et excidat, à simplicitate, quę est in Christo. i. à paradiso simplicis fidei Christi, quę nil alienū recipit. Isti enī Corinthij similes sunt Euæ, pseudo similes serpenti. i. diabolo, qui per eos insidiatur. Lux si dei similis est paradiso. Quorū ergo fides corrūpitur, à paradiso eiiciūtur, quia præponunt mendaciū veritati. Qui ergo mendaciū ædificant in hominibus, ab eis pellūt veritatē, & etiā immittunt diabolu, & ita excludunt Christū. Si quid enī dixeris contra fidem, intrat putredo de veneno serpentis, & nascūtur vermes mendaciorū, & nihil in tegrum remanet. Ideoq; sicut patrib⁹ nostris aduersus Leonē opus erat patiētia, sic nobis aduersus draconē vigilantia. Tunc enim cogebat, nunc docet. Tunc ingerebat violentias, nunc insidias. Videbatur tunc fremens, nunc lubricus & oberrans difficile videtur. Ideo timet Apostolus ne sicut per serpentem seducta est Eua, ita per hæreticos corrumpatur ecclesiā à virginitate fidei quam gestat in corde. Modo ergo anima virginitatem tuā serua, postea fœcundāda in amplexu sponsū tuū. Sepite ergo vt scriptū est aures vestras spinis. Adhuc enim mussitat serpens & non tacet. quod gestum est in illo paradiso, hoc geritur in ecclesiā. Nemo igitur vos seducat ab isto paradiso ecclesię. sufficiat quod illic lapsi sumus, vel experti corrigamur.

Nam si is qui venit alium Christum prædicat quē non prædicauimus, vt aliū spiritum accipitis quem non accepistis: aut aliud euangelium, quod non recepistis, recte pateremini. Existimo enim nihil me minus fecisse a magnis apostolis. Et si imperitus sermone, sed non scientia. In omnibus autem manifestus sum vobis. Aut nunquid peccatum feci meipsum humiliās, vt vos exaltemini? Quoniam gratis euangelium dei euangelizauī vobis, alias ecclesias expoliaui accipiens stipendium ad ministerium vestrum: & cū essem apud vos & egerem, nulli onerosus fui. Nam quod mihi deerat suppleuerunt fratres qui venerunt a Macedonia, & in omnibus sine onere me vobis seruauī & seruabo.

Nā si his. q. d. timeo ne per illos pseudo corrūpatur sensus vestri, sed non debetis eos pati, quia nō aliud prædicant quam ego, & deterius quā ego. Cur ergo existimatis nos

A inferiores illis? Et hoc est quod ait, Nam si is qui venit. f. nō missus. Vel, Qui venit. i. venditur, quia pro quæstu tēporali facit. Prædicat aliū Christum quē non prædicauimus. i. & si prædicat aliū Christū excellētiorē quā ego, quod esse nō potest; Aut si per eos, Accipistis aliū. i. meliorē, Spiritū quā nō accepistis, per nos: quod vtiq; nō est, sed potius per nos, nō per illos accepistis spiritū: aut si prædicat vobis, Aliud euāgeliū id est aliam de redēptione prædicatiōē, quę esse nō potest: Quod, euāgeliū, Nō recepistis, per nos, Recte pateremini. q. d. Si aliud maius sit vobis per eos quā per nos, tūc recte pateremini. Galatis autē anathema dicit, si aliud reciperent. Corinthijs autē re-ctum esse dicit recipere, si aliud prædicatū fuerit: sed aliud hic dicit, quod sit potius & maius eo quod ab Apostolis traditū fuerit. Galatis autē dicit vt nō reciperent aliud. f. quod vtiq; nō maius esset sed contrariū. Existimo enim. Supra egit de pseudoapostolis, nunc de veris prædicatoribus loquitur: quibus Paulus inferior videbatur, quia nō fuerat cum Iesu. q. d. Si aliud prædicarent, recte pateremini: sed quia hoc nō est, nō recte eos patimini. Et vere hoc nō est. Existimo enī me nihil minus fecisse, in his, A magnis apostolis. i. quam magni apostoli. Et ita cōstat quod nō minus illis pseudo feci, cum nec minus fecerim, quā magni apostoli. Magni apostoli vidētur apud istos Petrus & alij, quia cū domino fuerūt. Vel pro pseudoapostolis hoc dicit, quibus se nō minus eis fecisse ostendit. Ecclesiā enī Corinthiorū variis erroribus fluctuabat. Aliqui enī fauebāt Apostolis qui cū domino fuerunt in carne Paulū deformātes, quia cū domino nō fuerit, de quo egimus. Alij fauebāt pseudoapostolis, à quibus cōpositis verbis eadē audiebāt, quæ ab apostolo cōtra quos loquitur. q. d. nō alia prædicant vobis quā ego. Et quia possit dici, quod & si eadē, melius tamē Paulo prædicarēt, remouet. q. d. Nec aliud prædicāt, nec melius. Existimo enī me nihil minus fecisse. i. vobis me dico tunc remotū, A magnis Apostolis. Et vere nō minus pseudo feci, vel veris Apostolis. Nam & si, sum, Imperitus sermōne, quia nō orno verba. Vel quia ipeditē linguę sum, Sed tamē, Nō, sum imperitus, Scientia, quia scio quicquid magni. Hoc autē quod ait, imperitus sermone nō ad apostolos pertinet, quia nō erāt eloquētes: sed ad pseudo qui cōponebant verba quos præferebant Corinthij causa accurati sermonis, cū in religione vis sermonis necessaria sit, nō sonus vocis. Imperitus enī sermone nō est reus apud Deum, sed qui nō habet sciētā Dei maxime quę pertinet ad salutē. In omnibus prædicatis, Manifestus sum vobis, quia experti estis quę per me sunt. Ideo horum omnium prædicatorū vos mihi testes esse potestis & debetis. Et ideo peius est quod hoc sciētes me præponitis illis. Aut nūquid, q. d. nō minus illis feci: aut si minus feci, nūquid peccatū feci. i. nūquid peccauī in hoc? Quoniā gratis. i. sine sumptu, Euāgelizauī vel prædicauī vobis euāgeliū dei. q. d. nō. Et est sensus, Minus illis nō feci vobis, sed plus, quia feci gratis. vnde mihi irascimini, & alios mihi præponitis, cum hoc nō sit peccatū sed gloria. gratis prædicauī vobis. Ego, dico, me ipsum humiliās, operādo manibus meis, Vt, ita vos Exaltemini, à morte ad vitā remotis à prædicatiōe pseudoapostolis, & quia nō putatis vos emisse licentiā peccandi. His enī duabus ex causis sumptus debitos nō accepit. Et quasi aliquis quæreret, vnde ergo viuebas? Respon. Alias ecclesias expoliaui, nō parua in eis se expendisse significat. Cum enī dicit Expoliaui, multa accepta & data significat. Expoliaui dico, Accipiens stipēdiū, ab alijs, Ad ministeriū vestrū. i. vt possem vobis prædicare, & nō accepi etiā ab aliquo vestrū, nec etiā cū egerem. Et hoc est quod subdit, Et cum essem apud vos & egerem, nulli sui onerosus, aliquid accipiendo. Nō fui onerosus, & si egerem & potui abstinere. Nam quod mihi deerat, post spolia ecclesiarū, Suppleuerunt fratres qui venerunt à Macedonia, ab his bene correctis fuit accipiendū, ne bene seminātes amitterēt fructū. quia si nō acciperet, illis forte in scandalū proficeret. Et vniuersaliter dicā, In omnibus. f. verbis & factis, nō solū in stipendijs, Seruauī me vobis sine onere, quia nō iactauī me de genere cōtra vos, nec aliquid huiusmodi feci. & decætero, Seruabo maxime abstinendo à stipendio debito.

Est veritas Christi in me, quoniam hæc gloriatio non infringetur in me in regionibus Acharæ. Quare: Quia non diligo vos: Deus scit. Quod autem facio & faciam, vt amputem occasionem eorum qui volunt occasione me: vt in quo gloriātur, inueniantur sicut & nos. Nam eiusmodi pseudoapostoli sunt operarii subdo

Ambro.

Augustinus

Augustinus  
Argu. in lib.  
quæst. lxxxiij  
Augustinus  
in ser. quodā.

Ambro.

Augustinus.  
Super Ioan.

Argu. in psal.  
xxxiiij.

Ambrosius.

Ambro.

Ambro.

Ambro.

Ambro.

Ambro.

Ambro.

Ambro.

Ambrosius.

Ambro.

## PETRVS LOMBARDV.S.

li, transfigurantes se in apostolos Christi. Et non mirum. Ipse enim Satanas trāsfiguratur se in angelum lucis. Non est ergo magnum, si ministri eius transfiguratur velut ministri iustitiæ, quorū finis erit secundū opera ipsorū. Iterum dico, ne quis me putet insipientē eē. Alioquin velut insipientē accipite me, vt & ego modicū quid glorier. Quod loquor. nō loquor secundū Deū, sed quasi in insipientia, in hac substantia gloriæ. Quoniā multi gloriātur secundū carnem, & ego gloriabor.

Ambro.

Ambro.

Ambro.

Augustinus  
in enchiridiū.

Est veritas Christi in me. q. d. Et vere seruabo, quia verax Christus in me loquitur hoc. f. quoniam Hæc gloria Christi. f. quod gratis prædico, quod a licitis abstinco propter salutē vestrā, Nō iſtingerē in me in oīb⁹ regionib⁹ Achaie, & Quare? putatis hoc fieri. Quia nō diligo vos? f. putatis me facere odio quod dicunt ſpendo, Deus ſit, q̄ ego diligo vos: & quod pro odio nō facio. Vt ſibi credatur iuramēto firmat, dās teſtē Deū ſuę dilectiōis quā habebat erga eos: quia nō ideo nōlebat accipere, quia nō illos diligebat, sed ideo magis, quia eos amabat. Vnde ſubdit, Quod autē, &c. q. d. Nō pro odio veſtri illud facio, sed ideo facio vt amputē occaſionē pseudo. i. quia diligo vos. Et hoc est quod ait, Quod autē facio nunc, Et faciam, ſemper, Vt, meo exēplo, Amputē occaſionem eorum qui per me Volunt, habere Occaſionem, ſumendi veſtra intentio enim & ſtudiū pseudo apoſtolorū erat in pecuniis accipiēdis. Ideoq; Apoſtol⁹ accipere renuit, ne illis eſſet forma & occaſio accipiendi. Sciebat enī quod ſi nō acciperēt, nō diu prædicarent. Vnde ſubdit, Vt in quo. q. d. ideo nō accepi vt amputē occaſionē, vt tales inueniantur ſicut & nos. i. ſimiles nobis. In quo. i. in eſſe ſimiles nobis, Gloriantur erūt ne ſicut & nos? vtiq;. Nā eiſmodi, &c. Vel ita, Vt in quō gloriānt. i. in accipiēdo, inueniātur ſicut & nos. i. ſimiles nobis, Gloria enī eorū eſt in extorquēda pecunia, ſed me nō accipiēte nō accipiēt. Et vere nō. Nā huiſmodi, &c. Vel ita. Ideo non accipio Vt in quo gloria. i. nō accipiēdo, Inueniant ſicut & nos. i. nō meliores nobis, & cur nō accipiūt? vt videātur boni. Nā huiſmodi pseudo apoſtoli ſunt operarii ſubdoli. f. calide ſub ſpecie religiōis decipiētes, Trāsfigurātes ſe in apoſtolos Chri. i. exteri⁹ oſtēdētes ſe eſſe apoſtolos Chriſti, Et nō, eſt hoc, Mirū. Ipſe enī Satanas, qui eſt caput eorum, Trāſfiguratur ſe in angelū lucis, id eſt oſtendit ſe quāſi angelū Dei, ſcilicet Chriſtum, vel aliquem cæleſtem angelum, vt decipiat: quod ad erumnas huius vitæ pertinet. Trāſfiguratur enim ſe ad tentandum eos quos ita erudiri opus eſt, vel ad decipiendum aliquos prout iuſtum eſt. Ac quod magna Dei miſericordia neceſſaria eſt, ne quiſquam cum bonos angelos amicos habere ſe putat, habeat malos dæmones ſictos amicos: eoſque tanto nocentiores quanto aſtutiores ac fallaciores patitur inimicos. neque ſancti & fideles vnus veri Dei cultores ab eorum fallacijs & multiformi tentatione ſecuri ſunt, in his diebus malignis, vbi iſta ſolicitudo non inutilis, ne cum Satanas ſe trāſfiguratur, fallendo ad aliqua pernicioſa ſeducat. Nam quando ſenſus corporis fallit, mentem vero non mouet à vera rectaq; ſententia, qua quiſq; vitam ſe delem gerit, nullum eſt in religione periculum. Vel cum ſe bonum fingens ea vel facit, vel dicit quæ bonis angelis congruunt etiam ſi credatur, bonus non eſt error, periculofus aut morbidus. Cum vero per hæc aliena ad ſua incipit ducere, ne quis poſt eum eat, opus eſt magna vigilantia: quod nemo ſine Deo poteſt, & ipſa huius difficultas ad hoc vtilis eſt, ne ſit ſpes ſibi quiſq;, aut homo alter alteri, ſed Deus tantū: quod nobis expedire prorsus piorum ambigit nemo. Et quia Satanas trāſfiguratur ſe in angelum, Non eſt ergo magnum ſi miniſtri eius trāſfigurentur velut ſunt miniſtri iuſtitie. finis quorum, ſcilicet miniſtrorum Chriſti & Satanæ, Erit ſecundum opera ipſorum. Iterum dico, quaſi dicat, Dixi ſupportate me inſipientem, Nunc iterum dico aperte, ne quis putet me inſipientem, in gloria ſpiritualium, quia pro bono facio. Alioquin, ſcilicet ſi in gloria illa ſpiritualium inſipiens ſum, tunc magis, Accipite id eſt accipietis, Me inſipientem, in gloria carnis. Nec ſimpliciter dicit inſipientē, ſed ait velut inſipientē, quia nec in hoc vere inſipiēs eſt, quia pro bono facit, nec ipſe habet in gloria. Accipite me, dico, quaſi inſipientē in hoc, Vt ego glorier modicū quid. i. ſecundū carnē, quæ gloriatio modica eſt. Quod loquor. q. d. Ideo velut inſipiēs ſum, quia quod loquor, in hac ſubſtātia gloriæ. i. in gloriā carnis, quā quidā putant ſubſtāntiam. i. ita

A amant, ac ſi per ea credant ſe ſubſiſtere. Non loquor quantum ad verborum ſpeciem ſecundum Deum, apud quem non ſurgit de carne gloria: quia apud Deum humilitas glorioſa, hæc autem ad carnis tumorem pertinere videntur, vbi inſipientia eſt. Vnde addit, Sed quaſi inſipientia. Inſipientia eſt aliquem laudare ſe: ſed quia hoc apoſtolus non propter ſe facit, ſed propter Deum, ideo ait, quaſi inſipientia. Quoniā multi, &c. quaſi quis quæreret, Cur ergo facis? Reſpon. Quia multi gloriātur, & quia ſuffertis eos. quod ita ait, Quoniam multi gloriātur ſecundum carnem. i. ſecundum illa quæ pertinent ad carnem, vt eſt nobilitas & huiſmodi. Ideo & ego gloriabor etiam ſecundum carnem. Et non mirum ſi illi gloriātur.

Ambrosius.

B Libenter enim ſuffertis inſipientes, cum ſitis ipſi ſapientes. Sustinetis enim ſi quis vos in ſeruitutem redigit, ſi quis deuorat, ſi quis accipit, ſi quis extollitur, ſi quis in faciem vos cædit. Secundum ignobilitatem dico, quaſi nos infirmi fuerimus in hac parte. In quo quis audeat, in inſipientia dico, audeo & ego. Hebræi ſunt, & ego. Iſraelitæ ſunt, & ego. Semen Abrahæ ſunt, & ego. Miniſtri Chriſti ſunt, & ego. Vt minus ſapiēs dico, plus ego. In laboribus plurimis, in carceribus abundātius, in plagis ſupra modū, in mortibus frequēter. A Iudejs quinqueſ quæ dragenas vna minus accepi. Ter virgis cæſus ſum, ſemel lapidatus ſum, ter naufragiū ſeci. Noctē & die in profundū maris fui. In itineribus ſepe, periculis fluminū, periculis latronū, periculis ex genere, periculis ex gētib⁹, periculis in ciuitate, periculis in ſolicitudo, periculis in mari, periculis falſis fraſis, in labore & grūna, in vigilijs multis, in fame & ſiti, in ieiunijs multis, in frigore & nuditate.

C Libenter enim. i. volūtarie, Sufferis inſipientes, in hac gloria quod nō debetis. Cum ipſi ſitis. i. eſſe debeatis, Sapiētes, ſed nō eſtis: quod inde hic probatur, quod tales ſufferitis. Sustinetis enim, hanc iniuriam. Si quis redigit vos, ex libertate Chriſti quæ eſt in charitate, in ſeruitutem, legis, quæ ex timore ſeruire facit. Et ſi quis de poteſtate præſumēs, Deuorat. i. cōſumit veſtra, Et ſi quis accipit. i. decipit laude vt deuoret, Et ſi quis extollitur. i. de nobilitate ſe iactat, Et ſi quis vos cedit. i. deſpicit improperado vobis genus. Et hoc, In faciē. i. in præſentia. In faciē enī ceditur, in cuius os iniuria irrogatur. hoc autē dico, Secundū ignobilitatē, quā nobis obijciūt. Hoc faciebā quidā Iudei, qui eo quod eſſet de genere Abrahæ detrahebāt illis eo quod eſſent circūciſi, & ſe præferēbant nobilitatē carnis ſibi vindicātes: quos Corinthij tolerabāt, & apoſtolo præferēbant. Quāſi nos. q. d. Ita vos hos ſuſtinētis, & nobis præfertis, Quāſi nos infirmi fuerimus in hac parte gloriæ. In hac vtiq; nō ſumus infirmi, Quia in quo quis, illorū gloriari, Audeat. i. temere ſe iactare, quia temeritas eſt quod faciūt: Et ego audeo. i. audent poſſū, ſine temeritate gloriari. In quo audeat, dixi, In inſipientia autē dico illos audent, quia inſipientia in quo gloriātur. quia vt magni videātur de carne ſe iactāt. Aplūs autē ſi quid de ſe dicit, nō pro ſua iactātia facit, ſed vt eos humiliet. Hebræi, &c. Dico quod in quo quis audeat & ego, ita vt in his apparet. Hebræi ſunt, lingua & natiōe, Et ego. Iſraelitæ ſunt, ſecundū ritus, & ego. Semen Abrahæ ſunt, quia nō eſt de profelitis, ſed de genere Abrahæ, & ego. Miniſtri Chriſti ſunt, per hoc decipiebāt, Et ego, miniſter. Chriſti ſum. Et plus, ego miniſter Chri. Hoc autē vt minus ſapiēs, quā deberē, quia nō eſt hominis ſe laudare. Per hoc oſtēdit ſe coactū in laudē ſuā prorupiſſe. Nā qui ſpōte ea refert quæ ad laudē eius proficiāt, imprudentē ſe nō dicit. Deinde oſtēdit quō ſit miniſter Chriſti pluſquā illi, ſubdēs, In laborib⁹. q. d. Ego dico oſtēſus miniſter Chriſti. In laborib⁹ plurimis, quib⁹ pluſquā illi, imo & pluſquā veri apoſtoli laboraui. Hoc ideo dicit, quia & illi pseudo aliquos habuerūt lobores, vt viderētur apoſtoli: ſed iſte magis laboraui. Occaſiōe autē inuēta ēt veros aplōs tangit, quibus pluſ laboraui, ne in ſe videat minor grā. Deinde labores per partes oñdit, ſubdēs, In carcerib⁹, oſtēſus ſum miniſter Chriſti abundātius quā illi, Et in plagis. i. in verberibus, quæ fuerūt ſupra modū humanæ virtutis vel aliorum, In mortibus. i. in periculis mortis, Frequenter, fui. frequentius. n. pericula ſuſtinuit quā cæteri. Deinde exponit plagas, ſubdēs, A Iudejs quin

Ambro.

Augustinus  
Ambro.

Augustinus

Augustinus.

Augustinus.

Augustinus.

Ambro.

Ambro.



quies. i. quinque vicibus, Accepi quadragenas, percussiones, Vna minus, ne immiserico-  
des videretur. Quinquies enim flagellatus a Iudeis secundum legem Moysi, accipiens pla-  
gas. xxxix. sicut scriptum est in Deuteronomio. Quod ergo per quinque vices factum est,  
hic summam refert. Ter virgis cesus sum, hec ageribus passus est. Item, Semel lapidatus  
sum, in ciuitate Lycaonia. Ter naufragium feci. i. pertuli. Nocte & die, fui, In profundo  
maris. i. in alto mari fui detentus tempestate. Vel ad literam. In itineribus sepe, ostensus  
minister Christi. In periculis fluminum, in periculis latronum, quos diabolus cum in ciui-  
tate eum occidere non posset, ei excitabat in via, cum tamen nihil ferret quod latrones cupe-  
rent. In periculis ex genere, meo. i. a Iudeis procuratis: ideo quia lege eorum deserta ad eum  
gelium me conuertit. In periculis ex gentibus, propter vnius Dei predicationem. Item proba-  
tus sum minister Christi, in periculis in ciuitate. i. in commotionibus ciuium contra me. Item  
In periculis in solitudine, que erant vel a serpentibus vel a penuria ciborum. Item in pericu-  
lis in mari, que non erant ex mari, sed in mari. ut hoc diuersum sit a superiori. Superius enim  
vocaui pericula que ex mari fuerunt. Item probatus sum minister, Periculis in falsis fra-  
tribus. i. que ab hereticis sunt, qui sunt falsi fratres: ut illi qui dicunt Paulum legalia tene-  
re, sed non facile alijs aperire. Vnde alibi apostolus ait, Ego adhuc in circuncisionem pre-  
dico, &c. Item probatus sum minister Christi, in labore. manuum: & Eruna, morborum &  
huiusmodi, In vigilijs, que sunt pro opere vel pro alijs. Item probatus sum minister Chri-  
sti, in fame & siti, in ieiunijs multis, in frigore & nuditate, Cum apertus se commemorat la-  
borasse in fame & siti, vbi ergo est promissio Dei dicentis, Primum querite regnum dei, &  
hec omnia adiciuntur vobis? Vide. n. promissio domini titubasse, cum apertus dicit se laborasse  
in fame & siti, in frigore & nuditate. Sed nouit ille medicus cui semel nos totos commisi-  
mus, & a quo promissionem vite presentis & future habemus, hec adiutoria que apponit  
& que detrahat, sicut nobis expedire iudicat ad nos consolandos & exercendos in hac vita.

Ambro.

Ambro.

Ambro.

Ambro.  
Augustinus  
in ser. de mo.  
Augustinus  
in eodem.

Præter illa que extrinsecus sunt, instantia mea quotidiana, sollicitudo omnium  
ecclesiarum. Quis infirmatur, & ego non infirmor: Quis scandalizatur, & ego non  
vror: Si gloriari oportet, que infirmitatis meae sunt gloriabor. Deus & pater do-  
mini nostri Iesu Christi scit qui est benedictus in secula, quod non metior. Da-  
masci prepositus gentis Aretæ regis custodiebat ciuitatem Damascenorum ut me  
comprehenderet, & per fenestram in sporta demissus sum per murum, & sic ef-  
fugi manus eius.

Augustinus

Augustinus  
in psal. xxviii.

Augustinus  
in psalmo C.  
Augo. in lib.  
ad Man. chaz.  
Augustinus.

Præter illa, vero, que extrinsecus. i. in corpore, que a persecutoribus patior & alijs  
modis, angit me in animo, Instantia mea quotidiana, que nec vna hora remittitur.  
Que est illa? Sollicitudo omnium ecclesiarum, que ex charitate prouenit. Quanto ergo  
maior charitas est, tanto sunt maiores plage de peccatis alienis. Vnde qui apponit sci-  
entiam, apponit dolorem. Si ergo abundat vitæ charitas, magis dolebis peccantem. Et vide  
qualis est sollicitudo apostoli, quam paterna, quam materna: que tanta est ut dicat,  
Quis, de omnibus fidelibus, infirmatur, vel in fide, vel in aliqua virtute: Et ego non in-  
firmor: quia ita de illo sicut de me doleo. Et, Quis scandalizatur, aliqua molestia tri-  
bulationum, Et ego non vror: igne charitatis qua ei compatior. Omnes enim qui scandalum  
patiuntur frivoli sunt habentium charitatem. i. ossium que ferunt carnes. i. perfectorum  
qui portant & arguunt carnales. Vnde, Et ossa mea sicut in frivolio confixa sunt. Et no-  
ta que ait vror. Vrorunt quidem homines tribulationes sed bonas, non consumptionem imo ad pur-  
gationem. Tribulatio enim tanquam emplastrum mordax vrit te, sed sanat te: maxime au-  
tem iste affectus qui hoc verbo vror exprimitur purgat, quia de charitate venit. Et cum  
hec sunt, Si oportet gloriari, sicut vtrique oportet pro vobis, ego gloriabor, non de poten-  
tia vel genere, ut pseudo faciunt: sed de his, que sunt infirmitatis meae, & si in his vi-  
deatur esse abiectio. & ut vera esse ostendat que dixit vel dicturus est, iuramento confir-  
mat subdens, Deus, qui nouit omnia, Et pater Iesu Christi domini nostri, cuius. f. seruus sum,  
& vos eidem seruire debetis, Qui est benedictus. i. laudatus per nos fideles, In secula, scit  
que non metior, in supradictis, vel in hoc quod dicturus sum, f. quod mihi contingit. Da-  
masci. Quid est illum? Ecce, Prepositus &c. Ecce iterum infirmitas commemoratur. q. d.  
hoc accidit mihi, Damasci scilicet Prepositus gentis Aretæ regis, qui sub Aretæ rege  
illi genti præerat, Custodiebat: ammonitione Iudeorum, Ciuitatem Damascenorum

ut me comprehenderet, ne amplius predicarem. Et per fenestram in sporta demissus sum, a  
fratribus, Per murum. Hoc quidam indigne factum esse dicunt, quia non Dei auxilio libera-  
tus est. Sed ante non est necessarium suffragium dei, quia deficit humanum: nec debet aliquis  
expectare diuinum auxilium, dum habet quid faciat, ne videatur retinere Deum. Ideo & Apосто-  
lus a discipulis per fenestram in sporta demissus est vnde effugeret. Vnde subdit, & Sic  
effugi manus eius, prepositi. Vide non fecisse sicut bonus pastor, sed ut mercenarius cui  
non est cura de ouibus, quas lupo veniente deserit. Sed nunquid non fuit ei cura de ouibus,  
quia fugit? Fuit plane. Eas enim pastori in celo sedenti orationibus commendabat, & utilita-  
ti earum se fugiendo seruabat. quod ab ipso summo pastore dictum audierat, Si vos per secu-  
ti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. Quis autem credat hoc dominum ita fieri voluisse, ut  
necessario ministro sine quo viuere nequeunt desererentur greges quos suo sanguine com-  
parauit. nec ipse Christus hoc fecit, quando portatibus parietibus in Aegyptum paruulus fu-  
git, quia necdum ecclesias congregauerat, quas ab eo desertas fuisse dicamus. Faciat ergo  
serui Christi ministri verbi quod precepit vel permisit, sicut ipse Christus in Aegyptum  
fugit. Fugiat omnino de ciuitate in ciuitate, quando eorum quisquam specialiter a persecuto-  
ribus queritur, ut ab alijs qui non ita requiruntur non deseratur ecclesia, sed prebeat ciba-  
ria conseruatis, quos aliter viuere non posse nouerunt. Cum autem omnium. i. episcoporum & cleri-  
corum & laicorum est commune periculum, hi qui alijs indigent non deserantur ab his quibus  
indigent. Aut igitur ad loca munita omnes transeant, aut qui habet necessitatem remane-  
di, non relinquatur ab eis, per quos illorum est ecclesiastica suppleta necessitas: ut vel pa-  
riter uiuant, vel pariter sufferant, quod eos paterfamilias uolet pati.

Ambrosius.

Augustinus  
Super Ioan.  
Augustinus  
ad ordi. epi.

B

CAPVT XII.

**S**I gloriari oportet, non expedit quidem. Veniam autem ad visiones  
& reuelationes domini. Scio hominem in Christo ante annos quatuor  
decim siue in corpore siue extra corpus nescio, Deus scit. raptum hu-  
iusmodi usque ad tertium cælum. Et scio huiusmodi hominem siue  
in corpore, siue extra corpus nescio, Deus scit: quoniam raptus est in paradysum  
& audiuit arcana verba que non licet homini loqui.

Item si præter predicta Gloriari oportet, propter pseudo veniam narrando, non ad ea que  
infirmitatis sunt, sed, sed ad visiones, dico, Si oportet gloriari, quod Quid non expe-  
dit, respectu ipsius gloriatiois, sed propter vestram utilitatem & pseudo depressionem: & ideo  
cum multa dixerim de laboribus & infirmitatibus meis, nunc, Veniam, narrando Ad visio-  
nes & reuelationes. i. secreta que vidi & plene intellexi: non ut Pharaon qui vidit & non  
intellexit. Que visiones sunt, Domini. i. de domino, vel quas dominus aperuit. & que sunt  
illæ visiones aperit de se, quasi de alio loquens. Scio hominem. Consuetudo erat eorum qui sa-  
cras literas nobis ministrarunt, ut quando ab aliquo eorum narrabatur historia, cum ad se ip-  
sum veniret tanquam de illo loqueretur. Hoc enim Matthæus fecit, & Ioannes, & Moyses  
ita enim de seipsis locuti sunt tanquam de alijs. Inuitatus autem hoc fecit apostolus. non in  
historia vbi rerum gestarum suscipitur explicatio narrationis: sed in epistola sic inferes se or-  
dini narrationis suæ tanquam rerum gestarum scripto, non tanquam sui ipsius predicator. Ni-  
hil enim deperit veritati quando & res ipsa dicitur, & dicendi iactantia quodammodo vita-  
tur. hoc quippe narrabat quod ad laudem dei pertinebat. De se ergo quasi de alio ait, Scio  
hominem, manentem, In Christo. i. conformem Christo, quia aliter non videret, Raptum huiusmo-  
di usque ad tertium cælum. Hoc autem accidit illi homini, Ante annos quatuordecim. Quatuor  
decim enim anni iam erant transacti a tempore quo vidit visionem usque ad illud quo narra-  
uit. Modo ergo pro meritis maior erat, & ex eo quod tãdiu tacuit, constat non superbe,  
sed ex necessitate dici. Scio, inquam, huiusmodi hominem raptum, sed Nescio, qualiter sit  
raptus. f. siue anima remanente, In corpore, siue extra corpore, eadem assupta: sed Deus scit,  
qui hoc facere potuit. Hoc ignorauit apostolus, vtrum quando raptus est in corpore fuerit  
anima, an oino de corpore exierit ut corpus mortuum iaceret, donec perfecta illa demō-  
stratione membrorum mortuis anima redderetur, & mortuus omnino reuiuisceret. Et quia ip-  
sa a corpore alienatio, vtrum oino mortuum corpus reliquerit, an secundum modum quena-

Augustinus  
Super Ioan.

August. super  
Gen. ad lit.

dam viuētis corporis vbi anima fuerit, sed mens eius ad vidēda vel audiēda ineffabilia illius visionis arrepta sit, hoc incertū erat. Et ideo forsitan dixit, Siue in corpore siue extra nescio, deus scit: hoc nescio, sed certissime scio, Huiusmodi hominē raptū. i. cōtra naturā eleuatum, Vsq; ad tertium cælū. s. empireum, quod statim factum angelis sanctis fuit repletū, & dicitur Empireum. i. igneum à splendore, nō à calore. Intelligitur vero vltra omnia sydera mūdi fuisse raptus, & ideo magnificū, & mirabile est quod narrat. Primū cælum aereum est, vnde dicuntur aues cæli. Secundum firmamentum: vnde in Genesi, fiat firmamentū, & vocauit firmamentū cælū. Tertium cælum spirituale, vbi angeli & sanctę animę fruuntur, Dei cōtēplatione. Ad quod cū dicit se raptū, significat quod deus ostendit ei vitā in qua videndus est in æternū. Vel tres cęli intelliguntur tria genera visionū. Et est sensus, Scio hominē huiusmodi raptū. i. cōtra naturam eleuatum, Vsq; ad tertium cælum. i. ad cognitionē deitatis. Nam primū cęlū est corporalis visio, cum quēdā corporaliter videntur dei munere quę alij videre nequeunt, vt Heliseus vidit ignotos choros quando raptus est Helias. Et Balthasar vidit manū scribentē in pariete Rechel, Phares. Secundū cęlū est imaginaria vel spiritualis visio quādo aliquis in extasi vel in somno videt, nō corpora sed imagines rerū dei reuelatione, vt Petrus vidit discum. Tertium cęlū est intellectualis visio, quādo nec corpora nec imagines eorū videntur, sed incorporeis substātijs intuitus mentis mira dei potentia figitur. Ad hanc raptus est apostolus, vt ipsum deum in se nō in aliqua figura videret. Et hęc visio duabus alijs multo excellentior est. Quod ergo nō per corpus videtur nec imaginabiliter, sed proprie, hoc ea visione videtur quę omnes alias superat. Occurrunt enī tria genera visionū, vnum per oculos quibus ipse literę videtur. Alterum per spiritū hominis, quo proxima & absentia cogitatur. Tertium per cōtuitū mētis, quo ipsa dilectio intellecta cōspicitur. In his tribus generibus illud manifestū est omnibus quo videtur cælū & terra, & omnia oculis cōspicua, Nec illud alterū, quo absentia corporalia cogitatur insinuare difficile. Cælum enī & terrā & quę in eis videre possumus, etiā in eis cōstituti cogitamus, & aliquādo nihil vidētes oculis corporis, animo tamen corporales imagines intuemur: vel veras sicut ipsa corpora vidimus & memoria retinemus, vel fictas sicut cogitatio formare potuerit. Aliter enī cogitamus quod nouimus, aliter quod nō nouimus. Tertium vero illud quod dilectio intellecta cōspicitur, eas res cōtinet, quę nō habent imagines sui similes, quę nō sint quod ipsę. Dilectio enī videtur p̄sens in specie qua est, & aliter absens in aliqua imagine sui simili, sed quantum mente cerni potest: ab alio magis, ab alio minus ipsa cernitur. Homo vero vel arbor & alia corporalia & p̄sentia videtur in suis formis, & absentia cogitatur imaginibus animo impressis. Hęc sunt tria genera visionū, Primū appellatur corporale, quia corporis sensibus exhibet. Secundū spirituale, quia quicquid corpus nō est, & tamē substantia est, iam recte spiritus dicitur. Tertium vero, intellectuale ab intellectu. Tria igitur ista genera visionū. s. corporale, spūale, intellectuale, sigillatim cōsiderata sunt. Secundum primā visionē vidit Balthasar manū, cōtinuoq; per corporis sensū imago rei corporaliter facta spiritu ei⁹ impressa est: atq; in ipso viso facto & p̄terito illa in cogitatione permāsit. videbat illud in spiritu & nō intelligebat, nec tunc intellectū erat, cū corporaliter fieret & appareret: iam tamen signū esse intelligebat, & id ex mētis officio erat: sicut & ipsam inquisitionē qua requirebat quid illud significaret, utiq; mēs agebat: quo nō cōperto, Daniel accessit: & spū propheticō mēte illustrata quid illo sino portēdere tur aperuit. Melius dicēdus propheta per hoc genus visionū, quod mētis est propriū, quā ille qui & signū factū corporaliter viderat, & trāfacti ei⁹ imaginē in spū cogitando cernebat. Secundū visionē secundam vidit Petrus in extasi, discū plēnū varijs animalibus, & audiuit vocē, Macca & māduca. Redditus autē corporeis sensibus id ipsum quod visum in spū memoria tenuerat, in eodē spū cogitādo cernebat: quę oīa nō corporalia sed corporaliū imagines erāt, siue cū primū in extasi visę sunt, siue cū postea cogitatę. Cū vero disceptabat & requirebat quid illa significarent, mētis erat actio cōnātis, sed deerat effectus donec mens diuinit⁹ adiuta intellexit, quid illud significaret hac visioe. Quę dī intellectualis ea cernunt, quę nec cernunt corporea, nec vllas gerūt formas similes corporū, velut ipsa mēs, & omnis animę affectio bōa. Quo. n. alio mō ipse intellectus nisi intelligēdo cōspicit⁹: nullo. Ita & charitas, gaudium, pax, fides

Ambro.

Augustinus

Augustinus in lib. super Genesim

Augustinus super Gene.

A & huiusmodi, quibus propinquatur Deo, & ipse Deus, ex quo oīa, per quę oīa, in quo oīa. Et habet hęc tres visiones ordinē suū. Præstātor enī est visio secunda quā prima, & tertia quā secūda. Hac enī mens subuecta rapit in illā quasi regionē intelligibiliū, vbi sine omni imagine corporis videt perspicuā veritatē, nullis opinionū falsarū nebulis fucata. Ibi virtutes animę nō sunt operosę ac laboriosę. Non enim opere temerarię libido frenatur, nec opere fortitudinis aduersa toleratur, nec opere iustitię ini qua puniūtur, nec opere prudētię mala vitantur. Vna ibi & tota virtus est amare quod videat, & summa fœlicitas habere quod amas. Ibi beata vita in fonte suo bibitur: inde aliquid aspergitur humanę vitę, vt in tentationibus huius seculi, tēperanter fortiter, iuste, prudenterq; viuatur. Propter illā veritatis visionē vt in Syna, vel per spirituale vt vidit Isaias, & Ioānes in apocalypsi, sed per speciē nō in ænigmate oīs labor suscipi. Hoc modo visionis petiuit Moyses videre deū. i. in substātia qua deus, quę multis figuris viderat, & facie ad faciem ei locutus erat: quia ibi. i. in illa specie qua deus est lōge ineffabilius & præsentius. i. secretius videtur, & arcana dicit. i. reuelat: vbi. i. in qua claritate speciei nemo viuens in istis sensibus deū videt. Hoc est tertium cælum. s. visio qua Deus videtur facie ad faciem: & iste est paradysus, si dici potest, paradysorū. Nā & p̄sens ecclesia paradysus dicitur, & paradysus dictus est ille in quo Adam corporaliter vixit. Ad illud tertium cęlū raptum se dicit Paulus, sed an in corpore an anima preparata, se nescire dicit. q. d. Nō humano sensu vidi. vt & si in corpore anima existētē viderit, nō sit contra illud quod dominus dicit Moysi, non videbit me homo & viuet. Tunc enī Apostolus non vixit homo. i. secundū vsum sensuum corporis, sed ablatus est ei omnis sensus hominis. Quia necesse est abstrahi ab hac vita mentē ipsam, quando in illius ineffabilem visionis lucē assumitur, & nō sit incredibile quibusdā sanctis nondū ita defunctis, vt sepelienda corpora remanerent etiam istam excellentiā reuelationis fuisse concessam. Cur ergo nō credamus q̄ tanto Apostolo doctori gentium raptō vsq; ad istam excellentissimam visionē, voluit deus demonstrare vitam, in qua post hanc videndus est in eternū? Et cur non dicatur iste paradysus quasi regio vbi animę bene est, nisi. s. ipsam dei substantiam, verbumq; dei ac spiritum sanctum ineffabiliter videt? Vnde subdit, Et scio, &c. Vel ita, Vt per tres cęlos intelligantur tres ordines angelorum secundū Dionysium, qui tres ordines angelorum constituit, ternos in singulis ordinibus ponens. In primo ponit angelos, archangelos, virtutes. In secūdo, principatus, potestates, dominationes. In tertio, thronos, cherubin, & seraphin. Quorum tertius ordo vicinior deum contemplatur. Ad quorum similitudinem deum vidisse dicitur apostolus. Et hoc est tertium cælum, ad quod raptum se dicit apostolus, vt. s. sicut illi deum videret. Vel, primum cęlum est cognitio cęlestium corporum: Secundum, cognitio cęlestium spiritū: Tertium, Cognitio deitatis, ad quam raptus est apostolus. Et nota quod similiter tertium cælum exposuimus in secunda sententiā: sed primum & secundum aliter quā hic, & ideo distinguitur hęc sententiā ab illa. Deinde quasi aperiens quid tertium cælum dixerit: subdit, Et scio huiusmodi hominē raptum. Nota quod se bis raptum dicit, Siue in corpore, siue extra corpus, ita. s. quod de corpore exierit anima, Nescio deus scit, sed hoc scio, Quoniam raptus est in paradysum, id est in eam tranquillitatem qua fruuntur illi qui sunt in cęlesti Hierusalem: & sic potuit videre quod nunquam corporeis sensibus impeditus videre posset. Tunc enim facta est ab huius vitę sensibus quædam vehemētissima intentionis auersio. Et tunc audiuit arcana verb. i. percepit intimationē de secreta dei essentia, quasi per verba. Quę non licet homini loqui. i. verbis explicare. Dixit equidem quod posset hominibus dici, & tenuit apud se quod non posset dici: ergo & audiatur ad quod possumus attingere & credatur ad quod non possumus. Si diceremus illi, rogamus te explica magnitudinē ipsius: nonne forte hoc responderet nobis, Non est valde magnus quem video si à me potest explicari. Deinde ne de se gloriose effari videretur, non fui. Sed rei magnitudinem in se commendans ait,

Augustinus in eodem.

Augu. ad paulinam de vidento deo. Augustinus super Gene.

Augustinus

Augustinus ipsal cxxxiiii

Ambrosius

Pro huiusmodi gloriabor, pro me autē nihil nisi in infirmitatibus meis. Nam & si voluero gloriari, non ero insipiens. Veritatem enim dicam. Parco autē, ne quis me existimet supra id quod videt in me, aut audit aliquid ex me. Et ne ma-

gnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ angelus Satanæ, vt me colaphizet. Propter quod ter dominum rogavi vt discederet a me: & dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea.

Pro huiusmodi visione vel homine, Gloriabor. i. commendabo me, Pro me autem, fili Abraham, & huiusmodi, Nihil gloriabor, nisi forte, In infirmitatibus meis. i. de tribulationibus quas patior. Nam. q. d. dico gloriabor, & recte. Nam etsi voluero, de reuelatione vel infirmitate, non ero, Insuper, & si videar. Et vere non. Veritatem enim dicam, pro vestra vtilitate: quod in sequenti ostendit, Vbi ait, Omnia autem propter vestram ædificationem. Parco autem. q. d. possim & de pluribus alijs gloriari, Sed parco, id est parce refero vix pauca, dicens, Ne quis, infirmus, Existimet me, esse, Supra id quod videt me, esse, Aut audit, ab alijs. Ex me. i. de me, cum non nisi infirmitas videatur in me: vel ab alijs qui vident, audiatur. Si ante magna referrem & plura, putarent forte infirmi me non esse infirmum, sed hominem immortalem vel angelum, & huiusmodi. Ideo ergo parce de se loquitur, ne quis existimet eum esse supra id quod videt vel audit, vt. s. pro magnis illis non esse homo mortalis, & fragilis videatur. Vel pro obrectatoribus hoc dicit, pro quibus non magnifice gloriatur, ne dicant eum ex elatione non ex veritate id facere. Et est, Parco autem. i. parce glorior, ne quis detractor, Existimet me, tendere elationis tumore, Supra id, aliquid, Quod videt in me, aut audit ex me. i. vltra id quod limes meritorum meorum tendit, vel admittit. Et ne, & c. q. d. parco multum gloriari. Ne autem aliter puter, Etiam stimulus carnis. i. stimulus pugnæ carnem, a deo, Datus est mihi. i. ad meam vtilitatem. s. ne magnitudo reuelationum extollat me in superbiam. Cætera enim vitia tantum in malefacto valent: superbia vero sola in recte factis cauenda est, Cui enim quisque bene profecerit, superbia tentatur vt perdat totum perfectum. Non itaque mirum, si contra capitale vitium, appositum sibi apostolus dicit mordax epithima quo tumor curaretur. Quis ergo de se securus est? Quomodo securus agnus egredietur, vbi aries sic periclitari metuit? Ecquis est ille stimulus qui datus est? Angelus Satanæ. i. angelus malignus missus à deo: & propter aliud, à Satana missus venit. Dominus. n. ad conservationem humilitatis immisit. Diabolus autem venit vt ad effectum traheret. Deus autem ad hoc iuste non parcebat, vt eius virtutem in infirmitate perficeret, dans colaphizantem angelum. Diabolus enim hoc agebat, ne magnitudine reuelationum Paulus extolleretur, & vt virtus eius perficeretur. Sed à deo traditus erat iustus colaphizans angelo Satanæ, qui per eum tradebat iniustos ipsi Satanæ. Hoc ergo remedium datum est apostolo à deo, vt tentationibus pressus non extolleretur. Vnde subdit, Vt me colaphizet. q. d. datus est mihi angelus Satanæ, vt, vel, Qui me colaphizet, vt reprimat omnem motum superbiæ incutiendo tribulationes & dolores. Nam & dolore quodam corporis trahitur vehementer agitur. dolores autem corporum plerumque immittuntur ab angelis Satanæ, sed hoc non possunt nisi permissi. Sic & Iob probatus est, permissus est ad eum probandum Satanæ, & percussit eum vulnere. Immundus enim permittebatur, sed sanctus probabatur. Sic ergo angelus ille Satanæ permissus est, & quasi libenter venit colaphizare apostolum, sed apostolus curabat. Vel ita, Datus est angelus Satanæ qui me colaphizet, tentando per libidinem vt quidam aiunt. Tentatio autem cui non consentitur non est peccatum, sed materia exercendæ virtutis. Hoc intellige dictum de tentatione quæ fit ab hoste, non à carne: quæ peccatum est veniale, si ei non consentiatur. Propter quod. s. quia grauiter colaphizabar, ego humane timens. Ter. q. d. multotiens rogavi dominum, qui solus potest facere, vt stimulus, Discederet à me, Quia grauis erat medicina infirmo, & ideo rogavi me dicum, vt auferret quod apposuerat, quia molestum erat: vt cum medicus apponit vulneribus aliquod forte epithima molestum & ardens quo curandus est ille cuius viscera tumebant: rogat ille medicum, cum illo medicamento cruciari cœperit, vt auferat medicus autem consolat, & monet patientiam, quia nouit esse vtile quod apposuit. Sic & apostolus ait, Rogavi dominum vt discederet stimulus. i. rogavi medicum vt auferret molestum epithima quod mihi apposuerat, sed audiui vocem medici. Et dominus melius mihi prouidens, Dixit mihi, per inspirationem vel per angelum, O Paule, Sufficit tibi gratia mea scilicet quod dedi tibi in omnibus, scilicet quo feci te de infideli fidelē, de persecutore apostolum, & plus omnibus laborantē vt arcana videntem: vires quoque stimulos tolerandi ti

Ambrosius

Augustinus. de na. & gra. Augustinus. in psal. viii. Augustinus. de ver. apost.

Augustinus. Angu. contra Faust.

Ambrosius.

in psal. cxxx. Angu. in psal. no. cxxx.

bi addidi. Et noli hoc orare vt discedat stimulus.

Nam virtus in infirmitate perficitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi. Propter quod placeo mihi in infirmitatibus meis, in contumelijs, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustijs pro Christo. Cum enim infirmor, tunc petens sum. Factus sum insipiens, vos me coegistis. Ego enim a vobis debui commendari. Nihil enim minus feci ab his, qui sunt supra modum apostoli. Tamen si nihil sum, signa tamen apostolatus mei facta sunt super vos in omni patientia, signis, & prodigijs, & virtutibus. Quid est enim quod minus habuistis præ cæteris ecclesijs, nisi quod ego ipse non grauavi vos. Donate mihi hanc iniuriam.

Nam, id est quia, Virtus perficitur in infirmitate, id est perfectio virtutum est quæ habet infirmitatem contrariam, cum qua legitime certet, quia certando acquiritur victoria & sic sit virtutis consummatio. Nota quod exauditur diabolus petens Iob tentandum, & non exauditur apostolus, petens stimulum remouendum. Exaudiuit eum quem disposuerat damnare, & non audiuit eum quem volebat sanare. Nam & æger petit multa à medico quæ medicus non dat: non exaudit ad voluntatem, vt exaudit ad sanitatem. Ita & dominus non exaudiuit Paulum ad voluntatem. Non est magnum à deo exaudiri ad voluntatem, sed ad vtilitatem. Aliquando Deus iratus dat quod petitis. Cui vero ea quæ Deus laudat & promittit ab illo petitis, securi petite. Illa enim propitio deo conceduntur. Quando autem petitis temporalia, cum modo petite, & cum timore illi committite: vt si profint det, si scit obesse non det. Quid enim obicit vel proficit medicus nouit, non ægrotus. Libenter igitur, quasi dicat, Et quia virtus in infirmitate perficitur, igitur non inuitus, Sed libenter gloriabor in infirmitatibus meis, ad hoc datus, vt, Virtus Christi inhabitet in me, id est vt gratia Christi confirmetur in me. Propter quod scilicet quia ad hoc data sunt infirmitates, non solum in his gloriabor ad alios, sed etiam. Placeo mihi, id est multum delector. In infirmitatibus, & in quibus delectetur exponit. In contumelijs, verborum. In necessitatibus, id est in penurijs necessariorum. In persecutionibus, quæ sunt de loco ad locum. In angustijs, id est, in anxietatibus animi illatis, Pro Christo. Et recte in his placeo. Cui enim infirmor, exterius. Tunc sum potens, id est victor efficior. Verum est enim, quia tunc vincit Christianus cum perdere putatur: & tunc perdit perfidia, cum se vicisse gratulatur. Plaudat ergo Christianus cum illi insultat, & surgit cum premitur. In his autem omnibus commendationibus, Factus sum insipiens, id est videor factus insipiens: sed vestra culpa, Quia vos me coegistis, qui debuistis contra pseudo commendare me. Vnde subdit, Ego enim debui à vobis commendari, quod vos non fecistis, & ideo coactus in laudem meam prorupi. Et vere debui. Nihil enim minus feci, vobis, Ab his, scilicet Petro, & Iacobo, & alijs, id est ad comparisonem horum, vel ab his tunc remotus, Qui sunt apostoli supra modum, meum, id est digniores quam ego, sicut quibusdam videtur: sed non est minor illis, nec in prædicatione, nec in signis faciendis: non dignitate minor est, sed tempore. Si autem de tempore ei perscribendum putatur, ergo & Christo: quia ante cœpit Ioannes prædicare, quam Christus: & non Christus Ioannē, sed Ioannes Christum baptizauit. Non ergo sic iudicat Deus. Tamen si. q. d. Vere nihil minus vobis, quia tamen si nihil sum. i. nihil esse videor quibusdam, Tamen signa apostoli, Vel, Apostolatus mei facta sunt in vobis. i. à Deo qui est super vos. Vel, Facta sunt super vos. i. plusquam digni sitis: ac si diceret, Licet quibusdam nihil videar, tamen ea feci auctore Deo, quæ me Apostolum designant. Hæc autem sunt signa apostolatus mei. s. quod ego fui in omni, Patientia, aduersorum. Patientiam primam memorat quæ ad minores pertinet, quia diu illos portauit, quasi impatientes ægros, vt habita potestate signorum quasi medicina curaret vulnera errorum eorum. Vnde subdit, Et signis. q. d. & ostendi signa Apostoli. In signis & prodigijs. i. in minoribus & maioribus miraculis & virtutibus mentis. s. in castitate, & alijs. Vel hæc tria ita distingue, vt intelligas quod virtus est est genus signorum & prodigiorum, id est nomine virtutis omne miraculum accipias.

Augustinus.

Ambrosius.

Ambro.



Signū vero quod in quocūq; tēpore aliquid significat, & est prodigij genus, prodigium est quod in futuro significat. Vel signū & prodigiū sunt in his quę cōtra naturā fiunt: Virtus vero in his quę nō cōtra naturā fiunt, vt per impositionē manus & orationes à morbo hoīes liberare. Quid enī. q. d. Vere nō minus feci vobis. quia vos non habetis minus per me quā alij ecclesię per illos: sed amplius quia, gratis prædicauī vobis. quod ita dicit, Quid enī est quod minus habuistis præ cæteris ecclesijs .i. quid minus habuistis per me, quā cæterę ecclesię per illos, Nisi q̄ ego ipse nō grauauī vos, accipiēdo vestra. Quod si putatis iniuriam vt imperiti, Donate mihi hęc iniuriam. q. d. nō est hęc iniuria, sed bonū opus. Vnde laude dignus sum. Si ergo pro bono opere vos offendi, ignoscite mihi. Et quia stultus boni accusator est, vt illos imperitos ostendat, veniam ab eis postulat eius facti, de quo laude dignus est.

Ambrosius.  
Ambro.  
Ambro.

Ecce tertio hoc paratus sum venire ad vos, & nō ero grauis vobis. Non enim quæro quæ vestra sunt, sed vos. Nec enī debent filij parētibus thesaurizare, sed parentēs filiis. Ego autē libentissime impēdam & superimpēdam ipse pro animabus vestris, licet plus vos diligens, minus diligar. Sed esto. Ego vos nō grauauī, sed cum essem astutus dolo vos cœpi. Nūquid per aliquē eorū quos misi ad vos, circumueni vos: Rogauī Titum, & misi cū illo fratrem. Nunquid Titus vos circumuenit: Nonne eodē spiritu ambulauimus: Nonne eisdem vestigijs: Olim putatis quod excusamus nos apud vos. Coram deo in Christo loquimur.

Ecce .q. d. Non grauauī vos, neq; grauabo. Nam qui primo veni & secundo, me venire promisi & parauī. Ecce tertio hoc paratus sum venire ad vos. Non tertio venit, sed tertio venire paratus fuit. Paratus sum dico, & veniam quidem, Et tunc non ero grauis, accipiēdo vestra. Hoc dicit, ne videatur callide tunc non accepisse, vt nunc abundantius acciperet. Ideo contra obtrectatores ostendit se in ea voluntate manere. Non enī. q. d. Vere nō ero grauis. Non enī quæro quæ vestra sunt. .i. diuitias in auro & argento, &c. Sed quæro saluare, Vos, quod aliter non fieret nisi à sumptibus abstinerem. Ostendit ideo accipere nolle ab eis, vt eos lucraretur: vt intelligentes, quia pecuniæ præponit eos, tandem cognoscerent affectum illius erga eos. Non quærebat apostolus datum, sed fructum, ne quasi venditos euangelij putaretur: est tamen vere mercator domini sui, nam prorsus vendit. Dat enim spiritualia, & quærit non quidem carnalia, sed maius precium .i. ipsos homines. Sicut Ioseph frumenta vendens in Aegypto, non argentum quærebat, sed ipsos ementes seruos regios faciebat, & sic frumenta quæ non vendidit. Venditionem ergo istam intelligite gratuitam. & aliquis emit gratis. Vnde dictum est. Sitientes venite ad aquam, & emite vobis sine argento. Quando emis, non argentum das, te ipsum das, & ita emis. Nec enim, quasi dicat, ideo non quæro vestra, quia sicut carnalis filij non thesaurizant parentibus carnalibus, ita, Nec debēt filij, spirituales thesaurizare, id est, diuitias congregare, & si necessaria præbere, Parentibus, spiritualibus. Vos autem thesaurizatis pseudoapostolis. Sed, potius, Parentes, spirituales debēt, Filijs spiritualibus thesaurizare diuitias vitæ æternæ, & etiā temporalia impendere, sicut carnalis patres carnalibus filijs faciunt. Carnales vtiq; patres filijs congregant. nam & spirituales dignum est vt à filij sumptus accipiant ad sustentandam vitam. Hic autem probat se nolle accipere, vt transferat causam carnalis patris ad spirituales. & dicit, non solum se pro salute eorum velle impendere sua, sed etiam mori paratum. Vnde subdit, Ego autem, vel enim, Libentissime, non inuitus, Impendam, vobis spiritualia, & etiam temporalia ad vsus vestros impēdam, sicut supradixit. Alias ecclesias expoliaui accipiens ad ministerium vestrum, & post omnia me ipsum impendam, si opus est. Vnde subdit, Et ego ipse superimpēdam pro animabus vestris. Perfecta charitas hæc est, vt quis paratus sit pro fratribus mori. Sed nunquid mox vt nascitur iam prorsus perfecta est, mo vt iperficiatur nascitur, cum fuerit nata nutritur, cum fuerit nutrita roboratur, cum fuerit roborata perficitur, cum ad perfectionem venerit, dicit, Cupio dissolui, &c. Licet. q. d. dico q̄ libenter superimpēdam. Licet plus diligam vos, diligēs minus diligar, à vobis quā pseudo, Sed esto. q. d. forte cōceditis quod ego grauauī vos. per me ipsum dixi nō grauauī, sed obijcitis, quod

Ambro.

Augu. in ser.  
de muliere  
forti.

Ambro.

Ambro.

August. super  
epistolam.

Cum essem astutus dolo cœpi vos. .i. decepi .i. per alios extraxi multa: quoniā per me nil vel parū emungere poterā. Sed nunquid per aliquem eorū quos misi ad vos decepi? Vel, Circunueni vos: hoc dicit, quia forte suspicaretur ideo eum contempisse, quia parua offerebatur vt maiora cōsequeretur, & ideo illos misisse vt intimerent eis maiora dare: sed nunquid per aliquē illorū circumuenit illos, vt factū esset si dicerent, si vultis paratum habere Apostolū, qui parua respuit, digna date: quod cōpositum Apostoli astutia intelligeret. Ideo Apostolus nō tacēs, quę ex aduerso proponi possunt, se per oīa purgat: quia nihil per circūventionē egit apud eos, sed in simplicitate. Rogauī Titum. q. d. nō feci hoc dolose, sed simpliciter. Rogauī Titum venire ad vos, Et misi cum illo fratrem Barnabā vel Lucam, Et nunquid, Titus, Circunuenit vos: nonne, Eodē spiritu, vel eadē voluntate, Ego & ipse Titus, Ambulauimus: Nonne eisdem vestigijs. .i. eisdem operationibus quæ dicuntur vestigia, quia per eas apparet voluntas, an bona sit, an mala. Vnde, A fructibus eorū cognoscetis eos. Olim. q. d. iam dudum forsā, Putatis quod excusamus nos apud vos. .i. quod causa excusatiōis quasi reus dicam, quod nō grauauī vos. Sed, loquimur hoc corā Deo. .i. teste Deo. hoc dico, qui scit quod nō circumueni vos: & nō superbe hoc dico, sed in Christo amplificando in vobis.

Ambro.

Omnia enim charissimi propter ædificationē vestram. Timeo enim ne forte cum venero, nō quales volo inueniam vos, & ego inueniar a vobis qualem non vultis, ne forte cōtentiones, æmulationes, animositates, dissensionēs, detractiōnes, susurrations, inflationes, seditiones sint inter vos. Ne iterū cū venero humiliet me deus apud vos, & luceā multos ex his qui ante peccauerūt, & nō egerunt pœnitentiā super immūditia & fornicatione, & impudicitia quæ gesserunt.

Omnia autem, quasi dicat, vera sunt quæ dico, Omnia autem, quæ dixi, & de reuelatione, & de tribulatione, Propter vestram ædificationem, dixi: vt pseudo repellatis, omnia propter vos feci. Timeo enim ne forte cum venero ad vos, Inueniam vos, tales, Quales non volo, id est incorrectos. Ideo præparate vos vt tales inueniamini quales volo. Et timeo ne, Ego inueniar, à vobis, Qualem me non vultis, id est contristans & puniens: sed timeo, Ne forte sint inter vos contentiones, de meritis prælatorum, vt de baptistis. Aemulationes, id est inuidiæ, in his qui minus habent. Animositates, in re petitione rerum & vltione. Dissensionēs, id est, odia inde orta. Susurriones, cum læteter feminat discordias. Detractiōes, detrahit quis ei quē odit. Inflationes, vt inflabatur illi qui maiora dona habebat. Seditiones, tumultus ad pugnam. Ne iterū. q. d. ideo timeo ne tales vos inueniā. Ne iterū humiliet me Deus, id est affligat me, Apud vos, cū venero ad vos: ita quod, Et luceā multos ex his, qui post baptismū, Ante, epistolā primā, Peccauerūt, & nō egerūt pniām, nō solū de prædictis, sed etiā, Super immūditia. .i. luxuria contra naturā, Et fornicatione, quæ fit cum meretricibus vel coniugatis, Et impudicitia, quæ fit cum liberis à viro, Quam gesserunt. q. d. assidue fecerunt. Nota q̄ ait, Nō egerūt pœnitentiā. Ad pniām agēdā nō sufficit mōres in melius cōmutare & à factis malis recedere, nisi etiam de his quæ facta sūt satisfaciatur domino per pœnitentiæ dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cordis sacrificium, cōoperantiis eleemosynis. Intueere etiam quod agunt homines pœnitentiā ante baptismū de peccatis suis prioribus, ita tamen vt etiam baptizaretur: sicut Petrus ait in Actibus Apostolorum, Agite pœnitentiā, & baptizetur vnusquisq; vestrum in nomine domini, &c. Agunt etiam homines pœnitentiā si post baptismum ita peccauerint, vt excōmunicari, & post reconciliari mereantur, sicut agunt in omnibus ecclesijs illi qui proprie pœnitentes appellantur. Est etiam pœnitentiā bonorum & humilium fidelū pœne quotidiana, in qua pectora tundunt, dicentes, Dimitte nobis debita, &c. Nō enī nobis ea dimitti petimus, quæ dimissa nō dubitamus in baptismo, sed illa quæ humanæ fragilitati quauis parua tamen crebra subrepunt: quæ si collecta cōtra nos fuerint, ita nos grauabūt & opprimēt, sicut vnū aliquod grāde peccatum. Quid enim interest ad naufragium, an grandi fluctu nauis operiatur & obruatur, an paulatim subrepens aqua in sentinam impleat nauem atque submergat? Ideo ieiunia, & eleemosynæ, &

Augustinus  
de trinitate

Augustinus.

orationes inuigilant, & quotidianam agere poenitentiam non cessamus, humiliamus animas nostras dicentes, Dimittere, &c.

CAPVT XIII.

**E**cce tertio hoc venio ad vos, & in ore duorum vel trium testium stabit omne verbum. Prædixi ergo & prædico vt præsens vobis & nunc absens his qui ante peccauerunt & ceteris omnibus, quoniam si venero iterum non parcam. An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Christus? Qui in vobis non infirmatur, sed potens est in vobis. Nam et si crucifixus est ex infirmitate, sed viuit ex virtute Dei. Nam & nos infirmi sumus in illo, sed viuimus cum eo ex virtute Dei in vobis. Vosmetipsos tentate, si estis in fide, ipsi vos probate. An non cognoscitis vosmetipsos, quia Christus Iesus in vobis est? Nisi forte reprobi estis. Spero autem q̄ cognoscitis, quia nos non sumus reprobi. Oramus autē Deum, vt nihil mali faciatis, non vt nos probati appareamus: sed vt vos quo bonū faciatis. Nos autē vt reprobi simus.

Ecce tertio, &c. q. d. Timeo ne tales vos inueniam. Et caute, quia, Ecce certū vobis quod hoc, Tertio, apparatu, Venio ad vos. Non ideo dicit tertio, q̄ iam bis venisset, sed quia bis paratus fuerat. Veniam dico, & tunc, In ore duorum vel trium testium stabit omne verbum, accusatorum. i. duobus vel tribus testibus approbatis. Si quid quæretur ad iudicandum aliquem, & si assertionem testium culpam inuenero, non parcam sicut prædixi bis, cū præsens fui, & modo prædico vt tunc bis prædixi. Et hoc est quod subdit, Prædixi enim & prædico, quoniam si iterum innenero, non parcam his qui ante epistolam, Peccauerunt, & ceteris omnibus, qui prius peccauerūt. Quidam codices non habent, qui, sed subintelligit. Ideo dicit se non parcere, quia post correctiones si nō se emēdat, nō debet parci eis. Hoc autē, Vt præsens, bis prædixi, ita, Et nūc etiam absens, prædico. Et quasi quis quæreret, poterisne? Subdit, An quæritis experimentum eius Christi, qui Christus loquitur, In me, & minas & oia. i. vultis experiri sicut Christus potest, vt nō dicam ego possum, sed Christus in me qui in me loquitur. Moris est diuinæ scripturæ personæ dei tribuere quod in nobis facit: sicut apostolus ipsam locutionem illi tribuit, cuius munere loquebatur in Christo, de quo subdit, Qui in vobis. i. inter vos, Non infirmatur sed potens est in vobis. i. nō infirmus: sed potēs apparuit ex his quæ inter eos fecit, cum dona dedit, quod experti nō dubitent se ab eo posse puniri. Quia viderunt in nomine eius mortuos suscitatos, demones fugatos, surdis auditū, mutis affatum, claudis gressum, cæcis visum esse redditū. Et vere potēs est, Nam & si crucifixus est ex infirmitate nostra. i. humanæ naturæ, Sed. i. tamen, Viuit, ex virtute dei id est ex ea virtute qua deus est. Illa est virtus diuinitatis. Talis enim erat illa susceptio, quæ deum hominē faceret, & hominē deum. Nam & nos. q. d. Bene dico q̄ viuit, & prius infirmus fuerit. Nam & nos, multo minores illo, Infirmi sumus in illo. i. ad imitationem eius multa patimur. Sed tamē licet infirmi sumus, Viuimus in illo: vel, Cum illo ex virtute dei. i. per eum habebimus potestatem à Deo, In vobis, Iudicādis. & hic & in futuro. Vel ita, Infirmi sumus in illo, hoc non mutatur, Sed viuit cum eo. id est, in simili beatitudine cum eo. Et hoc, Ex virtute dei, quod tale est, in vobis. i. in conscientijs vestris. Huic sensui concordat alia litera quæ est, Erga vos, vbi habetur, In vobis, quasi dicat, infirmi sumus in illo, id est multa patimur pro illo, vel ad imitationem eius à perfidis: sed per hoc, Viuimus cum ipso ex virtute dei, & ita infirmitas, Erga vos, credentes. i. penes vos. Quia si à perfidis infirmabantur apud credentes, non erat hæc infirmitas, sed profectus, quia hinc potentiores sunt fideles. Mors ergo illata à perfidis, vita est erga credentes: quia virtute dei resurgunt, vt viuant cum Christo. Vosmetipsos. q. d. & quia ego non parcam, & puniendi potestatem habeo. Ideo, Tentate. i. cōsiderate per actus, Vosmetipsos, vt quisq; seipsum cōsideret. cōsiderate, inquam, Si estis in fide: & si estis in fide, ipsi probate vos, an sitis in operibus bonis in quibus esse debēt fideles. Deinde quasi se cōsiderantibus ait, An nō, &c. q. d. Ideo probate dico, quia, An nō cognoscitis vosmetipsos. f. quia Christus Iesus, ex priori iustitia

Augustinus. in psalmo. iiii.

Ambrosius.

Augustinus de trinitate

Ambro.

Ambro.

tionem est, In vobis, per fidem, & bona opera. Est vtique, Nisi forte reprobi estis, ab eo quod prius habuistis. Spero autem, quasi dicat, Cognoscetis Christum esse in vobis, nisi reprobi estis: sed quicquid de vobis sit, spero, quia ex vita quam inter vos egi, Cognoscetis quia nos non sumus reprobi, nec à fide, nec à potestate: sed tamen, Oramus Deum, sine quo nihil boni habetur, Vt nihil mali faciatis, econtrario pseudo volunt & orant de vobis. Et non, oramus, vt nos pareamus probati, id est potentes in vobis exercendo potestatem in vltionibus: sed potius oramus, Vt vos faciatis quod bonum est. Nos autem simus, id est pareamus, Vt reprobi, quasi dicat, sine potestate, non habentes quid vindicemus: Hoc orat Apostolus, vt his bene agentibus in eis corripientia non inueniat, & sic reprobi appareant: probati enim videntur dum iudicant peccatores. Si ergo non sint quos iudicent cessante auctoritate, quasi reprobi videntur. Attende quod ait, oramus, Vt nihil mali faciatis, sed boni. Intelligenda enim est hæc gratia Dei, qua sola homines liberantur à malo, & sine qua nullum prorsus siue cogitando, siue volendo & amando, siue agendo faciunt bonum, non solum vt monstrante ipsa quid faciendum sit sciant, verum etiam vt præstante ipsa faciant cum dilectione quod sciunt. Hanc quippe inspirationem bonæ voluntatis & operis posebat Apostolus Corinthijs, cum dicebat, Oramus ne quid mali faciatis, &c. Quis hoc audiat & non fateatur à domino Deo nobis esse vt declinemus à malo, & faciamus bonum? Nō enim, ait Apostolus, monemus, docemus, sed oramus: quia sciebat hæc omnia non valere, quæ plantando & rigando faciebat in aperto, nisi pro illis exaudiret orantem qui dat incrementum in occulto. Quidam vero dicunt nos non debere petere à sempiterna maiestate, vt det nobis ambulare in via recta, & perseverare in mandatis, & placere illi in omni opere bono, & huiusmodi: Quia, inquiunt, hoc totum in nostra potestate est constitutum, & ita benedictiones nostras quas super nos facimus fratres mei euancuant, exinaniunt, elidunt, subscriptionem nostram quæ est amen. Quid dicis o noue hæretice? dicis quia non peccare in potestate sic habemus, vt hoc sine adiutorio diuinæ gratiæ implere possimus? Plane, inquit, liberū arbitriū ad hoc nobis sufficit. Quare ergo dixit Apostolus, Oramus? poterat dicere, Monemus, docemus, vel iubemus. quod si diceret, certum diceret, quia & voluntas nostra agit aliquid. Non enim voluntas nostra nihil agit, sed sola non sufficit. Maluit tamen dicere oramus, vt ipsam gratiam commendaret, vt intelligerent illi quando non faciunt aliquid mali, non solum sua voluntate se vitare malum, sed adiutorio Dei implere quod iussum est. Ergo quando præcipitur, agnoscite voluntatis arbitrium quando oratur quod præcipitur, agnoscite gratiæ beneficium. Vtrunq; enim in scripturis habetur.

Ambrosius.

Augustinus de cor. et gra.

Augu. contra pelag.

Ambrosius

Non enim possumus aliquid aduersus veritatē, sed pro veritate. Gaudemus enim quoniam nos infirmi sumus, vos autem potentes estis. Hoc & oramus, vestram consummationem. Ideo hæc absens scribo, vt non præsens durior agam secundum potestatem quam dominus dedit mihi in ædificationem, & non in destructionem. De cætero fratres gaudete, perfecti estote, exhortamini, id ipsū sapite. Pacem habete, & deus pacis & dilectionis erit vobiscum. Salutate inuicem in osculo sancto, Salutant vos omnes sancti. Gratia domini nostri Iesu Christi & charitas dei & communicatio sancti spiritus sit cum omnibus vobis, Amen.

Non enim, quasi dicat habemus potestatem, sed ne putetur etiam, iniuste damnari posse. subdit, Non enim, quasi dicat non valeamus iniuste vti illa potestate. Non enim possumus aliquid aduersus veritatem, hoc dicit quia non data est potestas contra iustitiam, scilicet vt arguat bene viuentem, Sed pro veritate, tuenda, scilicet vt vindicet legis inimicum. Gaudemus enim, quasi dicat non possumus contra veritatem, & hoc effectus indicat. Gaudemus enim, quasi dicat nos sumus infirmi, id est non exercentes potestatem cum nihil puniendum, Vos autem potentes estis. f. non timētes iudicium, quia bene agētes & vitia vincentes à vobis repellitis vindictam. & non solum gaudemus, sed, Etiam oramus, hoc. f. Vestram consummationem. i. vt in omnibus perfecti sitis. & quia hoc volo & oro, Ideo absens scribo vobis vt præsens nō agam, in vobis,

Ambro. Ambrosius.

Ambro. Ambro.

Ambro.

Durius, quàm volo: quod vtiq; possem, si mala faceretis, secundū potestatem ligandi & soluēdi, Quam dominus dedit mihi in ædificationē & nō in destructionē vestrā. i. vt vos ædificemini nō destruamini. Nec apostolus destruit si quādoq; arguit. Non enī destruuntur qui arguuntur vt corrigantur, sed correcti ædificantur. De cætero. q. d. de malefactis hucusq; correxi vos, De cætero aut̄ fratres gaudete. i. hoc agite vñ gaudiū sit & vt gaudeatis. Estote perfecti, in fide, & vos maiores, Exhortamini, ad idem minores: & vos minores, Idem sapite, cū maioribus: & vniuersi. i. maior & minor simul Pacem habete, ne sit prior discordia inter vos. & si hæc feceritis, Deus dilectionis & pacis. i. Christus qui ait, Pacē meā do vobis, pacē relinquo vobis. Et itē, Mandatū nouū do vobis, vt diligatis inuicē, Erit vobiscū. i. adiunās vos. Et vt pax sit inter vos, Salute vōs ipsos inuicem in osculo sancto, nō doloso. & sic debetis facere, quia ita sancti omnes optāt, & ego impero. Et hoc est quod subdit, Salutāt vos oēs sancti desiderātes, & quasi mecū dicētes hoc. s. Gratia domini nostri Iesu Christi. i. Christus gratis cōdonans peccata, per quod iustificamur & saluamur. Et charitas dei. i. deus pater charitatē dans vobis: cuius dilectio misit Christū, cui⁹ gratia saluat. Et cōcatio sancti spūs. i. spūs sanctus qui est cōmunis patri & filio, amborūq; vnio, Sit cū oibus vobis, tā correctis vt perseuerēt, quā incorrectis vt corrigātur. Vel, cōcatio sancti spūs cū oibus vobis. i. spūs sanct⁹ ita sit vobiscū, vt cōicet & cōferat vobis, & gratiā Christi, & charitatē dei. Vt enī possideam⁹ gratiā salutis quā Christus donat cōmunicatio facit spūs sancti. Hic enī dilectos à Deo & saluatos gratia Christi tuet. Trinitatis hic cōplectio est & vnitas potestatis. Et est dicere, Tota trinitas sit vobiscū, dans gratiā de cōmissis & charitatē, vt trium perfectio consummatio sit hominis in salutem. Amen.

Ambrosius.

Ambro.  
Ambro.  
Ambr.  
Ambro.

Argumentum in epistolam ad Galatas.

**G** Alatae sunt Graeci. Hi verbum veritatis primum ab Apostolo acceperunt, sed post discessum eius tentati sunt à falsis Apostolis, vt in legem & circumcisionem verterentur. Hos Apostolus reuocat ad fidem veritatis, scribens eis ab Epheso.

CAPVT I.



**P**AVLVVS Apostolus non ab hominibus, neque per hominem, sed per Iesum Christum & Deum patrem qui suscitauit eum a mortuis, & qui mecum sunt omnes fratres, ecclesus Galatiæ: gratia vobis & pax a Deo patre nostro & domino Iesu Christo, qui dedit semetipsum pro peccatis nostris vt eriperet nos de presenti seculo nequam secundum voluntatem Dei & patris nostri, cui est gloria in secula seculorum, Amen. Miror quod sic tam cito transferimini ab eo qui vos vocauit in gratiam Christi in aliud euāgeliū quod non est aliud, nisi sunt aliqui vos conturbant, & volunt cōvertere euangelium Christi. Sed licet nos aut angelus de cælo euangelizet vobis præter quod euangelizauimus vobis. anathema sit. Sicut prædixi & nunc iterum dico, si quis vobis euangelizauerit præter id quod acceperitis, anathema sit.

**P**AULVS Apostolus, &c. Hanc epistolam scribit Apostolus Galatis. Galatæ autem sunt Graeci. Galli enim in quādam Græcię prouinciā olim venientes Græcis se miscuerunt. Vnde illa prouincia prius gallogræcia, deinde Galatia appellata est. Vnde cum Græci acuti ingenij sint, illi tamen Galatæ stulti, & ad intelligedū tardiores erant, sicut & indociles Galli. Hi veritatem fidei & doctrinæ ab apostolo acceperant, sed post vt iudaizarent, à pseudoapostolis tem-

**A**tati sunt, multis modis eis persuadētibus vt legem euāgelio adderēt. Asserebāt. n. Christi fidē sine carnalib⁹ obseruantijs nō sufficere ad salutē, & Petrū & Iacobum & alios qui cū dño fuerant legis obseruantias cū euangelio miscuisse: ipsum quoq; Paulum aliud in Iudæa facere, aliud in gentibus prædicare. His atq; hmōi Galatas subuerterūt, adeo vt eis assentientes in legis obseruantias transirent. Iō hos Apostolus reuocat ad veritatem fidei Christianę, & doctrinę euangelicę, scribens eis ab Epheso de gratia de qua & Romanis scripsit, legem similiter venerantibus: sed Romanis tanquā sapientibus, altiori sensu & profundioribus vsus est argumentis. Istis vero velut minus sapientibus vsus est moderato sermōe: quibus etiam dicit. O insensati Galatę: vt sic eos reuocaret. Est ergo intentio Apostoli in hac epistola Galatas versutijs pseudoapostolorū circunuentos, ad fidei religionem & euangelij veritatem reducere. Mod⁹ talis. Salutationem præmittit, vbi cōtra detractores & de operibus legis gloriātes, de sua dignitate & Christi grā breuiter tangit, cōmendans personā suā quā pseudo deprimebant: post salutationē, de leuitate eos redarguit: post personā suā latius cōmendat: deinde legē multis modis improbat, dicēs eā nō esse tenendā post Chrūm, quia nō solū nō proficit ad iustitiā & salutē, sed etiā officit: tandē cōmendat euangelium & fidem Christi, quod sufficit ad salutem. Præmittens aut̄ salutationē prius cōmendat personā suā dicens, Paulus Apostolus, non electus vel missus ab hoibus. s. ab Anania, vt quidam dicebant vel ab aliis, vt quidam ab apostolis electi & missi fuerunt, & a Iudæis pseudoapostoli, Neq; cōstitutus per hoīem, purū: Sed per Iesum Chrūm & dñm patrem. i. a deo patre constitutus est per filium, qui est saluator & rex. Nō ergo cōtrarius est deo a quo per filium electus est & missus, vt dicitur in destructionem legis. Imponebatur enī illi quod cōtraria deo prædicaret, eo quod legē a deo datā defereret. Vel ita, Neq; constitutus per hoīem Chrūm. i. per Chrūm ex parte hoīem. i. mortalem: sed Per eū iā Iesum. i. ex omni parte immortalem iā suscitātū, qui non vt hō paulatim hoīes, sed totū simul eum per spiritum docuit: vt per hoc sit maior, per quod videbatur esse minor. Cæteri autem apostoli videbant esse maiores, quia priores: iste minimus, quia nouissimus. Sed inde apparet dignior, quia priores constituti sunt per Chrūm adhuc ex parte hoīem. i. mortalem: nouissimus vero Paulus per Chrūm iam totū dñm. i. ex omni parte immortalem. Et dominum patrem, qui hoc fecit per filiū. Atq; vt aperiret cum dixerit, neq; per hominem: subdit, Qui suscitauit eum a mortuis. Et ita dignius constituit me per immortalem Christum, quā alios per mortales: propter immortalitatē iam non homo dicitur Christus deus: propter substantiā vero naturæ humanæ in qua ascendit in cælū, etiā mediator dei & hominum homo Christus Iesus dicitur. Paulus in quā, Et fratres qui mecum sunt, dolentes de vestra seductione. Testes veritatis meæ, quibus oportet vos credere. & nō pauci, sed Omnes. Hoc ideo dicit, quia facile intelligit se errasse, qui à multis reprehenditur. Hi ergo omnes mecum mandant, Ecclesie Galatiæ hoc scilicet, Gratia, sit Vobis, id est remissio peccatorum, Et pax, mentis, & reconciliatio ad deum: & non aliūde, nisi A deo patre & domino nostro Iesu Christo, qui non est minor patre: quē iniuriōse æquatis legi, dum ipsum sine lege ad salutē nō sufficere asseritis, sicut nec legē sine eo. Sed ab ipso sine lege gratia est & pax, a quo secure quæ rēda est: quia ipse est Qui dedit, id est sponte obtulit, quia non est alius qui posset aperire librū nisi leo de tribu Iuda, Semetipsum, quia non erat digna hostia offerri Pro peccatis nostris, delendis: qui est initium saluationis. Quem ergo locū habet lex: nullum penitus. Dedit etiā ad hoc, Vt eriperet quasi vi quadā Nos, peccatis irretitos, qui rei eramus sub lege: De seculo. i. de cōformitate mundi huius qui nos allicit. i. malorū quæ in mundo cōmittuntur: cuiusmodi sunt insipientia, spurcicia, & infirmitas: a quibus nos eripit ille qui est sapientia, sanctitas, & fortitudo. Seculo dico Præsenti tanto plus capit nos dilectio, cū æterna nō videant. & Nequā, quod. s. ad nequitia trahit. At tēde quod præsens seculū dī nequā, nō ideo quod mūdus iste creatus a deo, malus sit sed quia in eo sunt mala, ex hoc sensu dī, Dies mali sunt, Dies Iacob pessimi, Mūdus in maligno positus. Tempora periculosa. saltus quoq; qui sunt pleni latronibus, & gladius quo cruor effunditur, & calix quo venenum temperatur, mala dicuntur: quia non solū tēpora, sed etiā loca & instrumenta malorum traxerunt infamiam, quæ in eis sūt Ita & seculū dī nequā, a quo Chrīs nos eripit. Et vt sit firmus quod de Christo dicit,

Ambro.  
Hierony.

Hieronymus

Ambro.

Augu.  
in lib. retrac.  
Augu.

Augu.  
in lib. retrac.

Augu.

Hierony.

Hiero.



subdit, Secū dū volūtātē. q. d. q. Chrūs dedit se & eripit nos: nō est pro meritis nostris factū: sed secū dū volūtātē dei patris nri. i. secundum bñuolētīā dei qui creauit nos: & beniuolus est. Cui. f. Chrō & deo p̄ri vni in essentia Est gl̄ia: de hac redēptione. In secula seculorū. i. semper. q. d. hoc testant̄ p̄sentes, & futuri testabūtur. Amē. hoc cōfirmationis nota est. Attēde quod in hac salutatione p̄s libauit aplūs, & cōmendationem suā & quid possit gr̄a dei, & quod lex nil cōfert. Miror. & c. Hic de leuitate eos reprehendit, quia ab euāgelio indiscrete trāsferūt ad legē. Et quia Galatia trāslatio dicitur, cōgrue ex ipso noīe, huius reprehēsiōis occasione sumit. q. d. Cū hęc p̄dīcta bona ex Chrō sint, Miror, quia prius bñ instructi fuistis, Quod sic. i. tā vehemēter, & Tā cito. i. tā breui tēpore, quasi insensati a pseudo Trāsferimini. i. vltra Chrūm in legem ferimini. Vñ miror: quia mirū est de lētitiā cōfugere ad exitia, cū paulatim proficiendū sit, A quo autē & in quid trāsferūtur, ostendit subdēs, Ab eo, scilicet deo. i. a fide ei⁹, Qui vos auersos Vocauit, per p̄dicationē In grām Christi. i. in bona gratuita quæ Chrūs dat. Trāsferimini in aliud euāgelīū, in legē quæ putat euāgelium: & est contra meā p̄dicationē, secū dū quod pseudo eā seruari docēt: tū secū dū veritatē spūalē intelligētīā nō est alia. Vñ subdit, Quod tñ, euāgelīū. i. lex, Nō est aliud secū dū spūalē intelligētīā, nec vobis aliud videt̄ Nisi sint. i. essent aliqui qui vos cōturbent. i. cōturbent purū fontē vestri sensus. Hi erāt pseudo apostoli qui dicebāt aliud euāgelīū esse legē Moyī quā Chrī euāgelīū: & hoc ad inuidiā aplī. Et, illi tales Volūt cōuētere. i. ad hoc tēdūt vt cōuertant Euāgelīū Christi, penitus in legē. i. spūalia cōuētere volūt in carnalia. Sed licet. q. d. ipsi ad hoc tēdūt. Sed licet nos, apostoli, nō dico de illis tantū. Aut angelus, malus, vel bonus, veniēs, De cælo, vt credibilior sit, Euāgelizaret vobis. i. annūciat vobis aliquid quod putet̄ bonū: quod sit nō dico plus, sed Præter quam illud est quod Euāgelizauit vobis, fide verū, vsu honestū, fide cōmodū. Anathema sit. Nota quod nō iō ait, nos, vel angelus, qui bonus potest intelligi, quod hoc contigerit vnquā, sed adeo certus est de veritate euāgelij sui, quod et̄ angelus si aliud nūciaret, nō crederet, sed anathematizaret. Attēde etiā quod nō ait plū quā accepistis: sed, præter quā accepistis. Nā si illud diceret, sibi ipse p̄iudicaret, qui cupiebat venire ad quosdā quibus scribebat: sicut ad Thessalonicenses, vt suppleret quæ illorū fidei deerant. sed qui supplet, quod minus erat addit, nō quod inerat tollit. Qui autē prætergredit̄ fidei regulā, non accedit in via, sed recedit a via. Sicut, & c. A maiori infert. q. d. Quādo quidē vos vel angelū excōmunicarem, magis pseudo excōicandi sunt: & hoc est, Sicut mō Prædixi, de vobis vel angelo. Et nūc iterū dico, de istis. f. pseudo aplīs. f. quod si quis illorū, & c. Vel ita. Et sicut olim p̄fens vobis Prædixi, & nunc absens iterū dico quod si quis gñaliter quicūq; sit euāgelizauerit vobis præter id quod accepistis, a me, Anathema sit. Quare hoc: quia aliud euāgelizās de priuato vult pluere nō de medio & hoc forte hō carnali nebula p̄peditus, etiā a fonte cōi ad propriā suā falsitatē reductus, possit facere, nunquā & angelus. Vere si angelus de proprio fluens in paradiso nō eēt audit⁹, nō p̄cipitaremur ī mortē. media aqua posita erat oib⁹ p̄ceptū dei, a qua quodāmō publica erat, & sine fraude, sine labe, sine cœno fluebat. Sed venit angelus de cælo lapsus, species factus, quia insidiose iā venenū spargere cupiebat, & emisit venenū de proprio: locutus de suo, Gustate, & eritis sicut dij: & illi appetentes quod nō erant, amiserūt quod acceperāt. Hic videndū est quō dicit̄ anathema. Hoc verbū pro maledictō poni, & vulgo dī deuotatio. Nā deuotare se quāquam nemo fere dicit nisi maledicens. Vñ illud est, & anathematizauit eū, & ciuitates eius: & vocatū est nomen loci illius anathema. Hinc dictū est, vt anathema detestabile aliquid & abominabile videat̄. Vt. n. nil inde victor in vsus suos auferret, sed totū in pœnā luendam vocaret, hoc erat anathematizare, quod vulgo dicit̄ deuotare. Origo autem huius verbi, est in græca lingua ab his rebus quæ votæ & persolutæ. i. promissæ & redditæ sursum ponebantur in templis: & est dictū a poc tou anathene. i. sursum ponere.

Modo enim hoibus suadeo an deo? An quæro hoibus placere? Si adhuc hoibus placere, Christi seruus nō essem. Notū. n. vobis facio fratres euāgelīū quod euāgelizatū est a me: quia nō est secū dū hoīem. Neque. n. ego ab hoīe accepi illud neque didici: sed per reuelationē Iesu Christi. Audistis eī cōuērationē meā

Ambr.

Augu.

Augu.

Aug. in psal. ciii.

Augustinus in lib. quæst.

aliquando in iudaismo: quoniam supra modum persequer bar ecclesia dei, & expugnabā illā, & proficiebā in iudaismo supra multos coætaneos meos in genere meo, abūdantius æmulator existens paternarum mearum traditionum.

Modo enim. q. d. ideo dico vt sit anathema aliud euāgelizās, quia Suadeo ego mō Homīnib⁹ an deo. i. ad honorē hominū ante dei, nō hominū, sed dei quæro honorem: ideo dicit, Mō, quia olī dū dixit hominē ex lege iustificari, hominis gloriā & inutilē dei gratiā p̄dicauit: Hic etiā inuit hoc facere illos seductores. f. pseudo vt laudarentur a Iudæis, quos nō timet offēdere Paul⁹ pro gloria dei: quo veniēte, cessat lex. Vñ de subdit, Aut quæro hominib⁹ placere, sicut quādo literas a principib⁹ sacerdotū ad occidēdū Christianos accepi: nō quia Si adhuc hoibus placere. i. placere vellē vt tūc volebā, Nō esse seru⁹ Chrī: q. mō sū: & ideo eos excōmunico. Attēde q. ait, si hominib⁹ placere & c. Ex his enim verbis quidā putāt sibi in bene viuēdo sufficere cōsciētīā & quid de his existimet ali⁹, nō valde curāt: sed cōsciētīa corā deo ē necessaria, cōuēratio autē corā proximo: quæ si negligētī⁹ agitur, Iēdit exēplo: vt verbi gratia, Si quis bonæ cōsciētīę corā infirmo in idolio comedat, quātuis recte credēs hoc faciat, tamen perturbatur infirmi cōsciētīa. Quid autē prodest si vter cōsciētīa tuę hausit aquā purā, & ille de tua negligētī cōuēratione bibit turbatā? Alij aquā turbas, pascua concucas: sed attende ne tibi aquā turbes negligentia cōuērationis tuę. Vñ alibi ait A plūs Placete oībus per oīa, sicut & ego omnibus per omnia, placeo. Itē: Sine offēsiōe esto te Indæis & gētibus & ecclesīę dei. Itē, Prouidem⁹ bona, nō solū corā deo, sed etiā corā hoīb⁹. Dicit ergo mihi aliquis, Expone mihi quō intelligā ista quæ diuersa atq; cōtraria vidētur, videlicet q. hic ait Apostolis, Si hoibus placere, & c. & Placete hoibus & c. Si trāquillī⁹ audias, ū tibi ipsi aquā tuę mētis nō perturbes, quātū potero fortassis exponam. Sūt ergo homines temerarii iudices detractores, susurriones, murmuratores quærentes suspicari quod non vident, quærentes etiam iactare quod non suspicantur contra tales sufficit testimonium conscientie nostræ, neq; etiam in alijs quibus place volumus, gloriam nostram quærimus vel quærere debemus, sed illorum salutem, vt nos bene ambulantes imitando non errent, etenim non nos sed dominum laudēt, qui nos tales fecit. Nunē ergo vtilitatem vel gloriā nostram quærimus, cum placere hominibus volumus: sed gaudemus eis placere quod bonum est, propter illorum vtilitatem non propter nostram dignitatem. Itaq; Apostolus. Et non se hominibus recte placere dicebat, quia in eo ipso vt deo placere intuebat̄, & placendū esse hominibus recte p̄cipiebat, non vt hoc appeteret tanquā merces recte factorū: sed quia deo placere nō posset, qui non se his quos saluos fieri vellet, imitandum p̄ebet. Et sicut in Apostolo ista contraria videbantur, sic & in euāgelio illa contraria videntur. Dixit enim, Luceant opera vestra corā hominibus & c. Et item, Nolite facere iustitiā vestram coram hominibus & c. Vbi eos arguit qui ita ventilant opera sua, vt finem bonorum operum suorū in laude hominū ponant: eandēq; laudem, quāsi pro mercede computāt operū suorū. Ideo ait, vt videamini ab eis. q. d. nolite sic facere corā hominibus quicquid boni facitis, vt videamini ab eis. i. vt ipse sit finis boni vestri videri ab eis: nolite hic facere finem: vltra porrigite intentionem. Notum enim. q. d. ideo, non suafero. i. nō placeo hominibus, sed huiusmodi excommunico, quia euāgelium quod p̄dico non est secundum hominem: quod ita ait, Notum vobis facio fratres euāgelium quod euāgelizatū est a me, non est secundum hominem, docentem me, vel mittentem. hoc dicit, ne forte dubitent. Et respicit hoc ad id quod supra dixit, suam personā commēdās. f. non ab hominibus, neq; per hominem. Et vere non est ab homine, Neq; ego accepi illud ab homine, vt nemo me eligeret ad euāgelizandum, vel mihi iniungeret. Neq; didici ab homine docente me: sed Per reuelationē Christi Iesu. i. per Chrūm Iesum omnia clara esse ostendētem. Audistis enim. q. d. Vere non didici ab hoīe, quia neq; ante cōuersionem, neque post: quod non ante, vos ipsi scitis ex factis illius temporis. Audistis enim cōuersionem meam aliquādo. scilicet dum infidelis eram: quam habui In Iudaismo, scilicet dū Iudæice viuēbam, scilicet, Quoniam supra modum, aliorum Prosequer bar, fugando ecclesiam dei id est Christianos: & Expugnauī illam, id est fideles affligēbam pœnis in corpore, Et proficiebā in iudaismo. implendo legem & de-

Ambrosius

Augustinus in lib. de ou.

Augustinus in lib. de ser. in monte.

Augustinus in lib. de ou.

Ambrosius

sendendo eam. Proficiebā dico Supra multos, nō dico fenes, sed Coetaneos meos qui pl<sup>9</sup> Laborabāt quā fenes: & nō dico supra multos profelitos, sed qui sunt In gnē meo, f. Iudæorū: & qui pri<sup>9</sup> in illis legalib<sup>9</sup> tātū valui: iā illa reliqui: iōq; vos meo exēplo ab eisdē recedite. Abūdātius. q. d. proficiebā in Iudaismo super alios: ego dico Etia<sup>9</sup> abūdātius, alijs. Existēs: i. exēplū alijs, Aemulator .i. imitator paternarū traditionū, quas. f. boni patres addiderunt, Vt mearū, quia eas quasi proprias mihi feci, eis studiose feruiens, in quo arbitrabat obsequi deo. Habebat. n. Aplūs zelū dei, sed nō secundū sciam, & prēuidit de<sup>9</sup> eius volūtate, vel æmulatione, sed deesse sciam: & prēuidit eum idoneū, quia qui tā fidus erat in re minima, cōstantior esset in re maxima: & iō. f. vt cōstantior esset in re maxima, præuenit eū vocando per gratiam.

Ambrosius

Ambro.

Cū autē placuit ei qui me segregauit ex vtero matris meæ, & vocauit per gratiā suā vt reuelaret filiū suū in me, vt euāgelizarem illum in gentibus, continuo non acquieui carni & sanguini, Neque veni Hierosolymā ad antecessores meos apostolos, sed abi in Arabiā: & iterum reuersus sum Damascū. Deinde post annos tres veni Hierosolymā videre Petrum, & mansi apud eum diebus quindécim. Alī autē apostolorū vidi neminem, nisi Iacobū fratrem domini.

Cū autē placuit. q. d. añ cōuersionē apparet me nō didicisse, sed nec post didici ab homine euāgelīū, sed a deo tātū: & hoc est quod ait, Cū autē placuit ei. f. deo, qui pro placito suo fecit, nō pro meo merito, Qui me segregauit, ad Iram, De vtero matris meæ, vt in me. i. in mea cōuersione Reuelaret filiū suū. i. ostenderet quāz potentia & bonitatis esset filius suus. Vel, Reuelaret filiū suū in me. i. in mea intelligētia, vocauit me de mala via in bonā: nō per meū meritū, sed per gratiā suā, & ad hoc vtiq; vocauit, Vt euāgelizare illū. i. filiū in gentibus: & ipse vtiq; qui me nasci fecit: ad hoc ducere me potuit, Ante. n. quam aliquis nascat, scit deus quis futurus sit & qualis. Vnde de Hieremia legitur, Priusquam te formarē in vtero, vocaui te. Qui ergo præsicit futuros ante quā sint, eū vult nasci facit vt sint: & iā natos quos vult per gratiā vocat, vt iusti sint sicut Paulū vocauit per grām vt annūciaret Chrūm. Vt ergo totū ostēderet esse a deo f. quod est, & quod iustus est, ait: Segregauit & vocauit. Cōtinuo, & c. q. d. vocauit me, & reuelauit filium suū, & cōtinuo prædicauit vt instructus a deo: & iō non aliud tenedū quā prædico, nec hoībus credendū, sed deo qui me vocauit: & hoc est quod ait, Continuo non acquieui, & c. Vel mystice potest intelligi illud, Segregauit me de vtero mris meæ. Mater. n. intelligit synagoga: vterus matris & secretarij, sunt Pharisei, de nūero quorū segregatus est: & est. Cū autē placuit ei qui me segregauit de vtero mris meæ, id est de nūero Phariseorū, qui erant secretarij synagoga, Vt reuelaret filiū suū in me vocauit me per gratiā suam ad hoc, vt euāgelizarem illū in gētibus, hoc nō mutatur. Et ego Continuo non acquieui: non ait, non cōtinuo acquieui quasi non tunc, sed post acquieuerit: sed ait, Continuo non acquieui carni & sanguinis. i. vitijs: sed potius respici vitia. Vel per carnē & sanguinem accipit propinquos genere. f. Iudæos, quibus nō consensit in legis obseruationem & christianorum persecutionem. Nec veni Hierosolymam ad antecessores meos apostolos. i. qui ante me crediderunt: & ita constat, quod nō ab eis didici euāgelīū, cum ad eos non venerim, quia nō erat op<sup>9</sup> electo a deo. Sed abij, prædicare euāgelium, In Arabiam, vbi nullus apostolorum prædicauerat. Et iterum reuersus sum Damascum, vbi ipse adhuc rudis prædicauerat. Deinde post annos tres veni Hierosolymam videre Petrū, non discere aliquid ab eo, sed videre eum propter affectum apostolatus, & vt Petrus sciret me fore sibi coapostolū. Et apud eū diebus quindécim mansi, receptus ab eo vt verax & coapostolus. Per hoc ostendit se nullo modo dissentire ab alijs apostolis, vt susurrabāt sui æmuli. Alī autē apostolū neminem vidi: & ita constat, quod nec ab alijs didici. Neminem vidi dico, Nisi Iacobū fratrem domini. Hic est Iacobus minor, qui dictus est frater domini, ideo quia hic Iacobus filius fuit Ioseph, qui pater Iesu dictus est: sed non est hoc ratum, cū Ioseph virgo fuisse credatur. Alia ergo causa quæreda est, quare frater domini dictus sit, sicut Ioseph, & Simon, & Iudas. Vnde & in Euangelio dicitur: Ecce pater tuus & mater tua & fratres tui & c. Vt ergo liqueat quare fratres dicantur, Sciendum quod Maria mater domini, Ioachim & Annæ filia fuit, quæ nupsit Ioseph, & ita Ioseph fuit putatiuus

Historia de tribus Mariis Hieronymus ad Heluidiū.

pater Christi. Mortuo autē Ioachim Cleophas frater Ioseph eadē Annā accepit vxore, & genuit ex ea filiā quā vocauit Mariā, quæ nupsit Alphæo, qui genuit ex ea quatuor filios. f. Iacobū, Ioseph, Simonē, Iudā. Mortuo autē Cleopha, quidā Salome eadē Annā duxit, & generauit ex ea filiā, noīe Mariā, quæ nupsit zebedæo, & habuit ex ea filios. f. Iacobū, qui dictus est maior, & Ioanē euāgelistā. Tres igitur viros Anna habuit & tres filias. Nūc videndū est quare Iacobus Alphæi, & minor dictus sit, & frater dñi. Minor dictus est ad differentiā Iacobi zebedæi, qui maior est dictus, non secundū tempus, sed quia prius secutus est dñm. Itaq; Iacobus Alphæi minor dict<sup>9</sup> est, quia eo posterius Chrō adhæsit. Frater vero dñi dictus est, vt quibusdā placet, quia filius fuit materteræ Christi, Vel propter similitudinē factitatis, vel poti<sup>9</sup> quia nepos fuit patris Christi. i. Cleophae. Hebræi. n. germana cōsanguinitate ex parte patrum cōiūctos, fratres vocant. Vñ Hieronymus. Fratres dñi dicit intelligi hunc Iacobum, & fratres eius his verbis. Quidā sequētes deliramenta apocryphorum suspicant fratres dñi foris stātes esse filios Ioseph de quadā muliercula: sed cōsobrinos fratris saluatoris hic intelligere debemus. f. filios Alphæi & materteræ ei<sup>9</sup> matris Iacobi minoris, & Ioseph, & Iudæ. Quatuor enim modis in scripturis diuinis fratres dicuntur. f. natura, gente, cognatione affectu: natura, vt Esau & Iacob: gente, vt oēs Iudæi fratres dicunt inter se. Vnde in Deuteronomio, Si. n. is fratrem qui est Hebræus & c. Et item. Constitue super te principem quem dominus elegerit, eū qui sit de fratribus tuis. Porro cognatiōe fratres vocantur, qui sunt de vna familia, cū ex vna radice turba diffunditur, secundum quod Abrahā in Genesi fratrem appellauerat Loth, dicens, Nō sit rixa inter me & te quia fratres sumus: & Iacob & Laban dicunt fratres. Affectu etiā fratres dicunt, secundū quod omnes Christiani fratres vocant: vt ibi, Ecce quā bonū & quā iucūdū habitare fratres in vnū. Et dñs ait, Vade, & dic fratribus meis. Porro in cōe oēs hoīes fratres dicunt: quia ab vno parēte nati sunt. Illo ergo fratres Christi appellatos intelligos cognatiōis priuilegio. Iacobus frater dñi, vel ex filijs Ioseph de alia vxore, vel ex cognatione Mariæ matris eius debet intelligi.

Beda.

Augustinus Hiero. cōtra Manicheos.

Hic ad Hel.

Quæ autē scribo vobis: ecce coram deo quia nō mentior. Deinde veni in partes Syriæ & Ciliciæ. Eram autē ignotus facie ecclesijs Iudæ, quæ erāt in Christo. Tātū autem auditū habebant, quoniam qui per se quebatur nos aliquando, nunc euāgelizat fidem quam aliquando expugnabat, & in me clarificabant deum.

Quæ autē, nūc Scribo vobis, de me, Ecce, oībus patet Quia nō mentior, & hoc dico Corā Deo. i. teste deo. Iurat Apostolus vt credat quod dicit: quod proficit istis. necessitate cōpulsus iurat, quia nisi hoc faceret, non crederent ei, quibus non expedit vt non credant, immo expedit vt credant. Et video quia plus est hoc, quā, est, est: nō, non: sed hoc quod amplius est, a malo est: & si nō a malo iuratis, a malo est nō credentis. Ideoque nō ait, si quis amplius facit, malū est, sed quod amplius est, a malo est. Deinde veni, prædicare In partes Syriæ, & Ciliciæ: erā autē ignotus facie. i. præsētia corporis, Ecclesijs Iudæ, quæ erant in Chrō. i. in fide Chrī, per quod patet quod nec ecclesiæ Iudæ me docuerunt, quæ. f. erant per se, nō ammixtæ ecclesijs gentiū. Tātū autē habebant auditū, de me. i. quod de me audierant, memoriæ mandauerant, hoc. f. Quoniam qui per se quebat nos aliqñ. f. dū infidelis erat, Nunc euāgelizat fidē, Christi, quam aliqñ expugnabat. Et quia de re difficili magna nascitur admiratio, subdit, Et in me. i. in mea conuersione Clarificabant: vel, Magnificabant dñm. i. magnificū prædicabāt, qui gratia sua me conuertit: vel Clarificabant deū in me. i. meo exēplo prædicātes, vel gratias agētes deo, in quo eis profui.

Augustinus.

Augustinus. super epi. apo. Ito. Iacobi.

Augustinus.

CAPVT II.



Deinde post annos quatuordecim iterum ascēdi Hierosolymam cum Barnaba assumpto & Tito. Ascendi autem secundū reuelationem: & contuli cum illis euāgelīū quod prædico in gentibus. Seorsum autē hijs qui videbātur aliquid esse, ne forte in vacuum currerem, aut currissem. Sed neque Titus qui mecum erat, cum esset gentilis compulsus est circūcidi: sed propter subintroductos falsos fratres qui subintroierūt explorare



libertatem nostram quam habemus in Christo Iesu, ut nos in seruitutem redigerent. Quibus neque ad horam cessimus subiectioni.

Deinde post annos quatuordecim, a Christi passione, qui fuerunt post praedicationem Syriae & Ciliciae, cum quaestio esset de lege, utrum tenenda esset an non. Iterum ascendi Hierosolymam, non ait, sed, Ascendi, pro situ terrae. Ascendi, dico, cum Barnaba, qui de Iudaea erat. Assumpto Tito, qui de gentibus, quod dicitur hinc inde testes habui, quibus patet falsum esse, me aliud gentibus aliud Iudaeis praedicare. Ascendi autem, non solum mea dispositione, sed secundum revelationem dei. & non dico didici ab illis tanquam a maioribus: sed, Contuli cum eis tanquam amicis & paribus Evangelium Christi, quod Praedico in gentibus: hic fecit pro assertionem praedicationis, quia multis erat scrupulus in doctrina apostoli, perturbatibus Iudaeis. Per hoc ergo quod ait. Et contuli cum illis, ostendit se non habuisse securitatem evangelii, si auctoritate Petri esset & aliorum roboratum. Apulus. n. Paulus post Christi ascensionem, de caelo vocatus, si non apostolus conuocaret, & cum eis euangelium conferret, quo eiusdem societatis esse appareret, ecclesia illi omnino non crederet: sed cum cognouissent eum hoc annunciante quod illi, & in eorum conuentione & unitate uiuente, accedebat etiam per eum talibus signis, qualia & illi operabantur, ita eum domino commendate auctoritate meruit, ut uerba illius sic audiant in ecclesia tanquam in illo Christo uerissime loquutus audiat: sicut ipse dixit, Non pro his, inquit. tantum rogo. i. pro discipulis qui cum illo tunc erant, sed & pro eis qui per uerbum eorum credituri sunt in me: ubi omnes suos intelligi uoluit non solum qui tunc erant, sed etiam qui futururi erant: quotquot enim postea crediderunt in eum, crediderunt per uerbum eorum. s. apostolorum, i. per euangelium. Quisquis. n. in Christum credit, euangelio credit, quod dictum est, esse uerbum eorum, quia ab eis est primitus ac precipue praedicatum. Iam. n. ab ipsis praedicabatur, quoniam per reuelationem Christi ipsum uerbum eorum Paulus accepit, & per hoc uerbum, & si non per eos. Cum accepisset a deo illud, credidit Paulus: uerum & contulit eum illis euangelium, & dexteras accepit, quia illud uerbum cum eis, & si non per eos habuit. Ipsa. n. collatio uerba doctrinae speciem excussa omni lepra uarietate monstrauit. Leprosi. n. quos dominus in euangelio curasse legit, & misisse ad sacerdotes ut se eis ostenderent, non absurde intelligunt, qui sciam ueram fidei non habentes varias doctrinas profitemur erroris. Nulla porro falsa doctrina est, quae non aliqua uera intermiscat. Vera ergo falsis inordinate permixta in una doctrina significat lepra, quae uerum corporis colore diuersis locis uariat atque maculat. Ut ergo apostoli praedicatione ab omni corruptionis lepra libera monstrarent, cum alijs apostolis contulit euangelium. A liter. n. non crederet ecclesia ei, qui non fuerat cum domino. Seorsum autem. q. d. Contuli cum illis euangelium. Sed seorsum. i. separatim contuli cum his qui uidebant aliquid esse. i. aliquid auctoritatis. non publice coram omnibus, ne fidelibus ex Iudaea qui putabant legem esse seruandam, fidei scandalum nascere. Seorsum etiam illis exposuit euangelium, cum iam exposuisset coram omnibus: non ideo quod aliqua falsa dixerit, ut seorsum paucioribus uera diceret: sed propter infirmos qui non possunt omnia capere, quibus aliqua tacuerat dicenda perfectis. Aliquid. n. aliquid uerum tacere licet. Ne forte. q. d. contuli cum eis, Ne forte in uacuum curre aut cucurrissem. i. ne putarer praedicasse inutiliter. Praedicationis uero opus appellatur cursum pro torrenti eloquio, sed neque. q. d. non solum in collatione probatur sum, sed etiam Titus qui mecum erat, cum esset gentilis. Neque compulsus est, rationibus eorum Circumcidi. i. non potuit extorqueri a me ut circumcidere, sed susceptus est ab apostolis in societate circumcisorum. Cur ergo uultis uos Galatae circumcidi? cur uultis a gratia recedere ad legem transire? Sed propter & c. q. d. Non solum Titus non est compulsus circumcidi, sed neque ad horam, in aliquo, Cessimus quasi conuicti de lege, subiectioni eorum, ut eis subijciamur, qui legalia salutis necessaria praedicabant. Cum autem alibi cesserit, ut in circumcissione Timothei: cur non hic cessit? Respondet & ait, Propter falsos fratres, qui se fingunt amicos, subintroductos. i. in locum ubi erant apostoli latebre introductos a Iudaeis. Quod. n. infideles per se non poterant, per falsos fratres moliebantur, quos sub specie religionis miserant, ut explorarent quae libertas esset nobis in fide Christi. Vnde subdit, Qui. s. falsi fratres subintroierunt. i. ut sub habitu pacis & humilitatis introierunt, aliud querendo, aliud fingendo. Explorare libertatem nostram, ut scilicet accusarent libertatem nostram, Quam habemus in Christo Iesu id est in fide Christi, non ut eam tenerent, sed ut aliqua contentione ab ea Nos redigerent in seruitutem legis, id est in carnales obseruantias, a quibus liberati sumus per fidem Christi, quod si esset, ueritas euangelij apud gentes non maneret, sed omnes

Hierony.  
Augusti.  
contra Fau.  
super Ioan.

Augustinus.  
in lib. quaest.  
euang.

August.  
contra Fau.  
Hierony.  
Hieronymus  
Augustinus

Augu.

Ambro.

Ambrosius.

indazarent: & ideo hic ubi assertionem praedicationis suae conferebat, nullatenus uoluit cedere, ut ueritas praedicationis monstraret. Et nota quia in his omnibus & se commendat, & legem non tenendam comprobatur. Vnde subdit.

Ut ueritas euangelij permaneat apud uos. Ab his autem qui uidebantur esse aliquid, quales aliquando fuerint nihil mea interest. Deus enim personam hominis non accipit.

Ut ueritas & c. q. d. iohannes in nullo cessimus, ut, ita ueritas euangelij permaneret apud uos. ueritas. n. euangelij, Christi est gratia. Iohannes. n. hic non cessit circumcidendo Titum, ne occasione daret eis, qui sine illa circumcissione dicebant, credentes saluos esse non posse, & ad deceptionem gentium hoc etiam Paulum sentire iactabant. Ibi uero ubi non obfuit, circumcidit Timotheum pro scandalo Iudaeorum, ne Iudaeis sic uideretur circumcissionem detestari sicut idololatria detestanda est: cum illam deus fieri praeeperit, hanc satanas persuaserit. Iohannes ergo non fecit in Tito quod in Timotheo, ut ostenderet illa sacramenta nec tanquam necessaria debere appeti, nec tanquam sacrilega debere dari. Vel secundum aliam litteram. Quidam. n. Latini codices non habent neque, secundum quod ita potest legi. q. d. Titus non est compulsus circumcidi, sed, alibi, ad horam cessimus subiectioni: ut in circumcissione Timothei. Reddit autem causam quare compulsus est facere quod uolebat. s. pro scandalo Iudaeorum, praeniciens calumnias falsorum fratrum, qui parati erant commouere seditionem, si illum filium Iudaeae incircuncisum ordinaret episcopum: & hoc est quod ait, Cessimus, dico, propter falsos fratres qui subito introierunt, in locum ubi ego cum Timotheo & alijs eram. Qui introierunt explorare libertatem nostram, quam habemus in Christo Iesu. i. ut nos redigerent in seruitutem legis: quod cum facere nequirent, populum contra nos excitare moliebant: & iohannes cessimus subiectioni eorum, circumcidendo Timotheum. Ad horam cessimus ita ut ueritas euangelij permaneret apud nos, quae habet quod neque circumcisio aliquid confert, neque praeprium, sed fides: hoc enim erat apud Iudaeos, quia credentes circumcidebant filios suos. Attende diligenter quod Ambrosius illam litteram improbat, quae dicitur nec ad horam cessisse, cum dicat se cessisse, nec ad horam, ita dicens: Titum supra dixit, non esse compulsum circumcidi: & subiicit dicens, Sed propter subintroductos falsos fratres, & c. quibus uerbis quid iam sonat nisi quia ad horam cessit propter illos? Si autem propter illos falsos fratres non cessit, sicut legitur in quibusdam codicibus, non uoluitate non cessit: nam cessurum significauit, si illi non essent: sed propter illos subintroductos falsos fratres non cessit. Si ergo cedendum non fuit, quare falsi fratres dicuntur, quorum beneficio non fecit quod faciendum non erat? Ergo si hoc est, beneficium praestiterunt apostolo, quia horum causa non cessit, cum ecclesiae non deberet. Cur igitur exploratores dicti sunt si hoc illum facere uolebant quod facturus erat? sed propter istos non fecit, sunt autem non erat facturus, sine dubio propter istos fecit. Littera hic indicat quia cessit: & historia factum exclamat. Quod. n. ad horam negaret se cessisse, cum probetur propter Iudaeos Timotheum circumcidisse: Ille. n. posset defendere se nec ad horam cessisse, qui nunquam inueniret cessisse. Nec ad horam. n. cessit qui nunquam cessit: quod si aliquando cessit, quomodo nec ad horam? Cur etiam dicit se cessisse propter falsos fratres, si per se facturus erat? aut. n. cessurus propter falsos fratres non cessit, aut non cessurus propter falsos fratres cessit. Vnde. n. ex his duobus restat intelligi. Cessit ergo inuitus, non sponte, propter illos faciens quod per se non faceret, humilians se legi circumciso Timotheo, ut dolus & scandalum Iudaeorum cessaret: qui parati erant commouere tumultum & seditionem, si illum filium Iudaeae incircuncisum susceperet, & episcopum ordinaret. De filiis autem Graecorum non erat scandalum, quia epistola apostolorum inde data erat, ubi dicebatur non oportere eos circumcidi. Sed Iudaei credentes circumcidebant filios suos, nec epistola apostolorum hoc uetabat, nec de his aliquid significauerat. Vnde nec Titus est compulsus circumcidi, qui de Graecis uel gentilibus erat: sed Timotheus filius Iudaeae propter exploratores circumcisus est. Per hoc. n. quod illum circumcidit, & non illum, ostenditur, quia illa legalia nec salutis necessaria sunt, nec sacrilega: ita ut ueritas euangelij maneat. s. quia in Christo neque praeprium neque circumcisio aliquid ualet, sed fides quae per dilectionem operatur. Ab his autem, quau dicat, de collatione euangelij refero ad commendationem meam. Sed quales, id est, quam idiotae fuerint, ad comparationem meam.

Ambro.

Ambrosius

Ambrosius.

Ambrosius.



Aliqn̄. f. dñi in lege erant, antequā essent apostoli illi, Qui videbant esse aliquid. i. aucto-  
 licius auctoritatis: quia cū dño ambulauerunt, & transfiguratiōi eius interfuerūt, Vi-  
 debant dico, Ab his. f. Falsis, fratribus: quia qui vident esse aliquid, carnalibus boibus  
 videntur esse aliquid. Nā ipsi nō solū aliquid, & si nō boni ministri dei sunt, Chrūs in  
 illis est aliquid, nō ipsi per se: nā si ipsi per essent aliquid, semper fuissent aliquid. Qua-  
 les, aut, Aliqn̄ fuerūt: quia ipsi & peccatores, & idiotæ fuerūt, Nil mea interest, referre,  
 i. nil mihi prodest in hoc statu miseræ, quia præterita nec profunt nec obsunt. Innuit  
 tñ se præualuisse. Dicēdo. n. Quales aliqn̄ fuerūt: indicat se in legalibus præualuisse il-  
 lis: sed nil tñ ijs profuisse, & iō Galatis nō sunt curanda legalia. Deus &c. q. d. Iō nil  
 mea interest, quia Deus nō accipit personam hoīs, magnā vel paruam. i. sine persona  
 rum acceptione omnes ad salutē vocat, non reputans illis delicta eorum.

Mihi enim qui videbantur esse aliquid, nihil contulerunt. Sed ecōtra cum vi-  
 dissent quod creditum est mihi euangelium præputi sicut & Petro circuncisio-  
 nis (qui enim operatus est Petro in apostolatū circuncisionis, operatus est & mi-  
 hi inter gētes) & cū cognouissent gratiam quæ data est mihi. Iacobus & Cephas  
 & Ioānes qui videbantur colūna esse, dextras dederunt mihi & Barnabæ socie-  
 tatis: vt nos in gentes, ipsi autem in circuncisionem: tantum vt pauperum memo-  
 res essemus. Quod etiā sollicitus fui hoc ipsum facere. Cum autem venisset Ce-  
 phas Antiochiam, in faciem ei restiti, quia irreprehensibilis erat. Prius enim quā  
 veniret quidā a Iacobo, cū gētibz edebat. Cum autem venissent, subtrahēbat  
 & segregabat se, timēs eos qui ex circūcisione erāt. Et simulationi eius consense-  
 rūt cæteri Iudei: ita vt & Barnabas duceretur ab eis in illam simulationem.

Mihi. n. vel aut. q. d. Ideo ad priora non recurro, quia ea quæ modo sunt, sufficiunt  
 mihi, ad cōmendationē. f. quia illi Qui videbant esse aliquid. f. Petrus & alij qui fue-  
 rūt cū dño, nil contulerūt. i. addiderunt, Mihi, in quo patet quod nō illis inferior sum  
 quia a dño a deo perfectus sum, vt nil esset quod in collatione meæ perfectioni adde-  
 rent. Qui enim illis imperitis tribuit sensum, dedit & mihi. Vel ita continua. Vere de  
 non accipit personā hominis: quia si ita esset, ego Paulus, ante impius, cui tales nil cō-  
 ferrent, nō fuisset: sed fui. Mihi. n. &c. Vel ita iuge, & legit. Aut. q. d. illud nil mea in-  
 tereft referre: sed hoc dicā, Quod qui videbatur esse aliquid, nihil cōtulerūt mihi. Sed  
 potius, E contra, opinione insidiantū, Cū vidissent quod euangeliū præputij, a dño  
 Creditum est mihi, vt fidei, ita principaliter, Sicut & Petro, euangeliū, Circuncisio-  
 nis Christus. n. Paulo dedit vt ministraret gentibus, qui etiam Petro dederat vt mini-  
 straret Iudæis: ita tñ dispensatio distributa est illis, vt & Petrus gentibus prædicaret si  
 eā fecisset, & Paulus Iudæis. Qui enim. q. d. per hoc viderunt, quia Qui operat⁹ est Pe-  
 tro. i. dedit quidque habet, eligendo eum In apostolatū circūcisionis. i. Iudæorum,  
 Operatus est & mihi. i. ad meū honorē, Inter gentes. Cū vidissent, inquam, & cum Co-  
 gnouissent gratiā quæ data est mihi, in gentes. f. quot miracula feceram, quot gentes  
 conuerteram, Cephas. i. Petrus, Et Iacobus & Ioannes, qui erant honoratiores in apo-  
 stolis, quia semper in secretis cum dño fuerunt, Qui videbant colūna esse. i. susten-  
 tatio totius ecclesiæ, quæ etiam ipsa colūna & firmamentum dicitur veritatis quæ etiā  
 sapiā ædificauit, & cōstituit in septem colūnis, quo nūero vel vniuersitas prædicatorū  
 quia solet poni pro vniuerso, vel septenaria operatio spirit⁹ sancti insinuat. Cū hoc  
 in quā, vidissent & cognouissent, Dederūt mihi & Barnabæ dextras, in signum Socie-  
 tatis. i. consenserunt in societatem, & paruerunt volūtati domini, cōsentientes vt ego  
 essem primus in prædicatione gentium, sicut Petrus in circuncisione. Et sicut alij apo-  
 stoli obedirent Petro, ita Barnabas Paulo. Non ergo inuenti sunt in aliquo dissentire  
 ab illo, vt cū ille perfectum euangelium se accepisse diceret, illi negarent, & aliquid  
 vellent tanquam imperfecto addere. Vt nos. q. d. dederunt nobis dextras: ad hoc vtiq;  
 vt nos, iremus In gentes: ipsi autem in circuncisionem: tantum. hoc addiderunt, Vt  
 pauperum, qui erant in Hierusalem. Memores essemus, qui rerum suarum venditarū  
 precia ad pedes apostolorum ponerent, Memores, dico, ad opus illorum faciendo col-  
 lectas. Ecce per hoc patet quod nobis egebant. Quod etiam. q. dicat, Ipsi monuerunt

Augustinus

Augu.

Augu.

Augu.

Ambr.

Augu.

Augu.

Augustinus.  
Augustinus.

nos hoc facere, Quod. i. sed, ante admonitionē illorum ego, Fui etiam sollicitus. i. stu-  
 diui hoc ipsum facere, nō minus diligēter quā illi præceperūt. Eo tēporē cū venisset  
 Petrus Antiochiā, licet hoc in Actibus Apostolorū nō legatur, in facie ei restitit Pau-  
 lus. Vnde subdit, Cū autē &c. q. d. ipsi mihi nihil cōtulerūt, sed ego cōtuli Petro: quia,  
 Cum venisset Cephas Antiochiā, qui locus Gentium erat, Ego restiti ei, tanquā par.  
 Hoc enī non auderet facere nisi sciret se nō imparem fore. restiti dico eundo, In facie  
 eius. f. quod non animaduvertebat indicando: & non in occulto, sed corā omnibus qui-  
 bus nocebat. Et non temere hoc fecit, quia, Reprehensibilis erat. i. dignus reprehēsi-  
 one, nō pro se, sed pro alijs. Et vere, quia hoc modo. Prius enī quā veniret quidā, Iu-  
 dæi ab Iacobo, ecclesiæ Hierosolymitanę episcopo, Edebat, Petrus cū gētibz, nō ha-  
 bēs discretionē in cibis. Illi qui à Iacobo venerāt emulatores legis erāt, noīe Christia-  
 ni, qui æquo iure Christi & legē venerabatur, quos timēs nō miscebāt Gētibz, quod  
 si solū esset, nō esset reprehēnsibile, sicut & ipse Paulus pro scādalo aliquādo cessit. Sed  
 in hoc errabat quod gētes iudaizare cogebat suo exēplo, dū à Gentibus se diuidēs Iu-  
 dæis se aditūgebat. Vnde subdit, Cum autē illi venissent, à Iudæa, Subtrahēbat se Pe-  
 trus, latēter per aliquas occasiones ad cibis Gētiliū. Et segregabat, se. i. per se gregem  
 cū Iudæis faciebat: Timēs, nō cibos sed eos, Qui ex circūcisione erāt. i. de Iudæa quia  
 erant infirmi: vel etiā si firmi essent, ne pro more suo scādalarēt. Igitur ne scāda-  
 lizarentur, sed paulatim in fide nutritur, factus est Iudæis tanquā Iudæus, simulans  
 cū infirmis idē sentire. Et simulationi eius cæteri Iudæi, qui erāt Antiochię, Cōsen-  
 serunt, tanquā discerneret cibos, ita. Vt & Barnabas, qui mecū erat doctor Gētiū, Ab  
 eis duceretur. Gentibus subtrahēt, In illā simulationē, iudaicę comestionis, vt qua-  
 nis recte crederet de legis in vtroq; populo abolitione: eadē tamen intētionē qua Pe-  
 trus, se à Gētibz subtraheret, & cū infirmis idē sentire se simularet. Hęc autē simula-  
 tio Gentibus inutilis erat ideoq; Paulus Petrum redarguit. Vnde subdit,

Sed cum vidissem q non recte ambularent ad veritatem euangelii, dixi Ce-  
 phæ coram omnibus. Si tu cum Iudæis sis gentiliter viuus & non iudaice: quo-  
 modo gentes cogis iudaizare?

Sed cum vidissem, ego solus, Quod non recte ambularent, non quantum ad inten-  
 tionem, sed, Ad veritatem euangelij, quia per hoc peribat veritas, vt Gentes iudaiza-  
 rent, Dixi Cephæ coram omnibus, quia pro omnibus sanandis dictum est, vt omnes il-  
 lius obiurgatione sanarentur. Non enim vtile erat errorem qui palam noceret, in se-  
 creto emēdare. Huc etiam accedit, quod firmitas & charitas Petri cui ter à domino di-  
 ctum est, Pasce oues meas: obiurgationem talem posterioris pastoris pro salute gregis  
 libentissime sustinebat: valebatque hoc ad magnum humilitatis exemplum, vt in eo  
 qui primus est, discant cæteri mites esse & humiles. Ipse enim Petrus quod à Paulo fie-  
 bat vtiliter libertate charitatis, sancte ac benigne pietate humilitatis accepit: atque  
 ita exemplum posteris præbuit, tanto sanctius quanto ad imitandum difficilius, quo  
 non dedignarentur maiores sicubi forte recti tramitem reliquissent, etiam à posteriori  
 bus corrigi. Laus itaque iustæ libertatis in Paulo, & sanctæ humilitatis in Petro emi-  
 nuit. Dixi inquam, Si tu, o Petre, Cum sis Iudæus, natione & genere, Gentiliter &  
 non iudaice viuus, id est Gentium non Iudæorum ritu viuus, quia sciebat illam differ-  
 tationem ciborum nihil conferre. Ecce qui ante fuit in ritu Iudaico dimisit. Quid er-  
 go debent facere qui non fuerunt vt Galatæ? non vtiq; debent recipere. Si inquam  
 hoc est quomodo cogis Gentes, quæ omnia quæ vident in te putant esse necessaria sa-  
 luti, Iudaizare. cogebat quidem non docentis imperio, sed conuersationis exemplo,  
 & de hoc obiurgatus est. Hinc discant Galatæ Petri autoritate non esse iudaizandū,  
 qui in hoc reprehensus est. De hac autem reprehensione dissentire videntur Hierony-  
 mus, & Augustinus, sicut & de legalium post Christum obseruatione. Hieronymus  
 enim ait Petrum non ideo obseruasse illa legalia, quod vellet ea post Christum serua-  
 ri etiam à Iudæis, sicut vere nec debebant: sed inuitum fecisse & dispensatorie simulaf-  
 se, ne. f. Iudæos amitteret: nec in hoc peccabat, quia bona intētionē id agebat, & si illi

Augustinus.

Augustinus.  
Augustinus.  
Ambrosius.

Augustinus.  
Augustinus, 10.2.1  
fol. 19. 19.

Augustinus  
ad Hierony.  
10.2. 10.2.1  
fol. 353 -

peccarent, qui eius quasi exēplo iudaizabant, nec fuit reprehensio vera, quia nil in eo reprehensibile erat, sed dispensatoria, vt per hoc scirent Gentes non esse iudaizandū, videntes tantum Apostolum in hoc reprehendi. Augustinus vero dicit Petrum seruasse illa legalia non dispensatorie, sed vere, quasi eis subiectum, sed non in eis spem ponentem, quæ ab omnibus Iudæis erant seruanda. Et eum vere peccasse, non illa seruando, sed alios suo exemplo iudaizare cogendo: vt sit reprehensio vera non dispensatoria. Ait enim Hierony. Ex hoc loco impius Porphyrius Petrum à Paulo reprehensum nobis obijcit, volens & illi maculam erroris, & huic procacitati: incutere, & in cōmune ficti dogmatis accusare mendacium, dum inter se ecclesiarum principes diffiderēt. quod vtiq; facit non intelligens quo sensu Petrus reprehensibilis fuisse, vel ei Apostolus Paulus in faciem restitisse dicatur. Nam vterq; recte sentit legem non esse tenendam, & in omni gente quicumq; timet deum & operatur iustitiam, acceptus est illi, sed vterq; cauta simulatione dispensat, ille subtractionem, iste reprehensionem, vt & Iudæis superbia, & gentibus desperatio tolleretur. Non igitur vel Paulo vel eis cum quibus ante edens se ab eis postea separabat, Petrus vere reprehensibilis erat: nec eis Paulus procaciter resistebat. Paulus enim in Petro hoc reprehendere non potuit, quod ipse fecit: nec arguere simulationem, cuius & ipse reus erat: sed fuit hæc reprehensio non vera, sed dispensatoria: nec Petrus peccauit, nec Paulus procaciter arguit. Petrus autē sicut legitur in Actibus Apostolorum author fuit huius decreti, Legem post euangelium non esse seruandam, qui post visionem lintei vbi erant diuersi generis animalia ad Cornelium intrauit, & cum gentibus comedit: qui etiam quæstionem de hac resolutione. Cum enim Paulus & Barnabas iam conuersis multis gentibus venissent Antiochiam, quidam de Iudæa descendentes dicebant, Sine lege Moyſi nemo potest saluari. Tunc vtriq; .s. Paulus & Barnabas & illi Iudæi qui hoc dicebant, ascenderunt Hierusalem ad apostolos. Petrus vero ait, Dedit deus spiritum illis sicut & nobis, & nihil disceruit inter nos & illos, fide purificans corda eorū. Quid ergo tentatis demū imponere iugum, quod neq; nos neq; patres nostri portare potuimus: sed per gratiā credimus saluari sicut & illi. Petrus itaq; bene sensit de abolitione legis, sed simulauit pro timore Iudæorum ne occasione gentium à fide recederent, & sic perderet gregem suum. Simulauit autē Paulus pro simili metu, vt in circuncisione Timothæi, & ipse qui comā ex voto nutriuit vt Nazareus, in Cæchris ex lege caput totōdit. Post multa etiā in Hierusalem consilio Iacobi & presbyterorum purificatus secundū legem in tēplum intrauit, & hostiā obtulit. Ecce quomodo Iudæis Iudæus factus est. Nō ergo officioso mendacio, sed honesta dispensatione & Petrū se à gētibus segregasse, & Paulū ei restituisse, ego immo alij ante me exposuerunt, vt & Apostolorū prudētia demonstraretur, & blasphemantis Porphyrij imprudentia coerceretur. Augustinus vero dicit credētes de gentibus onere legis liberatos esse: de Iudæis vero credētes, legi subditos esse, nec peccare si circūcidunt & sacrificāt, modo spem salutis in eis nō cōstituat. nec peccat Petrus si iudaizat, sed quia cogit gētes iudaizare suo exēplo. in quo solo, Paulus reprehēdit eū vt doctor gētium, vt sit reprehensio vera, nec dispensatoria. Alioquin mētitus est Paulus. Si enī hoc fecit Petrus quod facere debuit, mētitus est Paulus qui eū vidit nō recte ambulātē ad veritatē euāgelij. Quisquis eī facit quod facere debet, recte vtiq; facit, & ideo falsum de illo dicit, qui dicit eum non recte fecisse, quod nouit eum facere debuisse. Si autem verum scripsit Paulus, verum est quod Petrus nō recte ambulabat ad veritatem euāgelij: ego quidem illud Petrum sic egisse credo, vt Gentes cogeret iudaizare. Hoc enim lego scripsisse Paulū quem mentitū esse non credo, & ideo non recte agebat hic Petrus, quia erat contra euāgelij veritatem, vt putaret qui credebant in Christum, se sine illis legalibus saluos esse non posse. Hoc enim contendebant Anthiochiæ in ex circuncisione crediderant. Ipsum vero Paulū credo nō ita egisse quādo Thimothæū circūcidit, vel Cæchris votū persoluit, vel Hierosolymis à Iacobo monitus, legalia illa suscepit, vt putare videretur per illa legalia salutē posse dari, sed ne illa quæ in vmbis futurorū Deus fieri iusserat, tāquā idololatriā Gētium dānare crederet. Hoc est enī quod illi Iacobus ait, Vides (inquit) frater quot milia sunt in Iudæa qui crediderunt in Christo, & hi omnes æmulatores legis sunt. Audierunt enim de te quod discissionem doceas à Moyse eorū qui per gētes sunt Iudæorū, dicēs nō debere circūcidere si-

Hieronymus ad August.

lios suos, neq; secti nū cōsuetudinem legis ingredi, Quid ergo est? Vtiq; oportet cōuenire multitudinē. Audierūt etenim superuenisse. Hoc ergo fac quod tibi dicimus. Sūt nobis viri quatuor, votū habentes super se: his assumptis, sanctificate eū ipsi, & scient oēs falsa esse quæ de te audierāt. Nō vt opinor obscurū est, & Iacobum hoc ideo monuisse, vt sciret falsa esse quæ de illo audierāt hi, qui cū ex Iudæis credidissent, tū emulatores erāt legis, qui sic ea volebāt obseruari, tāquā sine his in euāgelio salus credētibz esse nō possit: Hi senserāt, Paulū vehementissimū gratiæ prædicatōrē, & intentioni eorū maxime aduersum. Ab æmulis enī nouæ legis qui nō intelligebāt quo animo à Iudæis fidelibus illa tunc obseruari deberent. .s. propter cōmendandam autoritatē ditinā & sacramentorū illorū propheticam sanctitatē nō propter adipiscendā salutē dicebatur Paulus gratiæ prædicator egregius damnare legem Moyſi vt sacrilegā nec deo mandante scriptā, & ideo huius falsæ criminationis inuidiā diluere volēs ipse iudaizauit, ostendēs nō eam esse sacrilegam Iudæis, vt est idololatria gētibus, nec tamē esse necessariā salutē. Porro apostoli decreuerāt Hierosolymis, ne quisquā tūc Iudæos iudaizare prohiberet, quāuis etiam ipsos Christiana doctrina nō cogeret. Itaq; si post hoc Apostolorū decretū Petrus habuit illam in Antiochia simulationē qua gentes cogeret iudaizare, nō mirū si Paulus cōstringebat eum libere debere asserere, quod cum cæteris apostolis se Hierosolymis decreuisse meminerat. Si autem hoc ante illud Hierosolymitanū cōciliū Petrus fecit, nec sic mirū est, quod eum volebat Paulus nō timere de hoc subtegere, sed fidēter asserere, quod eū pariter sentire iam nouerat: vel quia cū eo cōtulerat euāgelij, vel quia in Cornelij vocatione etiā diuinitus eum de hac re monitū acceperat, siue quia antequā illi venissent Antiochiā quos timuerat, cū gentibus eum cōuecti viderat. Nō enī negamus Petrum in hac sententiā fuisse in qua & Paulus fuit. Nō igitur tunc eum quid in ea re verū esset docebat, sed eius simulationē qua gentes cogeat iudaizare, arguebat. quia sic illa omnia simulatorie gerebātur, quasi verū esset quod dicebant quidā. .s. credētes sine lege nō posse saluari, in cuius sententiæ non consensioē sed simulationē timore Petrus inciderat, vt de illo vere Paulus scriberet, quod eū vidisset nō recte ambulātē ad veritatē euāgelij, eiq; verissime diceret quod gentes iudaizare cogeat, quod Paulus vtiq; nō faciebat: ob hoc illa vetera veraciter vbi opus erat obseruans, vt dānanda nō esse mōstraret, prædicans tamē instanter non eis sed gratia fidei saluos fieri fideles, ne ea velut necessaria quisquam susciperet, post passionē & resurrectionē nāq; nomini iam reuelata fide amiserāt tanquā vitā officij sui. Verūtāmet sicut defuncta corpora deducēda erāt quodāmodo ad sepulturā, nec simulatē sed religiose, nō erāt deserēda cōtinuo, vel inimicorū obtreccionibus tāquā canum morsibus proijciēda. Ideo nunc quisquis Christianorū quāuis sit ex Iudæis ea celebrare voluerit, quasi sopitos cineres eruēs nō erit pius deductor vel baiulus corporis, sed impius sepulture violator. Nam processu tēporis obseruationes illæ ab oibus christianis sunt deserēde. Itē ipsū apostolū Paulū interrogās, interpello & requiro in eo quod scripsit se vidisse Petrū nō recte ambulare ad veritatē euāgelij, eiq; ideo restitisse, quod illa simulatione gētes iudaizare cogeat: vtrū verū scripserit an nō, nescio qua dispensatiua falsitate mētitus sit. Absit vt eū mendaciter fecisse credamus. Omni nō enī tenendū est in doctrina religionis nullo modo esse mentiendū, & à scriptoribus sãctarū scripturarū credendū est omnino abesse mēdaciū, ne dispensatores Christi sibi putent licere pro veritatis dispensatione mētiri. Fidelis igitur dispensator Paulus nobis exhibet proculdubio in scribēdo fidem, quia veritatis dispensator erat, nō falsitatis: & ideo verum scripsit dicens se vidisse Petrū non recte ambulātē ad veritatē euāgelij, eiq; in faciē restitisse, quod cogeret gētes iudaizare. Petri itaq; & Barnabę simulatione, merito reprehēsa est & correpta, ne & tūc noceret, & ne posteris ad imitandū valeat. Cui Hieronymus ita respōdet, Scribis in epistola quod Paulus cū iam esset Christi apostolus suscepit ea quæ i lege præcipiuntur celebrāda, vt doceret nō esse pernicioſa his qui ea vellēt sicut à parētibus per legē acceperāt custodire, si tamē in eis nō cōstituerent spem salutis. Estq; summa sententię tuę, credētes quidē de gētibus à legis onere liberatos esse, sed credētes de Iudæis bene facere si sacrificāt & circūcidūt. Sed si post euāgelij bene facit qui iudaizat in sacrificijs & cæteris, in hęc sim labimur Cherinthi & Ebionis, qui propter hoc sunt anathematizati quod euāgelio miscuerūt cultū legis,

Augustinus

Augustinus ad Hierony.

Augustinus ad Iudam.



qui dum volunt Iudæi esse & Christiani, neutrum sunt: & si tales suscipimus ut in ecclesia dei faciant quod fecerunt in synagoga Satanæ, non illi Christiani fient, sed nos Iudæos facient. Dicit legis cærimonias his qui ex Iudæis sunt non esse pestiferas, ego contra pronuncio quod sunt utique cærimonie Iudeorum omnibus mortifera fidelibus. Et in his enim legis Christus est. Item, Lex & prophetæ usque ad Ioan. Item Hieremias, Cõsummabo testamentum noxum super domum, vel domum Israel. Non dicit populo gentium sed Iudæis, ut non in vetustate literæ viuant sed in nouitate spiritus, nec sunt illæ cærimonie res indifferentes inter bonum & malum. si obseruandæ sunt, salutem afferunt: si vero salutem non afferunt, non sunt obseruandæ. Eas obseruare tu dicit bonum, ego assero malum, non modo eis qui ex gentili, sed etiam qui ex Iudaico populo crediderunt.

Nos natura Iudæi, & non ex gentibus peccatores. Scientes autem quod non iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Iesu Christi, & nos in Christo Iesu credimus ut iustificemur ex fide Christi & non ex operibus legis. Propter quod ex operibus legis non iustificabitur omnis caro. Quod si querentes iustificari in Christo, inuenti sumus? & ipsi peccatores: nūquid Christus peccati minister est? Absit. Si enim quæ destruxi iterum hæc reedifico, præuaricatorem me constituo.

Nos natura &c. Cõmendata autoritate sua iam rationibus incipit agere, quod carnales obseruantia post Christum non sunt obseruandæ, ostendens iustitiã, non ex lege sed ex gratia fidei esse, primo, exemplo sui & apostolorum, & Abrahæ, qui ex fide iustificati sunt: deinde scripturarum attestations: tandem humana cõsuetudine. De improbatione itaque legis incipit hæc plene agere. q. d. gentes non debent iudaizare. Et vere, quia nos qui valuimus in lege, scimus eam non iustificare, & ideo ea dimissa ad Christum cõfugimus. quod ita dicit, Nos. s. ego & alij apostoli, sumus, Natura Iudæi. i. non profeliti, sed genere Iudæi sumus, Et non, sumus, peccatores ex gentibus. q. d. peccatores quidem sumus, sed non ut gentes idololatræ & immundi. Attende quod sicut interest inter irridetes & irrisores, & inter scribentes & scriptores, & huiusmodi: ita scriptura peccatores appellare cõsuevit valde iniquos, & grauibus peccatorum sarcinis oneratos, quod nomen gentibus imposuerunt Iudæi ex vetusta superbia, tanquam ipsi iusti essent, cum essent & ipsi peccatores. Hoc nomen non est in scripturis vñtatum de illis qui cum iuste & laudabiliter viuunt, non sunt sine peccato. Sciens autem. q. d. sumus natura Iudæi, & non peccatores ex gentibus, sed tamẽ, Scimus quod homo. i. Iudæus quantumcumque in lege sit, non iustificatur ex operibus legis. i. per opera legalia, quæ sunt de sacrificijs & de alijs figuratinis. Nullo denique modo iustificatur, nisi per fidem Christi Iesu. i. qua creditur in Christum. Et quia hoc est: ergo. Et nos Iudæi sicut & gentes, Credimus in Christo Iesu, ut iustificemur ex fide Christi. Non ideo dicit ex fide, quod opera bona frustreretur, cum deus reddat vnicuique secundum opera sua: sed quia opera sunt ex gratia, non ex operibus gratia, quia fides per dilectionem operatur, nihil operaretur, nisi ipsa dilectio dei diffunderetur in nobis per spiritum sanctum: nec ipsa fides esset in nobis, nisi deus eam daret. Ex fide ergo nos dicit iustificari, quia ipsa prima est, ex qua impetratur cetera. Ex fide iustificemur dico, Et non ex operibus legis, aliquo modo, siue ante fidem siue cum fide fiant, Propter quod. s. quia Iudæus non est iustus ex lege: patet quod, Ex operibus legis non iustificatur omnis caro. i. gentilis, quia si ex illis non iustificatur Iudæus: multo minus, Caro. i. peccator ex gentibus. Quod si. q. d. nos credimus in Christum ut per fidem iustificemur. Quod. i. sed si, & nos, ipsi Inuenti sumus, peccatores, ideo quia sumus, Querentes iustificari in Christo. i. si dicitis, & si verum est nos peccasse eo quod legem dimisimus: & in Christo iustitiã querimus, tunc qui hoc precipit. s. Christus, Est minister peccati. Nūquid Christus est peccati minister? q. d. Mirum est si quis hoc dicat. Sed absit, ut Christus peccauerit qui legem destruxit, & deserit precipit. Si enim. q. d. Vere Christus non peccauit hoc precipiendo, quia nec ego peccauit deserendo, & destruendo, quia, Si iterum hæc reedifico, quæ destruxi. s. superbiã gloriantem de operibus legis, præuaricatorem me esse cõstituo. Videtur forte ex his verbis similiter posse obijci, quia si fidem Christi quam ante oppugnabat nunc ædificet, præuaricatorem se constituat, sed illam non destruxit, quia destrui non potest. Hanc autem superbiã vere destruxerat, & destruebat, & ideo si reedificaret præuaricatorem fieret.

Hieronymus.

Augusti. in psal. cv. Augustinus.

Augustinus ad pauli. epist.

Augustinus ad Prospe. & Hilarium.

Ille enim præuaricator est qui cum destruxerit rem falsam quæ destrui potest, eam rursus ædificat. Ille vero non est, qui rem veram cum conaretur destruere: & postea veram esse ac destrui non posse cognosceret, tenuit eam ut in ipsa edificetur. Quod si quæ. q. d. Dixi quod ex operibus legis non est iustitia. & vere. Quod. i. quia etiam nos ipsi qui in lege maiores, Inuenti sumus, non opinione habiti, sed ratione probati fuisse, Peccatores, in ea. s. dum ei subiecti seruiebamus. quod inde apparet, quia sumus Querentes. i. querimus, Iustificari in Christo, quia cur in Christo quereremus iustificari, nisi quia in lege non eramus iusti? Et si hoc est. i. si nos qui in ea perfecti eramus fuimus ex ea peccatores: tunc lex vbiusque post Christi passionem seruatur, ministrat peccatum, & si lex ministrat peccatum, tunc si Christus legem modo ministrat, & peccatum. Sed nūquid Christus est minister peccati? Absit. Non enim minister est peccati, ergo nec legis, quod forte videretur, quia eam adimpleuit. Sed absit quod ipse sit minister. i. quod eam ministrauerit, docens eam post suam passionem seruandam. & si Christus non est minister legis, cur vos Galatæ eam seruaretis? Vel ita, Quod si. q. d. Vere ex operibus legis non est iustitia. Quod. i. quia nos ipsi querentes iustitiã in Christo. i. rem veram cognouimus nos non posse iustificari, nisi transentes ad Christum, nos dico, Inuenti peccatores, in lege. & si hoc est quod utique est, Nūquid Christus minister peccati. i. nūquid patitur Christus? & cõcedit nos relabi ad id quod eramus? quod si pateretur. i. cõcederet, profecto nobis esset minister peccati. i. prioris status nostri sicut fuisset transentibus ad se minister iustitiæ, sed absit. Si enim. q. d. Vere Christus non est minister peccati vel legis, ego enim sequar eius. Destruxi, legem rationaliter viuendo & docendo. Et si, ego, iterum reedifico hæc quæ destruxi, id est legem, Cõstituo me esse præuaricatorem. i. contra legem spiritualiter intellectam facio.

Ego enim per legem legi mortuus sum, ut deo viuam. Christo confixus sum cruci. Viuo autem iam non ego: viuit vero in me Christus. Quod autem nunc viuo in carne, in fide viuo filii dei, qui dilexit me & tradidit semetipsum pro me. Non abiicio gratiam dei. Si enim per legem iustitia: ergo gratis Christus mortuus est. Ego enim per legem, spiritualiter intellectam, Mortuus sum legi, ne carnaliter in ea viuam. Vel, Per legem. i. per authoritatem legis, ipsam dimisi, quasi ei mortuus, nullum carnalem sensum ei habes in qua scriptum est, prophetam suscitabit dominus de fratribus vestris, ipsum tanquam me audietis. Et item, Cõsummabo testamentum nouum domui Israel. Et holocausta & pro. p. non post tunc dixi, ecce ve. & alia hominibus. Mortuus sum legi dico, Ut viuam, non mihi sed, Deo. i. ad honorem dei, quod etiam possum, quia, Cum Christo confixus sum cruci. i. crux Christi extinxit in me ardorem peccati, ut iam ultra ad id non extendar timore dei, quasi clauis habes carnes affixas. Vñ, Cõfget. t. c. m. Viuo autem. q. d. cum Christo crucifixus sum cruci, sed propter hoc viuo virtutibus. i. vigore bene operandi habeo. Viuo dico, Iam non ego, secundum carnem, quia iam non sum ille peccator qui prius eram. Viuit vero in me Christus. i. nouitas Christi apparet in me. Et est sensus, non est in me iustitia mea, sed Christi. Ad quid ergo lex necessaria est? Quod autem, illud quod dixerat, & quod est, & qualiter est, & per quid, exponit. q. d. dico me viuere, Quod autem nunc viuo. i. bene operari possum, In carne, corruptibili in qua est incertitudo vitiorum. i. quod in igne non voro, In fide viuo. i. per fidem est, non per laboriosa opera legis. Fide dico, Filij dei, cuius fides valere potest cum sit dei filius. Ut autem ostenderet non esse meriti sui, sed gratiæ Christi, quod in carne viuens viuit in fide addit, Qui dilexit me, & per hoc fides habet efficaciam, Et per dilectionem tradidit pro me, non aliud sacrificium, Sed semetipsum, solus qui tatus est. Attende quod filius se tradidit ut hic dicitur, & pater eum tradidit ut alibi ait Apollus, Qui proprio filio. s. non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Si pater tradidit filium, & filius tradidit seipsum, Iudas quid fecit? Facta est traditio a patre, facta est traditio a filio, facta est traditio Iudæ, vna res facta est. Quid ergo discreuit patrem tradentem filium, & filium tradentem se, & Iudæ tradentem magistrum? Quia hoc fecit pater & filius in charitate: Iudas autem fecit in proditioe. Videris quia non quid faciat homo cõsiderandum est, sed quo animo & voluntate faciat. In eodem facto inuenimus deum, in quo inuenimus Iudæ: deum benedicimus, Iudæ detestamur: benedicimus charitatem, detestamur iniquitatem. Deus cogitauit salutem nostram, qua redempti sumus: Iudas cogitauit precium quo vendidit dominum: Filius precium quod dedit pro nobis. Diuersa ergo intentio, diuersa facta facit, cum tamẽ sit vna res, reparatio ex diuersis: eam si metiamur, vñ conandum, alterum danandum: vñ glorificandum, alterum detestandum inuenimus. Non abiicio. q. d. quia Christus ex dilectione tradidit se & iustificauit me ergo, Non abiicio gratiam dei. i. non recipio legem

Augustinus

Berengar.

Augustinus.

Augustinus

Augu. de serm. in epi. Ioan.



Augustinus.  
Ambro.

quod esset abijcere gratiam. Vel secundum aliam literam, quæ est, Non sum ingratus gratiæ dei, vt ei comparem aliud. i. legem, vt dicam per legem esse iustitiam, nec deo: Si enim per legem. i. per opera legis quibus Iudæi confidebant, Iustitia est: ergo Christus mortuus est gratis, id est frustra sine causa.

CAPVT III.



**Q**uinsati Galatæ: quis vos fascinoit non obedire veritati: Ante quorum oculos Iesus Christus proscriptus est, & in vos crucifixus. Hoc solum a vobis volo discere, Ex operibus legis spiritum accepistis, an ex auditu fidei:

Ambro.

O insensati Galatæ. Increpat eos, verba eni sunt irascentis, & increpantis, qui per increpationem comonet eos, vt rationes sequentes attentius audiant. q. d. non ex lege sed ex fide iustitia est, & Christus ex dilectione se pro nobis tradidit, & cum hæc omnia constent, & in his instructi fuistis, O, dolendo dicit, vos Galatæ, estis, Insensati, quia nec se circumuetos esse cognoscunt. Et cum prius recte instructi fueritis, Quis vos fascinoit. i. de cepit. Veritati non obedire? Veritas enim se ingerit vobis, & vos ei non creditis, & Quis vos, ita fascinoit? Per simile hoc dicit. q. d. vt quod ante oculos est non videatis, sicut magicis ludificationibus aliter quædam oculis hominum ostenduntur quam sunt, & dicuntur ille fascinoes. Dicitur etiam fascino sine fascino vulgo quod nocet infantibus. Dicuntur enim quorundam oculi visu vrætes, & hic eorum actus fascino dicitur: & potest fieri vt huic peccato inseruiant demones. Similiter invidia tanquam fascino vrætes. Inuidus enim non modo sibi nocet cum aliena felicitate tabescit, sed etiam his in quibus aliqua bona esse incipiunt. Vnde in libro qui Sapiëntia Salomonis inscribitur, Fascinatio malignitatis obscurat bona. Sic factum est vt inuidi tanquam fascinoes nocuerint Galatis nuper in Christo renatis, vt idem Galatæ fidei stomacho nauseante cibum spiritus sancti euomerint. Quid autem ex hac fascinatione euenerit ostendit subdēs, Ante quorum oculos & c. q. d. Vere fascinoit estis, Ante quorum oculos. i. quorum reputatione Christus tantum, Proscriptus est. i. danatus. Et in vobis, & in vestris intellectibus falsus Christus crucifixus est, vt purus homo sine salute vestra. In oculis & sensibus prudentium Christi videtur damnasse mortem & diabolum, & infernum, secundum illud Osee, Ero mors tua o mors & c. Hæc est virga Moysi quæ versa in serpentem deuorat serpentes Magorum. Hic est summus sacerdos in lege, in cuius morte qui sanguinem proximi fuderat ignoranter, & ob id metuens ad ciuitatem refugij se contulerant, absoluebatur, & securi fiebant, a metu. Ita Christi morte danato superbo salus nostra procurata est, quod insinuat ineffabile nomen domini, scriptum in lamina aurea summi pontificis, quod erat tetragrammaton. i. quatuor literarum, quæ sunt ioh. he. vau. eth. i. principium passionis vite iste. ac si diceret. Ille cuius iste legalis sacerdos gerit personam. est nobis per passionem author, & reparator vite per Adā amissam. Vnde qui ascendit super occasum dominus nomen illi. Occasum enim mortis Christi ascendit. i. triumphauit, diabolum & mortem danando. Sed oculis stultorum videtur danatus tantum, & in eorum sensu crucifixus vt homo, in quo nulla spes salutis sit. In illis ergo viuit Christus, & in istis est mortuus. Vel ita, Ante quorum oculos Christus Iesus proscriptus est. i. proscriptio eius ita vobis nota fuit, quasi ante vos fuisset facta, Et in vobis est crucifixus. i. in intellectibus vestris fuit crucifixio, vt sciretis qualiter facta, & quid contulit. Vel ita, Vere fascinoit estis, Ante quorum oculos. i. in vestra presentia vobis videntibus ille tantus, Qui est Christus Iesus, & pro vobis, Crucifixus est, & proscriptus. i. exheredatus. & hoc, In vobis, i. alijs non deberetis pati, vt regnum & hereditatem suam amitteret, nedum in nobis, Sed in vobis etiam proscriptus est. i. hereditatem suam amisit in vobis. i. in vos ipsos. Quod ait, Crucifixus, potest pronuntiationis indiget cum dolore, quod addidit, vt hic maxime moueret eos, cum consideraret quo precio emerit possessionem quam in eis amittebat. Vel ita, Vere fascinoit estis, Ante quorum oculos Christi Iesus proscriptus est. i. dum per legem Christum Iesum deseritis, Christus est a vobis proscriptus, sicut a Pilato. i. ita peccatis, sicut peccauit Pilatus Iesus proscribendo eum, & dum insufficientem ei creditis, Crucifixus est in vobis. i. a crucifixoribus, peccati quantitate non differtis. Hoc solum volo. Postquam Galatas increpando comouit, comotis eis per increpationem probat quod lex non est obseruanda, quia non ex ea sed ex fide veniunt omnia necessaria. i. spiritus,

Ambro.

Hierony.

Ambro.  
Ambrosius.

Ambrosius

Augustinus.

Berengar.

**A** iustitia, benedictio. q. d. Quauis sitis fascinoit & stulti, tamē, hoc volo a vobis discere quia hoc adeo euidēs est, vt & stulti docere queat. & hoc, Solum, volo a vobis scire, quia si nihil aliud esset, hoc solum ad probandum quod intendo sufficeret. Quid est illud? Ecce constat quia accepistis spiritum sanctum inhabitare. & cum hoc constet quod spiritum accepistis, An ex operibus legis, vbi labor est, quæ nunquam habuistis accepisti eum, An ex auditu fidei? ex fide quæ auditus facilitate venit? Ex fide utique, non ex operibus legis. Ab apostolo enim predicata est eis fides, in qua predicatio aduentum & presentiam spiritus sancti senserat. sicut illo tempore in nouitate vocationis ad fidem, etiam sensibilibus miraculis presentia sancti spiritus apparebat. sicut in Actibus apostolorum legitur. Hoc autem factum erat apud Galatas, antequam isti ad eos peruertendos venissent. Hic ergo sensus est, Si in illis operibus legitur esse salus vestra, non dare vobis spiritum sanctum, nisi circumcisissis. Sed fuit datus vobis antequam opera legis haberetis. Et sciendum quod nunc de operibus maxime tractat quæ sunt in sacramentis, quæ non sunt necessaria: vbi iam gratia fidei est. Bipertita enim sunt opera legis. Nam partim in sacramentis, partim in moribus accipiuntur. Ad sacramenta pertinet circumcisio, sabbatum, neomenia, sacrificia, & huiusmodi innumere obseruationes. Ad mores autem, Non occides, non moechaberis, & huiusmodi. In obseruationibus autem si non intelligatur, seruitus sola est: qualis erat in populo Iudeorum, & est usque adhuc. Si autem obseruetur illa & intelligatur, non modo nihil obsunt, sed etiam profuturæ sunt tempori congruat: sicut a Moyse & prophetis obseruata sunt congruentia illi populo, cui adhuc talis seruitus utilis erat, vt sub timore custodiret. Nihil enim tam preterret animam quam sacramentum non intellectum, intellectum vero spiritum gaudium parit, & celebrat libere si opus est tempori. si vero non est opus, cum suauitate spirituali tantum legitur, & tractat. Omne autem sacramentum cum intelligitur vel ad contemplationem veritatis, vel ad bonos mores referunt. Contemplatio veritatis in solius dei dilectione & cognitione fundata est. Boni mores in dilectione dei & proximi. In quibus duobus tota lex pendet & prophetæ.

Augustinus.  
Augustinus

Augustinus

Augustinus

**B** Sic stulti estis, vt cum spiritu ceperitis, nunc carne consummaminini: Tanta passio estis sine causa: si tamē sine causa: Qui ergo tribuit vobis spiritum, & operatur virtutes in vobis, ex operibus legis an ex auditu fidei? Sicut scriptum est, Abraham credidit deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Cognoscite ergo quia qui ex fide sunt, hi sunt filii Abraham. Providens autem scriptura quia ex fide iustificat gentes deus, prænuntiauit Abraham, quia benedicentur in te omnes gentes. Igitur qui ex fide sunt, benedicentur cum fideli Abraham. Quicumque enim ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt.

**C** Sic stulti. Item hic increpat eos. q. d. Et quia spiritus est ex fide: ergo vos. Stulti estis & sic, id est adeo, vt cum ceperitis, instrui, spiritu sancto. i. cum initium habueritis a spiritu sancto, nunc cum proveciores estis, consummaminini. i. queritis consummari, carne. i. per carnales obseruantias, a quibus nec initium iustitiæ poterat haberi, & ita ordinem confunditis. Ordo enim est a carnalibus ad spiritualia surgere, non a spiritualibus ad carnalia cadere, sicut vobis accidit: quia quod bonum non est, non est euangelium cum hoc annunciatur. Tanta & c. q. d. Vos queritis consummari carnalibus obseruantijs, sed non consummaminini. immo habita perditis. & ideo tanta, Passi estis sine causa. i. sine utilitate? Vel hoc ideo dicit, quia multa iam pro fide tolerauerant, & in ipsis passionibus charitate timorem vicerant. sine causa ergo tanta passi erant, qui a charitate quæ in eis tanta sustinuerat, ad legem labi volebat. Si tamen. q. d. Dico vos passos sine causa, non, Tamen affirmo, quia, In vobis, id est in potestate vestra est, si vultis non erit sine causa, immo proderit. Sine causa enim factum dicitur superfluum, quod, nec prodest, nec nocet. Hoc autem prodesse potest si respuerint. Hoc dicit ne desperent. Qui ergo tribuit & c. Reddit ad illam quam ceperat demonstrationem ostendens quod sicut illi per opera legis quæ nunquam habuerunt, non ceperunt spiritum sanctum, sed per fidem: ita & ipse non per illa opera, sed per fidem potestatem dandi spiritum sanctum, & operandi miracula. Quasi dicat, quia vos non ex operibus legis quæ nunquam habuistis, accepistis spiritum, sed ex fide: Ergo qui tribuit vobis spiritum sanctum, ministerio non auctoritate, Et operatur virtutes. i. miracula, In vobis, id est inter vos scilicet ego: facit

Augustinus

Augustinus

Augustinus  
Ambr.

Hoc ex operibus legis, an ex auditu fidei. Nō utiq; ex operibus legis, sed ex fide: & si mihi qui ibi valui nō profūt, cur vos ea queritis? Quod aut mihi nō profuit per exēplū vestri manifestā: per vos .n. potestis videre q̄ ego habui opera legis, nō tñ per ea sed per fidē accipi potestātē dandi spūm ministerio nō autoritate, & operādi miracula. De eo quod sub lege fuerat, posset dubitari, sed per similitudinē istorū liquet. Deinde adhibet exēplū patris Abrahā, cui ante circūcisionē fides reputata est ad iustitiā subdēs, Sicut &c. Et ostēdit hic iustitiā esse ex fide. q. d. ita spūs est ex fide sicut & iustitia. Nā scriptū est in Genesi, Abrahā credidit deo, & ipsū credere, Reputatū est ei ad iustitiam. i. sufficiens causa fuit iustitiā Abrahę, & est alijs. Et vocat hic iustitiā, p̄ctorum remissionē, & bonę vitę obseruantia. Cognoscite. q. d. quia Abraham iustus est ex fide, Cognoscite ergo quia illi qui sunt ex fide. i. quorū esse est ex fide. i. qui ex fide credūt se iustificari & saluari, Hi sunt filii Abrahę, imitatioe. i. iusti. Prouidēs aut. Ostēdit superius ex fide esse spiritū & iustitiam. hic ostendit ex eadē fide esse benedictionē. q. d. nō solū iustitia est ex fide, sed etiam benedictio, quia Scriptura, inducens deū loquentem Abrahę dicit, O Abrahā Omnes gētes, nō tantū Iudæi Benedicētur, ęterna, beatitudine In te. i. quod est in fidei tuę conformitate, quia imitatione fidei eius qua iustificatus est etiam ante circūcisionē, Iudæi & gentes benedicētur. Vel in te. i. in tuo semine, scilicet in Christo. Et ne alio. i. ad aliū sentū veritas verba illa, dicit Moysen sic fēsisse addēs. Prouidēs &c. q. d. Scriptura, dicit, prouidēs. i. ostēdēs lōge antequā fieret pronūciatū esse hoc. f. quia Deus iustificat, Ex fide, Gentes, nō ex operibus legis. Et ideo prænūciatū Abrahę. i. ostēdit prænūciatū esse Abrahę quod ex fide est benedictio dicens, Quia in te. i. tuę fidei imitatione Benedicentur, ęterna beatitudine Omnes gētes. Et quia autoritas scripturę hoc dicit Igitur qui ex fide sunt benedicētur cū fideli Abrahā. i. sicut Abraham per fidem benedictus est. Quicūq; enī. q. d. recte dico q̄ illi qui ex fide sunt benedicētur. Ex operibus enī nō benedicūtur. sed mali sunt: quod ita dicit, Quicūq; enī ex operib; legis sunt, sicut illi qui per ea putāt se iustificari, Sub maledictō, trāsgressionis, Sunt, vt nequeāt euadere, & ideo illud quod dictū est Abrahę. f. In te benedicentur oēs gentes, nō est aliter intelligendū, quā supra exposuit. Nō enī sit intelligi debet, vt dicatur sicut Iudæi volūt, In te benedicētur oēs gentes, id in tuorū operū similitudine. Ex operib; enī legis nō est benedictio, sed maledictio: quod intelligendū est nō de operibus quę ad mores pertinēt, sed quę in illis obseruationibus fiebant. Prodest enī lex scripta in tabulis, in quibus erant tria mādāta pertinentia ad dilectionē dei: & septē ad dilectionē proximi: cętera vero sunt hominum, quod legis autoritate probat subdens.

Scriptū est ei, Maledictus omnis qui nō permāserit in oib; quę scripta sunt in libro legis, vt faciat ea. Quoniā autē in lege nemo iustificatur apud deū: manifestum est, quia iustus ex fide viuut. Lex autē nō est ex fide: sed qui fecerit ea viuut in illis: Christus nos redemit de maledictō legis factus pro nobis maledictū: quia scriptū est, Maledictus oīs qui pendet in ligno: vt in gentibus benedictio Abrahę fieret in Christo Iesu, vt pollicitationē spiritus accipiamus per fidem.

Scriptum est enī. q. d. Illi qui ex operibus legis sunt maledicti sunt. & vere, quia sic, Scriptū est, in Deuteronomio, Maledictus est omnis qui non permanferit, nō solum cognouerit: non in quibusdam tantum, Sed in omnibus, p̄ceptis, Quę scripta sunt in libro legis. Permanferit dico, ita, Vt faciat ea. i. non modo velit, sed opere impleat, quod nullus potest facere. Vnde Petrus ait, Quid tētatis imponere nobis iugum, quod neq; nos neq; patres nostri portare potuimus? Et est sensus. Quasi dicat, deus per Moysen multa quidem p̄cepit quę nullus implere poterit, sed homini data sunt in onus ad eius domandam superbiam: qui dicebat, nō deest qui impleat, sed deest qui iubeat: & ideo maledicti erant omnes qui sub lege erant, quia in omnibus erat reatus trāsgressionis, a quo absoluti erāt qui in gratia confidebant, spiritualiter saltem legem implentes. in quo inquit desiderandum esse saluatorem, qui sinem ponat his, & liberet non solum ab alijs peccatis, sed etiā a maledictō legis. Cur ergo Galatę transeūt a gratia ad maledictionē? q. d. stulte faciūt. Quoniā autem. q. d. ex lege est maledictio, q̄ autē nō sit ex ea iustitia, per autoritatē Abacuc ostenditur. & hoc est quod dicit, Quoniam

aūt nemo iustificat in lege. i. per opera legis, Apud deū, & si apud hoies qui fallūtur

A Manifestū est, ex verbis Abacuc. Ille iustificatur apud deū, qui eū gratis colit. f. nō cupiditate appetēdi aliquid ab eo p̄ter ipsum, vel timore amittendi. In ipso. n. solo vera nra beatitudo est. Manifestū est, dico, quod ait Abacuc. Iust; ex fide viuut. Iust; est aliquis Ex fide, & per hoc Viuit, vita ęterna. Lex aut. q. d. Ex fide est iustitia & vita, sed lex nō ex fide vt profuturis impleat, sed timore. Posset. n. videri quod opera legis ex fide fierent, vt pro eis sperarent ęterna: de quibus fides est, quod utiq; nō faciebant, sed ex timore p̄nę illa seruabant. Vnde subdit, sed Qui fecerit ea, viuut in illis. Non ait qui fecerit ea viuut in ea: cū p̄mississet Lex non est ex fide, vt intelligas legem in hoc loco pro ipsis operibus quę in illis obseruationibus fiebant positam. Qui aut viuut in his operibus, timebant utiq; si ea nō fecissent, lapidationē, vel crucem, vel aliquid huiusmodi pati. Iō ait, Qui fecerit ea, viuut in illis, non apud deū. i. habebit p̄miiū, ne ista morte puniat. aliter. n. plecteret. Qui aut ex fide viuut, cū hinc exierit, tūc magis habebit p̄sentissimū p̄miiū. Nō igit ex fide viuut quisquis p̄sentia quę vi dēt, vel cupit, vel timet, quia fides dei ad inuisibilia pertinet. Vel. Lex non est ex fide, id est nil mandat credendum, sed faciendū. Alia nō mutant. Chrīs aut. q. d. Ex lege ē maledictio non iustitia: sed Chrīs redemit nos, Iudęos De maledictō legis, sub quō eramus. Cur ergo vos Galatę ad idem tenditis? Factus, &c. q. d. redemit nos de maledictō legis. Ipse dico Factus. i. reputatus Pro nobis, nō solū maledictus, sed Etiā maledictū: quo verbo secūdū vsū loquēdi plus quā si diceret maledict; intelligit. i. valde p̄ctor, dū vt reus occidit: & dum in ei; cōtumelia d̄r cęco illuminato, Tu discipulus illius sis, non discipuli Moysi erimus, Quia scriptū. q. d. Iō reputat; est maledictū, quia suspēsus est in cruce, Quia scriptum est, in Deuteronomio, Maledictus oīs qui pedet in ligno, pro suis videlicet sceleribus. Non. n. iō est maledictus, qui crucifixus est: sed quia in talem incidit reatū vt meruerit crucifigi, quod nō Chrīs, & iō licet sit reputatus, tñ non fuit maledictus maledictione culpę, & si maledictione p̄nę. Maledictio enim gemina est. f. culpę & p̄nę. Vnde & maledictum duobus modis d̄r. f. actiue & passiuę. i. secūdū culpā & secūdū p̄nā. Ostēso igit qualiter hic locus accipi possit de maledictō culpę, & de maledictō p̄nę prosequamur. Factus est, &c. q. d. Chrīs redemit nos a reatu p̄uaricationis, qui propter hoc factus est pro nobis, rei veritate, Maledictū. i. mortalis. Mortalitas aut ex p̄tō est, iōq; & ipsa maledictio d̄r, & ex ea aliquid maledictū. Ne autē horreas quod dicit Chrīs esse maledictū, cōfirmat autoritate prophetę Moysi, subdens, Quia, &c. q. d. Vere factus est maledictū, Quia scriptū est, Maledictus est. i. vere mortuus. Et vere satis est miser. Oīs qui pendet in ligno. Ad lram hoc dixit Moyses de reis mortis, vt reo mortis hoc sufficeret si suspenderet, quia hęc p̄na cęteris abiectior & ignobilior erat. Ideo in Deuteronomio dictū est, Vt qui suspensus fuerit, in vespera deponatur, & ostendit quare, Quia maledictus omnis qui pendet in ligno. q. d. satis est vel sit ei ad p̄nam quod suspensus moritur reus, & quod illic est vsq; ad vesperam, vt tunc deponat & sepeliatur: ne si diutius ibi sit, mai; sit op probrium & macula generi eius. Ab hoc ergo maledictō p̄nę ostenditur Chrīs non fuisse immunis hac autoritate. Quia scriptū est, Maledictus omnis qui pendet in ligno. Maledictus. i. mortuus. Securus ergo ait Aplūs, Factus est pro nobis maledictum Sicut non timuit de eodē dicere pro oibus mortu; est. Hoc. n. est maledict; quod mortuus est, quia mors ipsa ex maledictō est, & maledictū est oē peccatū, siue ipsum quod fit vt sequatur supplicium, siue ipsum supplicium: quod & vocat peccatū, quia ex peccato fit. Suscepit aut Chrīs sine reatu supplicium nrm, vt inde solueret reatū nrm, & finiret etiā supplicium nrm. Vñ alibi apostolus ait. Misit deus filium suum in similitudinē carnis peccati, vt de peccato damnaret peccatū in carne. Quod. n. dixerat similitudinem carnis peccati, hoc etiam appellat peccatum vbi ait vt de peccato, &c. Quia enī de peccato mors est, illa autē caro quanuis ex virgine, tamen mortalis fuit seipso quo mortalis erat similitudinem carnis peccati habebat. Cur ergo timeret Moyses dicere maledictum, quod Paulus non timuit dicere peccatum? Plane hoc propheta dicere debuit & p̄dicare: nec in hoc quod maledictus appellatus est qui pendet in ligno, contumelia in deo putanda est. Ex parte quippe mortali pependit in ligno. Mortalitas autem ex maledictione peccati primi hominis est. Si ergo diceret mors maledicta est, ne

Ambrosius.

Augustinus

Augustinus.

Augustinus.

Augi.

Augi.

Augi.

Ambro.

Ambr.

Ambrosius

Aug. contra  
Fautum.



August.

Augustinus  
contra Fau.  
Hierony.  
Hieronymus  
Augustinus.  
contra Faustū.

Augusti.

Augustinus.

Augustinus.

mo exhorresceret. Itē. Si diceret peccatū maledictū est, nemo miraret. Quid autē pe-  
pendit in ligno nisi caro mortali, cuius mortalitas ex pctō veteris hominis erat? In eius  
pcti & mortis figura ēt Moyses exaltauit serpētē in cremo super lignū. In illa. n. figu-  
ra mors dñi pendebat in ligno. Nec in eo ēt maior inuidia est, quod addidit deo, vt di-  
ceret. Maledictus deo oīs qui pēdet in ligno. In hebræis. n. codicib⁹ & nostris in Deu-  
terono. nunc hī, maledictus est deo. In antiquis tñ Hæbræorū codicibus nō hī nomē  
dei: & puto post passionē dñi ab aliquo positū eē, vt nos qui maledictū a deo credim⁹  
Chrūm, infamaret: sed non est hoc in cōtumeliā dñi, qui iō dī maledictus deo quia o-  
dit deus peccatū & mortē nostrā, cum ad delendū eam misit filiū suum. Quid ergo mi-  
rū si maledictus dicitur deo qui in se habet quod deus odit. i. quod reprobatur & delet.  
Addit proinde, Oīs, etiā Chrūs: ne futuri hæretici negent eius verā esse mortē. Præui-  
dit. n. Moyses hæreticos futuros, & veram dñi mortē negaturos: & iō volentes ab hoc  
maledictō Chrūm se iungere, vt a mortis etiā veritate se iungerēt. Ergo cōtra longe fu-  
turos hæreticos de longe clamat Moyses, Sine cā tergiuersamini o hæretici, quibus di-  
splicet veritas mortis Christi. Maledictus. n. oīs qui pēdet in ligno, nō ille aut ille, sed  
oīs oīno, etiā filius dei semper viu⁹ i iustitia sua, mortu⁹ autē propter delicta nra, i car-  
ne suscepta ex pœna nra, sic & semper bñdict⁹ est in sua iustitia, maledict⁹ autē i mor-  
te suscepta ex pœna nostra. Cū. n. ex hoīe & pro hoīe mortē suscepit, ex illo & pro il-  
lo etiam maledictū quod mortem comitatē suscipere non dedignatus est. Ideoque ad-  
ditū est. Oīs, ne Chrūs ad verā mortē nō pertinere diceret, si a maledictō penitus sepa-  
raretur. Insuper quidem honorificentia Chrūm a maledictō quod morti cōiunctum  
est separat, & ita vere mortuū negat, dicens pependisse in ligno specie quadā falsæ car-  
nis & nō verā mortem in cruce soluisse. Cōtra quod propheta vere mortuum clamat,  
cū ait, Maledictus oīs qui pendet in ligno. i. vere mortuus, pœna. n. pcti vel ex bñdi-  
ctione venit, vel ex maledictione. Sed si ex benedictione venit, optare debes semper  
esse in pœna peccati. Si autē cupis inde liberari, crede per dinā sententiā iustitiam ex  
maledictione venisse: qua dicitur, Si tetigeritis, morte moriemini. Vt in gentibus. q. d.  
Ita nos Iudæos redemit a maledictō legis, Vt etiā, In gentibus, quæ non sub maledi-  
ctione legis erant, Fieret bñdictio Abrahæ, promissa. Et hoc i Chrō Iesu. i. per Chrūm  
fieret, dico, ita, Vt, tandem nos vtriq; .i. Iudæi & gentes, Accipiamus pollicitationē sp̄i  
ritus sancti. i. beatitudinē æternā, quam sp̄s sc̄tus in arrā datus promittit. Accipiam⁹  
dico, per fidem, non per opera legis.

Fratres secūdū hoīem dico, tamē hoīs cōfirmatū testamentum nemo spernit  
aut superordinat. Abrahæ dictæ sunt promissiones & semini eius. Non dicit &  
feminibus quasi in multis, sed quasi in vno, & semini tuo qui est Chrūs. Hoc autē  
dico testamentum cōfirmatum a deo, quæ post quadringentos & triginta annos  
facta est lex, nō irritum facit ad euacuandam promissionem. Nam si ex lege hæ-  
reditas, iam non ex promissione Abrahæ aut per promissionem donauit deus.

Fratres secūdū hoīem dico. Ostēdit hucusq; iustitiā, nō ex lege, sed ex fide esse, exē-  
plo sui & Abrahæ, & scripturā rū autoritate, nūc per humanā cōsuetudinē idē demō-  
strat. q. d. probaui per rōnes & auctoritates, quod per fidē nō per legē dat sp̄s & iusti-  
tia & bñtudo. Mō o fratres dico. i. probo illud idē Secūdū hoīem. i. secūdū humanam  
cōsuetudinē in qua quāuis sæpe nō sit firmitas, Tñ testūm hoīs. i. ab hoīe factū, suis  
hæredibus firmū est, quia nemo spernit, vt dicat nō valere, non benefactū esse. Aut su-  
perordinat, vt aliter de reb⁹ illis disponat, sed est in auctoritate oīm maxie cū Sit cō-  
firmatū, testib⁹ & morte testatoris, similiter Testūm. i. promissionē dei, Lex nō facit ir-  
ritū, quod subsequēter dicit aplūs: quod si solū subderet, facilis eēt intelligētia in apti-  
tōe similitudinis: sed ex eo aliquatū obscuro, quia aīquā illud iſerat prēmittit cui  
factū sit testūm a deo. i. promissio. f. Abrahæ, quod iō facit, vt ex datis & accipiētis di-  
gnitate videat̄ icōmutabilis sp̄sio. Et hoc ē quod ait, Abrahæ. q. d. sicut testūm hoīs  
firmū est, similiter promissiones dei firmę sunt. & quasi quis diceret Fuerūt ne aī legem  
aliquę promissiones factę? Rñ. Fuerūt vtiq; quia Abrahæ, quem nō falleret de⁹. Dictę  
sunt promissiones a deo. Pluraliter dicit promissiones, quia frequēter idē. i. æterna bñtudo  
promissa est. Et semini ei⁹, Abrahæ. i. Chrō, nō q̄ ad eū fieret promissio, sed ad eū

A pertinebat, quia per eū promittebatur dāda bñdictio. Et quod semē illud Chrūs sit nō a-  
lius, notat ex verbis scripturæ Genesis: quæ est. In semine tuo bñdicent oēs gētes. Nō  
dicit scriptura, In feminibus, quasi in multis. i. sicut faceret, si de multis vellet intelli-  
gi, Sed dicit in semine tuo, quasi in vno. i. sicut quæ de vno vult intelligi, & illud vnū  
est Chrūs. Vñ subdit, Qui est Chrūs. Dicit. n. aplūs, Nō pōt alius inueniri qui oēs gē-  
tes bñdixerit. Hoc autē. q. d. hoc promisit deus Abrahæ. Hoc autē testūm cōfirmatum a  
deo per iuramenta. Dico & affirmo, quod lex non facit irritū. i. falsū. quod faceret si  
per eā daret bñdictio. Promissio. n. illa nō dixit quod per legē esset bñdictio, sed per  
semē. quod si per legē bñdictio est, frustra promisit semē, & frustra ipsum semē venit.  
Nō igit per eā bñdictio est, quia data est post multū tēpus a promissioe facta Abrahæ.  
Si ergo de ea esset bñdictio, hoīs illius tēporis. f. Abrahā, Isaac, & Iacob nō habuis-  
sent eam. Et addit. Quæ lex, Facta est. i. data, Post quadringētos & xxx. annos, a pro-  
missione facta. Si ergo lex iustificat, nō est iustificatus Abrahā, qui multū aī legē fuit  
quod quia dicere non possunt, coguntur fateri non legis operibus iustificari hoīem, sed  
fide, simul etiā nos cogit intelligere oēs antiquos qui iustificati sunt ex ipsa fide iustifi-  
catos esse: ergo lex non facit irritū. i. non infirmat lex promissionē, sed quod futura: &  
quādo futura significat. Ad euacuandā. q. d. lex nō facit irritū quod iā valeret. Ad eua-  
cuandā promissionē, quia falsa esset promissio, & Deus mendax. Nā si. q. d. Vere eua-  
cuaret. Nā si ex lege. i. ex operibus legis dat Hæreditas. i. æterna beatitudo, tunc iā nō  
est Ex promissione. i. ex eo quod promissio dixit, & ita promissio excludit, & frustra  
Abrahā: deinde destruxit consequēs dum subdit, Abrahæ autē. q. d. si est ex lege nō est  
ex promissione: sed est ex promissione, quod in parte ostendit, quia De⁹ donauit Abra-  
hæ, de quo non est dubium quin habeat, & constat quod sine lege fuit. Donauit dico,  
per Repromissionem. i. per fidem Christi sæpe promissi.

Quid igitur lex? Propter transgressionem posita est, donec veniret semē cui  
promiserat, ordinata per angelos in manu mediatoris. Mediator autē vnus non  
est, deus autem vnus est.

Quid igitur lex? Fit hic quæstio satis necessaria. Si. n. fides iustificat, & priores sancti  
apud deū per eā iustificati sunt: quid opus erat legem dari? quod sic intulit interrogans  
& dicens, Quid igitur? Olim cū exponerem hoc capitulū, ita distinguendum putauī, vt  
interrogatio esset. Quid igitur? ac deinde esset responsio, Lex propter transgressionē,  
& c. quod quidē nō abhorret a vero, sed melior mihi vī ista distinctio, vt interrogatio  
sit. Quid igitur lex? & inferatur responsio, Propter transgressum, & c. q. d. quandoquidē  
nō est lex ad iustitiam vel beatitudinem. Quid igitur lex? i. cur a deo data est lex? quæ  
est eius vtilitas? Deinde ne frustra videatur data, cur data sit explanat, dicens, Lex po-  
sita est, in medio. f. inter promissionem & semen cui facta est promissio. i. inter Abra-  
ham & Christū. Propter transgressionē, cohibendam. i. vt saltem timore cessarent ho-  
mines transgredi, & quandoque idem facerent voluntate. Data est ergo vt populū dei  
erudiret sub timore dei, vt dignus fieret excipere promissionē quæ est Christus. Vel pō-  
sita est propter transgressionem. i. vt homo superbe de suis viribus fidens acciperet præ-  
cepta, in quibus deficiens, & factus præuaricator, liberatorē saluatorēq; requireret. Da-  
ta ergo est lex, vt superbiorū ceruix quos faceret trāsgredi humiliaretur, vt medicus o-  
ptaretur, quæ sibi tantum tribuebant, & voluntati suæ tantum arrogabant, vt liberū  
arbitriū sibi putarent sufficere ad iustitiā, dicētes, Nec deest qui impleat, sed deest qui  
iubeat. Data est ergo lex ad domandā eorum superbiā, illorūque prodendam infirmi-  
tatem, data est etiam duris in flagellum, data est etiam in signum futurorum vt futura  
figuris attestaret. Ecce habes quatuor datæ legis causas breuiter distinctas, quæ in epi-  
stola ad Romanos plenius explicantur, vbi dicitur, Lex subintravit & c. Posita est, di-  
co, vt stare, Donec veniret semen. i. Chrūs, & ideo iam lex non est tenenda, Cui, semi-  
ni, Promiserat deus, id est de quo promiserat quod per eum benedicerentur omnes gē-  
tes: cōtra quem facit qui legem reducit. Lex dico, Ordinata per angelos. i. per Moysen,  
& alios ministros dei vel per angelos. i. ministerio angelorū hominibus data. In qui-  
bus angelis erat vtiq; pater & filius & spiritus sanctus: & aliquādo pater, aliquādo fi-  
lius, aliquādo spiritus sanctus: aliquādo sine vlla distinctioe personæ deus per illos

Augu.

Ambro.

Augu.

Augu.  
in lib. retrāti.

Augu.  
Ambrosius.

Augu.  
in lib. de p̄o  
fēt. iust. hoīs  
Augu.  
in ser. de ver.  
apost.

Ambro.  
Augu.



figurabatur. Et nota q̄ nō ait data, sed ordinata. q. d. ordinabiliter data. i. inter tēpus naturalis legis, de qua cōiūcti sunt q̄ iuuare nō poterat, & tēp⁹ gratiæ atē quā gratiā cōiūcti erāt de lege. Magno utiq; cōsilio dei factū ē, vt post hoīs casum illico lex nō daretur, vel dei fili⁹ mitteret. Nisi enim hominis superbia pri⁹ vires suas experiretur sui arbitrii libertati sufficiētā arrogaret, & legē superflue datam, & Dei filiū frustra venisse iudicaret. Itē, Nisi lex scripta ei daretur, per quā quid posset probaret, Christi aduētū superflū iudicaret. Ne igit̄ detrahēdi vel murmurādi occasiōē haberet, reliquit eū de⁹ pri⁹ in libertate arbitrii in lege naturali, vt sic vires naturæ suę cognosceret, vbi cū descenderet vidēs sibi liberū arbitriū nō sufficere ad iustitiam, nec tñ sic se humiliavit ad poscēdā gratiā, sed superbi, legē scriptā legi naturæ adiūctā sibi sufficere putans clamabat: non deest qui impleat, sed deest qui iubeat. Vt igitur & de ipsa conuinceretur, antequā filiū mitteret, legē dedit, quę peccati morbū detexit nō cōsumpsit qua data inualuit morbus, aucta est infirmitas: non legis, sed nature vitio & diaboli in stantia, vt ita cognita vtriusq; legis insufficiētia & sua infirmitate clamaret ad medicū, & quæreretur gratiæ auxiliū, & ita factū est. Multiplicitas enim infirmitatibus post ea accelerauerunt ad medicū, qui veniens in forma serui sanauit vulnera hoīs languidi. Hic est Samaritanus ille qui ad vulneratum qui incidit in latrones appropinquauit, atque vulnera eius alligauit, quē Sacerdos & Leuita immisericorditer. i. lex vetus & sacerdotiū, quia lex neminē ad perfectum duxit. Hic est etiā Heliseus ille qui misit baculū ad suscitandum filium Sunamitis, per quē cum ille resurgeret, tandē venit ipse Heliseus, & cōtraxit se atq; coaptauit puero mortuo, & resurrexit mortuus. Hic etiā est angelus ille in cuius descensu mouebat̄ aqua, & sanabat̄ vnus. Hic est omnipotens sermo qui a regalibus sedibus venit, dum medium silentium tenerēt omnia. Primum silentium fuit ante legem. Secundū sub lege. Tertiū erit in gloria. Primū fuit ignorantia languoris. Secundum desperatio curatiōis. Tertium adeptio sanitatis. Ante legem nanq; hō morbū non agnoscebat suum, ideoq; silebat, nec quærebat remediū. Vt autē lex subintravit & ostēdit languidis vulnera sua, mox ruptū est silentiū, & coeperūt ægri poscere remediū: sed opera legis vbi non est salus sanari volētes, quod quærebat̄ inuenire nequibant. Tandem igitur considerans homo neminem per legem iustificari quasi per diuturnos clamores fatigatus, & desperās rursus loqui cessauit, & subsecutum est secundum silentium. Tunc igitur oīpotens sermo patris a regalib⁹ sedibus forma serui indutus in mundū venit. Samaritanus ad vulneratum appropianuit. Angelus magni consilij in piscinam descendit. Heliseus ad suscitandū mortuū accessit. i. tummi regis filius, de concessu patris ad tolerandā mortē passionis, de æqualitate maiestatis ad patibulum crucis, de sede regali ad officinā peccati, de lumine cæli ad tenebras mūdi vel inferni venit. Et veniēs locutus est pacē, dedit grām, proposuit miām, promisit veniā, & ita rupto silentio coeperūt ægri pura fide ac vera confessione, quasi magnis clamoribus flagitare remediū, & accelerare ad medicū, per quē vulnera sanarent̄ morbus curaret̄. Recepta vero sanitate, & donata venturæ immortalitatis fœlicitate, nihil vltra restabit petendū: & tunc erit tertiū beatū silētiū. Ordinabiliter igitur & sapienti consilio lex data est, Per angelo, in quibus deus loquebatur. Qui ergo nūc eam reducit, cōtra ordinē angelorū facit. Lex dico, posita in manu mediatoris. i. potestate Christi, vt staret dū vellet, vel cessaret cū vellet: ergo cōtra eū facit is qui eā destruxit. i. cōtra Chrūm, qui cū sit deus & hō, inter deū & hoīes mediat, dū eos qui a deo recesserant per se recōciliat. Medius enim nō est nisi inter duos. Recesseram⁹ a maiestate dei, & pctō nostro offenderamus eū, missus est dei filius mediator, qui sanguine suo solueret peccata nra quibus a deo superabamur, & interpositus redimeret nos. & reconciliaret ei, a quo auerū peccatis nostris & delictis tenebamur. Ipse est caput nostrū, ipse est deus æqualis patri: sed deus, vt crearemur: homo, vt recrearemur: deus vt faceret hō vt reficeret. Mediator aut. q. d. lex quā habet mediator. Iudæorū tātū est: sed tamē ipse mediator non est vnus populi tantum. i. Iudæorum qui legē habuerunt, sed etiā gentium. i. non solum Iudæos, sed etiam gentiles reconciliat Deo: & ideo non quærat̄ legis legem vt habeatis mediatorem. Deus autem. q. d. mediator non est vnus, sed tamen est Vnus. i. sufficiens ad omnes reconciliandos deo, quia ipse est Deus, & ideo aliud non adiungatis ei. Vel ita, Lex posita est in manu mediatoris, id est in potestate

Augu.  
in psal. xc.

Ambro.

Christi qui est arbiter duorū populorū. i. Iudaici & gētilis. Mediator aut. q. d. lex quā habet mediator vnus populi ē: sed ipse Non est, mediator. Vnius. i. nō est arbiter vn⁹ populi, sed duorū inter se: quia duos populos discordes pacificauit in se lapide angulari. Hinc numerū deorū, & famulatum elementorū, inde ritus legis auferēs, per quā discordabant, & sic facti sunt pacifici. Ipse. n. est pax nra qui fecit vtrāq; vnū, duos populos cōdens in se. Sed secundū istos, Chrūs nō est arbiter duorū, qui inducti in legem de duobus fecerūt vnū populū, & vnus populi nullus est mediator. Deus aut. q. d. Chrūs est mediator, non p̄ vel spūs sanctus, sed. Tñ vnus deus est, non plures. Hoc dicit, ne prædicando Chrūm esse deū. qui secundū quod hō mediator est, vni deo cōtrariū prædicare videret̄, quia ipse homo iuxta quod deus est: cum pater vnus est deus, pater enī & filius vnus est deus. Deus enī naturæ nomē est, & potestatis, quā in patre & filio indiuiduā manere. rō docet. Vel aliter dici pōt, Lex posita est in manu mediatoris, mediator aut non est vnus, quasi inter aliquos vel aliqua medius est. Mediator aut esse non potest inter deū & deū, quia vnus est deus: sed inter deū & hoīem, quasi inter duo extrema. Sed mediator est inquantum hō. Nam inquantum deus nō mediator, sed æqualis patri est, hoc idem quod pater, cum p̄ vn⁹ de⁹. De⁹. n. supra nos est, & nos infra. illum, & multa interiacent spatia, maxime peccati interuallū lōge nos distiguit atq; abijcit. In hac tanta distantia vt esset nobis via qua veniremus ad deum, accedit hō, ad deū, & fit vna persona, vt non sit semideus, quasi parte dei, de⁹: & parte hoīs homo, sed totus deus, & totus hō. Et quia mediator est inter duo extrema, videt̄, vel quod Christus nō esset deus, vel quod duo dij essent. Ad quod respōdet, Et si mediator nō est vnus, sed duarum extremitatū, tamen est deus & vnus cum deo patre per diuinā naturam cui mediat per humanam. Nam si filius dei in naturali æqualitate patris maneret, nec se exinaniret formā serui accipiens, non esset mediator dei & hominum, quia ipsa trinitas vnus deus est, eadem in tribus. i. in patre & filio & spiritu sancto deitatis æternitate, & æqualitate consistente. Si ergo Christus secundum vos o hæretici vnam tantū naturam habet, ostendite vnde sit medius inter nos & illam, vnde enim medius erit, si vtrāq; nō habuit: quia nisi talē dederis inter deū & hoīes, qui ita sit medius vt deus sit propter diuinitatis, & hō propter humanitatis naturā, quō humana recōciliantur diuinis, nō ostendis. Nam ipse veniens, prius in seipso humana diuinis sociavit, per vtriusque naturæ cōiōnem in vna eademq; persona. Deinde omnes fideles patri reconciliauit deo, dum sanati sunt ab impietate superbiæ, quicunq; humilitatem Christi credendo dilexerunt, & diligendo imitati sunt.

Ambro.

Ambrosius?

Ambrosius;  
Ambro.

Aug. in ser.  
de nat. Iōā.

Augu.

Augu.

Lex ergo aduersus promissa dei: Absit. Si enim data esset lex quæ posset viuificare, vere ex lege esset iustitia. Sed conclusit scriptura omnia sub peccato, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Prius autem quam veniret fides sub lege custodiebamur, conclusi in eam fidem quę reuelanda erat. Itaque lex pædagogus noster fuit in Christo, vt ex fide iustificemur.

Lex ergo. q. d. quandoquidem lex est posita propter transgressionem. Est ergo lex aduersus promissa dei? vt par eam impleatur aliter quā promissum est? Absit, non est inimica promissionis, sed confirmat eam. Si enim lex posset præstare vitam, & id quod repromissio spoponderat exhibere, vere promissio per legem putaretur exclusa. Si enī q. d. Vere non est contra promissa, quia ex lege non est vita. i. æterna beatitudo: quia si inde esset vita, tunc & iustitia, quod ita dicit, Si enim data esset lex quæ posset viuificare, id est vitam conferre. Vere, non solum opinione Ex lege esset iustitia, sed nō est ex ea iustitia, quia potius condemnat, & sub peccato concludit. Et hoc est quod dicit, Sed conclusit scriptura. i. lex ipsa. Omnia sub peccato. Lex dicitur scriptura, quia manēs ē, & scripta: vel ideo quia non dat spiritum viuificantem, sed tātum est scriptura. Et hoc Conclusit omnia sub peccato, id est Iudæos omnino clausit sub peccati dominio. Viti enim concupiscentia, & ipsius mandati transgressionem rei facti sunt. Vel, Conclusit omnia sub peccato, id est ostendit omnes homines clausos esse sub peccato. Non enim lex data vt peccatū auferret, sed vt sub peccato omnia conclusa ostenderet. Data est lex vt ægrū de morbo conuinceret, qui sibi sanus videbatur, vt peccata demonstraretur, non vt auferrentur. Data est vt inueniret se homo, nō vt morbus sanaretur, sed vt

Hierony.

Hierony.

Augu.  
in psal. xxxiii.

Augu.  
Augu.  
de verb. apōi.

præuaricatione morbo crescente, medicus quæreret. Qui ergo negat ægritudinē suam  
 superflūū iudicat saluatore. Ergo & in natura nra creatorē laudemus: & propter vitiū  
 quod nobis inſiſtū est, saluatore quæram⁹. Et nota quod idē dicit hic, quod in episto  
 la ad Romanos cōclūſit deus, oīa in incredulitate vt omnium misereatur. Notis enim  
 peccatis per lem cōclūſi sunt, vt se excusare non possint, sed quærant mīam. Et quasi  
 quis quæreret, replicās superiorē quæſtionē, Cur ergo data est lex? Rñ. Vt promissio  
 dare credētibus ex fide Iesu Christi, q. d. iō sic deus disposuit, vt homines vota sua &  
 legis infirmitate accelerarent ad gratiā, & credendo promissa consequerent. Lex ergo  
 data est vt grā quæreret, gratia data est vt lex impleret. Nec. n. suo vitio non impleba  
 tur lex, sed vitio prudentiæ carnis: quod vitiū per legē demōstrandū, & per grām fuit  
 sanandū. Prius aut, vel, Enim, de Iudeis specialiter agit ostēdēs quā vtilitātē exhibue  
 rit eis lex. q. d. lex cōclūſit oīa sub pctō, sed tñ fuit vtilis, quia priusquā fides veniret,  
 quasi spōtanea, quam nullū meritum aduocauit. Custodiebamur, non liberi, sed serui,  
 Sub lege. i. sub onere legis. Vel custodiebamur sub lege, quasi inuiti. Custodiebamur  
 dico, Cōclūſi quasi in ergastulis seruire coacti. Cōclūſio eorū erat timor vni⁹ dei & co  
 gnitio præuaricationis, & quod præuaricatores ipsius legis inuenti sunt, non ad perni  
 ciem, sed ad vtilitatem valuit eis qui crediderūt. Cognitio. n. maioris ægritudinis & de  
 siderari medicū vehemētius fecit, & diligi ardentius. Custodiebamur dico, vt sic assue  
 ti duceremur In eam. s. tā bonā Fidem quæ tempore Christi Reuelanda erat, vbi mul  
 ta aperta sunt quæ prius obscura erant, quia occulta fuit fides in antiquis, quæ fides do  
 nū est dei, sicut & grā. In quo. n. nostrū prius erat fides, quā veniret grā? Nemo pœni  
 tus gloriatur se fidem ex proprio sensu genuisse, per quē posset credere deo, sed agno  
 scat per grām a deo vniciq; reuelatam. Et si añ reuelationem fidei, hāc perscriptā vti  
 litatē lex tantū habuit, quid ergo vtilitatis post fidē habuit? Nihil. Itaq; q. d. & quia  
 lex custodiebat ad fidē. Itaq; lex fuit pædagogus nŕ, nos quasi pueros ab illicitis cōpri  
 mens, & ad recta dirigens timore pœnarū. Pædagogus. n. paruulis assignatur, vt lasci  
 uens refrenet ætas, & prona in vitia teneantur corda, dum tenera studiis eruditur in  
 fantia, & metu pœnæ coercita, præparatur ad maiora. Et hoc ipsum nomen pædagogi  
 sonat cōpositū ab eo q̄ pueros agat. i. ductet. Lex ergo populo lasciuenti ad instar pæ  
 dagogi appōſita est vt custodiret eos, & futurę fidei præpararet. Ecce honor legis, quia  
 custodiuit vt pædagog⁹: sed hoc nō est magnū, quia puerorū est nō aduultorū. Pædago  
 gus fuit noster, dico, Et hoc in Chrō. i. in institutione Christi, qui ideo instituit, vt sic ve  
 nientes ad fidē quasi pueri ad perfectionem, ex ipsa fide non ex lege iustificemur. Vel,  
 Fuit pædagogus noster in Christo. i. in exequendis præceptis Christi, vt sic Ex fide iu  
 stificemur. q. d. quādiu fuimus rudes, lex erat nobis pædagogus.

At vbi venit fides, iam non sumus sub pedagogo. Omnes enim filii dei estis  
 per fidē, quæ est in Christo Iesu. Quicunq; enim in Christo baptizati estis, Chri  
 stum induistis. Nō est Iudæus neque Græcus, nō est seruus neque liber, non est  
 masculus neque fœmina. Omnes enim vos vnū estis in Christo Iesu. Si autem  
 vos Christi, ergo Abrahæ semen estis, secundum promissionem hæredes.

At vbi venit fides. i. postquam reuelata est fides quæ prius oclta fuerat in antiquis  
 iam, id est mox. Non sumus sub pædagogo, id est sub coactione quæ non est necessa  
 ria liberis. Vel, iam, id est in hac vita hoc bonum habemus, quod non sumus sub pæ  
 dagogo, & maius in futuro habebim⁹. Omnes enim. q. d. ideo nos Iudæi tempore fidei  
 pædagogum deseruimus, quia Omnes, vos gentiles qui non habuistis legem, Estis filij  
 dei. Quod ergo vestro exemplo deseruimus, vos accipitis. q. d. non debetis hoc facere,  
 filij dei estis. Vos dico, entes, Per fidem in Christo Iesu, id est vnū & idem cū deo, nō  
 vtique natura, sed charitatis copula. Quicunq; enim. q. d. Vere per fidem estis in Chri  
 sto. Nam quicunq; id est cuiusque conditionis vel sexus Baptizati estis in Christo, id  
 est institutione Christi ad similitudinem mortis eius, Christum induistis. i. conformes  
 ei facti estis, quod est vobis honor, & contra æstus protectio. Quod autem Christus in  
 dumentum sit, alibi apostolus aperit, dicens. Induite vos dominum nostrū. i. Chrūm.  
 Induunt autē homines Chrūm. aliquando vsq; ad perceptionē sacramenti, aliquando  
 etiam vsq; ad vitæ sanctificationē. Et illud primum bonis & malis est commune, hoc

Hierony.  
 Augu. in lib.  
 de bap. par.

Augustinus.  
 Ambrosius.

Augu.  
 de spū & lit.

Augu.

Augu.  
 ad amanthū  
 disci. Manic.  
 Augu.

Hierony.

alterū verō propriū est honorū, in quo Chrō. i. in cuius Chri fide, Non est Iudæus ne  
 que Græcus, non est seruus neq; liber, nō est masculus neq; fœmina. i. propter nihil ho  
 rū aliquis dignior est in fide Christi, & iō nemo iudaizet, quasi per hoc sit dignior. Oēs  
 enim. q. d. vere nihil horum est per quod aliquis dignior sit in Christo, quia Omnes  
 vos gētiles vnū estis. s. nō differēs i aliquo. Vnū dico, In Christo Iesu. i. in fide Chri  
 sti. Si aut. q. d. vos estis in Christo. Sed si vos Christi, estis: ergo Semē Abrahæ. i. iusti  
 per fidē sicut fuit Abrahā. Et si semē Abrahæ estis, quid ergo plus Iudæis ē? Nihil. Di  
 co q̄ semē estis Abrahæ. Et ideo Estis hæredes, regni. Et hoc secūdū Promissionē. i. se  
 cūdū fidē Christi repromissū, nō secūdū carnales obseruatiās. Nota quod supra semen  
 Abrahæ dicit⁹ ē Christi⁹, vbi legitur q̄ promissioēs dicit⁹ sunt Abrahæ, & semini eius.  
 Hic aut semē Abrahæ dicit⁹ sūt filij Christi. i. omnes credētes. verū quotiēs Christi⁹ nō  
 minat semē Abrahæ corporaliter sentiendū ē, q̄ ex ei⁹ stirpe generetur: quotiēs aut nos  
 qui credim⁹ i eū dicimur semē Abrahæ, tūc spiritualiter semē fidei accipere debemus.

Hierony  
 Hieronymus

CAPVT IIII.

**D**ico, autem quanto tempore hæres paruulus est nihil differt a seruo  
 cum sit dominus omnium: sed sub tutoribus & actoribus est, vsque ad  
 præfinitum tempus a patre. Ita & nos cum essemus paruuli, sub ele  
 mentis mundi huius eramus seruietes: At vbi venit plenitudo tempo  
 ris, misit deus filium suum factum ex muliere, factū sub lege: vt eos qui sub le  
 ge erāt redimeret, vt ad optionem filiorum reciperemus.

Dico aut, q̄ lex debet cessare: Primū probat hūanę cōsuetudinīs similitudine, de idē  
 ipſus legis auctoritate. q. d. mō nos gentiles & nos Iudæi sumus Christi & semē Abra  
 hæ & hæredes, sed olim nos Iudæi sub lege eramus dum paruuli fuimus, sicut heres fut  
 urus, & a patre substitutus, dū paruulus est sub tutoribus & actoribus est nō differēs a  
 seruo. Ecce iterū quare lex non est tenenda. Et hoc est quod ait, Dico aut. q. d. non so  
 lum prædictis modis ostendit lex nō esse tenēda, sed etiā hac similitudine, quā Dico,  
 i. vobis propono. s. q̄ Quanto tēpore heres paruulus est, ætate & scia. Nihil differt, a  
 seruo, quia cogit, & nullā habet potestātē rerū suarū. Cū. i. quāuis. Sit futur⁹. Domin⁹  
 oīm, rerū suarū, Sed, potius, sub tutoribus, qui eum. cōtra hostes defēdāt, Et actorib⁹  
 ē, qui pro eo causas agāt, & mores ei⁹ informēt. Et hoc vsq; ad tēp⁹ a patre præfinitū.  
 i. determinatum, in quo libertas sui & suorū sibi datur. Postquā. n. aduultus est, liberta  
 tem sui & suorū habet, alioquin iure exhæredatur. Verum est. n. quia patres eius ordi  
 nauerunt, & vsque ad quam ætatem subiectus debeat esse, & in qua aduultus emancipet  
 statuerunt: ita vt quādiu paruulus est, libertate sua vti non valeat, nec dominari qua  
 si hæres, sed similis prope seruis est in conditione procuratorū & actorū. Hoc exēplo  
 probat eos qui sub lege fuerunt paruulos fuisse circa meritum, nec libertatem habuisse  
 causa peccati, vnde hanc illis comparationem adaptans, subdit, Ita & nos Iudæi, Cū  
 essemus paruuli, cognitione dei, & viribus resistendi peccato, eramus seruietes, tū ter  
 riti minis, tum blanditijs capti. Sub elementis. i. sub lege quæ per elementa intelligit⁹,  
 quia ipsa est prima institutio ad fidem & iustitiam, sicut ab elemētis principium discē  
 di assumunt paruuli. Elemētis dico, Mūdi, bñ lex dicit elemēta mundi, quia lex nō cæ  
 lestia & æterna, sed terrena promittebat, vel transitoria, vt est mundus. Vel elementis  
 significat neomenias. i. lunares dies & sabbatū, quæ Iudæi obseruabāt. Si itaq; Iudæi  
 sub elemētis mūdi erant, quid differunt a Paganis? Pagani nō sub elementis seruiunt,  
 sed ipsīs elementis. Colunt. n. astra, solem, lunam, aquam, terram, & hmōi: Iudæi vero  
 sub elementis deo seruibant, quia hæc ipse mandata dederat, vt obseruarent neome  
 nias, & sabbata, & hmōi. In elementis ergo neomenias. i. lunares dies significat & sab  
 bata quæ obseruabant Iudæi: non quod in elementis sperarēt vt Pagani, sed in his deū  
 venerabāt dum paruuli erant, & ad tempus plenitudinis nō peruenerant. Sicut ergo  
 paruulus sub pedagogo est & a cōtore et tutore antequā sit aduultus, ita Iudæis adhuc par  
 uulis lex fuit pædagogus, quia timore compressit, et præceptis dei seruire coegit. Fuit  
 et tutor et actor Iudæis quos deus hæredes instituit, dum paruuli erant cognitione dei

Ambrosi

Hiero

Augu.  
 in lib. quæst.  
 no. & ve. tef.

Ambr.



& viribus resistēdi peccatis: quo tēpore erāt etiā quasi serui, legalib⁹ .i. pœnis a malis  
 territi, & promissio nib⁹ tēporaliū ad bona incitati: nec sui dñabant, sed vitia: nec suo  
 rñ. .i. hēreditatis æternæ, cū essent horū dñi a deo instituti. His igit fuit lex tutoris lo  
 co, dū cōtra malignorū spūm impugnationes & gētiliū persuasiones, qui ad idolola  
 triā traherēt, illos defendebat ammonēdo, increpādo, aliqñ pūniendo, & sic æterna bo  
 na illis cōseruauit, quoniā ex illis Chrūs multos ab inferno liberauit. Fuit eis & actor  
 quia cām eorū apud deū bñ egit, dū per sacrificia & expiationes deū eis placauit. & hoc  
 vsq; ad tēpus præfinitū. .i. vsq; ad aduentū Christi, in quo constituit deus vt perfecti &  
 liberi fierēt, & hēreditatē obtinerent: alioquin exhæredarent. de quo tempore subdit.  
 At vbi venit. q. d. cū essemus paruuli sub elemētis mundi seruebamur: At vbi. .i. nō fa  
 tali necessitate, sed sola dei volūtate Venit plenitudo tēporis. .i. postquā tēpus præce  
 dēs adimpletū est. Plenitudo. n. tēporis est cōpletū tēpus quod præfinitū fuit a deo præ  
 qñ mitteret filiū. Vel, Plenitudo tēporis, dicitur tēpus græ, iō quia i eo plene danē do  
 na spūs sancti, & quæ prædicta fuerant de Chrō implentur: vbi inquā venit illud tēp⁹  
 Misit deus filiū suū. .i. visibilem fecit hoibus. Attēde quod ait, Vbi venit plenitudo tē  
 poris misit deus filiū suū: cui simile est illud quod Ioānes euāgelista ait. Nemo misit i  
 illū manus, quia nōdū venit hora eius, hoc est, quia nolebat. Nō. n. dñs sub fato natus  
 est: hoc nec de te credēdū est, nedū de illo per quē factus es. Nō est. n. hora eius vel no  
 stra, nisi volūtas eius. Nō ergo horā dixit qua cogere mori, sed qua dignare occidi.  
 Tēpus. n. expectabat quo moreret, quia tēpus expectauit quo nasceret. Iō multi dicūt  
 Quare nō ante venit Chrūs? Quibus rñdendū est, quia nōdū venerat plenitudo tēpo  
 ris moderante illo, per quē facta sunt tēpora. Sciebat. n. qñ venire deberet, vel etiā pa  
 ti, & cætera facere. Ante tñ lōgā series præconū præmittenda erat. Nō. n. aliquis pa  
 uus venturus erat, diu fuerat prædicēdus, semper tenēdus: quāto maior iudex veniebat  
 tanto præconū series lōgior præcedere debebat. Iō ait, Vbi venit plenitudo tēporis mi  
 sit deus, pater filiū suū factū ex muliere. Nota q̄ eum qui erat increatus factū dicit.  
 Fecit ergo eum pater ex muliere sub lege. Cū igit ait, Misit deus filiū suū factū ex  
 muliere, satis ostēdit eo ipso missum filiū quo fact⁹ ē ex muliere. Quid est. n. natiuitas  
 filij de virgine Maria? Certe assumptio formæ serui. Nā quid ē aliud nasci filio, quam  
 accipere formā serui i vtero virginis? Hoc aut fecit p̄, fecit & filius: filius quidē nō p̄  
 natus est de virgine Maria, sed natiuitatē filij de Maria & pater & filius operatus est.  
 Similiter nō est passus pater, sed filius: passionē tñ filij & pater & filius operatus est.  
 Tradidit. n. pater filiū, & tradidit filius seipsum. Passio hæc vni facta est, sed ab vtroq;  
 facta ē. Sicut ergo natiuitatē, ita & passionē Christi, nec pater fecit sine filios, nec fili⁹  
 sine patre. Iudas aut quid fecit nisi p̄ctū? Veniamus ad resurrectionē: nō resurrexit  
 p̄, sed filius: resurrectionē tñ filij operatus est pater & filius. Ecce quid est missum esse  
 filiū. Sed quærit vnde & quo missus est filius. Ego, inquit, exiui a p̄e, & veni in hunc  
 mundū: hoc est mitti. De illo tñ euāgelista dicit, In mūdo erat, & mūdo per eū fact⁹  
 est, & mūdo eum non cognouit. Deinde cōiungit, In propria venit. Illuc aut missus ē  
 quo venit, & si in hunc mundū missus est, quia exiuit a p̄e, & venit in hūc mūdū, & in  
 hoc mundo erat, illuc ergo missus est vbi erat. Vnde & illud in propheta dicit, Cælum  
 & terram ego impleo. Quod si de patre dictum accipiat, vbi potuit eē sine verbo suo,  
 sine sapientia sua, quæ pertendit a sine vsq; ad finē for. & d. omnia suauiter: sed neq;  
 sine spū suo vsquā esse potuit. Itaq; si vbiq; deus est, vbiq; etiā est spūs ei⁹. Illuc ergo &  
 spūs sc̄tūs missus est vbi erat. Quærendū ergo est diligētē quō intelligat ista missio si  
 ue filij siue spūs sancti. Quod quia in epistola ad Romanos pertractatū est iuxta hūā  
 næ capacitatis valitudinē, hic perstringimus ad alia festinantes. Si tamē sobrie de dei  
 filio quæ digna sunt opinemur, ideo missum intelligere debemus, quia ex illo incōpre  
 hensibili inenarrabiliq; secreto maiestatis profundæ, dedit se cōprehendendum menti  
 bus nostris dei verbum: non solū cū se exinaniret, sed etiam cū habitaret i nobis: sicut  
 scriptū est, Quoniā inhabitabo in illis. Solēt. n. obtendere minorē patre esse filiū, quia  
 missus est. Cōstat aut eo nō minorē esse, quia missus ē. Cōsiderat. n. quia domin⁹ Chri  
 stus in Isaia a spiritu sancto dicit se esse, missum. Nunquid ergo spiritu minor est fi  
 lius, quia a spū missus est? Habes enim scriptū, q̄ filius a patre & spū eius dicat se esse  
 missum. Vides ergo q̄ simplicitas sermonis, non iniuria sit missionis. Misit ergo deus

Ambr.

Ambrosius  
super Ioannē

Augu. in ser.  
de trinitate.

Augu.  
in lib. de tri.

filiū suū factū ex muliere, forte hoc mouet quod dicit ex muliere, nō ait ex virgine, sed  
 nō moueat. Vtrūq; .n. de scriptura dī, & ex virgine, & ex muliere. Ex virgine, vt ibi, Ec  
 ce virgo cōcipiet, &c. Ex muliere aut, vt hic, quod nō est contrariū. Mulierē. n. pro foe  
 mina posuit more locutionis Hebræorū. Vfus. n. Hebrææ locutiōis mulieres dicit, nō  
 virginitate corruptas, sed foeminas: sicut in Genesi legit de Eua, quādo ipsa facta est  
 Formauit eā mulierē, nec adhuc passa erat cōcubitū viri. Itē, nō te offendat quod ait,  
 Factū, cū cōstitemur natū. Factū. n. nō cōstitemur nisi hoīem. Deus aut semper facies  
 est, fieri nescit vt sit, sed sit vt aliquid alicui sit: sicut dī, Dñe refugiu fact⁹ ē nobis, qñ  
 factus est qui nunquā fact⁹ est. Dñs aut Chrūs hō factus est vt eēt hō. .i. vt qui creator  
 semper erat, creatura esset. Manēs. n. deus factus est homo, vt fieret quod nō erat, non  
 vt periret quod erat. Factū ergo dicit propter susceptionem creaturæ. & addit, Factum  
 sub lege. Saluator fieri debebat sub lege vt circūcisus appareat, quasi filius abrahe, cui  
 promissus erat, signū habēs eius cui promissus fuerat, i quo impleta est circūcisio, & iō  
 iā signū cessat. Credidit. n. Abrahā se habiturū filiū i quo bñdicent oēs gētes, quod iā  
 factū credim⁹. Factū, ergo, sub lege, dixit, quia & circūcisus est, & hostia legalis pro  
 illo oblata. Nec mirū si & illa legis opera sustinuit ex quibus liberaret eos qui eis ser  
 uiliter tenebant: qui ē mortē sustinuit, vt ex illa alios liberaret. Factus est ergo Sub  
 lege. .i. sub onere legis, sicut sub alijs pœnis. Vñ subdit, Vt eos qui sub lege erant, pressi  
 & rei, Redimeret, a diabolo, a perditione, a p̄ctis. Et nota q̄ duo proposuit. .i. factū ex  
 muliere, factū sub lege, sed mutato ordine, illis alia duo respondet. Ad id. n. quod di  
 xit Factū sub lege, illud retulit, Vt eos qui sub lege erant redimeret. Ad illud quod di  
 xit Factū ex muliere, hoc aliud refert Vt adoptionē. q. d. iō factus est de muliere Vt  
 adoptionē filiorū reciperemus. .i. bona quæ per grām dantur per quæ sunt filij. Vel, Re  
 ciperemus adoptionē filiorū. .i. participes essemus diuinę gloriæ. Sicut. n. participat no  
 stra natura, ita ad suā videndā nos adoptat. Hinc. n. adoptionē recipim⁹, quod ille vni  
 cus dei filius nō dedignatus est participationē naturę nræ fact⁹ ex muliere: vt nō solū  
 vnigenitus dei esset vbi fratres nō habet, sed ēt primogenitus in multis fratribus fieret  
 Adoptionē aut dicit, vt distincte intelligamus vnicū dei filiū: nos. n. beneficio & di  
 gnatione filij dei sumus: ille natura est filius qui hoc est quod pater. Vnicū. n. filiū de⁹  
 habet quē genuit de sua substantia, nos aut nō de sua substātia genuit. Creatura. n. su  
 mus quā nō genuit, sed fecit: & iō vt fratres Christi secūdū nostrū modū faceret, ado  
 ptauit. Iste itaq; modus quo nos deus cum iam essemus ab ipso nō nati sed conditi & in  
 stituti, verbo suo & grā sua genuit, vt filij eius essem⁹. Adoptio vocat⁹: vnde, Dedit eis  
 potestatem filios dei fieri, &c. Nec dixit acciperemus, sed reciperemus, vt significaret  
 hoc amississe in Adam, ex quo mortales sumus.

Aug. in ser.  
de trinitate.

Augu.

Augustinus  
in ser. de tri.

Augu.  
Ambrosius 2

Augu.  
in psal. xxxi.

Augu.

Augustinus

Augu.  
contra Faū

Augu.

Augu.

Quonia aut estis filii dei, misit deus spūm filii sui in corda vestra clamantē Ab  
 ba pater. Itaque iam non est seruus sed filius, quod si filius, & hæres per deum.  
 Sed tunc quidem ignorantes deum his qui natura non sunt dii seruebatis.  
 Quonia aut. q. d. nō solū nos Iudæi qui credimus, filij dei sumus: sed etiam vos Gen  
 tiles Estis filij dei, quod probat effectus, Quonia misit deus, p̄ spūm filij, quē sui etiā  
 filij mittit In corda nrā, tā Iudæorū. .i. quā gētīū, qui spūs probat nos esse filios. Vt. n.  
 probaremur adoptati esse a deo in filios, spūm suū dedit nobis, qui signū patris ostēdat  
 in filios, vt quia nos nō hoc auderem⁹ dicere. .i. pro infirmitate & indignitate nrā, sug  
 gerat vt audeamus dicere. Vñ subdit, Clamātem. q. d. spūm, dico, Clamantem. .i. qui fa  
 cit nos clamare: quod nūquā præsumerem⁹, nisi spūs doceret. Quid? Abba quod est p̄  
 Abba Hebraicū est, id ipsum significās quod & pater. & hanc consuetudinem in pluri  
 bus locis scriptura seruat, vt Hebraicū cū verbum interpretatione sua ponat. Duo nā  
 q; sunt verba quæ posuit, vt posteriore interpretare primū. Nā hoc est Abba quod pa  
 ter. Elegāter aut intelligit nō frustra duarū linguarū verba posuisse idē significantia  
 propter vniuersum populū qui de Iudæis & gētibus in vnitatē fidei vocatus est, vt Hé  
 brēū verbū ad Iudæos. Grēcū ad gentes pertineat. Vtriusq; aut verbi eadē significatio  
 ad eisdē fidei spūs; vnitatē. Notādū quia clamor in scripturis nō magne vocis emis  
 sio, sed sc̄iæ intelligat & intētionis magnitudo. Nos ergo clamamus: sed ille clamare  
 dictus est qui efficit vt clamemus. Misit ergo spūm filij sui clamātē Abba pater, id est

Ambrosius

Augustinus  
Ambr.

Augu.

Hierony:  
Augu.  
de cor. & grā.



Augu.  
super Ioan.

nos clamare faciētē. Et nota spūm ēē esse filij, & nota hic trinitatem. Sed aliquis for-  
san quærit, vtrū & a filio procedat spūs sanctus. Filius. n. solius est patris filius, & pa-  
ter est solius filij pater. Spūs autē scētus non est vnus eorū spūs, sed amborū. Vñ dñs ait  
Spūs patris vestri qui loquitur in vobis. Et aplūs ait. Misit deus spūm filij sui, & mul-  
ta alia sunt testimonia, quibus euidenter ostenditur & patris & filij esse spūm, qui i tri-  
nitate dī spūs scētus. Nec ob aliud æstimo ipsum proprie vocari spūm scētum, cū etiam  
si de singulis interrogemur, nō possumus patrē & filiū dicere, nisi spūm, quoniam spiritus  
est deus. Quod ergo cōiter vocant & singuli, hoc proprie vocari oportuit etiam, qui non  
est vnus eorū, sed in quo cōitas apparet amborū. Cur ergo non credamus quod etiā de  
filio procedat spūs scētus, cū filij quoq; ipse sit spūs? Si. n. ab eo nō procederet, non post  
resurrectionem se repræsentans discipulis insufflasset eis, dicens, Accipite spūm scētum  
Quid. n. aliud significauit illa insufflatio, nisi quod procedat spiritus sanctus de ipso?  
Ad hoc etiā pertinet illud quod ait de muliere fluxu sanguinis patiente, tetigit me ali-  
quis. Ego. n. sensi virtutem de me exisse, nam virtutis noīe appellari spūm scētum, ex  
eo clarum est quod Mariæ angelus dixit, Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus  
altissimi obumbrabit tibi. Et dñs eū promittens discipulis, ait, Sedete in ciuitate, quo-  
nūq; induamini virtute ex alto. Hæc est ergo virtus de qua dicit euangelista, Virtus de  
illo exibat & sanabat oēs. Cū autē de patrē & filio procedat spūs sanctus, dicit tñ ipse fi-  
lius illū a patre procedere, quia ad eū solet referre, & quod ipse est de quo etiam ipse  
est: sicut alibi ait, Mea doctrina non est mea, sed eius qui me misit. Si hic intelligit ei?  
doctrina quam tñ dicit non suā esse, sed patris: quātō magis illic intelligēdus est & de  
ipso procedere spūs sanctus, vbi dicit eū de patre procedere? A quo. n. habet filius vt  
sit deus, est. n. de deo, de? ab illo habet vt etiā ab illo procedat spūs scētus. Chrūs dicens  
quē ego mittā vobis a patrē: & alibi, quē mittet, pater in noīe meo, nō dicens a me, oñdit  
q; totius diuinitatis, vel si melius dicit, deitatis prīcipiū pr. est. Itaq; q. d. quia spūs cla-  
mat in nobis pater. Itaq; iam. i. a tēpore gratiæ, Non est, aliquis nostrū qui credimus i  
Chrūm. Seruus. s. timore seruens. Sed filius. s. ex dilectiōe seruens. Quod si filius, est  
Et hæres, erit i futuro. & hoc Per deum. i. per operationem & mīam dei. Vel hoc iuro.  
Per deū. Sed tunc, & c. q. d. Mō estis filij, mō dicitis pr. Sed tunc quidē, qñ infideles era-  
tis Ignorantes deū, & ita erit vobis aliqua excusatio. Seruiebatis eis qui nō sunt dii in  
natura, sui. sed opiniōe hoīm dicēdo, Qui in natura non sunt dii, vnā dei veri ostēdit  
esse naturā. s. patrē, & filij, & spūs scētus. Quid autē ē natura deū esse, nisi verū deū esse? Vñ  
alibi aplūs ait, Cōuersi estis seruire deo viuo & vero. Natura. n. viuo & verus est deus.  
Verus ergo de? est qui naturaliter de? est. Veri ergo dii esse nō poterāt, quibus hoc na-  
turaliter minime suppetebat. Igitur saluator verus de? est, qui secundū essentiā deus est  
Sed dicunt hæretici non natura esse in filium, sed creatū. Quibus rñdēdū, quia si natu-  
ra deus nō est filius sed creatura, nec colēdus est oīno, nec vt de? adorādus: dicēte aplō  
Coluerūt & seruiērūt potius creaturæ quā creatori, Sed illi ad hæc replicabūt & dicēt  
Quid est q; carnē eius quā creaturā esse non negas simul cū diuinitate adoras, & ei non  
minus quā diuinitati deseruis? Ego dñicā carnē imo perfectā in Chrō humanitatē, iō  
adoro q; a diuinitate suscepta & deitati vnita est, vt nō aliū & aliū, sed vnū eūdēq; deū  
& hoīem dei filiū esse cōstet. Deniq; si hoīem separaueris a deo, vt Fotinus vel Pau-  
lus Samosathenus, illi nūquā seruiō nec credo, vel ut si quis purpurā vel diadema re-  
gale iacēs inueniat, nūquid ea conabit adorare? Cū vero ea rex fuerit indut, periculū  
mortis incurrit, si ea cū rege adorare quis cōtēpserit. Ita etiā in Chrō dño humanitatē  
non solā vel nudā, sed diuinitati vnitā. s. vnū filiū, deum verū, & hoīem verum, si quis  
adorare cōtēpserit, æternaliter morietur.

Augustinus.  
in li. 3. de tri.

Ambro.

Aug. in lib. 3  
de trinitate.  
Didimus in li-  
bro de spū scēto.

Nunc autem cum cognoueritis deum, imo cogniti sitis a deo, quomodo con-  
uertimini iterū ad infirma & egena elementa, quib⁹ denuo seruire vultis? Dies  
obseruatis, & menses, & tēpora, & annos. Timeo vos ne forte sine causa labora-  
uerim in vobis. Estote sicut ego quia & ego sicut vos Fratres obsecro vos, nihil  
me læsistis. Scitis autē quia per infirmitatē carnis euāgelizauī vobis iam pridem,  
& tentationem vestrā in carne mea nō spreuistis neq; respuistis, sed sicut ange-  
lum dei accepistis me, sicut Christum Iesum. Vbi est ergo beatitudo vestra?

Nūc autē. q. d. olim seruiebatis falsis dijs cū ignorabatis verū deū. Sed & nunc, cum  
aperta est veritas Cū cognoueritis, vel Cognoscitis deū, & ita grauius pctis quā olim.  
Quō iterū, & c. hic est ordo lræ, sed interponit, Immo cogniti, & c. q. d. dico, cognoue-  
ritis deū quod nō est a vobis, sed potius quia gratia dei approbati estis & amati. & hoc  
est Immo cogniti estis a deo. i. suo munere cognitores suos nos fecit. Hoc gñe locutio  
nis frequēter vti scrip̄a. Vñ i Psal. ait vir prophetic⁹, Sic i scētō apparui tibi vt vide-  
rē virtutē tuā. nō dixit, Apparui tibi vt videres, sed vt viderē. Simile ē hoc quod ait  
apostol⁹, Nūc autē cū cognoueritis deū, imo cogniti estis a deo. Correxerit enim q; dixe-  
rat, cū ait, Immo cogniti estis a deo, vt per hoc itelligam⁹, nec hoc quidē nobis eē tri-  
buēdū q; noscim⁹ deū, sed illi⁹ misericordiē tribuam⁹. Cū dī, cognoscit nos de⁹, sic iā  
telligēdū ē. i. cognitionē sui nobis pręstat. Nō enim a nobis ē q; notim⁹ eū, sed ab eo.  
Ab eterno quidē nouit quos tūc apost. cognitos dicit: sed tūc cognoscere dicit, quādo  
vt cognoscā facit, sicut dicit quiescere cū ei⁹ munere requiescim⁹. Nō. n. tūc cognoue-  
rat eos de⁹ pręcognitos videlicet ante cōstitutionē mūdi, sed tūc ipsi eū illi⁹ munere  
nō sub merito vel sua facultate cognouerūt: & ideo maluit topice loqui, vt tūc ab illo  
cognitos diceret cū eis cognoscēdū se pręstitit: & verbū corrigere, quāsi hoc min⁹ re-  
cte dixerit q; proprie dixerat: quā sinere vt hoc sibi arrogarāt se potuisse q; eis posse il-  
le donauerat. cū iquā cognoueritis deū Quō cōuertimini, a fide. Ad elementa. i. ad legē  
initiatē, ad cultū dei. Elementa dei infirma & egena. Lex dicit infirma, quia perfecte nō  
iustificat egena: quia quātū inuat, nō per se sed respectū grę facit. Conuertimini dico.  
Iterū, vt ante cōuersionē sed nūquid ante cōuersionē Galatē isti legē seruauerāt, nō  
vtiq; quia gētilēs erāt, & superstitiōsi idololatrię deseruierāt. Ideo dicit, Iterū quia le-  
gis obseruātia cui tūc dediti erāt, erat peccatū pōne par seruituti idolorū cui vacauē-  
rāt ante cōuersionē. Vñ subdit, Quibus & c. q. d. Quō conuertimini ad elementa qui-  
bus denuo seruire vultis: ideo dicit denuo, vt ostendat quod non distat modo lex post  
Chrūm ab antiqua idololatria. Dies. q. d. vultis seruire elementis. Et vere, quia iam ob-  
seruatis dies, iudaico ritu, vt sabbata & decimam mensis primi vsq; ad quartadecimā  
qua agnus imolabatur, & a quartadecima vsq; ad vigesimā primam eiusdem mensis  
quando azima comedebātur. Septem etiam septimanas quas ritu Iudaico post azima  
computant. Dies Israelitici Pētecostes seruant, nec non & langorem turbarum, primo  
die mensis septimi, decima etiam eiusdē mensis expiationē & ieiuniū, & in quintade-  
cima cōenophegiā. Et menses obseruatis, vt neomenias. Menses etiam custodiunt,  
quia primum & septimum mensem obseruant. Et tēpora, vt tēpus egressiōis de Aegy-  
pto. Tempora etiam colebant qui per annos singulos Hierosolymam veniebant, putā-  
tes se implere domini præceptū, dicentis, Tribus temporibus anni, diem festum agētis  
mihi, & apparebit masculinum tuum in conspectu dei tui. Et annos, septimos. Puto e-  
quidem hoc de septimo remissionis anno dici, & de quinquagesimo quin ab illis Iubile-  
us dicitur, quem Iudæi aliquando suo ordine seruire nequiuērūt captiuitate pressi, qua  
soluta pro eo septimum annum septimæ decadis coluerunt, qui potest intelligi vel se-  
xagesimus vnus annus quo indulta est eis a Cyro & Dario licentia redeundi de Baby-  
lonia, vnde cōpletis annis septuaginta redierunt. Vel potius septuagesimus vnus, quē  
reuerſi in Hierusalē pro quinquagesimo qui Iubileus dicitur obseruarūt. Timeo. q. d.  
hoc iam facitis, peius autē Timeo. s. ne forte Laborauerim in vobis sine cā. i. inutiliter,  
quod est si legem plene suscipitis: ac si dicat, vestram leuitatem timeo, non aliud. Vel  
ita, Quō iterū, vt hoc de errore gentiliū intelligamus: in eo. n. quod dicit, Conuertimi-  
ni iterum ad infirma & egena elementa, non circuncisis, sed gentibus loquitur, quibus  
hanc scribit epist olā, nec ad circūcisionē vel legem dicit eos reuerti in qua nūquā fue-  
rant, sed ad infirma & egena elementa: quibus rursus vt antea seruire volūt: quod de gē-  
tibus intelligere cogimur. Vulgatissimus. n. est error iste gentilium, vt vel in agendis  
rebus, vel in expectandis vitæ & negotiorū suorū ab Astrologis & Chaldæis notatos  
dies, & menses, & annos, & tempora obseruent: quos redarguit, dicens, Nūc autē cū co-  
gnoueritis deum, quomodo iterū conuertim, ad infirma & egena elementa quibus de-  
nno vultis seruire. i. ad superstitiōsas tēporū obseruatiōes. Manifestū est. n. volumina  
tēporū per elementa huius mundi, hoc est cælum & terrā, & motus, atq; ordinē syderū  
amministrari: quæ infirma appellat, ex eo q; infirma & instabili specie variant, egena

Augu.  
in psal. lxxii.

Augustinus.  
de gra. no. t.

Augu.  
de ciui. dei.  
Augustinus  
super Geneſ  
sim ad litterā

Hierony.

Augu.

Hiero.

Hierony.

Augu.

Ambrosius. vero, eo quod egent summa & stabili specie creatoris vt possint esse quo sunt. Vel ege-  
na elemēta dicit, eo quod sui innicē egēt ad regēdū mūdum. Dies. q. d. vere seruire vul-  
tis, quia Dies obseruatis & mēses, & tēpora, & annos. Dies obseruat, vt qui dicunt hoc  
die nō est aliquid incipiendū, menses aut colūt, qui cursus lunæ perferunt dicūt, ta-  
li luna non est aliquid incohendū. Tēpora vero cū dicūt, mō est initium veris. Annos  
aut cū dicūt, nouus annus est. Calēdæ sunt Ianuarij, nō licet hoc vel illud facere. Sed  
nulla debet esse suspitio harū rerū, quia prospere pōt cedere quicquid simpliciter sub  
dei deuotione fit. Et nota quod dupliciter erant subuerſi Galatæ, vt ad legem & ad pri-  
stinos errores conuerterent: ergo eligat lector vtrā volet sententiā, dūmodo intelligat  
ad tantū periculū aiæ pertinere superstitioſas tēporū obseruantias, vt huic loco subie-  
cerit aplūs. Timeo &c. q. d. hoc iam facitis, sed deterius Timeo .f. Ne forte sine cā la-  
borauerim in vobis. Sūt quædā quæ leuissima putarentur nisi in scripturis demonstra-  
rent opinione grauiora. Quis. n. dicēte fatue fratri suo, reū gehennæ putaret, nisi veri-  
tas hoc diceret? Similiter dies obseruare & tēpora nō putareſ adeo grate, nisi aplūs di-  
ceret, Timeo ne forte sine causa laboraueri i vobis. Hęc aut obseruat qui certis dieb?  
vel mēſibus vel anniſ volūt vel nolūt aliquid inchoare, quasi fausta & infausta ſunt tē-  
pora. Nō itaq; ista obseruem?  
ne ab apostolo ista audiam?  
Timeo &c. Eos. n. culpāt  
quicōstellatiōes sequūt dicētes, nō proficiſcar, quia luna sic ferſ. vel proficiſcar vt pro-  
ſpera cedāt, quia ita se habet poſitio ſyderū. Agā hoc mēſe cōmerciū, quia ista stella a-  
git mēsem: nō plātabo hoc anno vineā, quia biſſextus est. Tales culpant, nō quia natu-  
rales elemētōrū effect?  
in ſyderū ornatissima cōuerſione nouerunt, vt. f. tēpeſtate non  
nauigēt, autūno ſeminēt: de quib?  
cū cōderent dicitū est in Genēſ. Et ſunt in ſignis, &  
tēporib?  
& diebus & menſibus. Eſtote. q. d. Timeo ne sine cā laborauerim i vobis, sed  
Eſtote ſicut ego, ſum qui legē dimiſi. & debetis eſſe, Quia ego ſui olim i lege, ſicut vos  
mō vultis eſſe, & dimiſi nō ſine rōne. Vel ita. Eſtote ſicut ego, quia & ego ſicut vos, hō  
ſum qui de errore correctus ſum, ita & vos poteſtis corrigi. Vel ita, Eſtote ſicut et ego,  
quia ego qui legē habui, ſum mō sine lege ſicut vos. Cū. n. Iudæus natus ſum, iā illa car-  
nalia ſpiritali dijudicatione cōtēno. Fratres, aſpere correctos Galatas recreat aplūs  
per bene geſta, apponēs poſt aſpera ſua ſua mōre ſalutaris medici. q. d. & debetis eſſe ſi-  
cut ego, quia o fratres, ego Obſecro vos, dico, obſecro & ſecure obſecrare poſſum, vt  
quos merito diligo, quia nihil me læſiſtis, & ita non penes vos inimicitiarū mearū est  
cā. Hoc dicēdo excuſat ſe, quia pſeudo dixerant Paulum Galatis inimicū, nec voluiſſe  
eos docere quæ in alijs eccleſijs prædicabat. Hanc calūniā diluens aplūs inimicitia  
cām ſubmouet, cū ait, Nihil me læſiſtis, ſcitis aut. q. d. nō me læſiſtis, ſed potius hono-  
riſce me recepitiſtis cū cām ſpernendi habuiſtiſtis. & hoc eſt quod ait. Scitis aut q per in-  
firmitatē carnis meæ, quia caro mea aſſicta erat. Euāgelizauit vobis iā pridem, & pro-  
tanto tēpore nō ſpreuiſtiſtis me. Vñ ſubdit. Et nō ſpreuiſtiſtis tentationem veſtrā in carne  
mea. i. me tribulatū per quod vos diabolus tentabat, ne crederetiſtis. Tētati. n. ſunt cum  
tribulationem ſecūdū carnem patereſ aplūs, vtrum timore deſererent eū, an charitate  
amplecterent. Opportune ergo ac decenter facit eos recolere charitatem ſuam, ne tan-  
quā inimicū illum deputent, dicens, Scitis aut quod per infirmitatem carnis. i. cum pa-  
terer perſecutionem Euangelizati vobis iam pridē, & tētationē veſtram in carne mea  
i. tribulationē quā patio in carne, qua vñ quales eſtiſtis. Non ſpreuiſtiſtis, tanquam inutilē  
vel vilem. Neque reſpuiſtiſtis, vt non ſuſciperetiſtis communionem periculi. Distingue in-  
ter illa duo, Non ſpreuiſtiſtis. ſ. poſt conuerſionem, vt inde vilior eſſem. Neq; reſpuiſtiſtis  
ante conuerſionem, vt ob hoc conuerti abhorreretiſtis. Sed excepitiſtis ſicut angelum dei  
.i. ac ſi angelus veniſſet, vel me angelum dei eſſe creditiſtis: ſimo pl?  
dicā. Sicut Chriſtū  
Ieſum, ac ſi ipſe Chriſt?  
veniſſet qui in apostolo loquebatur, & ideo venerat ad illos.  
Vbi ē ergo? Admirans opus eorū ſpirituale cōmēdat vt hoc intuentes in timorem car-  
nalem non decidunt: & quia mutati erant in deterius increpat eos. Et ſi. n. receperūt eū  
ſicut angelū, non ideo tamen parciſ ſecare vel vrere: quia nō querit ſua, ſed quæ Chri-  
ſti ſunt: nō querit lac & lanam de ouibus, id eſt cōmodū ſupplēde neceſſitatis & fauo-  
rē honoris, ſed ſalutē ouīū. quaſi dicat, & quia ita tūc fecitiſtis, Vbi ē ergo beatitudo ve-  
ſtra, qua dicebamini beati bonis iniitijs, & quaſi proficiēdi gradib?  
ſeruētes. q. d. pudeat  
vos eſſe mutatos. Mirum eſt enim quod à bono decidiſtiſtis.

A Testimoniū enim perhibeo vobis, quia si fieri posset oculos vestros eruiſſetis  
& dediſſetis mihi. Ergo inimicus vobis fact?  
ſum, verū dicēs vobis: Aemulatur  
vos nō bene: ſed excludere vos volūt, vt illos æmulemini. Bonū aut ē emulamini  
in bono ſēper, & nō tātū cū præſēs ſū apud vos. Filioli mei quos iterū parturio,  
donec formetur Chriſt?  
i vobis. Vellē aut ē apud vos mō, & mutare vocē meā  
quoniā cōfundor i vobis. Dicite mihi qui ſub lege vultis eſſe, Legē nō le giſtiſis?  
B Testimoniū. n. q. d. vere beati fuiſtiſtis, vel ſicut angelū, vel Chriſm me excepitiſtis. Te-  
ſtimoniū. n. perhibeo de vobis, quia ſi poſſet fieri, ad vtilitatē eccleſiæ, Eruiſſetis oca-  
los veſtros, quod inter oīa carius eſt vobis, Et dediſſetis mihi. ſ. ad vtilitatem meæ præ-  
dicationis, & iō plus de vobis dolēdū eſt. Nota q ait, Si fieri poſſet, nōne illud fieri  
potuiſſet quod ait aplūs, nō pōt fieri quod iuſte nō ſt. ſic & Iob. Vtinā poſſem me occi-  
dere. & dñs ad Loth, Nō poterā quicquā facere, donec illo introeas. Nō poſſe ſe dixit  
quod ſine dubio poterat per potētiā, ſed nō poterat per iuſtitiā. Ergo. q. d. & cū hoc ſit.  
Eſt ergo credibile quod fact?  
ſum inimic?  
verū dicēs vobis? q. d. per hoc videor inimi-  
cus, quia verū dico, ſed ſi fallerē, putarer amicus: quia nemo ſe argui vult erratē, iō vo-  
bis inimicus videor iuſte reprehendens. Aemulanſ. q. d. ego non ſum vobis inimicus,  
ſed illi æmulanſ. i. diligunt Vos non bene. i. non vtiliter. Aemulanſ. n. verbum, quia  
nō tam cupiūt eos meliores quā ipſos volunt facere peiores, & retrorſum trahere æmu-  
latione peruerſa. Vñ ſubdit, Sed volūt excludere, a fide ad legē, vel a dilectione mea,  
Vt illos æmulemini. i. intuemini in legalibus. Bonū aut. q. d. illi volunt vt ipſos æmu-  
lemini, Sed vos æmulamini. i. diligite & imitamini, Bonum, hoīem, me. ſ. & hmōi. Et  
hoc In bono. i. propter hoc diligite, quia in eo eſt virtus & bona operatio, nō pro alia  
re. & hoc facite ſemper, vt perſeueranti gradu ad finē boni operis perteniatiſtis. Vult enī  
vt ſemper ipſum imitent. Vñ ſubdit, Et nō tātū. q. d. æmulamini bonū. ſ. me, & hmōi  
Et nō tantū cū præſens ſum apud vos, ſed perſeuerate in acceptis magis æmulādo me  
cū abſens ſum. Filioli, hic iterū ſcipit oñdere ex ipſa lege quare nō ſit tenēda. q. d. me  
imitamini, & debetis, quia vos eſtiſ Mei, nō dico filij, ſed Filioli, qui diminuti eſtiſ, &  
perfectionis gradib?  
idigetis. Quos iterū, ſicut pri?  
Parturio. i. cū labore & dolore ad  
lucem fidei genero, Donec Chriſus, quē deformatiſtis, Formē in vobis, vt. ſ. recipiatiſ ſi  
militudinem eius, quā veſtro vitio perdiditiſtis. Perpaucorū eſt penſare qui labor ſit in  
prædicationibus patrū, quātifue doloribus aiās in fide, & cōuerſatione recta parturiūt  
Vñ aplūs ex perſona matris loquēs ait, Quos iterū parturio, primū per fidē illos genu-  
erat in baptiſmo, ſed poſtea deformati ſunt per pſeudo & infirmi facti, nūc cū dolore  
reformat eos. Vñ addit, Donec Chriſus in vobis reformē. Cōcipiēs enim fidē & ſēſū ſi  
dei nō aduertētēs, formatū Chriſtū i animis ſuis nugāt habere. Formā enim Chriſt?  
i corde credētū, cū illis ſacramēta grē padūt, & ea quę obſcura videbāt perſpicua ſūt  
C Vel ita, Donec reformē Chriſt?  
i vobis. i. formoſ? alijs per vos appareat. & hoc ē gra-  
ui?  
dictū, quā ſi diceret eos reformari i Chriſto, quia neſcio quo pacto terribili?  
iſo-  
nat audietū aurib?  
Vellē aut. q. d. blādiſ mō verbis vſ?  
ſū, dicēs frēs & filios, ſed Vel-  
lē eē apud vos mō, vt duplici gñe cōfuderēt, & de errore ſuo, & de rubore apoſtoli. Iō  
ait, Vellē eē apud vos, & mutare vocē meā, i vituperatiōe, vt digna vobis dicerē quę  
nolo ſcribere ne permaneāt apud vos. ideo vellē mutare. Quoniā cōfūdor i vobis. i. a-  
pud alios erubeſco pro vobis. Sciēs aplūs maiorē vī habere ſermonē qui ad præſentes  
fit, cupit vocē apoſtolicā, vocē lrīs cōprehēſam in præſentiā cōmutare. Scriptura. n.  
diuina ædificat electa, ſed multo plus prodeſt ſi de lrīs mutāt in vocē: magnā ſiquidē  
vim habet vox viuā, vox de authoris ſui ore reſonans, quæ ea pronunciatione proferē  
& diſtinguit qua in hoīs corde gnata eſt. Eſt itaque ſenſus, quia cōfundor in vobis, vel  
lē lrarū vocē præſens de meo ore proferre, vt vos ſolito ſeuerior ipſe corripere: quia  
eplā non pōt vocē obiurgantiſ exprimere, nō valet iracētis reſonare clamorē, & do-  
lorē pectoris apicibus explicare: nō habeo quippe fruct?  
quos ſolēt de diſcipulis habe-  
re doctores, & ſine cā ſemen iactū eſt doctrinæ: ita vt cū Hieremia dicā, Nec profui,  
nec profuit mihi quicquā. Vt aut nō patiar vos perire & errare perpetuo, ex charitate  
vobis loquar. Dicite mihi &c. Vel aliter pōt legi hæc lrā eodē manēte ſenſu. Filioli.  
q. d. nō ſolū ex ſupradictis probat lex eſſe dimittēda, ſed etiam authoritas ipſius legis

Augu.  
cōtra epi. gau-  
dentii.  
Augu.  
de potentia  
dei.  
Ambrosius.

Ambro.  
Hieronymus

Hier. ſuper  
Ezechielis.  
Augu.  
in moralibus

Hierony.

Hierony.



hoc oñdit. O filii mei dicite. i. rñdete mihi. Vsq; huc. n. pendet sn̄a, & interponit il-  
 lud. Quos iterū parturio, donec formeſ Chr̄is in vobis. Vellē au. ef. apud vos mo. &  
 mu. vo. me. q. cō. i. vo. nō mutat sensus horū verborū. Vos iquā o filii, Qui vultis, eē  
 carnaliter sub lege dicite mihi. i. rñdete mihi. Legem legistis, an nō? Quicquid eligat,  
 probantur stulti: si non legerunt, non debent recipere quod nesciunt. si legerunt, ipsa  
 probat se dimittendam. quod si non intelligunt, stulti sunt. Iō eos interrogat, dicens,  
 Legem non legistis? q. d. legistis quidem, sed non intellexistis.

Scriptum est. n. Quoniam Abraham duos filios habuit, vnū de ancilla, & vnū  
 de libera. Sed qui de ancilla, secū dum carnem natus est, qui autem de libera per  
 repromissionē. Q. sunt per allegoriam dicta. Hęc enim sunt duo testamēta.  
 Vnū quidem in monte Syna in seruitutem generans, quæ est Agar.

Scriptū est. n. quoniā Abrahā. q. d. Iō quæro an legeritis legē, quia i ea quiddā scri-  
 ptū est: quod si attēderitis, nunquā ad eā recurreretis. Scriptū est. n. in Genesū, Quoniā  
 Abrahā habuit duos filios, Ismael, & Isaac. Vnū de ancilla. Agar. f. Ismael, Et vnū  
 de libera, Sara. f. Isaac. Sed qui de ancilla, fuit Secū dū carnē natus est. i. per nullū mi-  
 raculū, sed lege naturæ natus est. Qui autē de libera per repromissionē. i. mirabiliter na-  
 tus ē. Attēde quod ait, Scriptū est, quoniā Abrahā duos filios habuit, cū plures habue-  
 rit, Post mortē. n. Saræ, de alia vxore. f. Cetura alios genuit, qui nō pertinent ad hanc  
 significationē, & iō multi legētes aplūm, librū autē Geneseos ignorātes putāt solos du-  
 os filios habuisse Abrahā. Sed hos solos cōmemorat aplūs, quia de his duob; scriptura  
 spāliter singula exequit, innuēs aliquid egregiū in his præfigurari. Itē attēde quod  
 subdit, Vnū de ancilla, & vnū de libera. Nō. n. hoc frustra distixit. Vterq; quidē de A-  
 brahā natus ē, sed diuersa operatiōe, quia qui de ancilla secū dū carnem naturam natus  
 est, quia iuēcula de sene solet cōcipere. Qui autē de libera nō secū dū vi carnis vt vetu-  
 la & sterilis de vetulo cōciperet, sed per operationē dei qui promisit. Illū ergo genuit  
 demōstrās cōsuetudo naturæ. Illū vero dedit promissio, significās grām. Ibi hūan; v-  
 sus oñdit, hic diuinū bñficiū cōmēdat. Nat; est ergo Ismael sicut nascunt hoies per  
 mixtiōe vtriusq; sexus vñtata lege naturæ, iō dictū est secū dū carnē, nō quia ista bñfi-  
 cia dei nō sūt, aut nō ista operē de; cui; opifex sapia attigit: sicut scriptū ē. A fine vñ  
 q; ad finē for. & d. o. fu. sed vbi significādū fuerat dei donū, quod indebitū hoibus gra-  
 tis grā largiret, sic oportuit dari filiū quē admodū naturæ nō debebat ex curib;. Hęc  
 aut quāuis ad lram ita fuerint, tñ quia secū dū lram ad superiorē demōstrationē nō va-  
 lēt, subdit, Quæ sunt dicta per Allegoriā. i. per aliū intellectū. Allegoria. n. dī cū ali-  
 quid aliud vñ sonare in verbis, & aliud in intellectu significari, sicut hic. Abrahā enī  
 est deus p̄r, qui est p̄r multarū gētium, Sic. n. interpretat hoc nomē Abrahā. Ab. n. p̄r,  
 Ham multarū, subaudit gētū, quo intelligit de; p̄r. r. interponit cā euphoniæ. Inde  
 dī Abrahā quāsi Abahā. i. pater multarū gētū, quo intelligit de; p̄r. Libera autē & an-  
 cilla significāt duo testamēta. Vñ subdit. Hęc. n. i. ancilla & libera sunt. i. significant  
 duo testamēta. Libera significat nouū testū dās oibus per Chr̄m nouā gratiā. Agar  
 vetus testū. In vtroq; testō genuit deus sibi filios qui seruiret. Sed in veteri testō gñā-  
 ti sunt Iudæi serui, quia timore pœnæ & promissione tēporalium seruiebāt. & hoc est  
 quod ait, Qui de ancilla, fuit. f. Iudæi & oēs serui p̄cti. Natus est secū dū carnē, quæ &  
 pœnas abhorret, & dulcia amat, quia illi metu pœnæ & amore tēporaliū seruiebant.  
 Gratia vero noui testi parit liberos qui ex dilectiōe seruiāt, nō in carnis, sed opere dei  
 & hoc est quod ait, Qui autē de libera nat; est. i. liber Christian; populus gratia noui te-  
 stamenti generat;, Per promissionē natus ē. i. per virtutē & grām promittētis sub figu-  
 ra veritate. Quis. n. impossibilia secū dū naturā crederet, & quæ suauia sunt in p̄cti contē-  
 neret, & nō visa speraret nisi virtus dei hoc in eo operaret; Taliter generant Christiani  
 quorū typus præcessit in Isaac. Ismael. n. Iudæorū significat natiuitatē, vel eorū qui  
 serui peccati sunt. Isaac vero Christianorū, quia in libertatē nascunt. liber. n. st qui acci-  
 pit remissionē p̄ctōrū. Ecce expositū ē euidenter quid significant illa verba legis. Vnde  
 oñdit lex nō esse tenēda quæ in seruitutē generabat, sed noua quæ in libertatē parit.  
 Vñ addit. Vnū quidē. q. d. ancilla & libera signāt duo testamēta. Et vnū quidē, datum

Augu.

Augu.  
de ciui. dei.

Augu.  
in psal. ciii.

Ambrosius

Ambrosius

Ambro.

est In mōte syna, q; interpretat mādatū. q; i tali loco datū ē. i. i mōte emineti, significat  
 q; Iudæi cōtra alias gētes essēt superbi de mādato, vel ipsi essēt superbi & tumidi cōtra  
 ipsū mādatū. Illud testamētū, dico, Generās. hoies In seruitutē, quia pro timore ser-  
 uiebāt Iudæi, vel serui peccati erāt. q; testamētū est Agar. i. significat per Agar & recte  
 Agar enim interpretat alienatio. q; bene cōuenit, quia illud testamētū alienat hoies ab  
 æterna hæreditate.

Syna. n. mōs est i Arabia qui cōiūctus est ei quæ nunc est Hierusalē, & seruit  
 cū filiis suis. Illa autē quæ sur (sum est Hierusalē libera est, quæ est mater nostra.  
 Scriptum est. n. Letare sterilis quæ nō paris, erumpe & clama quæ nō parturis,  
 quia multi filii de ferræ magis quam ei; quæ habet virum. Nos autē fratres secū-  
 dum Isaac promissionis filii sumus. Sed quō tunc is qui secundum carnem nat;  
 fuerat, persequatur eum qui secundum spiritum, ita & nunc. Sed quid dicit  
 scriptura? Eice ancillam & filium ei;. Non enim hæres erit filius ancillæ cum fi-  
 lio liberæ. Itaq; fratre non sumus ancillæ filii sed liberæ, qua libertate Christus  
 nos liberauit.

Syna enim. q. d. Vere testamētum vet; gñat in seruitutē, quia Syna mōs. i. vet; testā-  
 mētū datū i mōte Syna. Est i Arabia. i. i humilitate vel i afflictioe, quia affligebat ho-  
 mines sub carnalibus obseruatiōib;. Arabia. n. interpretatur humilitas vel afflictio.  
 Et bñ dī vet; testū datū esse in Arabia, nō in terrā promissiois vbi Iudæi quāsi filii  
 fuerūt sed i Arabia vbi quāsi serui & alieni fuerūt, quia vet. test. nō filios sed seruos &  
 alienos pariebat. deinde vet. test. populos cui datū est cōparat, dicens, Qui, mōs per oīa  
 Cōiūctus est, & similis. i. vet. test. in illo mōte datū, per oīa coniuctū est, & simile. Ei  
 Hierusalē quæ nūc est. i. Iudaico populo, qui nūc est. i. qui terrena diligit, & pro tēpo-  
 ralib; seruit. Vel, Seruit sub p̄ctō, Cū filiis suis, Hęc est synagoga quæ sub peccato gē-  
 nerat filios. totus quidē populus m̄r est, singuli autē sunt filij. vel filij sunt profeliti, qui  
 oēs timore pœnæ seruiūt. & iō vet. test. dicit eē coniuctū & simile illi populo, quia sicut  
 vet. test. pœnas minabat. & temporalia promittebat: ita ille populus timore pœnæ  
 & amore tēporaliū seruiebat. Ecce per hęc oīa patet q; vetus lex nō ē tenēda, sed no-  
 ua quæ sursum est, quæ libera est. i. ad superiora nos mittit, & liberos facit: quæ data est  
 ecclīe, quæ sursum ē, & libera. Vñ subdit. Illa autē. q. d. hęc. i. synagoga timore vel sub  
 peccato seruit. Sed Illa Hierusalē quæ sursum est. i. ecclīa de gētib; congregata, quæ  
 cū dño gaudet in spe, libera est, quia diligit, & ex amore seruit. Quæ ē mater nostra. i.  
 credetiū, quia singuli verbo ei; & exēplo instructi, ex charitate seruiūt. Quod autē libe-  
 ra sit & m̄r, auctoritate Isaię probat, subdēs, Scriptū est. n. q. d. vere libera est & m̄r,  
 quia scriptū ē in Isaiā. Letare sterilis quæ non paris, erūpe & clama quæ non parturis  
 quia multi filij &c. Ex his verbis & libera mōstrat & m̄r. Letari. n. & erūpere, & cla-  
 mare pertinet ad libertatē: quia Multi filij, hoc pertinet ad matrē. Isaias aspiciēs tēp;  
 Chr̄i, ecclīam gētū añ sterilē nūc foetofam alloquit, dicens. O ecclīa gētū Sterilis  
 quæ tēpore legis, Non, virtute miraculi Paris, quia illo tēpore quāsi nullos genuit.

Quæ ē nō parturis, quia neq; tūc conatū habuit. Letare, i corde, Erūpe. i. lætitiā mētis  
 extra oñde. Et clama. i. gaudiū tuū alijs prædica, Quia magis multi. i. plures sunt, Filij  
 tui, oli. Deserte partu quidē nō dilectiōe spōsi. Quā ei;. i. synagoge, Quæ hab; virū. i. lē-  
 gē ad gñandū. i. quæ carnaliter gñat sub lege. Virū quippe habuit synagoga. f. legē, & fe-  
 rosa quōdā fuit i liberis. Sterilis vero ecclīa sine viro chrō sine villo spōsi sermōis allo-  
 quio diu iacuit i deserto. sed postquā accepit illa librū repudij, & oīa ornāmēta viri, i  
 idoli vertit ornāmēta, tūc marit; priore cigulo putrefcēte, aliū lūbis suis balteū, aliud  
 de gētib; lūbare cōtexuit: quæ statim vt est viro cōiūcta cōcepit & peperit. Vñ i Isaiā  
 dñs exclamat, Dilata locū tabernaculi tui, & protēde funiculos tuos, &c. Itē, Si ē gens  
 nata simul. Synagoga ergo quæ hab; virū. i. legē, deserta vero & vaga, & sine vlla læ-  
 tis ptatē viuēs, gētū multitudo est, quæ & sterilis erat nulli; legitimi verbi proferens  
 germē. Sterilis. n. erat in oibus gētib; ecclīa, añquā iste foet; quæ certim; oriret;, hoc  
 aut quidā iudaizātes ad antiquā Sarā referūt. hoc autē de antiqua Sara superstitie dice-  
 ret Isaias, quæ multo añ tēpore obierat. vel per Hierusalē intelligit hic superna ciuitas  
 celestis curia. Superna est. n. sc̄tōrū ciuitas, licet i quibusdā quos hic parit, adhuc pœnæ

Ambrosius.

Hieron;

Hieron;

Hieron;

Augu.  
de ciui. dei.



grinatur, donec regni eius tempus adueniat, quando congregatura est oēs in suis corporib⁹ resurgētes. De hac ergo dicit, Illa autē Hierusalē quę sursum est. i. cū dño gaudeat, Libera est, a pctō & pœna pcti, Quę ē mī nra. Ciuitas cęlestis, mī nra dicit, quia ad eā vocamur, & iō cęlestis dicit, quia cęlū sedes eius est: & quos gnat, ibi erūt cū ea Vere mī est. Scriptū est. n. Lætare sterilis quę nō parit, erūpe & clama quę nō parturris. Cęlestis Hierusalē sterilis dī, quia nō parit secūdū carnē: nec parturit. i. nec dolores patit, sed gnat spūaliter sine passione clamans ī lætitia quę plures habet filios quā quę habet virū. i. synagoga quę carnaliter gnat. Vñ subdit, quia Magis multi sunt filij, tui, Desertę. A quo? Ab Adā qui deserta vita secutus est mortē. Quā eius quę habet virū. i. synagoga. Multo. n. plures sunt Chriani Iudęis, quia Chriani supergressi sunt nūerū Iudęorū. Sterilis ergo dicta ē, quia virgo ē, quę nō carnaliter gnat filios, sed per solā fidē spūaliter quę nec parturire dī. Quę. n. parturit, dolores patit: hęc exclamat in lætitia salutis hūanę. Hierusalē vero terrena iō virū habuisse dicta est, quia carnaliter gnabat. Parit autē ciues terrenę ciuitatis pctō vitiata natura: cęlestis vero ciuitatis ciues parit a pctō naturā liberās gratia, quod significatū ē ī duob⁹ filijs Abraham, quorū vn⁹ de ancilla secūdū carnē nat⁹ est: alter de libera, non secūdū naturā, sed per repromissionē. Negat. n. natura filios tali cōmixtiōe qualis eē poterat Abraham & Sarā ī illa ætate, et mulieris accedēte sterilitate. quę nec tūc parere potuit, qñ nō etas fœcūditati, sed ætati fœcūditas defuit. Quod vero nec sic affectū fructus posteritatis nō debebat, significat q̄ natura humani gnīs pctō vitiata, & iō iure dānata, nihil verā fœlicitatis in posterū mœrebat. Isaac per repromissionē natus nō per gnationē significat filios grā, ciues ciuitatis liberę, socios pacis eternę. Et quia hoc nō per gnationē sed per regnationē futurū erat, iō tūc īperata ē circūcisio qñ de Sara promissus ē filius Circūcisio igit̄ significat naturā exuta vetustate nouatā. & q̄ oēs filios & seruos verna culos & emptitios circūcidi iubet, ad oēs istam gratiā pertinere testat. Octauus autē dies Chrūm significat, qui post sabbatū resurrexit, parentū mutat & noīa. Oīa resonāt no uitate, & in vet. tes. obūbraī nouū: & in nouo reuelat̄ vet⁹ test. Nos autē. q. d. duo sunt filij Abraham, alter secūdū carnē, alter per repromissionē nat⁹. Nos autē fratres sum⁹ filij promissionis. i. per grām geniti secūdū Isaac. i. ad similitudinē Isaac. Isaac interpretat̄ risus, quo significat̄ illi qui in lætitia seruiūt: nō ex tristitia vel ex necessitate. Sed quō. q. d. nos sum⁹ filij secūdū Isaac. Sed quō tūc is qui secūdū carnē natus erat, persequebat̄ eū qui secūdū spūm, sc̄tūm nat⁹ erat. i. Ismael persequebat̄ Isaac, vel et̄ Esau Iacob. Ita & nūc. s. qui secūdū carnē nati sunt persequunt̄ eos qui secūdum spūm nati sunt. Qui sunt secūdū carnē nati: dilectores mūdi, amatores seculi. Qui sunt secūdum spūm nati: amatores regni cęlorū, dilectores Chri, desiderātes vitā eternā, gratis colētes deū. Iudęi etiā sunt secūdū carnē nati, qui persequunt̄ nos qui sum⁹ secūdū spūm quia legē secūdū spūm nō secūdū carnē custodimus. Per hoc ergo q̄ patimur, probamur filij promissionis. Sed quid dicit scriptura? q. d. patimur ab illis sicut Isaac ab Ismaele, Sed, nō ē curādū. Quid. n. dicit. i. refert Scriptura, dixisse Sarā. Ecce Eijce ancillā & filiū ei⁹. Non puto nos inuenire posse vbi Ismael persecutus fuerit Isaac: sed tantū illud q̄ cū fili⁹ Aegyptiæ luderet cū Isaac indignata sit Sara, vidit pueros simul ludētes. Et dixit Eijce, &c. Quid est hoc? Quid. n. mali fecerat Ismael puero Isaac, quia lu debat cū illo? Sed illa lūsio illusio erat, illa lūsio deceptionē significabat, illū lūsium Sara intellexit, & aplūs vocauit persecutionē. Quia lūsus maioris ad minorē illusio ē & deceptio, quia sciēs se h̄re alia negotia quę intundit, simulat quędā puero. i. infirmo ludēs cū illo & fraudes facit. Sic & mō plus persequunt̄ qui nos illudēdo seducunt. Et sicut Sara intellexit lūsium illū, ita & ecclesia intelligit lūsium istū persecutionē. Sed quid dixit Sara? Eijce ancillā & filiū ei⁹, ita qui pertinent ad Agar & Ismael. i. lex & Iudęi eiecti sunt ab ecclesia & a gratia patris, necnō & heretici & filij eorū. Omnes etiā qui in ecclesia terrenā fœlicitatē quęrūt a domino, adhuc ad Ismaelē pertinent. Ipī sunt qui cōtradiciūt spūalibus proficiētibus, & detrahūt illis, & habēt labia iniqua, & līguas subdolas: ergo Isaac cū Ismaele viuebat. i. qui pertinet ad Isaac iter eos viuūt qui pertinet ad Ismael. Isti sursum nolūt ascēdere, illi deorsum volūt trahere. Isti volare ad Deū volūt, illi conātur pēnas euellere. Et sicut isti pertinet ad Ismael, & ad ver⁹ testamētū: ita & antiqui veteris testamētī ministri gratiā quęrētes, filij sunt

Ambrosius.

Augu. in lib. quęst. liii. no. & vc. testā.

Augu. de ciui. dei.

Augu. super Ioan.

Origenes.

Hierony.

Aug. super Ioannem.

Augu. in ser. de Agar & Ismael Augu.

super Ioan.

Augu. in psal. cxix.

Augu. contra pela.

promissionis pertinētes ad nouū test. sed hoc quod dicit, Eijce, quādo erit? hoc erit cum area cœperit ventilari. Vnde subdit, Nō enī hāeres erit filius ancillę cū filio liberę. i. mali cū bonis, Iudęi cū Christianis. Sicut enī nūc in cōuersatione sunt dissimiles, ita erunt & in futura retributione. Itaq; q. d. quia patimur a Iudęis, & ab alijs malis, sicut Isaac ab Ismaele, Itaq; fratres mei, nō sumus filij ancillę, quia nō sumus serui peccati vel legis, sed liberę. s. cęlestis Hierusalē, qui est popul⁹ nouus regni cęlorū, & nō alio modo sumus filij liberę sed per eā libertatē, Quā libertate. i. per quā libertatē, Christus nos liberavit, qui immunis a peccato, ex dilectionē obediēs fuit. Libertas ergo qua liberati sumus a Christo, est remissio pctōrū, & fidei per dilectionē operātis iustificatio.

Augustinus  
Ambro.  
Ambro.

CAPVT V.

**S**tate, & nolite iterum iugo seruitutis contineri. Ecce ego Paulus dico vobis: quoniam si circūcidamini, Christus vobis nihil proderit. Testificor autem rursus omni homini circūcidenti se: quoniam debitor est vniuersę legis faciendę. Euacuati estis a Christo, qui ī lege iustificamini, a gratia excidistis.

State, ergo quod lex debet cessare hucusq; ostendit, & similitudine cōsuetudinis humanę, & legis ipsius auctoritate, nunc Galatas hortatur ne se iugo legis velint subicere, & terret periculi comminatione. q. d. Et quia per Christum liberi estis, Ergo state, in firma fide fixo pede permanente in libertate. Et nolite contineri iugo seruitutis, id est lege quę in seruitutem generat. & addit, Iterum, non quia prius Galatę legem custodierint, sed dum circūcisionis & legalium obseruationū iugo se subiciebant, quā si ad eosdem reuertebantur cultus, quibus in idololatria ante seruebant, quia non est lenior hęc legis seruitus, quā idololatria: Ecclesię. q. d. Nolite cōtineri iugo seruitutis, nec saltem circūcisione, quia, Ecce ego Paulus, qui sum notę auctoritatis, Dico vobis, quoniam si circūcidamini Christus nihil vobis, proderit. Decepit ergo Timotheum, & fecit vt nihil ei prodesset Christus. Eis itaq; dictum est hoc, qui ideo volebāt circūcidi, quod aliter putabant in Christo se saluari non posse. Hoc enim animo, hęc voluntate, ista intentione quisquis tunc circūcidebatur: Christus ei nihil proderat. Illos igitur arguit qui se in lege iustificari credebant, non qui legitima illa in eius honorem a quo mandata sunt obseruabant, intelligentes & qua prænunciandę veritatis ratione sint mandata, & quousq; debeant perdurare. Illa enim quę significationis causa p̄cepta sunt, quę gratię reuelatione latius innotescēte necesse fuerat aboleri, iustificare neminē poterant: nō ideo tamē fuerant tanquā diabolica gentiū sacrilegia fugiēda, etiā cū ipsa gratia iam cœperat reuelari quę vmbri talibus fuerat prænunciata. Inde est quod Timothęus Iudęa matre & Græco patre natū circūcidit Aplūs, & ipse morem hmōi custodiunt, nō simulatione fallaci, sed cōsilio prudēti. Circūcisio enī & cętera legalia ita natis & institutis nō erāt noxia, licet iam significandis futuris necessaria nō essent, magis noxiū erat ea quasi noxia prohibere in his hominibus, vsque ad quos durare debuerant Gentiles vero ex diuerso veluti pariete ad eundem lapidem angulare venientes, non erant ad talia cogendi. Si qui vero his qui ex circūcisionē venerāt talibus sacramentis adhuc dediti erant vltro vellent sicut Timothęus conferre congruentiam. non erant prohibendi: sed si in his confidebant, erant perditī sicut & Iudęi. Vnde est illud Apostoli. Dico vobis, quia si circūcidamini, vt spem salutis in circūcisione habeatis, Christus nihil proderit vobis, Licebat ergo his quos fides quę reuelata est eis, iam imbutos inuenerat illa tenere, ne videatur improbata potius quā terminata. Gentibus vero non sunt imponenda, ne videantur aut non causa promittendi Christi instituta, aut adhuc promittere, sed cessando iam appareāt signa futuri fuisse, quę cum honore paulatim deferendo erant sepelienda, non vt sacrilegia Gentium fugienda. Postea vero tanquam cum honore sepulta sint, a Christianis omnibus irreparabiliter deferenda. Hieronymus autem ista legalia post Christi passionem siue in eis spes ponatur siue non, obseruantibus noxia esse dicit, nisi dispensatione custodiantur: & secundum hoc ita hic locus exponitur. Si circūcidi. Christus nihil proderit vobis, quia circūcisio iam non solū nō prodest, sed etiam obest. Antequam noua inciperet p̄dicatio, oportuit circūcidi: nunc autem lege fidei succedena

Augustinus  
ad Hierony.

Augustinus  
contra Paul.

Augustinus  
ad Hierony.

te nihil proderit fideli addita circūcisio sed oberit, maius enī malum est ex libero fieri  
feruū, quā nasci. Testificor. q. d. Si circūcidamini nihil vobis proderit Chřus, nec hoc  
solū malū vobis erit, sed etiā, Testificor rursum, sicut olim ante fidem, Omni homini,  
Iudeo vel gentili, Circūcidenti se, pro habēda iustitia. Quoniā debitor est vniuersae le  
gis faciendae. i. ex debito omnia legalia debet implere, quod exigit circūcisio. Vt enim  
baptismus suā, sic circūcisio suam exigit iustificationē. Hoc ideo ait, vt vel terrore  
tam innumerabiliū obseruationū quae in lege scriptae sunt, ne oēs implere cogerētur,  
quod nec ipsi Iudei, nec patres eorū implere potuerunt, sicut Petrus ait, abstinerent ab  
his quib⁹ eos aliqui subijcere cupiebāt. Euacuati. q. d. Vere Christus nō proderit vobis,  
quia vos qui gratia Christi pri⁹ eratis pleni, Euacuati estis à Christo. i. virtutib⁹ Chri  
sti. Vos dico, In lege iustificamini. i. creditis iustificari. Aliter enī nō noceret circūci  
sio. Euacuati estis dico, Et excidistis à gratia, futura. i. idigni estis beatitudine aeterna.  
Vel, Excidistis à gratia, iam habita. i. gratiā amissistis. Qui enī in lege iustificari vult  
post fidem, amittit gratiam: quia ad hoc venit donum dei & gratia, vt cessante onere  
legis iustificet credentes: quod qui reducit, hanc perdit.

Nos enim spiritu ex fide spem iustitiā expectamus. Nam in Christo Iesu  
neque circūcisio aliquid valetne, quae praeputium, sed fides quae per charitatē  
operatur. Currebatis bene. Quis vos impediuit veritati non obedire? Nemini cō  
fenseritis. Persuasio haec non est ex eo qui vocauit vos. Modicum fermentū to  
tam massam corrumpit. Ego cōfido in vobis in domino quod nihil aliud sapietis.  
Qui autem conturbat vos, portabit iudicium quicumque est ille.

Nos enī. q. d. qui in lege cōfedit amittit gratiā, quod ecōtrario potest videri. Quia nos  
expectamus ex fide spem iustitiā. i. iustitiā & spem. i. eternā beatitudinē. Vel, spem iu  
stitiā. i. quā sperat iustitia. s. vitā eternā. Vel, Spem iustitiā. i. qua speratur ipsa iustitia.  
Fides enī esturians & sitiens iustitiā, sperat in ea renouari & proficere. Vel, Spes iusti  
tiā, Christus est, ex quo speratur ipsa iustitia. Expectamus dico, & hoc facimus, Spiri  
tu. i. per spiritū sanctū qui nō fallit. Hoc dicit ne putaremur falli. Nā in Christo &c.  
q. d. Recte dico ex fide esse iustitiā, quia nō est ex alio, Nā his qui sunt, In Christo Ie  
su neq; circūcisio aliquid valet neq; praeputiū, equatur praeputio circūcisio. His. n. qui  
in Christo valūt viuere virtutes appetēde sunt, & vitia fugiēda: media vero, quae inter  
virtutes & vitia sunt, nec fugiēda sunt, nec appetēda, vt circūcisio & praeputiū quae ni  
hil volent in Christo, Sed fides, nō utiq; ociosa. Quia fides sine operibus mortua est. i.  
nō saluat, Sed quae operat per charitatē, dei & proximi. Opus fidei, ipsa dilectio: sine  
dilectione inanis est fides, cū dilectione, Christiani est. Alia. i. fides sine dilectione, de  
monis. Nam & demones credūt & cōtremiscūt: qui autē nō credunt, tardiores sunt &  
peiores quā demones. Sed multū interest vtrū quis credat ipsum Christū esse, an cre  
dat in Christū. Nam ipsum esse Christū, demones crediderūt. Ille enī credit in Chri  
stū, qui sperat in Christū, & diligit Christū. Currebatis. Hic laudat Galatas, & eos per  
quos inducti sunt, vt iudaizare vellent, vituperat. & ne illis cōsentiāt monet. q. d. Fi  
des operās per dilectionē valet, & haec olim fuit i vobis, quia olim, Currebatis, per ope  
ra fidei proficiēdo, & hoc, Bene, quia ex dilectiōe faciebatis, Ergo quis vos fascinavit  
vel impediuit nō obedire veritati, quae vltro se ingerit. Exercitiū illorū in opera fidei  
bonū fuisse testatur, sed nequitia malorū impeditos ne cursum suum efficacia perseue  
rante cōsummarent. Vnde vt nulli eorū credāt hortatur, subdens, sed vos, Nemini il  
lorū deinceps, Cōfenseritis, saltē eos audiēdo qui opera legis seruāda suadet, euāgeli  
ca veritati obedire nō sinentes. Persuasio enī. q. d. ideone cōfenseritis, quia persuasio  
haec qua volunt vos mittere sub iugū legis, Nō est ex eo. s. deo, Qui vocauit vos, ad vi  
tam, sed ex diabolo. Ideo etiam ne conferitis, quia, Modicū fermentū. i. illi pauci & aci  
di qui ad illos veniebant vt ista suaderent. Vel Modicū fermentū. i. haec persuasio, vel  
Modicū fermē. i. haec circūcisio, & pauca legis, Corrumpit totam massam. i. congre  
gationē fidelium vel virtutum. Sensus itaq; iste est, ne putetis paucorū hominū inūdi  
as cōtēnendas. Vt enī scintilla res parua est, & pene dum cernitur non videtur, sed si  
fomitē cōprehenderit, & nutrimenta sui inuenerit, moenia, vrbes latissimas, saltus,

Ambrosius.

Ambro.  
Augustinus  
Augustinus.

Augustinus  
de spir. & lit.  
Augustinus  
Augustinus.

Hierony.  
Hierony.

August super  
epist. Ioan.  
Augu. de ver.  
domi.

Ambro.

Ambro.  
Ambro.  
Ambro.

Augustinus.

regionesq; cōsumit: & sicut fermētū res modica videtur & nihili, sed cū farina cōspe  
sum totā massam suo vigore corruperit, in illius vim trāst omne quod mixtū est: ita &  
doctrina peruersa ab vno incipiēs, vix duos aut tres, primū in exordio reperit audito  
res, sed paulatim vt cancer serpit in corpore, & iuxta vulgare prouerbiū, Vni⁹ pecudis  
scabies totū cōmaculat gregē. Igitur & scintilla cū apparuerit, extingueda: & fermētū  
à massa vicina femouēdū, & scabiosum animal à caulis olium remouendū. Haec hor  
tor vos. Et ego confido in vobis, quod olim boni fuistis, nec simpliciter dico in vobis  
sed addo, In domino, deo. s. operāte cōfido inquā, Quod nihil aliud sapietis, quā do  
cui. Ideo dicit se cōfidere de his, quia nō spēte, sed circūuenti errabāt, & ideo ostensa  
modo vera via, facile credit eos reuerti. Qui autē. q. d. Cōfido i vobis, sed ille, Qui cō  
turbat vos. q. d. purū frontē intellectus vestri, vt. s. mutato ordine de spiritualibus sitis  
carnales, Portabit iudiciū. i. sustinebit dānationē. Quicumq; est ille, etiā si carne sit fili⁹  
Abrahę, pro nullo parceret ei. Occulte inquit Petrū lacerat, cui supra in faciē se re  
stitisse scripsit, quod nō recto pede ceciderit ad euāgelij veritatē: sed nec Paulus tā pro  
caci maledictō de ecclesie principe loqueret, nec Petrus dignus erat vt portaret iudi  
ciū ecclesie cōturbatē. ex quo arbitrādū est de aliquo dici, qui vel cū Apostolis fuerat,  
vel de Iudaea venerat, vel ex Pharisaeis crediderat, vel certe magnus sit apud Galatas  
estimatus, vt portet iudiciū ecclesie cōturbatē. Sicut. n. qui errantē cōuertit facit remū  
nerandus est: ita & qui rectū incedētē iter aiecit in deuiū, dānationē cōsequitur.

Ego autem fratres si circūcisionem ad huc praedico: quid adhuc persecutio  
nem patior? Ergo euacuatum est scandalum crucis. Vtinam & abscindatur qui  
vos cōturbant. Vos enim in libertatem vocati estis fratres: tantum ne libertatē  
in occasionem detis carnis: sed per charitatem spiritus seruite inuicem. Omnis  
enim lex in vno sermone impletur, Diliges proximum tuū sicut teipsum. Quod  
si inuicem mordetis & comeditis, videte ne abinuicem cōsumamini. Dico autē  
in Christo. Spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis.

Ego autē. q. d. Ille portabit iudiciū qui cōturbat vos. Ego autē, nō cōturbo vos o frā  
tres, praedico legalia, quia, Si circūcisionē praedico adhuc, vt olim feci, & vt mihi im  
ponitur. Intelligēdū est enī quod imponebatur ei à pseudo istā seruitutē Galatis per  
suadere volentibus, quod a libi circūcisionē praedicaret, sed nō eis facile aperire sentē  
tiam suā vellet. Si inquā hoc ago, quid adhuc persecutiones patior? q. d. nulla alia cau  
sa potior à iudaeis. Persecutiones enim creberrimas sustinuit à Iudaeis, eo quod doce  
ret credētes de Gentibus nō debere circūcindi. Et si eam praedico, Ergo euacuatum est  
scandalū crucis, nō irascuntur Iudaei de cruce, si assero circūcisionē iustificare, Scan  
dalum erat Iudaeis praedicatione crucis, quia sabbatū & circūcisionē euacuabat, si verō  
admitteret circūcisionē, nō esse scandalū, & pacifici essent ei. Vtinā. q. d. ipsi vos con  
turbant. Et vtinā abscindatur qui vos cōturbant, haec nō tam furoris in aduersarios,  
quā dilectionis in ecclesiam verba sunt. Nō enī tā maledixit eis quā orauit pro eis  
Sub specie nāq; maledictionis elegati ambiguo vsus, bonū eis optat, cū ait. Vtinā ab  
scindatur qui vos cōturbant. Non tantum circūcidantur, Sed abscidatur, vt sint spa  
dones propter regnū cęlorū, & desinant carnalia seminare. Sūt enim quidā spadones  
propter regnū cęlorum. Vel ita, ipsi vos conturbant, sed, Vtinam qui vos conturbant  
abscindatur, nō carnaliter: sed vim generādi perdāt, vt in vobis vel alijs nihil profici  
ant, nō solū circūcisi sed etiā abscisi, vt nullam omnino potentiā generandi habeāt. &  
merito hoc opto ne vos redigāt in seruitutē legis. Vos enī fratres vocati estis, à deo, in  
libertatē, vt nō timore sed amore seruiatis, & qui prius peccatis obnoxieratis, gratiā  
dei accipiētes liberi sitis. & cum hoc sit, hoc, Tantum, necessarium est, Ne detis liber  
tatē in occasionē carnis. i. ne libertate abutamini, vt quia liberi estis & metus legis vo  
bis nō incumbit, ideo desideria carnis sequamini: quia tunc eritis serui. Et est sensus,  
Cauete ne audito noīe libertatis, ipse vobis peccandū esse arbitremini, Sed per cha  
ritatē spiritus. i. quae procedit de spiritu sancto, Seruite inuicē, quia tunc liberi eritis.  
Nota quia nō per affectū carnis charitas est habenda, sed per spiritum, vt subiecti sint

Augustinus

Augustinus

Ambrosius:  
Hierony.

Ambro.

Augustinus

Ambrosius:  
Hierony.

Hierony.  
Augustinus:

Ambro.

Augustinus



inuicem. Omnis enī. q. d. Ideo charitas est habenda, quia, Omnis lex impletur in vno sermone. i. in vno p̄cepto charitatis, quia qui illud p̄ceptū seruat, nec mala agit, & quātū potest bona facit, in quo p̄cepto impletur: in isto, Diliges proximū tuū sicut teipsum. Hoc scriptū est in Leuitico. In quo recte dicit impleri legem vniuersam, cū tamen duo sint p̄cepta charitatis in quibus tota lex p̄det & prophete, quia dilectio dei in dilectione proximi cōtinetur, & ideo in hoc p̄cepto perfectio salutis est, quia sine proximo nō diligit deus. Qui. n. nō diligit proximū suū quē videt, deū quē nō videt quō potest diligere? Item, Diligere proximū. i. omnē hominē tāquā seipsum quis potest nisi deū diligat, cuius p̄cepto & dono dilectionē proximi possit implere? Cū ergo vtrūq; p̄ceptū ita sit, vt neutrū possit teneri sine altero: vnū eorū cōmemorare sufficit. Et nota quod ait, Sicut teipsum. Sicut non potest proximum diligere, qui non diligit se. Se autē nō diligit qui diligit iniquitatē. Qui enī diligit iniquitatē, odit animā suam. Nota etiam quod ait, Omnis lex. nam. & illa quæ ad bonos mores pertinet, & illa quæ in sacramentis sunt, cum bene à liberis intelliguntur, nec carnaliter obseruantur à seruis, ad charitatē referantur necesse est. Quod si. q. d. in dilectione proximi lex impletur. Quod si inuicem mordetis. i. in aliquo detrahitis, Et cōmeditis. i. totum deuoratis omnia vituperādo ex inuidia, Vel, Criminamini, crimina vobis imponētes, Videte ne ab inuicem cōsummamini, scissa Christiane religionis per vanā gloriā vanamq; victoriā vnitate. Occasione charitatis hoc vitium eorū tetigit, quia dissensio inimica est dilectionis. hoc enī maxime vitio cōtentionis & inuidiæ, pernicioſa inter eos iurgia nutriebātur, quibus cōsumitur societas & vita. Dico autē. Postquā à lege factorum eos prohibuit in qua sunt p̄cepta carnalia, nūc vt vitij carnalis se cōtineāt, p̄cipit, & ostēdit quā sufficiens est fides Christi sine lege, quia per eam vincūt carnē, & eius opera, & sequuntur spiritū. q. d. ne detis libertatē in occasionem carnalis, sed per charitatē spiritus seruite. Hoc autē dico, posse esse vobis in Christo. i. per fidē Christi, & nunquā aliter. In qua fide, Ambulate. i. proficite bene operando. & hoc, Spiritu, id est ratione vel potius spiritu sancto. Non enim hoc potest spiritus hominis per se. Et, tunc, desideria carnalis. i. delectationes, quas caro suggerit, non, Perficietis. non ait non feceritis, vel non habueritis, quia ea non habere non poterant. Sed non perficietis, id est non opera eorum consensu voluntatis implebitis.

Caro enim concupiscit aduersus spiritum, spiritus autē aduersus carnē. Hæc enim sibi inuicem aduersantur, vt non quæcunq; vultis illa faciatis. Quod si spiritu ducimini, non estis sub lege. Manifesta sunt autem opera carnalis, quæ sūt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitia; contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comeſtationes, & his similia, quæ p̄dico vobis sicut p̄dixi: quoniā qui talia agunt, regnum dei non consequentur.

Caro enī, vel aut. q. d. Dico nō perficietis, sed hoc graue est, quia, Caro concupiscit. Vel ita cōtinua, ideo ita agite, quia grauis pugna est. Et hoc est quod ait, Caro ei concupiscit. q. d. Sempe noua in hoc existēs, Aduersus spiritū, hoc in bonis manifestū est in quibus est spiritus dei. Spiritus autē. q. d. sed nō est diffidēdū, quia, Spiritus. i. ratio gratia dei adiuta concupiscit aduersus carnē. Videte quale bellum proposuit, qualē rixam, hoc intra teipsum sentis. Nec enī nullū est vitium, cum caro concupiscit aduersus spiritum: cui vitio cōtraria virtus est, cū spiritus concupiscit aduersus carnē. Caro autē dicta est concupiscere, quia hoc secundū ipsam agit anima: sicut auris dicitur audire, & oculus videre. cum potius anima & per aurem audiat, & per oculus videat. Caro enī nihil nisi per animā concupiscit, sed concupiscere dicitur, cum anima carnali concupiscētia spiritui reluctatur. Carnē igitur concupiscētem dicit carnalē delectationē, quam de carne & à carne spiritus habet, aduersus delectationē quā solus habet. Ipſus autē carnalis concupiscētiæ causa nō est in anima sola, nec in carne sola. Ex vtroq; enī sit, quia sine vtroq; delectatio nulla sentit. Hęc enī. q. d. Hęc cōtra se concupiscunt, quia vsq; adeo, Hęc sibi inuicem aduersantur, vt nō quæcunq; bona vel mala, Vultis illa facia-

Ambrosius.  
Augustinus.  
Ambro.  
Augustinus  
Ambr.  
Augustinus.

Ambro.

Ambro.  
Ambrosius.

August. cōtra  
Iulian.

Augustinus  
de ver. apost.  
Augustinus.  
Augu. in ser.  
de cont.

August. super  
Genesim

tis, id est facere permittamini, & meliori in hac pugna cōcedendū est. i. spiritui, quo volumus bona, & si oīa non perficiamus. Volumus enī vt nullæ sint concupiscētiæ, sed hoc nō perficimus. Quod si spiritu. q. d. Hęc duo pugnā. Quod si spiritu sancto gubernatore rectore spiritus vestri, Ducimini, hoc dicit ne desides sint in pugna. si inquam hoc est, Nō estis sub lege, quæ erratibus, & male agētib; posita est: qui autē ducē habet spiritū sanctū, nō errat. Attēde quod ait, Si spiritu ducimini &c. Ex quo apparet eum spiritū sanctū non habere qui sub lege est non disp̄fatiue, sed vere, vt tu intelligis. Magna mihi videtur quæstio quid sit esse sub lege, sic, quæadmodū Aplūs culpatus hos damnabiliter dicit esse sub lege quos lex facit reos, nō implētes legē, dum nesciētes gratiā superba elatione de se p̄sumūt. Sub lege est qui timore supplicij quod lex minā nō amore iustitiæ, à malo opere cessat, reus voluntate, nōdū liber nec alien⁹ à voluntate desiderat: quia vellet si fieri posset nō esse quod timeat, vt libere faceret quod occulte desiderat. Et est sensus, Si spiritu du. hoc cōmodi iā habetis, Quod nō estis sub lege, quæ timorē incutit, nō amorē tribuit. & ideo hęc pars iam eligēda est, qua liberamur à lege. Manifesta sunt. Opera carnalis incipit enumerare. vt intelligāt se si ad operā dū ista desiderijs carnalis nō cōsenserint, tunc duci carnē non spū. q. d. hæc sibi aduersatur. Opera autem carnalis manifesta sunt. i. per se apparent mala. Quæ sūt fornicatio, opus. i. luxuriæ, Immunditia, & si non opere impleatur: vel quæ est contra naturā, Impudicitia, non pudice viuere. Luxuria, quælibet superfluitas, Idolorū seruitus, veneficia, inimicitia, perſeuerates. Contentiones, in verbis, Aemulationes, quando duo tendunt ad idem. Ira. i. subita tēpeſtas animi. Rixa, quādo ex ira inuicem se percutiunt. Dissensiones, quādo partes faciunt in ecclesia. Sectæ, quæ græce dicuntur hæreses. Inuidiæ, de alienis bonis, Homicidia, ebrietates, assidue, Cōmeſtationes, superflue, & his similia. Attēde quod non hæc oīa quæ enumerata sunt in operibus carnalis quæ manifesta esse dixit, ad voluptatem carnalis pertinent: sed vitia sunt animi, vt inimicitia, iræ. Credere etiā oīa mala accidere animæ ex carne, error est. Non enī oīa vitia iniqua vitia tribuenda sunt carni, ne ab his oībus mūdemus diabolū qui carnē non habet. Sed carnalis noīe totū hominē signauit, qui viuendo secundū se. i. secundū carnē in hæc cadit. Non enī habendo carnem sed viuendo secundū se. i. secundū hominem, factus est homo similis diabolo, quia & ille secundū se viuere voluit, quando in veritate non stetit. Vt autē ab his pœnæ cōminatione deterreat, addit, Quæ nunc p̄dico vobis, ante iudicium dum licet pœnitere, Sicut p̄dixi, etiam ante hanc epistolam, Quoniā qui talia agunt, regnum dei non consequentur, vel possidebunt: non ait, qui hæc omnia fecerint, aut simul habuerint: sed, Qui talia agūt, quia etiam singula regnum dei tollūt. Hęc autem apostostolica sententia falsa est, si tales post quātalibet tempora liberati, regnum dei possidebunt, sed quia falsa non est, profecto regnum dei non possidebunt. Et si in regno dei nunquam erunt, æterno supplicio tenebūtur, quia nullus medius locus est vbi non sit in supplicio, qui illo non fuerit restitutus in regno.

Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax, patientia, lōganimitas bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, cōtinentia, castitas. Aduersus huiusmodi nō est lex. Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerūt cū vitij & concupiscētijs. Si viuimus spiritu, spiritu & ambulemus. Nō efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes.

Fructus autē. q. d. Hęc quæ enumerati sunt opera carnalis, sed ista sunt opera spūs, quæ sequitur, quæ tamē non nominat opera sed fructus, quia propter se appetēda sunt. Et hoc est quod ait, Fructus autē spiritus. i. spiritus sancti vel gratia rationis illuminatæ, Est charitas, quæ de terra ad cælū euocat, Gaudiū. i. puritas cōscientiæ & elatio animi super his quæ digna sunt exultantis. De quo legitur. Non est impijs gaudere dicit dominus. Pax quādo se non inquietant. Patientia, aduersariorum. Longanimitas, expectationis. Bonitas. i. dulcedo animi. Benignitas. i. largitas rerū. Mansuetudo, quod non intrastabilis, sed potius tractabilis est quis. Fides de inuisibilibus certitudo. Modestia quod modū in dictis vel in factis seruat. Cōtinentia, quod etiā à licitis se abſtinet. Castitas, quando recte vtitur licito. Attēde quod in enumeratione fructuum spiritus, ca-

Augustinus  
de ver. apost.

Ambro.  
Hierony.

Augusti. ad  
Hieronym.

Augustinus  
de na. & gra.

Augustinus  
de ciui. dei

Hierony.



Hierony.  
Augustinus.  
Super Ioan.

put virtutū prāmissit. i. charitatē. Quā enī alia inter fructus spiritus debuit tenere pri-  
matū nisi charitas, sine qua virtutes ceterę nō reputabuntur esse virtutes, & ex qua na-  
scuntur vniuersa bona? Deinde sequitur mēbra ex isto capite exorta & religata. s. gau-  
dium & par & c. quę sine ea nō possunt prodesse. Non enī bene gaudet, qui non diligit  
bonum vnde gaudet: nō habet pacem verā cum aliquo nisi eum diligit: nō est lōgani-  
mis perseuerāter expectādo, nisi ferueat diligēdo: nō est benignus, nisi diligit cui opi-  
tatur: nō est bonus, nisi diligēdo: nō est fidelis salubriter, nisi ea fide quę per dilectio-  
nē operatur: nō est māfuetus, cui dilectio nō moderatur: nō continet se quis ab eo vn-  
de turpat, nisi diligit vnde honestatur. Merito igitur charitatē sic sępe commendat  
quasi sola sit pręcipiēda, quę non potest haberi sine ceteris quibus homo efficitur bo-  
nus. Aduersus huiusmodi. q. d. Quid per singula dicā? Lex, quę iustis nō est posita, sed  
iniustis, nō est, Aduersus hmōi, sed cōtra mala. Qui autem. q. d. cōtra malos posita est  
lex, bonis autē imposta est crux, quod ita ait, Qui autem sunt Christi, malos necesse est  
sequi spiritū, Crucifixerūt. i. macerauerunt, Carnē suā, pugnātes, Cum vitijs, operum.  
Et cōcupiscentijs, desideriorū. Cōgruit enī nostrę deuotioni, vt qui domini nostri cru-  
cifixi passionē celebramus, reprimendarum carnalium voluptatum crucē nobis facia-  
mus. In hac quidē cruce semper in hac vita debet pendere Christianus, vt sit fixus cla-  
uis. i. pręceptis iustitię, vt Christus in cruce clavis cōfixus fuit. Si vitium spiritū, spiri-  
tu & ambulemus. Quod cōmuniter supra dixit, ad istos quibus scribit retorquet, & se  
eis cōnumerat: per hoc ostendēs se nō dicere eis, quod ipse non velit seruare. q. d. illi  
qui sunt Christi ita agūt vt dixi, & nos qui sumus Christi, Ambulemus spū, sancto du-  
ce & authore libertatis nostrę. Si. i. quia, Spiritu viuimus. i. spiritu sancto ad hanc vi-  
tam gratię venimus. Quō autē spiritu ambulemus docet subdēs, Nō efficiamur cupi-  
di inanis. i. secularis, Glorię. Inanis gloria est, velle vincere vbi premiū nō est: nos di-  
co, Inuicem prouocantes, alios ad cōtentionem, vel litem, & alia illicita, Et inuicē in-  
uidentes, si nō audemus prouocare. Hęc mala facit inanis gloria. Et sciendum quod  
cum per omne vitium antiqui hostis virus humano cordi infundatur, in zelo inuidię  
tota sua viscera serpens concutit, & in hac imprimenda malitia quasi pestem mouet.  
Zelus iste modū nō habet, permanens iugiter sine fine, cum alia scelera finiantur: quā-  
toq; ille cui inuidetur successu meliore profecerit, tanto inuidus in maius incendiū li-  
uoris ignibus inardescit. Hinc est vultus minax, toruus aspectus, pallor in facie, in la-  
bijs tremor, stridor in dentibus, verba rabida, & effrenata cōiuitia, manus ad violentiā  
prompta, & si gladio interim vacua, odio tamē furiatę mentis est armata.

CAPVT VI.

Cyprianus.

**F**ratres & si pręoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spi-  
rituales estis huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, cōsiderans teipsū  
ne & tu teneris. Alter alterius onera portate: & sic ad implebitis le-  
gem Christi. Nam si quis existimat se aliquid esse cum nihil sit, ipse se  
seducit. Opus autē suum probet vnusquisque, & sic in semet ipso tantum glo-  
riam habebit, & non in altero.

Ambrosius.

Augustinus

Fratres & si pręoccupatus fuerit & c. Hactenus toti ecclesię Galatię imo & vniuersę  
ecclesię locutus est iprobādo legē, & cōmēdādo gratiā, modo ad pręlatos loquitur spe-  
cialiter docēs quō tractēt subditos. s. leniter, quia fratres sunt, et si sint superiores. Ideo  
hos alloquitur qui firmiores erāt, ne inflatione bonę vitę eū qui pctō circūuentus est  
spernendū putet, & abijciendū. q. d. Nō hoc faciatis quod dixi, sed, Et si aliquis pręoc-  
cupat⁹ fuerit. i. imprudēter lapsus vt nequeat vitare. nec mirū, quia, Est hō. s. infirmus,  
pręoccupatus: dico nō in multis, sed, In aliquo delicto, quasi nō vsu cotidiano peccās.  
si hoc inquā fuerit. Vos qui spirituales estis, nō ideo despiciatis eū. Sed instruite hmōi,  
nō per singula pctā distinet, & si aliquādo labat, In spū lenitatis. i. rōnabiliter & leni-  
ter, ne si aliter feceritis, nō patiat se argui, sed defendere se incipiat ne turpis videatur.  
Ideo leniter instruite, quia, Fratres, estis, et si superiores. Attende quid proprie dicatur  
delictū, & quid sit pręoccupatio, quia dicit pręoccupatus in aliquo delicto, vt his itel-  
lectis intelligas fratri pręoccupato, in delicto fore, indulgendū. Delictum igitur fore

Augu. in lib.  
quar. Leui.

tasse est declinare a bono. Peccatū est facere malū, vel sicut in laudabili vita, aliud est  
declinare a malo, aliud facere bonū, quod admonemur dicēte scriptura, Declina a ma-  
lo & fac bonū, ita in dānabili aliud sit declinare a bono, aliud facere malū: & illud de-  
lictū, hoc peccatū sit. Peccatū ergo est perpetratio mali. Delictū desertio boni, quod  
& ipfū nomē ostēdit. Quid enī aliud sonat delictū nisi derelictū? & quid derelinquit  
qui delinquit nisi bonū? Vel potest videri illud esse delictū quod ignorāter fit: Pctū  
quod a sciēte cōmittitur, indifferēter tamē plerūq; ponūtur, vt & peccatū nomine deli-  
cti, & delictū nomine peccati appelletur. Pręoccupatio autē est dum vel ad horā nō  
videtur quid agendum sit, vel qui viderint vincuntur, vt. s. malū fiat cū latet veritas,  
vel cum cōpellit infirmitas. Considerans. q. d. Ita fac vt dixi tu quisquis, Considerans  
teipsum, quod & tu fragilis es, Ne & tu teneris, id est ne deo permittente in simile ca-  
das. Nihil enī ad misericordiā sic inclināt quā proprij periculi cogitatio, ita eos nec  
deesse voluit fratru correctiōi, nec studere certamini. Ideoq; ne sibi videatur quisq; in-  
struere etiā cū proterue exagitet, irridetq; peccantē, aut superbe tanquā insanabilē de-  
testatur, In spiritu, inquit, māfuetudinis instruite illū, Consideras teipsum, ne & tu te-  
teris. Aliter. q. d. Dico leuiter instruite, & etiā, Portate onera. Alter, portet, Alterius,  
infirmitatis, Onera. i. subuenite vobis inuicē orationibus, & alijs hmōi, quasi sit sarcina  
vestra. Et sic adimplebitis legē Christi. i. charitatē. ex charitate ei Christus peccata  
nostra tulit, qui etiā pręcepit vt nos inuicem diligamus. Nam & c. q. d. Ita facite vt di-  
xi. nam si quis aliter fecerit seipsum seducit. Et hoc est quod dicit. Nam si quis existi-  
mat. i. in mente sua superbe iudicat, Se esse aliquid, magnum cōparatione peccantis,  
Cum tamē nihil sit, ex se, vel nihil sit cōparatione spiritualis qui totū dat gratiā, ipse  
se seducit. i. diuidit a veritate: non eum seducunt laudatores eius, sed ipse potius, quia  
cū ipse sibi sit pręsentior quā illi, matule se in illis quærere quā in seipso, ideo sub-  
dit. Opus autē. q. d. Nō ita putet aliquis, sed potius, Vnusquisq; probet. i. diligenter in-  
spiciat, Opus suū, nō peccatū alteri⁹: vt Phariseus qui dicebat, Nō sum sicut ceteri ho-  
minū, qui nō re sed fallaciter iustus erat. Probet opus suū, dico. Et sic. i. si act⁹ suos cōsi-  
deret, sciēs quid boni habet, se a deo accepisse: & si quid mali est, a se fore: Habebit glo-  
riā in semetipso. i. gloriabitur in deo quē habet in se portās oleū secū, Et nō in altero,  
sic enī fiet, vt de⁹ qui est in eo sit gloria ei⁹, & nihil aliud. Vel, In seipso. i. intus in cō-  
sciētia sua pura, Habebit gloriā. i. gloriabit⁹ & gaudebit. Et non in altero. i. in alterius  
laude. s. cū alter eū laudat. Qui enī cōsciētiā boni operis habet, nō debet de hoc apud  
aliū gloriari, & laudē suā foras fūdere, sed i semetipso hūiliter gloriari. Vel ita, Et sic  
id est si act⁹ suos cōsideret, sciēs neminē debere gloriari se mūdū habere cor, In seipso  
habebit gloriā & non in altero. i. in sui non alterius cōsideratione gloriabitur. Nul-  
li enim se anteponit, nec quēquā iudicat vt vere sit iustus. Qui enī vere iustus est, alte-  
rum sibi pręponit, quia plus sua mala scit quā alterius, quorum cognitio sibi gloria  
est. Gaudet enim dum cognoscit morbum suum quem sanare desiderat.

Vnusquisque enim onus suum portabit. Communicet autem is quis catechi-  
zatur verbo, ei qui se catechizat in omnibus bonis. Nolite errare. Deus non irri-  
detur. Quæ enim seminauerit homo: hæc & metet. Quoniam qui seminatur in  
carne sua, de carne & metet corruptionem: qui autem seminatur in spiritu, de spi-  
ritu metet vitam æternam.

Vnusquisq; q. d. Dico quod vnusquisq; probet opus suū, quod & debet. nā de suo iū-  
dicabit. Vnusquisq; n. onus suū. i. peccatū, Portabit, in pœna. Quod hic dicit, cōtra-  
rium videtur pręcedētibus, vbi ait, Alter alterius onus suū portabit, quod nō est, quia  
nomē oneris diuersis modis accipitur. Multa enī sunt verba quę diuersis locis cōgruē-  
ter posita varie intelligūtur, sicut hic: nisi enī oneris nomē sub diuersis significacioni-  
bus acceperis, proculdubio putabis eundē sibi in loquēdo esse contrariū, & hoc tā vici-  
nē positis verbis: qui cū pauloāte diceret, Alteri⁹ onera portabit: hic dicit, Vnusquisq;  
onus suū portabit, Sed alia sunt onera participādę infirmitatis, de quibus supra egit:  
alia reddēde deo rationis de actib⁹ nostris, de quibus hic agit. Illa cū fratribus susten-  
tanda comunicātur: Hęc propria ab vnoquoq; portātur. Hęc onera, pctā sunt: Alia  
ver. apost.

Augustinus:

Augustinus

Augu. in lib.  
cōtra mendā.

Augustinus

Augustinus

Augustinus:

Augustinus

Augustinus

Ambro.

Ambro.

Augu. supē

Ioannem.

Hierony.

Ambro.

Ambrosius.

Ambr.

Augu. de cōsi-

cuau.

Augusti. de

ver. apost.

ergo sunt in quibus quisque proprium portat, nec portat cum alio, nec proicit in alterum: Alia que cum alijs & pro alijs portatur. Itē propter diversos hoies hec dicit, Contra eos enī qui putant hoīem alienis inquinari peccatis, dicit, Vnusquisque onus suū portabit. Alieno quidē peccato nullus inquinatur, nisi cōsentiēdo vel imitādo fecerit suū. Itē, cōtra negligētes qui nullū curant corrigere securi quod alienis nō cōtaminentur peccatis, dicit, Inuicem onera portate. Onera infirmitatis inuicē portam⁹, dū lenitate irā alterius sustineamus, & dū ei qui lesit si petit indulgemus, & hmōi. Vel per onus intel ligitur bonū opus. In scripturis enī onus & in bonā & in malā partē accipitur. Et est, Vnusquisque onus suū portabit. i. offerret deo in die iudicij manipulos operū. Vnde ve nientes autē ve. cū ex. p. m. suos. Et accipitur hoc de bonis tātū. Vel de bonis & malis ita potest dici. Vnusquisque bonus vel malus. Portabit onus suum. i. mercedē operū suo rum referet. Communicet autem. Superius spiritualibus prælatis dixit qualiter debeāt se habere erga subditos, hic ad subditos loquitur, docens quomodo se debeant habere erga magistros. q. d. prælati ita se habeāt vt dixi. Is autē qui catechizatur. i. instruitur, & si solo, Verbo, non exemplo, Communicet ei in omnibus bonis, quæ ille dicit, non in malis si ea agit, vt lex sit tibi dux non homo. i. qui verbum audiens est, communem se doctori exhibeat recipiendo & opere implendo quæ ille dixerit. & nequis dicat, nō debeo agere, nisi quod in illo video, subdit, Nolite errare, quia error est hoc dicere, & si inde vos excusatis apud homines, Deus, tamen, non irridetur. i. nō potest falli. Cer tūm est enim deo imposturam fieri non posse, sed ab eo quisque capit quod meretur. Et vere non fallitur, quia reddet singulis pro meritis. Quæ etiam seminauerit. Vel aliter potest dici vt moneat subditos largiri temporalia prælatis à quibus accipiūt spiritua lia. Discipulos igitur ad magistrorum refrigeria hortatur dicens, Is autem qui cate chizatur, id est instruitur, Verbo comm. ei qui se catechizat in omnibus bonis suis, id est omnia bona sua faciat ei communia. Vsitatum enim præceptum est, vt prædicato ri verbi dei præbeat necessaria ille cui prædicatur, quæ bona appellatione recte signifi ficauit: sicut & dominus in euāgelio cum discipulis loquens ait, Cum mali sitis nostris bona data dare filijs vestris. His potissimum consulendum est, qui pro locorum & tem porum, vel quarūlibet rerum oportunitatibus cōstrictius tibi iunguntur. Præuidēs au tem quosdam obtendere paupertatem, & præceptum velle eludere, addit, Nolite erra re, deus non irridetur. q. d. Nemo vane se excuset, quia deus non potest falli, Scit enī corda nostra, non ignorat facultates. Excusatio verisimilis hominem potest placare deum non potest fallere. Et vere non. Quæ enim seminauerit homo, præsentis vitæ la bore, Hæc & metet. i. horum mercedem recipiet. Et vere, Quoniā qui seminat in car ne sua, vt de carne, id est qui seminat carnalia vitia & fouet, & qui omnia quæ facit, & si qua bona videantur. ideo facit vt carnaliter ei bene sit. & qui, de lege carnaliter sen tit, De carne & metet, conuenientē messem. f. Corruptionē, nihil enim melius cōuenit carni quā corruptio. Qui autē seminat in spiritu. i. qui spiritui dat assensum ex fide cū charitate seruiendo iustitiæ & legem spiritualiter intelligendo, De spiritu & metet, cō uenientem messem. f. Vitam æternam. Nota quod homo constat ex spiritu & carne. Ideo seminat in spiritu & carne. Porro homo etiam Christianus ad comparationem spiritus sancti caro est. Illud etiam obseruandum, quod cum dicit, qui seminat in car ne, addit, Sua: cum vero dicit, In spiritu, non addit suo: quia semen carnale ex homine est, semen vero spirituale ex spiritu dei est. Messis vero hæc in fine promittitur. ideo quod in seminando perseverantia opus est. Vnde addit,

Hieronymus.

Ambrosius.

Hierony.

Ambrosius.  
Augustinus  
Hierony.  
Ambro.  
Augustinus  
Hierony.  
Ambro.  
Augustinus

Bonum autem facientes non deficiamus: tempore enim suo metem⁹ nō defi cientes. Ergo dum tempus habemus operemur bonum ad omnes: maxime autē ad domesticos fidei. Videte qualibus literis scripsi vobis mea manu. Quicūque enī volunt placere in carne, hi cogunt vos circumcidi, tantum vt crucis Christi perse cutionem non patientur. Neque enim qui circumciduntur legem custodiunt, sed volunt vos circumcidi, vt in carne vestra glorientur.

Bonū autē. q. d. Ita se habeāt prælati erga subditos, & subditi erga prælatos, vt dixi, Vtrique autē. f. prælati & subditi. Nō deficiamus facientes bonū, quia non debet deficere operādo, qui nō deficiet in metendo. Si homo non impouerit finem operi, nec deus

iponet remunerationē: quātū perseverauerim⁹ i operib⁹, tātū metem⁹, in fruct⁹: & quā tū auiditas inquirētis se dilatauerit, tātū se aperiet ad præmiū man⁹ retribuētis: quia sic recipiet quisque, quō facit: quia qui fortis erit ad seminādū, fortis erit ad metēdū. Vn de subdis, Tēpore enim suo. i. cōueniēti. Metem⁹ nō deficiētes. Nota q̄ ait suo tēpore, nō vtiq̄; de⁹ statim facit quicquid ad salutē oratur: nec ideo denegat quia differt, sed tēpore suo. i. cōgruo præstat. Et quia metem⁹ indeficiētes, Ergo dū habem⁹, in hac vi ta tēp⁹ seminādi, Operemur bonū. Tēp⁹ seminādi ē præsens vita qua currim⁹, in hac licet nobis q̄ volum⁹ seminare: cū vero trāserit, operādi tēp⁹ auferetur. vñ operami ni dū dies est, veniet nox quādo iā null⁹ poterit operari. Operemur bonū dico, Ad om nes, vt sit perfecta dilectio. Maxime autē ad domesticos fidei. i. ad eos qui sunt de fa milia nostra per fidē. i. ad Christianos. Omnib⁹ enim pari dilectioē vita æterna optāda ē, & si nō omnib⁹ eadē possint exhiberi dilectioē officia, quæ fratrib⁹ maxime exhiben da, quia faciliores & profēssiores in bono circa fratres eē debem⁹, quia sum⁹ inuicē mē bra. Si enim in cūctos libertatis frenā laxantur, maxime in domesticos. i. in Christia nos, qui habēt eūdē patrē, eiusdēq̄; magistrū appellatione cōsentur. Omnib⁹ igit̄ ipēdē da ē misericordia, in quo præponēdi sunt iusti qui sunt ex fide. Quod autē omnib⁹ etiā inimicis nostris qui scelerati sunt, & persecutib⁹ ecclesiā benefaciendum sit, estis est de⁹ qui dicit, Bñfacite his qui od. vos. Diligite iimicos vestros. Vbi manifeste ostēdit viscera misericordiæ peccatorib⁹ nō eē claudēda, nec etiā si aduersum nos hostilē ani mū gerāt, quia & ipsi hoies sunt. & hoc, exēplo dei patris astruitur, qui solē suū facit oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Sūt tamen qui æstimāt ele mosynas tantū iustis præbendas, p̄ctōrib⁹ autē nihil dari oportere: ne contra deū co nemur, si eis volumus subuenire quos ipse vult punire. Adhibēt etiam testimonia san ctæ scripturæ. Dicit. n. scriptura, Da miām, & ne suscipias peccatorē, & impijs & pec catoribus redde vindictam. Benefac humili & ne dederis impio, quia & altissim⁹ odio habet peccatores, & impijs reddet vindictam. Hæc verba quō accipiēda sint non in telligentes, detestabili crudelitate induuntur. vñ nos oportet hæc charitati vestræ ex planare, qualiter intelligenda sint. Illa ergo ob hoc dicta sunt, ne cuiquā peccatori iō benefacias quia peccator est: sed quia hō est, vt non sis ad iudicādum remissus, nec ad subueniendū inhumanus, Itā vtrunq̄; præceptū tenebis, odias etiam in illos quod de⁹ odit. i. quod mal⁹ ē, & corripe & persequere, vt perimas quod hō fecit, & cōserua quod hō est. Peccatū quippe hō fecit, hoīem vero deus: & nō suscipias peccatorem, vt velis saluū esse in eo quod malus est, sed quia hō: vt nulli homini claudatur miā, nulli pec catori relaxetur impunitas. Persequamur ergo in malis propriam iniquitatem, misere amur in eisdem cōmunem conditionem. Videte & c. Postquā ad meliora opera horta tus est eos, redit ad illud vnde prius agebatur, ne. f. legales obseruatiōe teneant: nequis aut sub noīe eius fallat incautos cauet, finem epistolæ manus suæ adnotatione cōplēs Ab hoc. n. loco, manu sua vsq̄; ad finem scripsit. q. d. vt firmiter prædicta teneatis, Vi dete qualibus scripturis scripsi vobis mea manu, vt sciatis hæc epistolam a me missam & per hoc magis obediatis. Quicunq̄; n. q. d. opus fuit vt scriberē, quia pseudo instant & hoc est. Quicunq̄; n. volunt placere, Iudæis infidelibus, In carne. i. in carnalibus ob seruantijs, Hi cogunt vos circumcidi, improbitate non ratione ducunt. & id propter hoc Tantum faciunt, Vt nō patientur, ab infidelibus Iudæis, Persecutionem Christi. i. quæ pro cruce Christi inferē. Isti erant pseudo qui sic Christū prædicabāt, vt etiam legem seruandam docerent: crucem prædicabant, vt a fidelibus quæstum acciperēt: legem, vt Iudæis placerent. Vel forte hoc ideo dicit, Quia Romani. f. Caius Cæsar, & Octauia nus Augustus, leges promulgauerunt, vt Iudæi vbicunq̄; essent, proprio ritu viuerent, & patrijs carimonijs deseruirent. Quicūq̄; igitur circumcisus erat, licet in Chrūm cre deret, quasi Iudæus habebatur in Gentibus: qui vero incircūcisus se non esse Iudæum præputio præferbat, persecutionibus tam Gentilium quā Iudæorum siebat obnoxius. Has igitur persecutiones hi qui Galatas deprauauerāt declinare cupientes, circumcisio nem pro defensione discipulis persuadebant. Nam nec Iudæi persequi eos poterāt nec Gentiles, quos videbant & profelitos circumcidere, & ipsos legalia obseruare. Neque enim qui circumciduntur, Quasi dicat, Vere ideo tantum faciunt, vt vitent persecutio nem. non enim pro amore legis hoc faciunt. Neque enim qui circumciduntur, legē cu

Hierony.

Augu.  
in p̄lal. cxi.

Augu.  
Augustinus.  
Hiero.

Ambro.

Hierony.



Augu. stodiunt. Illā dicit custoditionē legis. s. non occidere, non mœchari, & alia hmōi, ad bonos mores pertinentia: quæ nisi charitate & spe æternorū bonorū quæ per fidem accipiuntur, impleri non possunt, vt iam dictū est, Sed volunt vos circūcidi vt in carne v̄ra. i. de carnali circūcisione in qua dolor est vobis, gloriētur apud Iudæos, eo quod tam multo profelitos faciunt.

Augu. Ambro. Mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi per quē mihi mundus crucifixus est & ego mundo. In Chrō. n. Iesu neque circūcisio aliquid valet neque præputiū, sed noua creatura. Et quicumque hanc regulā secuti fuerint, pax super illos & m̄ia & super Israel dei. De cætero nemo mihi molestus sit. Ego. n. stigmata domini Iesu in corpore meo porto. Gratia domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro fratres. Amen.

Augu. de ver. apo. Augu. Augu. in ser. de pas. Christi. Augu. super Ioan. Augu. de ver. apo. Mihi autē absit. q. d. Illi in carne gloriant̄, Mihi autē absit gloriari, nisi in cruce dñi nostri Iesu Christi. Ecce vbi mundi phūs erubuit, ibi Apostol⁹ thesaurū reperit: quod illi visum est stultitia, Aplō factum est sapiētia & gloria. Noli ergo erubescere de cruce Christi, recole frontē tuā, ne linguā expauescas alienā: de qua cruce vt nō erubescere, eā in ipsa fronte. i. pudoris domicilio locauimus. Iō enim crux in fronte credentium, vbi sedes est verecundiæ figitur, vt de noīe eius fides non erubescat, & magis dei gloriam quā hoīm diligit. Signum veteris testamenti circūcisio in latēti carne, signū noui testī crux ī libera fronte. Ibi. n. occultatio, hic reuelatio est: ibi sub velamine, hic reuelata facie. Crucem autē vt ī ea gloriemur dñs suo gestans humero, pro virga regni nobis commendauit, quod est grande ludibrium impijs, grande mysterium pijs, Hic ergo opprobrium & deformitatem Christi nō erubescamus, sed veneremur. Deformitas enim Christi te format, nisi deformis ille esse voluisset, tu formā quā perdidisti nō recepisses. Pēdebat enim in cruce deformis, sed deformitas illi⁹ pulchritudo nostra erat. In hac ergo deformitate gloriemur, cuius signū in fronte portamus. De hac deformitate nō erubescamus, sed gaudeamus cū Aplō qui dicit se gloriari ī Christi cruce. Poterat dicere in sapiētia, in potestate, in maiestate: & verū diceret. Sed ē magnū in sapientia dei vel maiestate vel potestate dei gloriari, sed ī cruce. vñ impius insulsa, irridetq; phīlosophus. Et quasi quis diceret, Cur gloriaris in cruce? quid enim prodest? Ecce quid. Per quē. i. Christū crucifixū. Mihi mūdus crucifixus, est vt me non teneat. Et ego mūdo. vt eū non teneā. Quia nec ego in mūdo aliquid cupio, nec ipse aliquid suū in me cognoscit: sicut dñs ait, Venit princeps mūdi huius, & in me non habet quicquā. Et ē sensus, Per crucē Christi mūdi concupiscētię non habēt in me dominiū, nec mūdus iā se mihi ingerit, & ego contra eum sum fortis. Et nota quia non sine causa vtrūq; dixit, scilicet & sibi mūdū crucifixū & se mūdo. Plerūq; enim contingit vt homo mūdū mēte non teneat, sed tñ mūdus eū suis cupiditatibus vel occupationibus astrigit. & mortuus est homo mundo, & mūdus eū quasi viuis concupiscit, dū alio intētū in suis actibus rapere contēdit. Sed nec Paulus mūdū cupit nec mūdus eū, vt in duobus mortuis neuter neutrū videt. Quia ergo nec Paulus mūdi gloriā querebat, nec à mūdi gloria ipse querebāt: ideo & se mūdo, & sibi mūdū crucifixū esse gloriabatur. In Christo enim. q. d. Ideo solū ī Christo glorior, Quia in Christo Iesu neq; circūcisio aliquid valet, neq; præputiū. q. d. equalia sunt deo præputiū, & circūcisio. Sed noua creatura. i. regnatio & noua vita. Nouā enim creaturā dicit nouā vitā per fidē Christi. Ego ī cruce glorior & quicūq; fuerint secuti hāc regulā. i. rectitudinē gloriādi. Pax. i. tranquillitas mētis, Et misericordia, de peccatis. i. peccatorū remissio, erit a deo, Super illos, gētiles: Et etiam Super Israel. i. Iudęos, nō vtiq; carnales, sed qui sūt Dei. i. spirituales. Duas enim partes hic significauit super quas manet pax & misericordia dei. s. Gētiliū fidelīū, & Iudæorum credētium. Et de cætero. i. amodo. Vel De cætero, ita vt sūt duæ dictiones. id est de alio præter fidem. s. de legalibus, Nemo sit mihi molestus, vt iterum cogar scribere de eodem. Vñ dicit Ambro. Non vult per turbulentas contentiones tædium sibi fieri, de re, quæ tum satis erat exposita. Vel sicut in Græco legitur. De cætero nemo laborem mihi exhibeat, vel præstet, scilicet vt rursus in vobis necessitatē habeam laborandi. Laborem enim præstat magistro qui aliter sentit quā docuit. Dico vt nemo sit molestus mihi, cui vtiq; non est faciēda molestia. Ego enim porto in corpore meo

Augu. Augu.

Augustinus Ambr.

A pro fidelibus Stigmata domini Iesu, id est signa militiæ Christi, quæ me comprobant esse militem. s. passiones, tribulationes &c. quod nō pseudo facit. q. d. quod vos nō attēditis. Stigmata ergo appellauit quasi notas pœnarum de persecutionibus quas patiebatur. Stigma. n. dicitur punctum vel nota aliquo ferro facta. Et est sensus. Iō nō debet fieri mihi molestia, quia ego habeo alios confictus, & certamina quæ in persecutionibus quas patior mecū dimicāt. Gr̄a. Ecce cōclusio epistolæ, quasi subscriptio, qua & in nonnullis alijs epistolis vtitur. q. d. vt prædicta teneatis. Gr̄a, nō dissentio, nō legis seruitus, non rixa, non iurgiū, Sed gratia domini nostri Iesu Christi o fratres, sit Cum spiritu vestro. i. cū rōne vestra, vt veritatem semper intelligatis. Amen. Per hoc verbū Hebræum vera esse quæ locutus est ostendit.

Augu.

Augu. Augustinus. Hiero.

Argumentum in Epistolam ad Ephesios.

Ephesii sunt Asiatici. Hi accepto verbo veritatis perstiterunt in fide. Hos colaudat Apostolus scribens a Roma de carcere per Tychicum diaconem.

CAPVT I.

B **P**AVLVS Apostolus Christi Iesu per voluntatem Dei omnibus sanctis qui sunt in Ephesi, & fidelibus ī Christo Iesu: gratia vobis & pax a Deo patre nostro, & domini Iesu Christo. Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spiritali in cælestibus in Christo, sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, vt essemus sancti & immaculati ī cōspectu eius in charitate.

C **P**AVLVS Apostolus. Hanc epistolam scribit apostolus Ephesios. Ephesii autē sunt Asiatici: hi per Paulum non fundati, sed confirmati fuerant in fide. Eos. n. non fundauit Apostolus in fide, sed cōfirmavit multa pro eis passus a perdidit, qui post cōfirmationē firmiter steterāt ī fide, & in bonis operibus. His scribit Apostolus a Roma de carcere per Tychicū cōfortatoriam epistolā, cum vltieris nō esset eos visurus: & sciens eos esse bonos, non arguit de culpa, sed ne relabantur timendū erat. Qui enim stat cadere potest, & quia nullus a deo perfectus est qui crescere non possit, eos ad vltiora hortatur: & ne recedant a fide pro suis tribulationibus, scilicet Apostoli, teneantq; suas ordinationes, & præsertim ne perfectio erigat eos in tumorem, ostendit de quo statu ad quem dignum vocati sunt, dicēs. Omnia beneficia eis vel Apostolis ipsīs, vel toti humano generi per solam dei gratiam collata fore. Est igitur intentio Apostoli in hac epistola, Ephesios in bonis habitis confirmare, & ad vltiora prouocare, nec non & ad humilitatem actionemq; gratiarū informare. Modus tractandi talis est. De more suo salutationem præmittit. Deinde gratias agit deo, exponens prius beneficia hūano generi præscita, post ipsīs Apostolis specialiter indulta. Deinde Ephesios ipsīs ostendens, a quo, & ad quid vocati sint. Deinde Christi dignitatem & prælationem ostendit, postea ad patientiam, & charitatem eos inuitat: vnitatem fidei & ecclesiæ commendans, & dona gratiæ connumerans. Tandem ad certamen exhortans contra principes tenebrarum, militiæ Christianæ armaturam describit. Prius ergo salutans, & se noto nomine significans, ait, Paulus Apostolus Christi Iesu, non meis meritis, sed Per voluntatem dei, ita & vos per eam habetis quicquid boni est vobis. Paulus inquam scribit vel mandat, vel ego Paulus scribo siue mando. Omnibus qui sunt Ephesii sanctis, exercitio virtutum, Et fidelibus, fide recta. Quæ est in Christo Iesu. Recte illa duo posuit. Tūc enim prodest ac crediti bōa vita, si fides est in Christo Iesu: tunc vere sancti sunt, si fideles sunt in Christo. Vel distingue iter sanctos & fideles, vt sanctos intelligas maiores & perfectiores, fideles minus perfectos. Scribit ergo Sanctis, id est perfectis. & non solum eis, sed etiam fidelibus, qui si non



sancti sunt, vel in fide sani, & quod sancti sunt & fideles. hoc est in Christo Iesu. i. opere Christi non meritis suis. Et in scribendo alia salutat dicens, Gratia iustificationis. Et pax id est tranquillitas mentis, & reconciliatio ad deum, sit vobis, A deo patre nostro, per quem omnia condita sunt & restaurata, & domino Iesu Christo sine quo nulla bona dantur vobis. Benedictus, premissa salutatione incipit a gratiarum actione innuens esse a deo: quia aliter benedicetur deus ab homine, aliter homo a deo: vnum quidem benedictionis verbum est, sed pro congruentia personarum varie debet intelligi: sicut & facere dicitur deus & homo, sed deus nutu solo impossibiliter facit, homo vero conatu & labore: ita deus benedicitur ab homine cum laudibus dignis extollitur, homo autem a deo cum deus ei gratiarum suarum dona impartit, non meritis eius sed misericordia sua. Ait ergo. Deus, sit, benedictus, corde, ore, opere, & a me & a vobis, & a bonis Deus dico, qui est Pater, generatione, Domini nostri Iesu Christi, pro quo, nobis benefacit. Qui benedixit nos. Post actionem gratiarum enumerat beneficia quae a deo per Christum toti humano generi sunt data, & distinguit duas dei praedestinationes, & earum effectus, quarum altera est de praesenti ad iustitiam, altera de futuro ad coronam, nec dicuntur duae, quin una dei sit praedestinatio quae est ipse deus: sed quia de duobus est ipsa dei aeterna praedestinatio. scilicet de praesenti in iustitia, & de gloria in futuro. Deus enim ante mundi constitutionem, cum nullus quicquam mereretur praedestinavit, quod in tempore gratiae aliquos a perditis separaret, & iustos & immaculatos faceret: praedestinavit etiam quod & illos iustos ad aeternam beatitudinem perduceret. harum praedestinationum alteram hic implet. i. quia iustos facit: alteram in futuro implebit, quae erit omnium perfectio, a qua consummatio omnium incipit, ostendens effectum eius. & utens praeterito pro futuro pro rei certitudine, cum ait, Qui, deus, benedixit. i. benedicet, Nos, nostris meritis maledictos. i. in futuro exaltabit, dando immortalitatem. Vnde subdit, In omni benedictione spirituali. i. exaltabit omnimoda exaltatione, & perfecta, quae tota erit spiritualis etiam in corporibus quae tunc habebunt naturam spiritus, quia erunt agilia & habilia, cibo non egentia, quae spiritus naturalia sunt. Benedictione dico habita in caelestibus. i. in caelo. & hoc fiet, In Christo. i. operante Christo. Sicut, posuit effectum secundae praedestinationis. scilicet quae erit de futuro, hic ponit primam praedestinationem quae est de praesenti tangens effectum eius. quod dicitur benedicet nos in futuro, quod & si videtur ex meritis, ita tamen gratis erit, sicut & prima praedestinatio gratuita est, quia merita quae praecedunt futuram vitam ex gratia sunt, & dona dei sunt. Coronat enim in nobis deus dona sua, non quae ex nobis sunt merito. Et hoc est quod ait, Ita gratis hoc faciet, sicut gratis nos elegit, praedestinando. & hoc in ipso. i. per ipsum Christum. Elegit dico ante mundi constitutionem. i. antequam essemus. Ne quis ergo putet animas cum deo fuisse aeternas, & tunc aliquid meruisse, iuxta errorem illorum qui ante haec viibilia dicunt fuisse quasdam aetas sanctas, & ideo tunc fuisse electas: sed aperte ostendit hoc falsum esse dicens. Elegit nos ante constitutionem. Quomodo autem eligeret eos qui nondum erant nisi praedestinando? Elegit ergo praedestinans nos: & sicut non elegit eo quod tunc sancti essemus, ita nec ideo quia sancti futuri essemus: sed potius elegit nos ad hoc, ut in tempore gratiae essemus sancti, per bona opera. Non ergo quia futuri eramus elegit, sed ut essemus sancti. Iam quippe tales futuri eramus, quia elegit ipse praedestinans, ut tales per gratiam eius essemus. Sed Pelagianus veritati resultans ait, Praesciebat deus qui essent futuri sancti, & immaculati per liberam voluntatis arbitrium, & ideo eos in sua praescientia quales futuros esse praesciuit elegit. Elegit, inquit, antequam essent praedestinans filios quos futuros sanctos praesciuit: nec fecit, nec se facturum, sed ipsos facturos esse praevidit. Quem confutat apostolus dicens, Ut essemus sancti, virtutibus, Et immaculati, a malis, a crimine, & hoc in conspectu eius, non hominum. i. intus ubi ipse conspiciat, non extra ubi homines vident. Vel, In conspectu eius. i. ut eum conspiciamus & hoc non fecit ipse meritis nostris, Sed in charitate sua. A mor. n. dei hoc fecit. Vel ita dico, ut essemus sancti & immaculati, & hoc in charitate. i. per charitatem nostram qua diligimus Deum. Potest enim intelligi vel de charitate dei qua diligit homines, vel de charitate ipsorum hominum qua diligunt deum.

Qui praedestinavit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipsum secundum propositum voluntatis suae in laudem gloriae gratiae suae, in qua gratificavit nos in dilecto filio suo, in quo habemus redemptionem per sanguinem eius, re-

missionem peccatorum secundum diuitias gratiae eius, quae superabundavit in nobis in omni sapientia & prudentia, ut notum faceret nobis sacramentum voluntatis suae secundum beneplacitum eius quod proposuit in eo in dispensatione plenitudinis temporum instaurare omnia in Christo quae in caelis & quae in terra sunt in ipso.

Qui praedestinavit. Posita praedestinatione quae pertinet ad iustitiam & sanctitatem vitae praesentis, ponit hic alia praedestinatio pertinet ad vitam aeternam, cuius effectum supra notavit. quod dicitur. Elegit nos ut hic essemus sancti: ipse utique. Qui praedestinavit nos. i. gratia sola prelegit. i. voluntate gratuita. In adoptionem filiorum. i. ad bona quae filij habituri sunt. Filij autem sunt credentes in eum. & hoc est quod subdit, Per Iesum. quod dicitur. quod ipsi filij sunt, hoc non est per merita, sed per Iesum Christum. Praedestinavit nos dico veteros. In idipsum. i. eadem habituros cum Christo, praedestinavit dico, non nostro placito, sed secundum propositum voluntatis suae. i. secundum bonam voluntatem, longe antequam impleret in nobis praedestinatio, habitam, vel omnibus palam propositam, & ostensam. Praedestinavit nos dico & sanctificavit. & hoc in laudem gloriae gratiae suae. i. ut laudemus gloriosam gratiam. quod dicitur. gloria gratiarum est aeterna adoptio. In qua gratia gratificavit nos. i. gratos nos sibi fecit. Hic notat effectus primae praedestinationis quae pertinet ad iustitiam. Gratificavit dico in dilecto filio suo, pro quo nos diligit. Diligens enim suum unigenitum, etiam illis quos diligit, & quibus vult filius divina dona largiri, In quo. Ecce hic ostendit per quem facti sumus grati, dicens, In quo, filio habemus redemptionem, ut possimus reverti a captivitate qua serviebamus diabolo venundati sub peccato: habemus, inquam, per sanguinem eius, qui nostrae redemptionis est precium. Et habemus remissionem peccatorum. In baptismo duplicem gratiam ostendit, quia & redemit, & peccata nostra non imputavit. & hoc praestitit nobis, secundum diuitias gratiae eius. i. secundum diuitem & copiosam gratiam suam quia omnia dimittit, & totum ius inimici destruit. Quae superabundavit. Haec tenet egit de his quae toti humano generi collatae sunt, modo agit de his quae singulariter a postolis dedit. quod dicitur. dico diuitias gratiae, quae gratia cum omnibus abundasset fidelibus, In nobis, apostolis, Superabundavit. i. plusquam in alijs abundavit, ut verbi gratia in hoc. scilicet in omni sapientia, id est in omni de divinis notitia. Et prudentia. i. providentia temporalium. In omni dico, ita ut notum faceret nobis sacramentum voluntatis suae. Voluntatem suam secretam alijs. i. illud quod secreta voluntate facere volebat. & quid illud sit supponit. scilicet instaurare omnia, & hoc non meritis nostris, sed secundum bonum placitum eius. i. secundum bonam voluntatem suam, ut bona fieret subvenire. Quod, bonum placitum vel sacramentum proposuit. i. longe antequam fieret posuit, vel omnibus palam obtulit. illud dico implendum, In eo, filio. scilicet non in alio. i. In Christo, & non in alio tempore implendum, sed in dispensatione plenitudinis. i. in plenitudine temporis dispensati a deo. i. in hoc tempore gratiae, quo implere quae ceteris temporibus promissa & figurata sunt, divina providentia rationabiliter dispensavit. Si enim ignari penitus essent homines, non praedocti non reciperent Christum: & nisi prius de naturali & doctrinali lege essent convincti, superbi parumpenderent Christi adventum. Ne ergo queratur cur in hoc tempore potius quam in alio voluerit implere secretum suae voluntatis. scilicet instaurare. i. ad primum statum reducere, Omnia, per peccatum destructa. Et quae in caelis sunt. i. angelos, Et quae in terris sunt. i. homines: non quod pro angelis mortuus est Christus, sed ideo etiam pro angelis sit quicquid hominum per eius mortem redimere & liberatur a malo, quia cum eis quodammodo reditur in gratiam post inimicitias quas inter homines & sanctos angelos peccata fecerunt: et ex ipsa hominum redemptione ruinam illius angelice damnus reparatur: & utique novum angelis sancti docti de deo, cuius veritatis aeterna contemplatione beati sunt, quanti numeri supplementum de genere humano integritas illius civitatis expectet. Instaurantur autem quae in caelis sunt, cum id quod inde cecidit in angelis reddi ex hominibus. Instauratur etiam quae in terris sunt, cum ipsi homines qui praedestinati sunt in aeternam veritatem, a corruptionis vetustate renouantur. Et est sensus, Voluit instaurare. i. supplere, Quae in caelis sunt. i. numerum angelorum diminutum implere. Et quae in terris sunt. i. homines qui per peccatum depravati erant renouare. Vel, Quae in caelis sunt. i. animas sanctorum quae iam in caelis, & quae in terris. i. sanctos qui adhuc in terra sunt. & hoc in Christo. i. per ipsum Christum. Christi enim adventus salus est, & sanctis qui iam cum Christo sunt, & illis qui adhuc futuri sunt,

Ambr. Aimo. Ambrosius.

Ambrosius.

Augu. de praed. f.

Aimo. Ambrosius.

Augustinus. de praed. san.

Augu. in Ench.

In quo etiā nos forte vocati sumus, prædestinati secundū propositū eius quī operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ, vt simus in laudem gloriæ eius nos qui ante sperauimus in Christo. In quo & vos cum audissetis verbū veritatis euāgelium salutis vestræ, in quo & credentes signati estis spiritu promissionis sancto qui est pignus hæreditatis nostræ in redemptionem acquisitionis in laudem gloriæ ipsius.

In quo &c. Ne apostoli in quibus superabundat grā viderent mernisse alijs, ostendit eos ita gratis vocatos nō meritis sicut fuerūt alijs, dicens, In quo Chrō. i. per quem Chrūm Etiam nos, aplī vt vos alijs Sumus vocati, per interiorē grām: & hoc non meritis, Sed forte. i. diuina electione. Sors. n. dicit diuina grā, qua salui facti sumus: quæ bene dicitur fors, quia hominis non est electio, sed voluntatis dei, qui nulla nostra merita inuenit, sed forte voluntatis suæ nos ad salutē vocauit: quia voluit, nō quia digni fuimus. Hæc est fors vñ illa tunica dñi desupertexta, quæ charitatem significat, forte super eam missa prouenit: quia dei grā, charitas inspiratur, nō meritis vocati sumus.

Augu. in psal. cxxx. Augustinus Augu.

Augu. de prædest. f.

Augu. Ambro.

Hierony.

Augu. in ser. de visione dei.

Nos dico Prius prædestinati. i. per grām preparati, & electi: & hoc nō secundū merita, Sed secundū propositū eius, qui etiā i aplīs, Opera oīa, et velle bonū. Ipse ergo vt credere incipiamus operat. Nō. n. quia credimus sed vt credamus elegit nos & operatur oīa & hoc secundū Consilium voluntatis suæ. i. secundū voluntatē suam, quæ est ex ratioe q. d. quare nos magis elegit ad officium prædicationis & apostolatus nescimus, sed tamen consilio fecit non temere: & ad hoc vos elegit, Vt simus in laudem gloriæ eius. i. vt per nos alijs laudent gloriā eius, vt exemplo nostro nemo iam gloriatur in hoīe. Verum est. n. quod ait, Non vos me elegistis, sed ego elegi vos. Laus aut gloriæ dei est, cū multi acquirunt ad fidē: sicut gloria medici est cū multos curat. Simus in quā in laudē eius nos aplī, Qui añ oēs alios quib⁹ Chrūs prædicauit, & qui per eū cōuersi sunt, Sperauimus in Chrō, & iō tales esse debemus, per quos alijs laudant. In quo &c. Expositis his quæ aplīs quæ collata sunt, mō venit ad ea dedit Ephesij q. d. sperauim⁹ i Chrō. In quo Chrō. i. in cui⁹ fide, Et vos, Ephesij estis, Cū audiuissetis. i. per hoc q̄ audiuissetis & postquā audiuissetis, nō añ. Cū. n. & cām notat hic & tēpus. Cum audiuissetis dico verbum veritatis. f. Euāgelium salutis vestræ, quod salutē annunciat, & ad salutem vocat. In quo Chrō. i. in cuius operatione, Et vos, credentes, Signati estis. i. diuini a grege diaboli. Vel, Signati estis, imagine dei reformata i vobis. Vnde, Signati est super nos lu. v. t. d. Et hoc Spū sancto promissionis. i. per spūm sanctum qui promissus erat, vel qui promissit hæreditatem, & est arra eius. Vnde subdit, Qui est pignus hæreditatis nostræ Diffusa est n. charitas in corda nostra per spūm sanctum. Quid est enim si diffusa est charitas: ecce iā ex quantuloquē pignore deambulat deus in nobis, & sic pignus accēpimus. Quidam tamen codices melius habent arram, eandem quippe rem interpretēs dicere voluerunt. Interest tamen aliquid in loquendi vsu inter arram & pignus. Pign⁹ enim quā datur, soluto eo pro quo ponit, auferitur: Arra vero ē cū de ipso datur aliquid quod non est auferendum, sed complendū. Si ergo charitatē mō deus tanquā pignus dedit nobis per spūm, qui datus est re promissa reddita, auferendū est a nobis pignus: Absit, sed hoc quod dedit implebit, iō melius hī arra quā pignus. Dedit nobis spūm, ad hoc vt i. q. f. In redēptionem acquisitionis. i. ad hoc vt sanguine eius redempti a iure inimici, & vltra nō dominebimur nobis inimicus. Acquiramus deum, vel acquiramur a deo Ad hoc. n. redemit vt habeat, non vt perdat nos. Et in laudem gloriæ ipsius. q. d. & ad hoc dedit nobis spiritum, vt laudetur ipse deus.

Propterea & ego audiens fidem vestrā quæ est in Christo Iesu, & dilectionē in omnes sanctos, nō cesso gratias agēs pro vobis, memoriā vestri faciēs in orationibus meis, vt deus domini nostri Iesu Christi pater gloriæ det vobis spiritum sapientiæ & reuelationis in agnitionem eius illuminatos oculos cordis vestri, vt sciatis quæ sit spes vocationis eius, & quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in sanctis, & quæ sit supereminens magnitudo virtutis eius in nos qui credimus secundum operationē potentie virtutis eius, quā operatus

est in Christo suscitans illum a mortuis, & constituens ad dexteram suam in cælestibus supra omnem principatum & potestatem & virtutē & dominationem, & omne nomen quod nominatur non solum in hoc seculo, sed etiam i futuro, & oīa subiecit sub pedib⁹ ei⁹: & ipsū dedit caput supra oēm ecclesiā quæ est corp⁹ ipsius, & plenitudo eius qui omnia in omnibus adimpletur.

Propterea. Enumeratis beneficijs hūano gñerivel apostolis vel Ephesij collatis quid de beneficijs Ephesijs datis sciat Apostol⁹ subdit, scilicet q̄ gratia agit, & rogat super addi ne illi superbiat, sed vltra tēdat. q. d. cū audiuissetis euāgelium credidistis, Propter ea ego audiēs fidē vestrā, quæ ē i Chrō Iesu. i. in qua Christū creditis sine admixtione legis, Et dilectionē vestrā, id est opera charitatis ostēsa. In omnes sanctos, non cesso agēs pro vobis gratias deo. q. d. bene noui quales estis, & ide nō vos sed deū laudo qui hoc fecit. Ei enim qui fecit aguntur gratiæ: ideo ait. Non cesso pro vobis gratias agēs. scilicet de habitis: ego etiam Faciens memoriā vestri in orationibus meis, in quibus oro deū vltiora vobis implorās. vñ cōgrue pro iā datis premitit gratiarū actio. Qui enim orādus est vt faciat, illi est gratiarū actio reddēda cū fecerit, hoc autē in orationibus meis pero, vt De⁹ dñi nostri Iesu Christi & pater gloriæ. i. Christi, Det &c. Distinguē, de⁹ pater, & de⁹ Christi est & pater: sed deus Christi est secundū humanitatē, quia Chrūs est hō & natus ex fœmina. Vnde in psal. dicit, De ventre matris meę deus me⁹ es tu. Ostendens patrē esse deū suū, quia homo factus est. homo. n. de ventre matris natus, & secundum hominem de virgine natus est deus, vt nos solum pater illi esset qui eum de seipso genuit, sed etiam eius deus esset quem de ventre matris hoīem creauit. Qui ergo pater est filio ex vtero suo, de ventre matris deus eius est, non de suo. Vñ ipse dñs ait, Ascendo ad patrem meū & patrē vestrū, deū meum & deum vestrum. Hoc igitur dico, Vt de⁹ Christi & pater det vobis, ea quæ sequuntur. q. d. ad impetrandū illa nō obtēdo merita, sed quod deus & pater Chri est. hoc in quā precor, Vt det vobis, & si iā sapientes estis, Spūm sapientiæ & reuelationis in agnitione eius. i. spūm sanctum qui det vobis sapientiā de cælestibus plenius quā mō habeatis: ita vt non obscure, sed clare & sine velo eum agnoscat. f. Det. i. faciat, Illuminatos oculos cordis vestri. i. ratio nis, quæ est imago dei, in qua renouatis in agnitione Dei. In imagine ergo sua cognosce authorem eius qui corporali sensu non attingitur. Ne ergo putetis corporeo sensu Deum attingi, sed oculis mentis ipsum cognoscite, & auribus mentis ipsum audite. In corpore enim diuersa membra sunt. Alibi audis, alibi vides in corde autem tuo, vbi diuersa membra non inueniuntur, ibi audis vbi vides. Ad hoc illuminet oculos, Vt sciatis plenius quam modo, Quæ. i. quanta sit Spes vocationis eius. i. res sperata ad quā vocat credentes. Hoc dicit vt propēiores sint: quia cū plene scierint quis fructus credentium, propēiores fient circa excolendā religionem. Deinde quid noīe spei intellexerit, aperit subdens, Et, sciatis, Quæ, sint, Diuitiæ &c. Hæc est spes. Spes. n. accipit rem speratam. Vel ita vt spes propria accipitur &c. Vt sciatis quæ sit spes vocationis eius. i. quantum valet spes vitæ æternæ ad quā vocat: & sciatis quæ sit adimpletio eius spei: quod ita ait, & Quæ sint, Diuitiæ gloriæ eius, hæreditatis. i. gloriose hæreditatis, scilicet æternæ beatitudinis, quæ dicitur hæreditas, quia firmiter habebitur quæ erit In omnibus, sanctis, communiter. Et, sciatis etiam, Quæ sit supereminens magnitudo gloriæ futurę. In nos Apostolos. i. quod nos apostoli præ alijs habebimus gloriā non vt stetis & habeatis, sed tendatis ad illud maius quod habebimus. Quoddā. n. incrementum gloriæ habebunt summi doctores vltra illud quod cōmuniter omnes habebunt. Habebunt enim omnes eundem denarium, sed differet stella a stella in claritate, & erunt diuersæ mansiones in domo patris: & inter alios clarus fulgentes, Apostoli altius sedebunt. Vnde in tabernaculo dñi, super mensam facta est corona in terra simul alta digitis quatuor & operiēs totam mensam, & super eam altera corona aureola. Per coronam altam digitis quatuor quæ mensam operiebat, gloria vitæ æternæ signatur, qua omnes electi fruuntur, quæ in quatuor libris euāgelij digito dei, id est spiritu sancto scriptis annunciat: & erat in terra simul pro diuersitate meritorum. Corona aureola, super illam, est perfectio remunerationis eorum qui in doctoribus excellent. Ideo Apostolus ait, Quæ sit supereminens mag. gloriæ i nos, quæ magnitudo est

Augu. ad Vitalem, Augu. cōtra Max.

Ambr.



Augu.  
de agone  
Christianorū

Idem in eodē

Ambro.

Augu.  
in psal. lxxxv.

Virtutis eius. i. in virtute dei danda nobis. Qui credimus, de illa beatitudine. Secundū operationē potentiae virtutis eius, quā operatus est in Chrō. i. secundū quod potenter operatus est in Chrō cuius mēbra sumus, & iō eadem cum illo nos habituros credim⁹, operatus inquā in Chrō, ita. s. Suscitās illū a mortuis, & cōstitūēs illū ad dexteram suam. i. in aeterna beatitudine. Non eos audiamus qui negant ad dexteram patris sedere filiū, dicentes, Nunquid deus pater habet lat⁹ dexterū vel sinistrū, sicut corpora? Nec nos hoc de deo sentimus. Nulla. n. forma corporis deus finitur & cōcluditur. Sed dextera dei est beatitudo aeterna quae sanctis datur, sicut sinistra eius dī miseria perpetua quae impijs dat. Et est. Cōstitūens illū ad dexterā suā. i. ostendens hoīem Chrūm aeternaliter beatū In caelestibus. i. in caelo. Exēplū autē glīae sanctorū cōstitit in resurrectione Saluatoris, vt i ea cognoscāt fideles, quid eis promissum est. Simili. n. mō extollēt supra caelos cū Christo: sicut ipse dicit. Pī volo vt vbi ego fuero, & hi mecū sint. Quia & corpus eius quod est ecclesia in ipsa dextera. i. in ipsa beatitudine erit. Quāuis. n. corpus nostrū non ibi sit, tñ spes nostra iā ibi est. Iō & dñs post resurrectionē iussit discipulis suis piscātib⁹ vt in dexteram partem mitterēt retia, qui etiā dixit agnos ad dexteram, hōdos ad sinistram se positurū. Vel ita. Cōstitūēs. i. stabiliter statūēs, illum hominē Chrūm, Ad dexterā suā. i. in sede iudiciaria, in potestate iudicādi. Quia. n. oē iudiciū pī. d. fi. iō ad dexterā dei sedere dicit⁹ quāsi iudex. Vñ ait Iudeis, Amodo videbitis filiū hoīs sedere ad dexterā dei &c. Et cōstitūēs illū in caelestib⁹, Et supra oēm principatū & potestātē & virtutē & dñationē. i. supra dignitatem horū ordinū angelicorū & nō solum super hos quatuor, sed etiā super oē nomē quod notat⁹ non solū in hoc seculo, sed etiam in futuro. i. super oē noīabile quod vel iā scitur vel i futuro sciet⁹. Hoc dicit propter incarnationē filij dei, vt etiā hō factus super oēs caelos esse dicatur, & super oēm creaturā, hñs nomē dei per naturā nō per adoptionē. Et ne viderēt praesse oī creaturae dignitate tantū, & nō ptate subdit, Et oīa. q. d. nō solū pīest oīb⁹ dignitate, sed & sub ea sunt. Et. i. quia, oīa subiecit, deus pater sub pedibus eius, & subiecit ei plene vt per pedes plena subiectio notet⁹: quae oīa merito sunt ei subiecta, quia per eū facta sunt. Vel, Sub pedibus ei⁹. i. sub humanitate eius, quae significat⁹ per pedes. Quia sicut pes est inferior pars corporis, ita in Chrō inferior natura est humanitas, quā ēt angeli adorant, & ipsū hoī Chrō oīa subfunt. Et ipsum. Postquā cōmemorauit dignitatē Chrī, redit ad nos, oñdēs dignitatē eius ad nos pertinere. q. d. Ita exaltauit de⁹ Chrūm & hęc eius exaltatio ad nos pertinet, quia ipse talis est caput, & nos corp⁹ eius. & hoc est quod ait. q. d. Hoc quod dixi de chrō ad nos pertinet. Et. i. quia. Ipsum, qui adeo altus ē Dedit, de⁹, caput, i quo sunt oēs spūales sensus ecclīe. s. dona grē. Illū inquā dedit eē caput supra oēm ecclīam, quae in caelo, & quae in terra est, dū cōstitentur hūc eē per quē facti sunt. Subiiciūt. n. illi quāsi capiti, ex quo trahūt originē. Ab ipso. n. facti sunt secundū deitatē, & ita secundū deitatē caput est ecclīe, secundū quā dedit ei eē caput illū añ oīa gignēdo. Est ēt & proprie dī caput secundū hūanitatē, secundū quā coniūgit⁹ ei ecclīa, & natura & grā. Nā in eo plenitudo grē fuit, de cuius plenitudine nos accepimus. Nullūq; maius donū pīstare deus posset hoībus, quā vt verbū per quod cōdidit oīa, faceret illis caput, & illos ei tanquā mēbra coaptaret: vt eēt filius dei & filius hoīs vnus deus cū patre, vnus hō cū hoībus. Quē, ecclīa, est corpus illi⁹. i. vnita ei grā & natura. Et plenitudo eius. i. implēs eū vt habeat mēbra oīa. Et vere est plenitudo ei⁹ quia ipse est, Qui adimplet⁹, per eos. Cum. n. regressi ad cōfessionē stectunt genū christo adimplēt⁹, quia recedentibus euacuari vī. Per eos adimplet⁹ dico, tamen ens Omnia in omnibus, hic vel in futuro, quia membra nihil ei conferunt, sed ipse oīa mēbris: qui ideo dī esse omnia in omnibus, quia omnia ab ipso sunt in eis, cuius virtute sunt quod sunt.

CAPVT II.

**T** vos conuiuificauit cum essetis mortui delictis & peccatis vestris, in quibus aliquando ambulastis secundum seculum mundi huius, secundum principem potestatis aeris huius: spiritus qui nunc operatur in filios diffidentiae: in quibus & nos omnes aliquando cōuerfati sum⁹ in desiderijs carnis nostrae facientes voluntatem carnis & cogitationum, & eramus natura filij irae sicut ceteri.

**A** Et vos. Hic cōmmemorat priora. s. quales fuerit ante fidem, & quid modo per gratiam facti sunt, vt in bonis quae nunc habent humilientur. & certum sit quod si inimicis haec data sunt, magis amicis dabuntur ea quae apostolus optat eis. s. quod Christus est caput omnis ecclesiae. Et nostrum, quia nos, Conuiuificauit cum. i. quamuis, Effetis mortui delictis & peccatis &c. Vel ita cōtinua, vt ā superiori sumas verbum quod sub intelligitur. q. d. nos qui credidimus habemus spem hēreditatis. Et vos. s. credidistis. Deus autem conuiuificauit nos cum. i. quāuis, Prius essetis mortui. Vel ita cōtinua, Deus suscitauit Iesum, Et vos. i. suscitabit. Cum. i. quāuis, Effetis, olim ante fidē mortui. s. nec etiam sentientes mala nostra. Mortui dico, Delictis. s. dimittendo quae iubentur, Et peccatis vestris. s. agendo prohibita, In quibus delictis & peccatis, Aliquando scilicet ante fidem, longo vsu, Ambulastis, de alio ad aliud declinantes. Ambulastis dico, Secundum seculum. i. conuersationem & speciem, Huius mundi, cuius species nos alicit. Et secundum principem spiritus. i. spiritū. Ponitur enī singularis genitiuus plurali. Ille est Beelzebub qui est princeps malignorum spiritū. Vel in transitūe secundum aliam literam, quae est secundum, Principem spiritū, principē dico, potestatis aeris huius. i. qui habet potestātē in hoc aere caliginoso, nō cū hoībus in mūdo, qui ad ista caliginosa de apparatu supernorū angelorū cū angelis apostatis lapsus est tanquam ad carcerē. Caliginosus enī aer infernus est dæmonū vsq; ad iudiciū. Vnde in canonica epistola dicitur, Carceribus caliginis inferni retrusus in iudicio seruetur perimendus. Spiritum ergo erroris dicit principem aeris, quia in hoc aere dominatur. Hāc enī partē sibi vsurpauit ad exercēdā dominationē: & quia ita vicini sunt nobis, & spiritus inuisibiles sunt, magis sunt timēdi. Qui principes, Nūc etiā adhuc Operatur, quātum deus finit, In filijs diffidentiae. i. in eis qui diffidunt de aeternis, vel de quorū salute nos diffidimus, & ideo erepti ei sint grati ereptori Christo. Qui intraui in domū fortis in suo dominatu genus humanū habētis, & prius ipsum alligauit. i. eius coercuit & cohibuit potestātē, potestatis suae fortioribus vinculis: & sic eripuit vasa ei⁹ quae quaeque praedestinavit eripere. Arbitriū eorū ab eius liberās potestātē, vt illo nō impediēte credā in istū libera volūtate. Proinde hoc opus est gratiae quā attulit secundus Adam, nō naturae quā corrupit primus Adam. Filios autē diffidentiae regit princeps iste. i. diabolus ad arbitriū suū, quod nec ipsum habet liberum ad faciendū, sed in maximā maleuolētiā suis sceleribus obduratū. Vnde nemo sane fidei credit vel dicit hos apostatas angelos ad pristinā pietatē correctā aliquādo volūtate cōverti. Quid autē operat⁹ hic princeps in filios diffidentiae nisi opera sua mala? & i primis maximeq; ipsam diffidentiam & infidelitatē qua sunt inimici fidei, per quā scit eos posse mundari? In quā ergo obstinationē cū deus plerūq; facere dicitur nō instigādo & inspirādo, sed deserendo facit. vt il li. i. spiritus maligni operetur in filijs diffidentiae, quod deus debite iusteq; permittit. In quibus, peccatis. Et nos oēs Iudei. i. vt gentes, Aliquādo conuersati sumus, agentes vitam nostrā. In desiderijs carnis nostrae. i. in malis cōcupiscētij quae ex carne sunt & etiā, Faciētes, actū, Volūtate carnis. i. ea in quibus caro delectat⁹, vt est luxuria, & huiusmodi. & volūtate, Cogitationū, vel, Mentium. i. ea in quib⁹ caro nō delectatur, sed anima cogitat, vt sunt haereticāe prauitates, & alia huiusmodi. Et eramus, nos Iudaei, Sicut & ceteri. i. gētilis. Filij irae. i. debitōres aeternae poenae. & hoc, Natura. i. per patres. Adam. s. & Eua. i. per peccatū originale ab eis traductū. Cæcitas enī in primo homine per peccatū cōtingit, de quo oēs originē duximus, nō solū mortis, sed etiā iniquitatis. Ideo Aplūs ait, Eramus natura filij irae. i. filij vindictae, filij poenae, filij gehēne. quomodo natura? quia peccate primo hoīe vitiū pro natura inoleuit. Tenebatur enim iusta dānatione genus humanū, & erat oēs filij irae. de qua ira dominus dicit, Qui non credit in filiū, nō habet vitā, sed ira dei manet super eū. Nō ait venit, sed manet. Cum hac q̄tippe ira oīs homo nascitur. Ipsa est enī illa ira cum qua omnes nati sumus, cui nascēdo hēsimus, ira de propagine iniquitatis, de macula peccati. Et nota quod ipsa vere ac proprie natura hoīs dicitur, qualis sine vitio primitus cōdita est. trās latitio autē verbo vtimur vt naturā dicamus etiam quali nascitur homo: secundū quā locutionem dicit⁹ hic, Eramus natura filij irae, sicut & ceteri. ac sūdicat, Cū haec prēdicta fuerit in nobis sicut in gētilibus, nō desperet gētilis quin par Iudeis fiat, quia nos sicut ille eramus filij irae. In hac ira cum essent hoīes per originale peccatum, tanto grauius & pernicio-

Ambrosius.

Ambro.

Augustinus  
ad vitalem.

Augustinus  
in psal. xxvi.

Hierony. su  
per Ioan. de  
caeco nato.  
Augustinus  
in enchiridiū.

Augustinus  
in psal. ci.



sius, quāto maiora vel plura insuper addiderant, necessarius erat mediator. i. recōcilia-  
tōr qui hanc iram singularis sacrificij oblatione placaret. Vnde subdit,

Deus autem qui diues est in misericordia propter nimiam charitatem suam  
qua dilexit nos, & cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos i Christo, cu-  
ius gratia estis saluati, & conresuscitauit & conseruare fecit in caelestibus, i Chri-  
sto, Iesu, vt ostenderet in seculis superuenientibus abundātes diuitias gratie suae  
in bonitate super nos in Christo Iesu. Gratia enim estis saluati per fidem, & hoc  
non ex vobis. Dei enim donum est, non ex operibus, vt ne quis gloriatur. Ipsius  
enim sumus factura, creati in Christo Iesu i operibus bonis, quae preparauit de-  
9 vt in illis ambulemus.

Deus autem. q. d. quāuis essetis mortui, deus tamen, Conuiuificauit nos, Deus autem,  
& non alius. & hoc est, Deus autem qui diues est in misericordia, qui actualia & ori-  
ginalia dimittit. ipse inquam non propter meritum, sed propter nimiam charita-  
tem, suam, Qua dilexit nos. i. Iudaeos & gentes. non modo postquam iusti fuimus, sed  
etiam, Cum essemus mortui peccatis conuiuificauit nos in Christo. i. a simili Christi,  
quia sicut Christum a vetustate poenae, ita & nos a vetustate culpae mundanit. Vel se-  
cundum aliam literam, Cōuiuificauit nos. s. Iudaeos. & hoc in Christo. i. per gratiam  
Christi: & secundum hoc ita cum superioribus iungit literam, ibi, Deus autē. q. d. Nos  
aliquando male conuersati sumus, sed Deus qui diues, & c. cōuiuificauit nos, Iudaeos,  
In Christo. i. per gratiam Christi. & sicut nos similiter & vos gentiles conuiuificauit,  
& hoc est quod subdit, Cuius, Christi, Gratia, & vos gentiles, Estis saluati, sicut nos Iu-  
dæi. & vtroq; Conresuscitauit. i. cum Christo iam iuscitauit. Spe tanquam perfectū  
enuntiat quod futurum est, quia spe certa quod futurum est, iam tenemus: ideo iam ve-  
lut perfectū esset, sic loquitur. Vnde etiam subdit, Et cōsedere fecit, vt iudices, nos &  
vos, In caelestibus, nō inaniter sed fideliter iam cōputat factum quod futurū esse nō du-  
bitat. Certe enī in caelestibus Christus iam sedet, nondū autē nos, sed spe certa tenem⁹.  
Fecit dico, per hoc, Quod sumus in Christo Iesu. i. in fide Christi, Vt, & c. q. d. Ita hęc  
in spe fecit, vt in re cōpleret in die iudicij: quod ita dicit, Vt ostenderet, in re, In secu-  
lis superuenientibus, id est in die iudicij. Abundātes diuitias gratie suae. i. abundātia,  
dona gratiae. In futuro. n. seculo apparebit donū dei in remuneratione credētū, quod  
oculus nō vidit, nec auris audiuit. Et hęc sūt abundātes diuitiae nō tātū quātū mens inue-  
stigare nō potest. Vel ita, vt de presentē accipiatur, sic. q. d. ideo cōuiuificauit nō prius  
mortuos, Vt ostēderet in seculis superuenientibus. i. posteris nostris, Abundantes diui-  
tias gratiae suae. i. abundātia dona gratiae quae hic largitur. Deinde vtranq; sententiam  
progredere simul. q. d. diuitias, dico, datas vobis hic vel in futuro: non meritis nostris,  
sed, In bonitate dei: diuitias dico, existētes, Super nos. i. super intellectu⁹ nostros, quia  
plene capere nequimus. Datas dico, in Christo Iesu. i. per Chr̄m. Et bene dixi i bonita-  
te. Gratia. n. praeūte. i. gratuita dei volūtate, Saluati estis per fidē, quia cooperatur fi-  
des bona dei volūtate. Et hoc. i. fides, Nō est ex vobis. i. ex vi naturae vestrae, Quia do-  
num dei est, pure: Nō, partim, Ex operibus, ita, Vt nequis. i. nemo, Gloriatur. i. extolla-  
tur de operibus. Nō hoc ideo fecit quod opera bona pia cogitatione facta frustrentur,  
cū deus reddat cuiq; secundū opera ei⁹, sitq; gloria operati bonū: sed quia opera ex gra-  
tia, nō ex operibus gratia. Bonū est igitur homini vt de viribus liberi arbitrij sui non  
presumat, quia ille qui putauit sine eius adiutorio se posse custodire quod dedit, profes-  
ctus in lōginquā, vt viues prodige cū cōsumpsit, & miseria attrit⁹, & in se reuersus  
dixit, Surgā & ibo ad patrē meū. Quā cogitationē bonā nō habet, nisi & ipsam illi in  
oculto pater misericordissim⁹ inspirasset. iō recte ait, Et hoc nō ex vobis, sed dei donū  
est: nō ex operibus, ne forte dicas promerui, & ideo accepi. Nō putes te promerēdo ac-  
cepisse qui nō promereri, nisi accipisses. Gratia praecessit meritū tuū, nō gratiā ex me-  
rito, sed meritū ex gratia, nā si gratia ex merito emisit, nō gratis accepistis, oīa merita  
praecedunt gratia, vt dona dei cōsequantur merita mea. Et ne quis aliter intelligeret, pro-  
pter arrogantes, & suā iustitiā cōstituere volētes, planius aperit subdens, Ipsius ei. q. d.  
nemo debet de se gloriari, quia nos creati in Christo Iesu. i. in fide Christi, & In operi-

Augustinus.

Augustinus  
contra Faust.

Augustinus

Ambrosius.

Augustinus.

Aug. i. ser. de  
ver. apost.

Augustinus

A bus bonis sumus factura ipsius. i. opus dei. Vel ita, Nos sum⁹ creati factura. i. per factu-  
rā Ipsius. i. per operationē dei, In Christo Iesu. i. in fide Christi, & In operibus bonis.  
Vel ita, Nos sumus factura ipsius. Nos dico, Creati in Christo Iesu. i. per Christū Ie-  
sum, In operibus bonis. Nō vtiq; illa creatura qua hoīes facti sum⁹, sed ea de qua ille  
dicebat, qui iā vtiq; homo erat, Cor mundū crea in me deus, & c. Hac creatiōe forma-  
mur & creamur, In operibus bonis, quae deus Preparauit, antequā ad ea surgere posse-  
tis. Preparauit dico, vt in illis Ambulemus, proficiendo: nō vt cōfisi grā, deinde otio-  
si simus. In his verbis aperte monstrat apostolus ipsam dei praedestinationē, eiusdēq;  
effectū. i. gratiā quae apponit, Ait enim, Creati sumus in Chrō & in operibus, hoc est  
gratia. Quod autē sequit, Quae preparauit, hoc est praedestinatio, quia praedestinatio  
est gratiae preparatio. Gratia vero est ipsa donatio, quae est ipsius praedestinationis effe-  
ctus, quae praedestinatio sine praescientia nō potest esse, potest autem esse sine praedesti-  
natione praescientia. praedestinatione quippe deus ea praesciuit quae fuerat ipse factur⁹,  
praescire autē potēs est etiā quae ipse nō facit, sicut quēcūq; peccata, quia & si sint quē-  
dā ita peccata vt sint etiā poenae pctorum: Vnde dictū est, Tradidit eos deus in repro-  
bum sensum: Nō ibi peccatū dei est, sed iudiciū. Praedestinatio igitur dei in bono est,  
eiusq; effectus bonus est. Ille itaq; operatur hominē bonum & custodit qui incōmuta-  
biliter bonus est, semperq; ab illo fieri & perfici debemus ei inherentes.

Aimo.  
Augustinus;  
de gra. & li.  
ar.

Augustinus  
de praedestina-  
sanct.

B Propter quod memores estote quod aliquādo vos qui gentes eratis in carnē  
quid dicebamini praepitium ab ea quae dicitur circumcisio in carne manufacta, qui  
eratis illo in tempore sine Christo alienati a cōuersatione Israel, & hospites te-  
stamentorum, promissionis spem non habentes, & sine deo in hoc mundo. Nunc  
autem in Christo Iesu vos qui aliquādo eratis longe, facti estis prope in sangui-  
ne Christi. Ipse enim est pax nostra, qui fecit vtraque vnū, & medium parietem  
maerie soluens inimicitias in carne sua, legem mandatorum decretis euacuās,  
vt duos condat in semetipso, in vno nouo homine faciens pacem, vt reconciliet  
ambos in vno tempore duo per crucem interficiens inimicitias in semetipso, &  
veniens euangelizauit pacem vobis qui longe fuistis, & pacē his qui prope, quo-  
niam per ipsum habemus accessum ambo in vno spiritu ad patrem.

C Propter quod. Cōtulerat supra iudeos & gētes, ostēdēs quod vtriq; sub peccato, nūc  
ostēdit gētes fuisse indigniores, & impropria Iudeorū perpeffas, vt modo equales Iu-  
deis magis obnoxii gratie dei. q. d. praedicta bona habetis a deo: Propter quod. i. quia  
hec habetis, & vt sciatis, oīa eē a gratia dei, Memores estote, vt magis grati sitis Quod  
vos, Ephesii Aliquando. i. ante cōuersionē, Eratis gētes. i. quales gētes. s. veteres pee-  
catores Degētes in carne. i. in carnalibus, Qui dicebamini praepitium. i. immūditia. &  
hoc A bea, circumcisioe quae non vere est, sed Dicitur circumcisio, quia facta ē manu  
humana, nō a deo In carne, nō in spiritu. & memores estote Quod vos, qui nūc tales  
estis, Eratis illo tēpore, malo. s. sine Christo. i. sine promissioe Christi, quae tunc fiebat  
Iudeis. Eratis etiā alienati a cōuersatione Israel: quibus gētibus. s. nō cōtebant Iudei  
& si aliquando legē & prophetas accepistis, Dicebamini, vel eratis Hospites testamēto-  
rū. i. aduētitiū. Hospes quasi hostii pes eo quod cū suscipiebatur i domo ponebat domi-  
nus domus, & qui suscipiebatur pedē super hostiū, & datis dextris, iurabat quod pacifi-  
cus eius esset ingressus. Eratis etiam nō habētes spem promissionis, facte filijs Abrahāe  
vt de aeterna haereditate. Et sine deo. i. sine dei notitia eratis, In hoc mūdo, tam malo.  
Nunc autē. s. in hoc tēpore gratiae vos qui, Aliquando eratis longe, nō loco sed meri-  
to, & a deo, & ab Israel qualitate cōuersationis, quāuis essetis lōge tamē, Facti estis pro-  
pe, deo. & nō carnalibus sed spiritualib⁹ Iudaeis. & hoc, In Christo Iesu. i. per Christū  
& nō quoquo modo per Christū, sed, In sanguine Christi. i. per sanguinē eius. In qui-  
busdā codicibus reperit esse scriptū. Qui, ibi. Vos qui gētes eratis, & secundum hoc sūt  
spēsue legit, vsq; ibi, Nunc autē. eodē tamē manēte sensu, hoc modo, Memores estote  
quod vos, qui ali. g. & c. Qui dicebamini qui eratis, & c. Nunc vos qui aliq̄neratis, lōge  
facti estis prope, nō per vos, sed In Christo Iesu. i. per Christū, & per ipsū: nō quoquo

Ambrosius;  
Aimo.

Aimo.

Aimo.

Aimo.

modo, sed In sanguine Christi. & recte dico in Christo. Ipse enim est pax nostra inter nos ipsos. f. Iudæos & gentes, & ad deū qui & duos populos inter se pacificauit, & ideo reconciliauit. Vnde subdit, Qui fecit vtraq; .f. vtrūq; populum, vnum in fide & moribus. Ipse enī est lapis angularis, in quo duo populi tanquam parietes de diuerso angulo venientes sibi inuicem in pacis osculo copulātur, quos per hoc vniuit, quod sequitur, Et .i. quia est, Soluēs mediū parietē macerīe. i. obstaculū quod erat inter illos duos populos, hinc ex lege, inde ex idololatria soluit, remouēs legē à Iudæis, & idololatriā à gentibus: qui paries dicitur macerīe, quia nō erat stabilis neq; robustus. Est enim maceria congeries lapidum sine cemento, vt sit circa hortos. Paries vero macerīe est qui facile destrueretur veniēte gratia, quæ & legem amouit, & corda gentiū ab idololatria conuertit. Medius autē erat vt neuter populus alteri concordaret. Stante autē hoc pariete erant inimicitia, ira, intidiāq; inter eos, quæ abolitæ sunt destructo pariete. Vnde subdit, Et per hoc est soluens. Inimicitias in carne sua, assumpta vel immolata, Legem, Hic exponit parietem quantum ad partem Iudæorū. q. d. Ipse dico, Euacuans legem mandatorum. i. euacuans legem veterem, quantū ad ea quæ mandabat. i. ad carnalē obseruantias, non quantum ad veritatem quam præsignabat. Euacuans dico, Decretis. i. præceptis enāgelij quæ ex ratione sunt. ideo euacuauit vt Duos, populos prius diuisos per legem, Cōdat in semetipso. i. coniungat in fide eius. Ipse dico, Faciēs pacē destructis inimicitijs. Faciens dico, In vno nouo homine. i. in se solo à quo non aliud de est nouitas. & item ideo exacuatur, Vt reconciliet ambos deo, positos, In vno corpore, ecclesie. quasi dicat, sublata inimicitia, & lege euacuata, facis pacem inter ipsos, & ambos reconciliat deo patri. Per hoc autem reconciliat deo quod pro peccatis se obtulit, & per euangelium illuminauit: quæ duo consequenter ostendit subdens, Ipse dico, Interficiens, In semetipso inimicitiam, quæ erat inter deum & homines, id est peccata dimisit, In se vero non aliter interfecit inimicitiam, quam, Per crucem, id est per mortem. Omnibus enim profecit mors saluatoris. Et veniens, id est per assumptam humanitatem apparens, Euāgelizauit, & si non in sua persona, sed in Apostolis, Vobis, gentilibus, Pacem, ad Deum fieri per se. Vobis dico, Qui longe fuistis, à deo, quia idololatræ & sine lege erāt. Non enī regione à deo longe est quisq; sed affectu. Amas deum, prope es. Odisti deum, longe es, Et eandem pacem annunciauit, His qui prope erant. i. Iudæis qui vnum deum colebant, & legem à deo acceperant.

Ergo iam non estis hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctorum & domestici dei, super ædificati super fundamentum apostolorum & prophetarum ipso summo angulari lapide Christo Iesu, in quo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum in domino. In quo & vos coedificamini in tabernaculum Dei in spiritu sancto.

Ergo iam non estis, & c. q. d. annunciauit pacem, & etiam fecit. & quod fecerit, effectus indicat. Quoniam ambo habemus accessum, id est facultatem accedendi, Ad patrem, & hoc, In vno spiritu. i. per eundem spiritum qui per Christum omnibus datur. & quia gentes accessum habent ad patrem: ergo o vos gentiles, iam. i. à tempore fidei. Non estis hospites, id est indigniores in fide Iudæis, sicut olim recepti in lege, Et aduenæ, id est extranei à deo. sed estis ciues sanctorum, non carnalis Israel, id est eiusdem iuris & dignitatis in domo dei cum sanctis, Et domestici, id est familiares Dei, quibus. f. arcana reuelat, quasi de Babylonia translati estis ad Hierusalem. Duas quippe ciuitates in toto mundo faciūt duos amores, Hierusalem facit amor dei, Babylona amor seculi. Interroget ergo se quisq; quid amet, & inueniet vnde sit ciuis. Nos dico, Super ædificati. i. inixi, & de bono in melius prouecti. Super fundamentū apostolorum & prophetarū. i. super Christum qui est fundamentum, præter quod nemo potest aliud ponere. Dicuntur tamen & Apostoli & prophetæ fundamentum. Vnde ait, propheta in Psalmo lxxxvj, Fundamēta ei⁹ in mōtib; sanctis. Sed Christus est primū & maximū fundamētū: qui sicut aperte dicitur sanctus sanctorum, sic figuratē fundamētū fundamētōrū. Si ergo sacramēta cogites, Christus est sanctus sanctorū. si gregē subditū co

Augustinus in lib. retract.

Aimo.

Aimo.

Ambrosius.

Aimo. Ambrosius.

Ambro.

Augustinus in lib. senten.

Aimo.

gites, Christus est pastor pastorum, si fabricam cogites, Christus est fundamentum sanctorum. Vel, Super fundamentum. i. doctrinam, Apostolorum & prophetarum, id est super nouum testamentum. & vere, quia quod apostoli predicauerunt, prophetæ futurum prædixerūt. Et ne apostoli vel prophetæ in quibus fundata est ciuitas dei tenerent se in se, subdit, Ipso summo angulari, existente Christo Iesu. In Christo enī totum innititur primo fundamēto, in quo omnis ista compages incumbit, vt nusquam cadat: quod fundamentum in summo est & non in imo, vt fabricator porci: ergo fundamentum & lapis angularis Christus est. & ab imo surgens summitatem tenet, qui dicitur lapis propter firmitatem, quia firmitatem sustinet. & summus, quia cōsummat. & angularis, quia duos parietes de diuerso venientes, Iudæorum. f. & gentiū cōpaginat. Vnde subdit, In quo, Christo. i. per quem Christum. Omnis ædificatio, tam de Iudæis, quam gentibus. Constructa, in fide, Crescit, per augmentum virtutum. Nemo enī tam perfectus est qui nō possit eē perfectior. Crescit dico, In templū. i. vsq; quo sit tēplum dei, Factum, remotione vitiorum, in domino. i. in operatione domini. in quo. i. per quē Christum. & vos ephesij, vt alij. Coedificamini, i. ad similitudinem aliorum ædificamini, In tabernaculum dei, vt sitis habitaculum dei, & hoc in spiritu operante.

CAPVT III.

**N** vius rei gratia ego Paulus vincus Christi Iesu pro nobis gentibus, si tamen audistis dispensationem gratiæ dei quæ data est mihi in vobis, quoniam secundum reuelationem notum mihi factum est sacramentum, sicut supra scripsi in breui prout potestis legentes intelligere prudentiam meam in ministerio Christi. quod aliis generationibus non est agnatum filii hominum, sicuti nunc reuelatum est sanctis apostolis eius & prophetis in spiritu, esse gentes cohæredes: & concorporales, & participes promissionis in Christo Iesu per euangelium: cuius factus sum ego minister secundum donū gratiæ dei quæ data est mihi secundum operationem virtutis eius. Mihi enim omnium sanctorum minimo data est gratia hæc, in gentibus euangelizare inuestigabiles diuitias Christi, & illuminare omnes quæ sit dispensatio sacramenti absconditi à seculis in deo quæ omnia creauit, vt innotescat principibus & potestatibus cælestibus per ecclesiam multis formis sapientia dei, secundum præfinitionem seculorum quam fecit in Christo Iesu domino nostro, in quo habemus fiduciam & accessum in confidentia per fidem eius.

Huius rei gratia. Ostenso quod per Christū facta est pax & reconciliatio, hic ponit per quē ipsi sunt coedificati, quia deus. f. reuelauit Paulo salutē ad gētes pertinere, & misit predicare, & facit pati pro eis vt magis sint deo grati. Ab vltimo autē incipit, dicens, Huius rei gratia. i. pro hac re mihi grata vt vos coedificemini, vel pro gratia dei implenda in hac re, Ego Paulus, qui tantus sum, sum modo Romæ. Vincus Christi Iesu. i. pro Christo Iesu, & pro vobis gētib; .f. quia gētib; predicauit verbū salutis. Pro vobis dico, Si tñ audistis. i. intellexistis, dispensationē gratiæ dei. q. d. mihi in vobis. i. apostolatū dispensatum mihi à deo, qui scit quare me ad hoc officium elegit. Per hoc vult eos scire, quia dei iudicio à Christo missus est predicare gentibus mysterium gratiæ dei. Vel, Si autē dispensationē gratiæ quæ data est mihi in vobis. i. apostolatū quē diuersis diuersa pēsamus. q. d. patet me pro vobis vincū esse, si scitis me esse apostolū nostrū quod nemo ignorat, & cū pro apostolatu vincus sum, tamē. i. maxime pro vobis. Quoniam. q. d. data est mihi dispensatio in vos, quia mihi intimatū est diuinū occultū, & hoc est, Quoniam secundū reuelationē. i. nō obscure, sed aperte, votū factū est mihi, à deo, Sacramētū. i. occultū dei, Sicut supra scripsi in breui. i. in breuitate, vbi dixit ipse est pax nostra. ibi nāq; mysteriorū sibi reuelatorū sumā per modico sermone perstrinxit, nō tam totum quod nouerat proferēs, quā ostendēs ex modico quid taceret. Vnde subdit, Prout. q. d. & si breuiter scripsi, tamē aperte, prout potestis, attēte legētes intelligere. Quid. f. Prudentiā meā. i. sciētā, In, agnoscedo Myterio Christi. i. i. cognoscedo hoc occulto, quo gētes, saluādē sunt per Christū, Quod, mysteriū Non est agnitū, alijs generationibus

Ambros.

Augustinus.

Augustinus.

Aimo.

Hierony.



nibus præteritis. f. quibus libet, Filijs hoim. i. rationabiliū: ita plene, Sicuti nunc. Vel ita, Alijs generationibus. i. alijs tēporibus, Nō est agnitus hominū, ita plene, Sicuti. i. quā plene, Nunc, cū impleri videtur, Reuelatū est in spiritu. i. per spiritum, Sanctis apostolis eius & prophetis, nouis qui interpretantur scripturas, qui explanant legem. Priores quidē prophetæ præficerunt olim de gentibus quod vocandæ essent & futurę participes dono dei. Hoc enī significauerūt in multis scripturæ locis: sed hoc latuit eos quod sine lege per fidē Chrī esset illis. f. sine circūcisōe, & sabbatis, & neomenijs, & hmōi, hoc est autē mysterium quod reuelatum est. f. Gentes esse cohæredes, in futuro, in patria cęlesti, Et cōcorporales, modo i ecclesia cum Iudæis, Et cōparticipes promissionū eius, dei, quia ad eos pertinet vt ad Iudęos promissio à deo facta Abrahę, de hereditate & concorporatione. & hoc totū factū est, In Christo. i. per Christū. i. per incarnationē Christi, & per euangeliū. i. per meā prædicationē. Non enī prodest incarnatio nisi prædicetur. Cuius, euangeliij, ego sum factus minister: nō enī est meū, sed dei & ita mihi nullæ gratiæ reddendæ, sed deo. Factus sum minister, dico non meis meritis, Sed secundum donum gratiæ dei quæ data est mihi secundum opera vir. eius. Magna enim virtus eius est, quæ fecit quod persecutor sit apostolus, hoc enim est vt quod libet miraculum. Vel ita, hoc est occultum dei. f. Gentes esse cohæredes, & concorporales, & cōparticipes promissionis eius. f. dei patris: quod donum deus dedit in gentibus, In Christo. i. per Christum. & hoc, Secundum operationē virtutis eius. i. per hoc quod potenter operatus est suscitando Christum à morte: quod cognitum est, Per euangeliū. i. post meam prædicationem, Cuius factus sum, & c. quæ nō mutantur. Per prædicationem asserit cognitum esse donum dei quod datus est gentibus, iusta operationē virtutis. Operatio virtutis eius est, quia suscitauit Iesum Christum à mortuis deuicta morte, in quo omnes salui facti sunt sine operibus legis. Huius autem gratiæ magnitudinem cum sua cōparans paruitate repetit, Mihi, inquam, Omnium sanctorū minimo humiliat se cum se minimum dicit sciens humilitatem profectum habere. Non ergo de potestate minimū dicit, sed pro prioribus humilior est. Nam tantam gratiam sibi datam dicit, vt donum præteritis seculis ignotum asserat sibi concessum manifestare gentibus. Mihi, inquam, Minimo data est hæc. i. tam magna, Gratia. f. In gentibus. i. inter gentes, Euāgelizare inuestigabiles, vel, Inestimabiles diuitias. i. multa dona Christi quæ prorsus intelligi vel inuestigari nō possunt. Et illuminare, per prædicationē & miracula, quasi quadam declaratione, Oēs, credere volētes de hac re. f. vt intelligant, Quæ sit dispēfatio sacramēti. i. quā mirabilis, & ex quāta dilectione sit facta adimpletio arcanę redēptionis. hæc sunt diuitiæ inuestigabiles. Idē enī appellat sacramentum quod supra diuitias. Sed quare si inuestigabiles sunt illę diuitiæ, quō aplūs eas euāgelizauit, nā inuestigabilis res est quæ nō potest cōprehēdi. Ad quod dicit, quia in sui natura inuestigabiles sunt: sed per gratiā & reuelationē sancti spūs, inuestigabiles sunt fidelibus. Mysterij dico. Absconditi à seculis. i. celati ab oīm seculorū creaturis. & existentis, In deo. i. in sola notitia dei. Qui oīa creauit vt innotescat. q. d. datum est mihi euāgelizare & illuminare. & videte quantū hoc est, quia per hoc aliqui accreuit angelis qui multa secreta in his didicerūt. Et hoc est quod ait, Euāgelizare dico, ita, Vt multiformis sapiētia dei, de reparatiōe hominū, Innotescat per ecclesiā, quæ dona dei recipit. i. per aplōs in ecclesia prædicātes. Principibus & potestatibus. i. diuersis ordinibus angelorū, qui sunt, In cęlestibus. i. in cęlo, vbi & nos erimus. Dicit nāq; beat⁹ Hieronymus angelicas dignitates supramemoratū mysteriū ad purum nō intellexisse, do nec cōpleta passio Christi, & aplōrū prædicatio per gentes dilatata. Vnde in Isaia, Angeli admirātes dixerūt, Qui est iste qui venit de Edom? & in Psalmo, Quis est iste rex glorię? Nō solū ergo patriarchis & prophetis, Sed principatibus & potestatibus in cęlestib⁹ multiformis sapiētia per ecclesiā, est reuelata. Quæ recte dicta est multiformis & in Gręco multiuaria. f. nō solū varia, sed multa varietate distincta. Videamus quō sit multiformis. Immēsus est Chřus, se cōcipitur: vagit infans in præsepio, sed ab angelis laudat in cęlo: Herodes persequit, sed Magi adorāt ignorāt, Pharisei, sed stella de mōstrat: baptizat à seruo, sed vox tonātis patris audit: timet pati, sed spōte ad passionē venit: vult trāsferri calicē, sed Petrū qui calicē tēbat accusat. Qui hac veritate distincti⁹? Multiformis ergo dicit dei sapiētia, quasi multiplex multas species & formas

Aimo

Ambrosius.

Augustinus.

Hierony.

Ambro.

Aimo.

Aimo.

Aimo.

Hierony.

Aimo.

Hierony.

Hierony.

habens, quam principes & potestates per ecclesiam agnouerunt. Vel ita, Quæ sit dispēfatio sacramēti dei, hoc non mutatur. Sacramenti dico, Absconditi à seculis, non in seculis, sed, In deo, qui omnia creauit. Habet enim deus in seipso absconditas quorūdam factorū causas, quas rebus conditis non inseruit, easq; implet: non illo opere proidentij quo natura substituit vt sint, sed eo quo illas amministrat vbi voluerit, quas vt voluit condidit: ibi est & gratia per quam salui facti sunt peccatores. Nō enim per naturam vitio deprauatam, sed per dei gratiam restauratur. Propterea mysterium gratiæ absconditū dixit, non in mundo in quo absconditæ sunt rationales causæ omniū rerum quæ naturaliter sunt, sicut absconditus erat Leui in lumbis Abrahę quādo de cimatus est: sed in deo in quo absconditæ sunt causæ eorum quæ per gratiam sunt, siue eorū quæ ad hæc significanda mirabiliter non naturaliter sunt. Vt quod de osse viri dormientis mulier facta est, & in locum costę non costa, sed caro suppleta est. Non habuit hoc prima rerum conditio vt foemina ex eo sic fieret: sed tantum hoc habuit, quia sic fieri posset, ne contra causas quas voluntate instituit, mutabili voluntate aliquid faceret. Ideoq; absconditum erat in deo quod fieret. Sic causæ oīm quę ad ipsius Christi aduentū prænuntiandū in rerū natura præter vītātū naturę cursum, mirabiliter facta sunt in deo quę administratib⁹ angelis facta esse credūtur. Vñ subdit, Vt innotescat dico, absconditi à seculis in deo, ita tamē, Vt sapiētia dei innotescat, à seculis. f. à principio seculorū, Principibus & potestatibus, quę sunt, In cęlestibus. Non sane indiget deus nuntijs propter inferiorū scientiā. f. vt hæc inferiora ab eis disca qui stabiliter & incōmutabiliter nouit omnia. Habet autē nuntios propter nos & propter ipsos, quia eis bonū est deo assistere vt eū de inferioribus cōsulāt, & iussis eius obediāt: nō latuit eos mysteriū regni cęlorū quod opportuno tēpore reuelatū est pro salute nostra, quo ex hac peregrinatione liberati corū cœtui cōiungamur. sic ergo absconditū fuit hoc à seculis in deo, vt tamē, Innotescat principatibus & potestatibus in cęlestibus & sapientia dei, quia ibi primitus ecclesia fuit: quo post resurrectionē & ista ecclesia cōgregāda est, vt sim⁹ æquales angelis dei. Illis ergo à seculis innotuit, quia oīs creatura nō ante secula sed à seculis. Ab ipsa enī exorta sunt secula, & ipsa à seculis, quia cū eis cœpit. Filius vero ante secula, per quę facta sunt secula. Vnde in persona sapiētie, Ante secula fundauit me. Addit, Per ecclesiā multiformis, & est ordo verborū, Data est mihi, gratia. f. Illuminatę, oēs Per ecclesiā. i. in ecclesia, de hac re, Quæ sit dispēfatio sacramēti à seculis in deo, quod oīa creauit. Absconditi dico, ita tamē, Vt sapiētia dei innotescat principibus & potestatibus in cęlestibus, quę sapientia est, Multiformis, nō in sui natura, sed, Secundū præfinitionē seculorum. Quę enī in sui natura simplex est secundū ea quę agūtur in seculo quę deus præfinit. i. præordinauit, est multiformis cū varientur multiformiter. Et ne videātur sibi cōtradicere in prædictis sententijs sacre pagine doctores, ita potest determinari quod dictū est, vt illis qui maioris dignitatis sunt, & per quorū mysteriū illa nūtiata sunt, cognita fuerint ex parte, vtpote familiaribus nūtijs: Illis vero qui minoris dignitatis sunt, incognita essent, Quā, præfinitionē, Fecit deus, pater. i. præordinauit cōplēdā, In Chřo, vel, Fecit. i. cōpleuit, In Christo. i. dño nostro, id est per Christū. In quo, Christo cū per eū pater iplauerit, Habemus fidutiā, cōtra tribulationes. Vel, Fidutiā. i. certitudinē futurę hereditatis, Et accessum, in re ipsa ad patrem. & hoc, In confidetiā. i. merito confidentiæ habitæ, Per fidem eius.

Propter quod peto ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis, quę est gloria vestra. Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cęlis & in terra nominatur, vt det vobis secundū diuitias glorię suę virtutem corroborati per spiritum eius in interiori homine Christum habitare per fidem in cordibus vestris in charitate radicati & fundati, vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis quæ sit latitudo, & longitudo, & sublimitas, & profundū. Scire etiā super eminentē scientiæ charitatē Christi, vt impleamini omnē plenitudinē dei. Ei autē qui potēs est oīa facere superabundanter quā petimus, aut intelligimus secundū virtutē quę operatur in nobis, ipsi gloriā in ecclesia & in Christo Iesu in oēs generationes seculi seculorū, Amen.

Augustinus. super Gene.

Augustinus.

Aimo



Propter quod. i. quia habetis accessum & alia bona, quæ supra dicta sunt, Peto ne deficiatis, à fide & bona operatione, In tribulationibus meis. i. propter tribulationes meas, quæ sunt, Pro vobis probâdis, Quæ est gloria vestra. si vos statis in eis & non deficiatis, Huius rei gratia. q. d. vos peto vt nō deficiatis, & ideo supplico deo patri vt gratia cooperetur vobis. & hoc est quod ait, Huius rei gratia. s. ne deficiatis à fide, Flecto genua mea, & c. Attende quod dicēs, peto ne deficiatis, ostēdit eos habere propriæ voluntatis arbitriū, sed ne illud sufficere putent, addit, Huius rei gratia flecto genua mea. i. humilio sensum mētis meæ. Vel exteriora corporis flecto, Ad patrem dñi nostri Iesu Christi, in Græco habet tantū, Ad patrē. Quod autē in latinis codicibus additum est, Domini nostri Iesu Christi, bene cōuenit, quia orabat vt merito eius obtineamus, cui proprie & naturaliter est pater, nobis autē adoptiue. Ex quo, deo patre, Omnis paternitas in cælis & in terra no iatur. i. ex cuius dispositione sunt nobis patres, & in cælis angeli nobis prouidētes, & i terra prelati. Et nota quod nō ait, est, Paternitas, sed, Noiat quia nec homo, nec angelus vere est pater, vt deus qui est pater oim creatione, & fidelium recreatione, quos adoptauit in filios. Sicut. n. deus qui solus vere est, & solus vere bonus essentię & bonitatis suę nomē ceteris impartit: vt ipsa quoq; esse & bona dicantur, ita & ipse qui solus pater est omniū rerū creatione & fidelium regeneratione, paternitatis nomē ceteris dedit. Vel noiat. i. noiatibilis est. Ab illo enī qui est pater oim, & angeli in cælo, & hoies in terra acceperūt, vt patres aliorū vocarēt. Et nota quod ipse etiā Christus dei vnigenitus per naturā, adoptionis beneficio patrē se significat, dicens, Fili dimittitur tibi pctā tua. Et itē, filioli mei adhuc mod. vo. sum. Similiter & spūs sanctus per quē iusti adoptātur in filios. Homo autē dicitur pater, vel natura, vel auctoritate exēpli, vel ratione beneficij. Ad patrē igitur Christi flecto genua mea, Vt det vobis secundū diuitias glorię suę. i. secundū copiā maiestatis suę, Virtutē. i. constantiam. i. det vobis vt nō deficiatis. Inde enī. i. ex virtute erit non descere. s. Det vobis, Corroborari in interiori homie. i. det vobis virtutē qua sitis roborati i interiori hoie, qui ab hostibus nō potest contingi. & hoc, Per spiritū eius. i. per spiritū sanctū, & prius det, Christū per fidē habitare in cordibus vestris, quod ad hoc proficit vt securi de auxilio eius sitis, dum per fidē habitat in vobis, vt cū fidē habemus ipsum habere videamur. Fides enī in nobis, Christus est in nobis. Fides tua de Christo, Christus est in corde tuo. Non sine causa cū dixerit, Det vobis virtutē, addit, & det Christū habitare in vobis. Sunt enī aliquādo fontes hæretici, in quibus Christus nō habitat. In charitate. Ordo verborū talis est, Oro etiā vt, In charitate radicatus. i. firmiter plantatus, ad similitudinē arboris, quæ quanto plus terræ figitur, tanto plus trahit humorē & crescit, & vberius fructū reddit. Et fundatus, ad similitudinē domus, quia in eis spiritus sanctus habitat. Possitis cōprehendere. i. perfecte intelligere, Cum oibus sanctis. i. sicut omnes sancti. Hæc est cōmunio diuinę celestisq; reipublicę. hi nō sua querūt, sed quæ Christi sunt. i. nō cōmoda priuata sectātur, sed in cōmune vbi salus omniū est consultant, Quid possitis cōprehendere? Quæ sit. i. quāta esse debet, Latitudo charitatis, quæ debet vsq; ad inimicos extendi, & cū hilaritate bene operari: quia qui tristis dat, perdit quod dat. Opus ergo est latitudine charitatis, ne pereat quicquid boni facis: sed quia abundante iniquitate refrigescit charitas, opus lōgitudine. Vnde subdit, Et, quæ sit longitudo, charitatis, Hæc est perseverādi lōganimitas, vbi quodāmodo stādo perseverat. Vnde, Qui perseverauerit vsq; in finē, saluus erit. Et, quæ sit, Sublimitas, charitatis. Hæc est quæ sursum cor dirigit, vt deus in premiū expectetur. Nam si bene operaris etiam ad inimicos & hilariter tribuis, habes latitudinē: & si in his vsq; in finē perseveras, habes lōgitudinē. Sed si oīa hæc nō propter mercedē superiorē vel supernā facis altitudinem nō habes: & illa iam nec latitudo erit, nec lōgitudō. Nam altitudinē habere, est cogitare deū, amare deum, & gratis amare ipsum adiutorē, ipsum conatorē: postremo ipsum premiū deputare, nō aliud ab ipso quam ipsum expectare: si amas, gratis amas: si vere amas, ipse sit merces quæ amas. Et, quid sit, Profundū charitatis. i. possitis intelligere oculū iudiciū dei esse, quare isti dat, illi nō. De profundo. n. iudiciorum dei quæ perscrutari contēplariq; nequimus, procedit omne quod possumus. Quod possumus videre, vñ possum nō video, nisi quia noui esse à deo: quare illi & nō illi det, multum est a me: abyssus, & profundū est. Nunc ergo ipsa charitas in bonis operibus exercitur ad sub-

Aug. i. ser. de ver. apost.

Aimo.

Ambrosius.

Aimo

Aimo.

Augustinus Super Ioan.

Augustinus de gra. no. t.

Augustinus de ver. apost.

Augustinus

Augustinus

ueniendum alijs, & vsq; ad inimicos porrigitur: & hæc latitudo est. Nunc longanimitate aduersa tolerat: & in eo quod veraciter tenuit, perseverat: & hæc longitudo est. Hoc autem totum propter adipiscendam vitam æternam, facit quæ illi promittitur in excelso: & hæc altitudo est. Existit verò ex occulto ista charitas, & hoc est profundū. Profundum enī est voluntas dei, cui causæ non inuestigatur, cuius gratia fumus salui facti, nō ex operibus iustitię quæ fecimus nos, sed secundū eius misericordiam. Voluntarie quippe genuit nos verbo veritatis. & hæc voluntas est in abdito, cuius secreti profunditate quodāmodo aplūs expauescens clamat. O altitudo sapiētiae & scientiæ dei, hoc est profundū. Altitudo enī cōmune nomē est excelso & profundo: sed cū in excelso dicitur sublimitatis eminentia cōmendatur: cū autē in profundo, difficultas inuestigationis & cognitionis. Et sciendū quia in his verbis figura & mysterium crucis ostēditur. Qui enī quia voluit mortuus est, quō voluit mortuus est. Nō frustra igitur mortis tale genus elegit in quo latitudinis huius, & longitudinis, & altitudinis, & profunditatis magister tibi existere. Qui dixit, Tolle crucē tuā, & sequere me. Tollitur crux cū spiritu facta carnis mortificatur: quādiu autē euacuatur corpus peccati, quādiu exterior homo corrūpitur, vt interior renouetur de die in diē, tēpus est crucis. In cuius ergo potestate erat mori vel nō mori, & sic vel sic mori, nō frustra crucem elegit, vbi tē huic mundo crucifigeret. Nam latitudo est in cruce transfuersum lignū, vbi figurā manus, quod ad bona opera pertinet, quia ibi extenditur manus. Lōgitudō est in ea parte ligni quæ ab ipso trāsuerfo ad terrā tēdit, & ab ipso ligno vsq; ad terrā cōspicua est: ibi corpus crucifigit, & quodāmodo stat, & ipsa statio perseverantiā significat. Altitudo autem in illo ligno est, quod ab eodē trāsuerfo sursum versus ad caput eminet, per quod significatur superiorū expectatio. Profundū vero est in ea parte ligni, quæ nō apparet quæ fixa terrę occulta est, vnde illud surgit, quod profunditatem significat gratiæ gratiæ, in qua multorū ingenia cōteruntur id vestigare conātia, Hæc ergo verba apostoli sic itelligere soleo, oro vt possitis itelligere quæ sit latitudo charitatis, lōgitudō, & c. i. quod sit mysteriū crucis. Sacramēto enī crucis, horū verborū intellectus coaptat: vt sit sensus, Quæ sit latitudo, in operib; charitatis, quæ extenditur vsq; ad inimicos diligēdos sicut Christus fecit, qui orauit pro inimicis, quod ostēsum in cruce sua fuit, quæ in latum tensa est à dextra in sinistra, vbi manus fixę per quas opera signatur, quæ in hilaritate decet esse, & Quæ lōgitudō, charitatis. s. quod vsq; in finē durare debet. Vnde dicitur de Christo, Cum dilexisset suos vsq; in finē dilexit illos, quod significatū est per lōgitudinē crucis, à sursum vsq; deorsum. & Quæ sublimitas, charitatis. i. quo tendat charitas. s. ad æternā beatitudinē, quæ notatur per partē crucis superpositā, Et, quod, Profundū, charitatis quod totū portat, vt pars crucis fixa in terra. s. in abscondito, quod nō videtur. i. misericordia dei, quæ occulto dei iudicio prouenit, per quā charitas in nobis longa, lata est. s. & alta. Ex occulta enī dei voluntate vocat homo ad participationem tantæ gratiæ, alius sic, alius autē sic. Vel profundū charitatis sunt ecclesiastica sacramēta quæ sunt profunda & inuestigabilia, & sunt fundamentū charitatis, sine quibus nō valet charitas. Intelligētes igitur per mysteriū crucis mundo crucifigamur, extendentes manus in latitudine bonorū operū, & in longitudine vsq; in finē perseverātes, atq; habētes cor sursum vbi Christus est: totūq; hoc nobis, sed illi; mi; tribuentes, cuius profunda iudicia omnē scrutatorē fatigant. Scire. q. d. oro vt possitis, Etiā scire. ex parte vt imitemini, Charitatem Christi, qua nos dilexit, quæ nostram superat. Supereminentem scientiæ humanæ. i. quæ supereminet, & excedit scientiā humanā, quia plene sciri nō potest quāta charitate dilexerit. Vel ita, Scire charitatem Christi. i. quæ habetur cum scientia Christi esse supereminens intelligitur. s. alij charitati. Charitas enī scientiæ. i. quæ habetur cum plena scientia, Supereminet alij charitati, quia quanto melius intelligitur deus, tanto plus diligitur: ideo oro vos scire ista, vt per has scientias, Impleamini, bono, eundo, In omnē plenitudinē dei. vt hic virtutū, postea beatitudinis habeatis plenitudinem. Hanc plenitudinem dei quidā in his verbis sic intellexerunt, vt putarent nos hoc idem futuros quod deus est, dicentes. Si aliquid minus quàm deus habebimus & minores erimus, quomodo implebimur in omnem plenitudinem dei? Sed quoniā implebimur, profecto erimus deo equales. Detestāndus est error iste. Nō enī sic implebuntur vt sint & ipsi plenus deus, sed vt perfecti sint pleni deo. Vel ita, oro,

Augustinus de gra. n. t.

Augustinus ad Iuanuū. Aug. i. sermo. quodam.

Augustinus ad Paulinum de diuidendo deo.

Augustinus in codem.

Ambrosius. **V**t possitis cōprehēdere quę sit latitudo, lōgitudo, & sublimitas & profundū dei. i. im-  
mēsum & inestimabilē cognoscere deū, omnia excedētem maiestate virtutis suę. Cū  
autē hoc dicit significat, quod sicut in sphaera tāta lōgitudo quāta latitudo, & tāta altitu-  
do quantū & profundū: ita & in deo oīa equalia sunt immēsitae infinitatis, imo vnū  
& idē prorsus. Et est sensus, Quę sit latitudo, & c. i. & quę sit imēstas dei oīa excedens  
& implēs, nō in eis clausa, sed oīa intra se habēs, vt solus ineffabilis & infinitus habe-  
tur. Scire, & c. post immēsitatem patris vult eos scire charitatē Christi esse super sciē-  
tia hoīm. & hoc, vt possitis etiā, Scire charitatē Christi, esse Supereminētē sciētīę hu-  
manę. Nemo. n. potest charitatis eius magnitudinē colligere. f. quod deus fact⁹ est ho-  
mo, quod iustus pro ipsi, dñs pro seruis, creator pro creatura morit⁹, & c. hmoi: ideo vo-  
lo vos scire ista, Vt impleamini in omnē plenitudinē dei. i. vt cōfessiōe & gratiarū actio-  
ne, sicut patri ita & filio honorē exhibeatis, vt sit plena diuinitatis professio in vobis,  
quia tūc nihil deest Christiano cū patrē & filiū sic cognoscit: aliter nō est integra pro-  
fessio deitatis, quia fides, nec in solo patre integra est, nec in solo filio perfecta. Hi autē  
q. d. hoc oro vobis, ei autē sit gloria qui potest facere. & hoc est quod ait, Ei autē qui po-  
test oīa facere. i. cōplere in vobis, Superabūdāter quā petimus aut intelligimus. i. plu-  
quam nos petere sciamus aut pręsumam⁹. Ideo dicit, Petimus aut intelligim⁹ quia pl⁹  
intelligim⁹ quā petam⁹. pōt hoc in nobis, dico, Secūdū virtutē quę operat⁹ in nobis. i.  
ita potest hic in vobis sicut iam fecit in nobis aplis, Ei, inquam, Ipū. i. soli, nō homini  
qui nihil ex se pōt, Sit gloria, pro his quę fecit, In ecclesia, & i Chro Iesu. i. pro his glo-  
riosus appareat, nō solū in pręsenti, sed etiā, In oēs gnationes seculi seculorū. Vel ita  
lege literā, Ei autē qui potest oīa, ista quę peto, Facere. i. cōplere. Potēs. dico, secū-  
dū virtutē quę operat⁹ in nobis hoīb⁹. Bona operat⁹, dico, Superabūdāter quā petimus  
aut intelligimus. Potēs. n. est de⁹ hęc facere secūdū virtutē quę operat⁹, in qua sūt quę-  
dā quę nemo peteret vel intelligeret, vt. f. deus hō fieret, & pro hoīb⁹ moreret, & hmoi  
alia. Ei, in quā, ipsi sit gloria in ecclesijs & in Christo Iesu, hoc nō mutatur. Sit gloria,  
dico, In omnes generationes seculi seculorū. i. seculi omnia continentis Amen.

CAPVT III.

**O**bscuro itaque vos ego vincus in domino, vt digne ambuletis voca-  
tiōe qua vocati estis, cum omni humilitate & mansuetudine, cum pa-  
tientia supportantes inuicē in charitatē. Solliciti seruare vnitatē spi-  
ritus in vinculo pacis. Vnū corpus & vnus spiritus, sicut vocati estis  
in vna spe vocationis vestrę. Vnus dominus, vna fides, vnum baptisma. Vnus  
deus & pater omnium, qui super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis.

Obscuro itaq; Haftenus ostēdit omnia gratię dei tribūda: hinc de moribus admo-  
net, vsq; ad finē. & prius cōiter oēs post per singulos ordines. q. d. quia de⁹ potest om-  
nia facere, vel vt ei sit à vobis gloria, itaq; obscuro vos, ego Paulus, Vincus, cui cōpa-  
tiendū est. Vincus, dico, In dño. i. propter dñm, Vt ambuletis, de bono in melius pro-  
ficiendo, Digne vocatiōe quę vocati estis. i. ita ambuletis vt cōueniat meę prædicatio-  
ni ambulatio vestra, ita. f. cū omni humilitate. i. interiori & exteriori. Et cū māfuetu-  
dine, vt tractabiles sitis, & cū patiētia, aduerforū, Supportātes vos inuicem, si à fratre  
oritur molestia: vel alter alterius onera portate. & hoc non fide, non pro terreno com-  
modo, Sed in charitate. Ipsa est enim actio recti itineris, quę oculos semper ad deū  
habet. Talis actio nec frangitur negotio, nec frigida est, nec turbulenta est: nec mar-  
cida, nec audax: nec fugax, nec præceps, nec iacens. Ita ergo ambulate, & sitis, Sollici-  
ti, id est studiosi, cauti, attenti, seruare vt sacrosanctum, Vnitatem spiritus, id est vnita-  
tem ecclesiasticam, quam facit spiritus sanctus. f. vt vnum corpus sitis opere spiritus  
sancti. Vos dico degentes, in vinculo pacis, id est pacem seruantes: quę dicitur vincu-  
lum, quia pax ista est nutrimentum spiritualis vnitatis. Hęc autem pax est, si bona no-  
stra inuicem diligamus: si peccata quę sine damno tritici, aut cum spe salutis corrigen-  
dorum eradicari non possunt, vsque ad messē vltimam toleramus: si etiam perfectio-  
nis opera quę cum fieri licet, ne infirmi scandalizentur, non facere dispensamus, &  
huiusmodi. Vnum, quāsi dicat, debetis seruare vnitatem spiritus, ita vt sitis, Vnum  
corpus, subueniendo proximo: Et vnus spiritus, cum Deo idem volendo. Vel, Vnus

Aimo.  
Augustinus.  
ad eudoxi.

**S**pūs cum fratribus cum quibus idem velle & idē nolle debetis. Vel itā, debetis fertate  
vnitatem spūs, quia Vnū corpus, esse debetis, multorū adunatione mēbrorū: potestis,  
quia vnus spūs. f. habitat in vobis, quo vnū corpus efficiamur. Vnū corpus enim effici-  
mur propter societate quā facit spūs sct⁹, nō sine patre & filio. Ecclesia vtiq; accipit  
hoc donū, vt in spū sancto fiat remissio peccatorū, quā remissionem cū trinitas faciat, pro-  
prie tamen ad spūm sanctū intelligitur pertinere. Ipse est enī spūs adoptionis filiorū,  
ipse patris & filij amor & cōnexio. Ad ipsum ergo pertinet societas, qua efficiamur v-  
num corpus vnici filij dei. Sicut. n. vnum corpus hominis ex multis constat membris,  
& vegetat omnia membra vna anima, faciens in oculo vt videat, in aure vt audiat, &  
sic cæteris: ita spiritus sanctus membra corporis Christi quod est ecclesia, continet &  
vegetat. Et sicut humani corporis membrum præcisum forma quidem qua cognoscit  
retinet, sed nequaquā spūs sequitur quo præter vnitatem viuat: sic quicunq; a prædi-  
cāte pacis vnitatem diuisus est sacramentum quidem tanquā formam retinet, sed spiritu  
præter vnitatem non viuat. Frustra ergo foris de forma gloriatur, nisi intus spiritu ve-  
getatur. Propter hanc societatem illi in quos primitus venit spiritus sanctus, linguis  
omnium gentium sunt locuti, quia per linguas consocietas humani generis constat: &  
sic per linguas gentium figurabatur ista societas membrorū Christi futura in omnib⁹  
gentibus: vt quemadmodum tunc ille apparebat accepisse spiritum sanctū qui loque-  
batur linguis omnium gentium, ita nunc ille se cognoscat accepisse spiritum sanctum  
qui in vnitatem ecclesię consistit, quæ linguis oīm loquitur. Sicut voc. & c. q. d. ita debe-  
tis esse vnum corpus, Sicut vocati estis. addidit. f. In vnam spem vocationis vestrę. i.  
ad vnā rem speratā, quæ est effectus vocationis Vnus dñs. q. d. debetis seruare vnitatē  
quia vobis vnus dñs non tres pro quorum diuersis volūtatib⁹ vos oporteat discordare  
Et vna fides, de deo. recole quia fides dñi, & id quod creditur, & id quo credit⁹. Si ergo fi-  
des hic accipit pro eo quod credit⁹, hic est sensus, Vna est fides. i. fidem iubemini crede-  
re, & eodē modo operari, quia vnū & idē est quod credit⁹ a cunctis fidelib⁹: vnū fides ca-  
tholica dicitur vniuersalis. Vel accipit hic fides qua creditur. Aliud. n. sūt ea quę cre-  
dunt⁹, aliud fides qua creditur. Illa quippe in rebus sunt, quę vel esse, vel fuisse, vel futu-  
ra esse credunt⁹: hæc autē in aīo credētis ei tantū cōspicua cuius est, quāuis sit & in alijs  
nō ipsa, sed similis. Vna ē ergo fides, nō numero sed gnē, quia similis i oīb⁹: quē admo-  
dū duorū idē volētū dicit⁹ volūtas vna, & duorū simillimorū facies vna. Et Vnū ba-  
ptisma. i. æquale a quocūq; de⁹, nec potest iterari. & vobis est Vn⁹ de⁹. i. creator Oīm  
& pater, procurādo & gubernādo: & ideo nemo potest se alteri præferre, quia vnū habe-  
mus creatorē & recreatorē. Qui de⁹, est Super omnes creaturas. i. præcedit omnes crea-  
turas. q. d. cuius dignitas vos inuitat. Et per omnia, diffus⁹, quia vbiq; ē, & ideo timēd⁹  
cū nūquā possit euitari. Et in omnibus nobis, per gratiā, qui vnitatē seruamus. Et no-  
ta nō singulariter de aliqua persona, sed cōmuniter de oīb⁹. i. de trinitate hęc accipi,  
iuxta illā quę præcessit expositionē. Vel potest hoc legi ita vt fiat distinctio personarū  
Qui, & c. q. d. vn⁹ ē de⁹ & pater, cū sint tātū tres personæ, pater, & fili⁹, & spirit⁹ san-  
ct⁹. & hoc ē, Qui. f. pater ē Super omnes, quia nulli debet q̄ ē, & omnes creaturas ex-  
cellit, Et, fili⁹ ē Per omnia, per quē reparatorē oīa opera nostra sūt, & per ipsū oīa fa-  
cta, Et spiritus sct⁹ est In omnibus nobis, fidelib⁹ per gratiā, & in omnib⁹ creaturis  
per essentiam. Vnde, Spiritus domini repleuit orbem terrarum.

Vnicuiq; autem nostrū data est gratia secundum me nsurā donatiōis Christi,  
Propter quod dicit, Ascendens in altū captiuā duxit captiuitatē, de dit dona ho-  
minibus. Quod autē ascendit quid est, nisi quia & descendit primū in inferiores par-  
tes terrę qui descendit, ipse ē & quia ascendit super omnes celos, vt adimpleret oīa.

Vnicuiq; aut. Monuit seruare vnitatē qua oēs dicimur vnū corp⁹, & ne vnitatis tollat  
subiectionē, subdit diuersa eē dona i hoīb⁹, q̄ nō ē cōtrariū prædictæ vnitati. Quod  
enim diuersa dona sūt i hoīb⁹ nō sicut vnitati, sed facit quāsi vnū corp⁹ eē debemus.  
Vnicuiq; aut nostrū, diuersa data ē grā. i. gratuitū donū, Secūdū mēsu. don. Chri. i. fe-  
cūdū q̄ dator Chri⁹ mēsurat: alij hoc, alij illud. Chri⁹, cui ad mēsurā nō dedit de⁹  
quia grā plen⁹ est, ad mēsurā dat, hoīb⁹, Mēsurā ē diuisio quædā diuinorū. Aliud. n.  
habet ille, aliqd̄ iste: & q̄ habet iste nō habet ille. Propter q̄. f. ad probādū q̄ Christus  
y ij

Aimo.  
Augu.  
de blas. f. f.

Augu.  
in ser. de pēt.

Augu.  
de blas. f. f.

Augu.  
in lib. de tri.

Aimo.

Ambrosius



Augu.  
i psal. lxxvii.

Augustinus  
in lib. xv. de  
trinitate.

Aimo.

Ambr.

Aimo.

Ambr.

Aimo.

hō dat diuersa dona. Dicit spirit⁹, in Psalmo, Ascēdes. q. d. Vere Christ⁹ secūdu hō  
minē dat dona. Nā propheta dicit, q. Christ⁹ ascēdes in altū loco & dignitate, Capti  
uā duxit captiuitatem. i. eos quos diabolus captiuauerat a paradiso, & proprios mun  
di & inferni fecerat: iterū captiuos fecit Christus dū ad cælū redcūtur. Ipsos itaq; ho  
mines appellauit captiuitatē, quia captiui tenebātur sub diabolo: sicut militia cū dici  
tur, intelligunt qui militāt. Eādē captiuitatē a Chrō captiua dicit, vt sit captiuitas fo  
lix. Pnt. n. hoies ad bonū capi. Vñ Petro dictū est, Ex hoc iā eris hoies capies. Capti  
uati ergo dicūtur, quia capti: & capti, quia subingati, sub leue iugū missi, liberati, a pec  
cato serui facti iustitiā. Et dedit hoibus, rationalibus, Dona. i. spiritū sanctū. Notissi  
mū est dominū Iesum cū post resurrectionē ascēdisset in cælū, dedisse spiritū sanctū,  
quo impleti credentes, loquebantur omnibus linguis. In Psalmo tamē ita legit, Acce  
pisti dona in hoib⁹. Sic. n. plures codices habēt, & maxime Græci, & ex Hebræo sic in  
terpretatū habem⁹. Dona autē dixit apostolus sicut propheta, nō donū. sed cū prophe  
ta dixerit, accepisti in hominibus. Paulus apostolica auctoritate maluit dicere, Dedit  
hoib⁹, vt ex vtroq; verbo, vno, prophético, altero apostolico, quia i vtroq; ē diuini ser  
monis auctoritas, sensus plenissim⁹ redderet. Vtrūq; n. verū est, quia dedit hoibus, &  
quia accepit in hominib⁹: dedit hoib⁹ tāquā caput mēbris suis: accepit i hoib⁹ idē ip  
se vtiq; i mēbris suis. Ipse ergo Christ⁹ & dedit, de celo, & accepit in terra. dedit, quia  
de⁹ cū patre, secūdu q. ait: accepit, quia ipse in suis ē ecclesia, i qua accipit. hoc ē i ho  
minib⁹ accipere. Nec moueat q. ait dona nō donū, cui etiā cōcordat propheta, procul  
dubio spiritus sanctus donū dei est: de quo dominus ait Samaritanæ, Si sciēs donum  
dei, & c. Sed ideo pluraliter dona ambo dixerūt, quia per donū q. est spiritus sanc. mul  
ta dona quæ quibusq; sint propria diuidunt. Nō. n. singuli quiq; habēt oia, sed hi illa  
alii alia, quāuis ipsum donū a quo vniciq; propria diuidetur, idē habēt. i. spiritū sā  
ctū. Vnde alibi. Omnia hæc, inquit, operat vnus & idē spiritus diui. sin. prout vult, vt  
vna aia in omnibus mēbris agit oia. Quod autē, prosequitur superiorē probationē. i. q.  
Christus secūdu hominē dat, quia propheta dicit quod ascēdes dedit. Dixit propheta  
ascēdens, Sed quid est, hoc quod Ascēdit, id est quod ascēdisse dicitur, Nisi quia  
& primum descendit, respectu cuius dixit ascendit. Descendit dico. In infe  
riores partes terræ. i. ad inferos, cuius probatio præmissa, quia duxit captiuitatem quā  
inde traxit. Ex snā. n. tenebant apud inferos, quæ sententia saluatorē tenere non po  
tuit, quia sine pctō fuit. Et est ordo probationis talis, Propheta dicit quod ascendens  
dedit, & ascendere dixit respectu descētionis, & ita innuit quod & descendens dedit.  
Et constat quod secundum humanitatem Chrūs descendit & ascendit, ergo secundum  
hūanitatē dedit. Secūdu deitatē qui vbiq; est, non ascendit loco nec descēdit, sed se  
cūdu animā ad inferos descendit: secundum corpus & animam ad cælos ascēdit, & ita  
secundum humanitatem dedit. Cave quō intelligas Chrūm secundum humanitatē de  
disse. ne sit contrarium prædictæ auctoritati, vbi dicitur, quia secundū q. deus dat. Ita  
ergo distingue, Dat Christus secundū humanitatem. i. hō ipse Chrūs dat, non tamē ex  
eo, quia homo sed quia deus Qui descendit. q. d. & quia ita innuit verba prophetæ, er  
go Ipse qui descendit, est & qui ascendit. i. idem est qui descēdit ad inferos, & qui ascē  
dit super omnes cælos. Vel ita ab illo loco. Quod aut. q. d. Chrūs ascēdes, quod est se  
cundum humanitatem, dedit dona, sed Quid est quod, hūanitas Ascēdit. i. quō huma  
nitas ascendere poterat? Nisi quia, & deitas, Primū descendit in partes terræ, quæ sunt,  
Inferiores, aere, vt humanæ naturæ vniretur. Descēdit quidem diuinitas nō localiter  
sed per inextinctionē: & quia dixerat humanitas ascendit, & deitas descēdit, ne iō vide  
rentur duo: subdit, Qui descendit. i. deus: & qui ascēdit super oēs cælos. i. hō, Ipse Chri  
stus est, id est vna & eadem persona est. Vnde dominus, Nemo ascendit in cælum, nisi  
qui d. d. & c. Ascendit, dico, Vt adimpleret omnia, quæ de se in lege & prophetis erant  
prædicta. Vel implent omnia donis suis, & ita impleuit omnia.

Et ipse dedit quosdam quidē apostolos, quosdam autem prophetas: alios ve  
ro euāgelistas, alios autem pastores & doctores ad consummationē sanctorum  
in opus ministerii in ædificationē corporis Christi, donec occurramus omnes in  
vnitate fidei & agnitionis filii dei in virū perfectū, in mēsurā ætatis plenitudinis

Christi, vt iā non simus paruuli fluctuantes, & circūferamur omni vento doctri  
næ in nequitia hominum, in astutia ad circunventionem erroris.

Et ipse dedit quosdam quidē apostolos. i. vicarios prædicationis suæ, Quosdam prophe  
tas, qui de futuris prophetarunt, vel potius scripturarū interpretes. In nouo. n. testamē  
to prophetæ dicuntur explanatores scripturarū, tñ fuerunt quidā primordio fidei futu  
ra prædicētes, sicut Agabus septēq; filii Philippi. Alios vero euāgelistas, vt fuerunt  
Marcus, & Lucas, & septē diaconi sub apostolis. Euāgelistæ. n. diaconi sunt, quia &  
si nō sint sacerdotes, tñ euāgelizare possunt. Alios autē pastores & doctores, vt episco  
pos, qui verbo etiā & exēplo docere debent, & ideo coniunxit: quos tanquam vnū ali  
quid duobus nominibus cōplex⁹ est, vt intelligerent pastores ad officiū suū pertinere  
doctrinā. Pastor. n. nō ē nisi habeat doctrinā, qua pascat gregē. Ecce quō alij pl⁹, alij  
minus dedit. Hominibus dat ad mēsurā: ipse vero nō ad mēsurā accipit. Hos autē om  
nes dedit in op⁹ ministerij. i. vt quisq; possēt plene facere opus ministratiōis sibi credi  
tæ. Si enim vnus omnia nō perfecte ageret singula, & hoc ministeriū erat necessariū  
ad cōsummationē Sāctoriū. i. vt cōsummēt qui iā sancti sunt. & i ædificationē Corpo  
ris Christi. i. vt ædificent eos in corpus Christi, qui adhuc alieni sunt. Donec omnes,  
& c. q. d. tā diu durabit ista prælatio & ordinatio, donec i die iudicij nos Omnes, qui su  
m⁹ In vnitate fidei. i. i vna, & non discrepanti fide Et vnitate agnitionis filij dei. i. in  
vna & non differenti agnitione filij dei. Vel, In vnitate agnitiōis filij dei id est virtuti  
bus quib⁹ agnoscitur filius dei esse in nobis, vel quibus agnoscemus eū in futuro, Do  
nec, inquam nos Omnes occurramus, nobis inuicē de diuersis partibus mundi, vel ip  
si capiti Christo. q. d. desiderio currētes ad gaudiū. Et donec idē fiat, durabit prælatio,  
nō post: & ideo nō est grauer ferēda. Nos dico, proficiētes & crescentes In virū perfe  
ctum & in mēsurā plenitudinis Christi. i. vestrā, crescētes, vt vnusquisq; sit perfectus  
vir. Omnes autē dicit prouehendos in virū nō sexu, sed perfectione virtutis. Hi enim  
paruuli sunt viribus corporis & animi. Et sit vnusquisq; habēs ætatē, eādē, i qua æta  
te Christ⁹ plenitudinē annorū & corporis habuit, in qua de hoc mundo exiuit: quæ est  
mēsurā & meta ætatis, vltra quam nec accrescit naturaliter aliquid homini. Omnes  
enim in eadem ætate resurgunt in qua C H R I S T V S mortu⁹ est, & resurrexit, cuius  
cūq; ætatis mortui fuerit. Et noīe viri cōprehēdūt mulieres, cum ait, In virum perfe  
ctum. Et quia in eadē ætatē oēs resurgent qua Christus mortuus est: iō conueniēt nō  
ait in mēsurā, corporis stature, sed ætatis, quia vnusquisq; recipiet suā mēsurā corpo  
ris, vel quā habuit in iuuentute ēt si senex obiit, vel habuit, vel fuerat habiturus, si æte  
fuerat mortuus. Aetas vero erit illa ad quā peruenit ipse Chrūs. i. iuuenis, vt circa. xxx  
annos. Non est autē fas dicere quod in resurrectione accedat corpori magnitudo quam  
non habuit, nec maiora corpora redigēda sunt ad modū dñici corporis. Periret. n. mul  
tum de illis corporibus cū nec periturus sit capillus: sicut dñs ait, Nec capillus de capi  
te vestro peribit. Nihil. n. detractū quolibet modo de corpore hūano periturū ē, ita. n.  
modificabit illa in vnoquoq; corpore materies, vt aliquid ex ea non pereat: & quod ali  
cui defuerit, ille suppleat qui de nihilo fecit quod voluit: & si quid i parte aliqua enor  
miter abūdat, per totū spargetur. Indecorū quippe ibi nihil erit, sed quicquid futu  
rum erit, hoc decebit. Resurgēt sanctorū igit corpora sine vllo vitio, sine vlla defor  
mitate, neq; illa terrena materies, quæ discedente aia sit cadauer, ita resurrectione repa  
rabitur, vt ea quæ dilabunt, quāuis ad corp⁹ redeāt vñ dilapsa sunt, ad eadē quoq; cor  
poris partes vbi fuerunt, redire necesse sit. A liquin capillis & vnguibus immoderata  
& indecens magnitudo redderet. Vel ita pōt intelligi, Virū perfectū appellat Chrūm  
cū omni corpore suo, quod non erit perfectum quousque oēs electi compleantur. Cō  
pleto autē nūero electorum fiet, quod hic dicitur, Donec occurramus, capiti Chro In  
virum perfectum, id est ita quod nos oēs. i. caput, & membra simus vnus perfectus vir  
cui nihil defit, & nihil plus addendum sit: ideo perfectus, quia tūc proficiemus In mē  
suram ætatis plenitudinis Christi. i. quia erit mēsurā & meta ætatis, meta, vt nihil pri⁹  
addatur numero vel viribus: mēsurā, quia tunc erit plenius Christus oēs habens quō  
per singulos omnes scit, & omnes in eo erunt immortales, et beati cum eo, et tunc non  
erit necessaria prælatio. Sed vsq; ad illud temp⁹ hos prædicētes ministros dedit: ad hos



vtiq; Vt iam, sicut olim, Non sumus parvuli, sensu: & Fluctuantes. i. titubantes vestra debilitate, & non Circunferamur, alio vrgēte Omni vento doctrine, i. prava doctrina Doctrina pravorū est quasi ventus & tēpestas. Doctrinē dico, facta In nequitia hominū, pro qua creati sunt. Et facte In astutia. i. per hoies malignos in se, & ad supplicū deceptionē astutos, quorū doctrina fit ad circūuētionē erroris, vt sub prætēxtu veritatis magis decipiat trahens ad errorem.

Ambrosius.

Veritatē autē faciētes i charitate crescām<sup>9</sup> i illo per oīa qui ē caput Christi<sup>9</sup>, ex quo totū corp<sup>9</sup> cōpactū & cōnexū per omnē iūcturā sūministratiōis secūdū operationem i mensurā vniūsq; membrī augmentū corporis facit, i edificationem sui in charitate. Hoc igitur dico & testificor in domino, vt iā nō ambuletis sicut & gentes ambulāt in vanitate sensus sui, tenebris obscuratū habentes intellectū, alienati a vita dei per ignorantiam quē est in illis propter cecitatem cordis ipforū, qui desperantes semetipfos tradiderūt ipudicitie in operationem immūditie omnis, in auaritiā, Vos autē nō ita didicistis Christū, si tamen illū audistis, & in ipso edocti estis sicut est veritas in Iesu. Deponite vos secundum pristinam conuersationem veterem hoīem qui corrumpitur secundum desideria erroris:

Veritatē autē. q. d. nō tales sumus, sed potius faciētes actū, Veritatē. i. bona secūdū doctrinā. & hoc In charitate. i. nō sicte, vel ex timore. Crescām<sup>9</sup>, assertione fidei, per omnia. i. in omni spūali dono. & hoc In illo. i. illo operante, Qui ē caput nostrum. i. nobis prænidens, Et Christus. i. regere potens. Christus enim dicitur vnctus, & in veteri testamēto reges vngebātur, Dico, in illo, & bene. Ex quo. i. per quē, Totū corpus. id est ecclesia, est Cōpactū, per fidē, Et cōnexū, vinculo charitatis. Vñ subdit, Per omnē iūcturā. q. d. cōpactū est & connexum. & hoc Per omnē iūcturā subministratiōnis. i. per fidē & charitatē quæ coniungant & faciant sibi inuicem membra ministrare Sumministratiōis dico exhibite, nō solū volūtate, sed etiā Secundum operationem, facta, In. i. iuxta Mensurā vniūsq; membrī. f. quod vnūquodque membrum potest operari per gratiam sibi datam. Et vere, per Christum corpus est compactum & connexum: quia ipse Facit augmentum corporis id est augmentat illos qui iam sunt corpus Ipse, dico, tantum dominus in ædificationem sui, quia illos qui nō sunt corpus, ædificat in suā ciuitatē vel societate. & hoc totū facit In charitate. i. ex dilectiōe, quo per actū erit mēsurā ætatis. Hoc. Hic admonet Ephesios vt caueant sibi a consuetudine antiquę gētilitatis. q. d. quia deus tot auxilia dedit ad custodiā vnitatis, & quia crescere potestis & ei occurretis, ergo Dico, nō obsecro vt superius, sed dico, Et testificor in dño. i. præcipio sub testimonio dñi. Hoc. f. Vt iā. f. a tēpore fidei, Nō ambuletis. i. vitiatas, Sicut gentes ambulant, quæ. f. ambulant In vanitate sensus sui, quia transitoria amant: quæ sensualitas suggerit Habētēs intellectū, naturalē Obscuratū a tenebris, id est nō parū obscurū, & iō minus mirū est si in vanitate ambulant, quā de vobis qui estis illuminati, & spūm vitæ habetis. Oīs qui intelligit quadā luce interiore, illustrat Est ergo quedā lux intus, quā nō habent qui nō intelligūt. Gētilēs, dico, Alienati a fide dei. i. sine spe immortalitatis. Vel a vita dei. i. & a deo qui est aīa vita, quia de<sup>9</sup> deserit eos. Duæ quippe sunt vitæ, vna corporis, altera aīe: & sicut vita corporis est aīa, sic aīa vita est deus: & quō si aīa deserat, mori<sup>9</sup> corp<sup>9</sup>: sic aīa mori<sup>9</sup> si deserat de<sup>9</sup>. Aīa recedēs a luce iustitię quāto magis quærit quid inueniat contra iustitiā, tātō plus repellitur a luce veritatis, & in tenebrosa demergit. Alienati dico. Per ignorantia. i. quia ignorant vitā dei, quæ ignorantia est permanēs In illis propter cecitatem vel duritiā cordis ipforū, quia prædicatiōi oculos cordis clauerūt, qui etiā pro sua turpitudine desperantes de futura vita. Vel ita, Indolorij, alia litera quæ ex græco trahit. i. ex peccato nō dolētes semetipfos tradiderūt per volūtate ad malitiā liberā. Impudicitia. i. fornicatiōi. & deinde tradiderūt se In operationē immunditiæ oīs, vt nihil oīno quod immundū sit, prætermiserunt. & hoc in auaritia. i. vehementi & insatiabili desiderio, quia nūquā luxuriādo satiant, quorū voluptas termino caret, vt etiā vltra concessos nuptiarum fines turpitudinē operentur. Vel sicut alij dicūt. Et auaritię, vel, In auaritia, & accipitur per se de alio vitio: vt sit sensus, Tradiderūt semetipfos, in operationē Omnis immū

Augu. in psal. lxi.

Augu. in lib. sentē.

Ambro.

Hieronymus

ditia, & tradiderūt se Auaritiæ. Vel ita. Ipsi dico degētes In auaritia. Vos autē. q. d. gētes ita ambulāt. Vos autē nō didicistis Christū ita eē, imitandū: sed Tñ illū audistis. i. eius prædicationē intellexistis, vel eū interius loquētē audistis. Et in illo docti estis. i. si illū ita audistis quod in illo veritatē edocti estis vel sitis, sicut veritas est in Iesu. Hoc ideo dicit, quia sunt quidā in ecclesia qui sub nomine Christi non sequunt veritatem Christi quā docuit. f. Hāc deponere. i. vt deponatis Vos, & c. Vel secūdū aliā literā. q. d. hęc est veritas quā docuit vt deponatis vos. & ideo Deponite vos, nō secūdū substantiā corporis vel animæ, sed Secūdū pristinā cōuersationē. f. deponite Veterē hominē qui corrūpit & si delectet. Corrūpit dico, Secūdū desideria, nō solū secūdū opera & iō deponite etiā desideria quæ sunt Erroris. i. ab errore veniūt, vel ad errorē ducūt. Nō nulli putāt quod vet<sup>9</sup> hō corp<sup>9</sup> sit, & nouus aīa: sed corpus, exterior hō est, aīa, interior, & interiori agitur hęc nouitas & vetustas. Cū ergo dicit, Deponite vos, & c. Nō hoc iubet vt corpus deponatur, sed vt vita in melius cōmutetur. Homo itaq; si vitia pristina sequitur, vetus dicitur, si ante in nouitate vitæ ambulat alien<sup>9</sup> a seculi errore, non<sup>9</sup> dicitur, eo igitur qui corrūpitur, veterescit. Ideo ait, deponite Veterē hominē. i. vetustatē, quia hoc interior sit vet<sup>9</sup> & corrūpitur. Vnde addit, quia & si delectetur, tñ corrūpitur secūdū interiorē per Desideria erroris, hęc est vetustas. Hanc igitur vetustatem quatenus vobis datur deponite.

Ambro.

Ambro.

Renouamini autē spiritu mētis vestre, & induite nouū hoīem qui secundū deum creat<sup>9</sup> ē i iustitia & sanctitate veritatis. Propter quod deponētes mēdaciū loquimini veritatē vnusquisq; cū proximo suo, quoniā sum<sup>9</sup> iuicē mēbra. Irascimini & nolite peccare. Sol non occidat super iracundiā vestram. Nolite locū dare diabolo.

Renouamini autē, quotidie Spiritu mētis vestre. i. per spiritū sanctū qui ducit ad rationē. Vel, Per spiritū. i. Mēte vestra. i. i mēte spirituali. Vel, Per spiritū mētis vestre. i. spiritu qui ē mēs, vel ratio, vel intelligētia, vel si quo alio vocabulo cōmodius appellatur. Imago dei est qua præest hō cæteris animalibus, quæ creata in agnitione dei postquā peccato desūpuit in eadē renouatur, vt incipiat illa imago ab illo reformari, a quo formata est. Nō. n. reformare se ipsā potest, sicut potuit deformare, quæ in ipsa agnitione dei creata est antequā delictū veteresceret, sed post lapsū peccati in eadē reformatur. Satis ergo ostēditur vbi hō sit creatus ad imaginē dei. f. nō in corporis linia mētis, sed forma quadam intelligibili mētis illuminatē. Cū ergo dicit, Spū mētis vre, nō ibi duas res intelligi voluit, quasi aliud sit mēs aliud spūs mētis, sed quia mēs spūs est. Simile dictū est in expoliatiōe corporis carnis. i. carnis quæ corpus ē. Et induite, opere Nouū hominē. i. assumite similitudinē noui hominis. i. Christi. de quo alibi, In duimini Iesum Christū. Quo vere induitur quicunq; mentis informatione ei conformatur. Christo enim induitur qui per fidem in Christo renascitur, vitę emulus quam tradidit Christus, Qui, nouus hō. f. Christus, Est creatus secūdū deū. i. nō humana natura, sed dei potentia. Conceptus enim in vtero virginali opere spiritus sancti de femine mulieris, sine femine viri. hoc nouum fuit. Vnde Hieremias. Nouum faciet dominus super terram, mulier circundabit virum gremio vteri sui. Creatus est, dico, In iustitia, scilicet in communi operatione, Et sanctitate, perfecta, Veritatis, vt hypocrisis sed quia iustus est communiter omnibus bona præstanda. Et vere sanctus vt sit etiam ipsa sanctitas. sicut iustitia & veritas. Vel ita, Qui secundum deum, quasi dicat, Renouamini spū qui spūs, Creatus est secundū deū, id ē ad imaginē dei. In iustitia, scilicet Et veritatis, sed peccando iustitiam & sanctitatem veritatis amisit. Propter quod, hęc imago deformis & decolor facta est, sed formam recipit cum formatur & renouatur. Propter quod, exequitur per patres veteris & noui hominis. Propter quod quia scilicet vetus homo deponendus & nouus induendus, vos Deponentes mendaciū, quod est pars vetustatis, Loquimini veritatem quæ est pars nouitatis, Vnusquisque cum proximo suo. i. cū quouis hoīe, etiā cū gētili vel Iudæo, quia oīs hō proxim<sup>9</sup> cōditiōe primę natiuitatis, vel spe cōuersiōis oīs hō antequā sit Christianus debet putari proximus. Si enim nosti qualis sit futurus apud deū, forte qui modo Iudæus est, vel paganus, vel heretic<sup>9</sup>, per misericordiā dei ita conuertetur ad deum, vt inter sanctos recubabit. Quoniā sumus, & c. q. d. decet loqui veritatē, Quoniā sumus mēbra, alter alter

Aimo

Augu. super Gene.

Augustinus de ciui. dei Augu. super Genesim.

Augu. de trinitatē.

Aimo.

Ambro.

Aimo

Aimo.

**Aimo.** rius Inuicē, subferniēdo. Deinde multas veteris hominis a quibus dehortat, & eon-  
trario multas noui ad quas hortatur. parte enumerat, dicens, Irascimini, & nolite pec-  
care. q. d. inuitis tolero quod vitari non potest. s. de ira ne veniatis ad actū peccandi.  
Si ergo surgit motus animi qui iam propter poenā peccati nō est in potestate nostra,  
falterm ei nō cōsentiat ratio. Permittit quidē apostolus irasci quod est humana tētatio  
sed prohibet irā ad effectū deducere. Vel ita, Irascimini, cōtra peccātes. quod est natu-  
ralis motus animi qui solet ad profectū pertinere delinquētū: ideo irascēdū esse dicit,  
ostēdēs hāc irā esse bonā, sed monet modū excedēdo peccēt, subdēs, Nolite peccare,  
asperius arguēdo & onerādo peccātē. Vnde Salomon, Noli nimis iustus esse, quia est  
qui perit in iustitia sua. Tēperāda est ergo iustitia vt imitemur deū qui suffert iniquos  
vt aliqui ex eis corrigātur. & Sol nō occidat super iracūdiā vestrā. i. ipsa ira nō duret  
ad occasum solis. Intelligit quidē simpliciter & secūdū tēpus, quia si ex ipsa infirmitate  
quā portam⁹ subrept⁹ ira Christiano, nō debet diu teneri & fieri pridiana. eijciēda  
est de corde antequā occidat lux ista inuisibilis. Vult ergo aplūs vt ira nō duret, quia  
si durat, datur occasio diabolo. Irat⁹ .n. male cogitat, & sic diabolus se inserit vt mala  
peragat. Vnde subdit, Nolite loc. Vel ita melius, Sol. i. spēdor rationis: vel, Christus,  
Non occidat super iracūdiā vestrā. i. nō per irā quasi per mōtē interpositū obscuratur  
vobis, Noster sol iustitię & veritatis Christ⁹ ē, cui⁹ veritate anima illustrat⁹ cū i hoīe  
habitat per fidē. ideo ait, Sol nō occidat super iracūdiā vestrā. i. caute ne Christ⁹ qui  
est sol iustitię per iracūdiā mētē vestrā deserat, qui cū ira nūquā habitat. & si quis ē  
vos irritat, q. ē tētatio diaboli, Nolite locū dare diabolo, perseverādo i ira, Vel ita, vt  
& de bona ira intelligat. Irascimini, vobismetipsis de p̄teritis peccatis q. ē poenitē-  
tię, Et nolite peccare. i. vlti⁹ peccare desinite. q. d. volo vos irasci vt nō peccetis. vt  
aūt nō peccetis quib⁹ habetis irasci, nisi vobis? Quid ē enim homo poenitens, nisi ho-  
mo sibi vt accipiat veniam, de seipso exigit poenā, & est sensus, Irascimini & nolite  
peccare. i. indignamini vobismetipsis tāta vehemētia vt peccare desistatis, quia super hāc  
iram nō occidit sol iustitię, sed potius illi irradiat. Vnde subdit, Sol non occidat su-  
per iracūdiā vestrā. i. sol non occidit super iracūdiā vestram. & Nolite locū, etiam  
intrādiad vobis, Dare diabolo, per malā cupiditatē, vel timorē. Duę enim sunt portę  
per quas diabolus intrat, scilicet cupiditas, & timor. Si cupis aliquid terrenū, hac intrat  
diabolus: Si times aliquid terrenum, & hac intrat, eisdē in cōtrario versis, deus intrat  
Si enim cupis regnū cælorum, & times ignem gehennę, aperis valuas Christo, & in-  
trat Christus. Illi ergo sunt claudendę, isti aperiendę.

Qui furabatur iam non furetur, magis autem laboret operando manibus suis  
quod bonum est, vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti. Omnis sermo ma-  
lus ex ore vestro non procedat: sed si quis bonus ad ædificationē fidei, vt det gra-  
tiam audientibus. Et nolite contristare spiritum sanctum dei, in quo signati estis  
in die redēptionis. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphe-  
mia tollatur a vobis, cum omni malitia. Estote autem inuicem benigni, miseri-  
cordes, donantes inuicem, sicut & deus in Christo donauit vobis.

Qui furabatur, quod itē pars est veteris hoīs, Iā non furetur. i. nō aliquo dolo quid  
auferat. Magis autē laboret, vnusquisq; Operando, non solum per seruos, sed etiā Ma-  
nibus suis. Operando dico, non praua opera lucrī, sed Quod bonū est vt habeat, non  
tantum vnde iuuet, sed etiam Vnde tribuat necessitatē patienti. Oīs sermo malus nō  
procedat de ore vestro, & si fuerit corde conceptus. In dei nanq; seruo omnia bona de-  
bēt videri, nec ex aliqua parte puritas eius debet maculari. Sed si quis, quasi dicat ma-  
lus sermo nō debet procedere de ore, sed nec etiā sermo bonus inutiliter dicēdus ē. &  
hoc est q. ait, Sed si quis, sermo, Bonus est valēs Ad ædificationē fidei, ita optime &  
circūscripte procedat Vt det gratiam, id est vt sit grat⁹ audientibus. Et nolite contri-  
stare, per inobedientiam, Spiritum sanctum dei, id est prædicatorem veritatis, quod  
est spiritū sanctū cōtristare quantū ad vobis. Nā spirit⁹ sancti substātia qua ē quicquid  
ipse ē, nō pōt cōtristari cū ipsa sit eterna & icommutabilis beatitudo: sed quodā locu-  
tionis tropo vsus est aplūs, quo ea quę nō accidūt deo tanquā illi accidāt, loquimur,

Augustinus.  
super Gene.

**A** figurates eū facere vt nobis accidat. Non ergo tenendū est aliquid tale accidere spūi  
sancto, qui in se immutabilis est: sed i sanctis habitat, vt eos impleat charitate, qua fa-  
cit eos gaudere de profectibus aliorū, & contristari de lapsibus vel pctis eorū, de quo-  
rum fide & pietate gaudebāt: quę tristitia laudabilis, quia venit ex charitate, quā infun-  
dit spūs sc̄tus. & iō dicit cōtristari, quia hoc facit in suis, cuius dono tā boni sunt vt ea  
os mœstificent mali: & hi maxime quos bonos fuisse vel nouerunt, vel crediderunt.  
Hoc locutiōis mō dī deus scire, qn nos scire facit, & quiescere ab operibus, quę valde  
fecerat bona, quia nos facit requiescere cū bona fecerimus. Vel ita, Nolite contristare  
spūm sc̄tum dei. i. a vobis per mala opera fugare. Cum hñ agimus gaudet in nobis spi-  
ritus sc̄tus, datus nobis, vidēs monita sua proficere vtilitatibus nostris. Gaudet ergo. i.  
habitor manet in nobis, si de eo proficimus. Aliter tristat. i. deserit nos. Nō. n. sic tri-  
statur vt patiat, cū impassibilis sit: sed tristari dicitur quia a nobis recedit. Sicut con-  
tristatur hō cū de propria domo expellitur quā sibi ædificauit, ita spūs sanctus contri-  
stari dicit cū de hoīe quem sibi mundauit in baptismo, per praua opera eijcitur. In quo  
q. d. nolite cōtristare spūm sanctum, quod nō debetis, quia ipse est In quo. q. cuius gra-  
vos. Estis signati. q. d. cera in sigillo eius imagine vobis relicta. i. forma nouitatis im-  
pressa vobis. Vel, Estis signati. i. discreti a malis. & hoc In die redemptionis. i. baptis-  
mi. Oīs, etiā, Amaritudo, in dictis vel in factis mordacibus. Et ira. i. subitus furor. Et  
indignatio, quę est si minor sublimatur: hęc de ira venit. Et clamor. i. contentio, quę  
venit de indignatione, & est vox quasi insani. Et blasphemia, quę fit in deum vel in  
sanctos. Blasphemia est per quā de deo falsa dicuntur. Hęc, inquā, oīa Tollātur a vo-  
bis, quia perniciem possunt præstare, nisi amoueant. hęc etiā si fiant accidentib⁹ cau-  
sis, tamen temperanda sunt. Et quia illis pressis potera malū in corde retineri, addit,  
Tollant cū oī malitia cordis. Estote. Item partē noui hoīs hic ostendit. q. d. Illa tollā-  
tur a vobis, Estote inuicē benigni. i. largi de facultatibus vestris. Et misericordes, affe-  
ctu & cōpassione mentis. et si non est quod detur. Et donātes inuicem, in vos commisa-  
sa. s. si alter in alterū peccet cōdonate: alioquin deus repetit remissa. Si enī in his cōte-  
ptus fuerit, sine dubio reuocabit sententiā, per quā miam dederat. sicut in euāgelio de  
nequā seruo legitur, qui in conseruum suum impius deprehensus est.

Aimo.  
Ambro:  
Augustinus  
in lib. contrā  
in endocium.

CAPVT V.

**E**stote ergo imitatores dei sicut filii charissimi, & ambulate in dile-  
ctione sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro no-  
bis oblationem & hostiam deo in odorem suauitatis. Fornicatio au-  
tem & omnis immunditia aut auaritia nec nominetur in vobis, sicut  
debet factos, aut turpitudine, aut stultiloquium, aut scurrilitas quę ad rem nō per-  
tinet: sed magis gratiarum actio. Hoc enim scitote intelligentes, quod omnis for-  
nicator, aut immūdus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habet hære-  
ditatem in regno Christi & dei. Nemo vos seducat inanibus verbis, propter hęc  
enim venit ira dei in filios diffidentię.

Estote ergo donantes inuicem dico, Sicut & deus in Christo. i. per Christum. Dona-  
uit, nobis: & quia donauit, Estote igitur imitatores dei, inuicem vobis donando. & tūc  
eritis Sicut filii charissimi. & non solum condonate, sed etiam ambulate, operum ex-  
hibitione, In dilectione, ponentes animas pro fratribus si opus est. & hoc ita sy nce-  
re, Sicut CHRISTVS dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem  
deo, dum inuitatus est sputis, collaphis, & huiusmodi. Et hostiam dum occisus est in  
cruce. Et illa hostia non figuraliter sicut legalia sacrificia, sed vere est Deo in odorem  
suauitatis. verbo legis alludit, quia hic est de quo dicebatur in lege. Non enim pro-  
pter se illę hostię dicebantur offerri in odorem suauitatis, sed quia illum significabāt,  
& vsque ad mortē conseruauit. Sed si mors CHRISTI Deo fuit odor suauis, er-  
go mortem eius libenter accepit: non ergo peccauerunt qui illum crucifixerunt. Sed  
non est ita, quia iniuste iustum occiderunt, qui in patris & sua voluntate occisus

Ambrosius  
Ambrosius



August.  
super Ioan.

oblatus est: sicut & Iudas quid habet nisi peccatum in tradendo Christum? nisi tamen se traderet Christus, nec eum traderet Iudas. Tradidit Iudas Christum, tradidit se Christus: sed ille agebat negocium suum venditionis, iste nostram redemptioem. Ioseph ille impie deliquit, hic misericorditer egit. Fornicatio autem, quae est cum liberis a viro, Et omnis immunditia. scilicet incontinentia pertinet ad libidinem quocumque modo fiat, Aut auaritia. id est immoderata cupiditas habendi. Nec noieus in vobis. id est nec etiam suspicio sit de vobis probabilis, Sicut decet sanctos, aut turpitudine, ut in oculis & in amplexibus. Aut stultiloquium, ut plana verba. Aut scurrilitas, quae a stultis curialitas dicitur. id est iocularitas quae solet risum mouere, Quae ad rem. id est ad utilitatem, Non pertinet, quauis magno labore agatur. Sed magis noieus in vobis, Actio gratiarum. Nec debent illa noari. Hoc enim scitote, mentis ratione, & etiam intelligentes, quod scripturae inde dicitur, quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus non habet hereditatem in regno Christi & dei. id est in regno caelorum quod est patris & filij. Sed attende quod dicens, Auarus, adiunxit, Quod est idolorum seruitus, & quans auaritia idololatriam quia illud auarum significat, cuius deus nummus. Vel ideo auaritia aequata est idololatriam, quia sicut idololatra Dei honorificetiam usurpat & sibi vendicat: ita auarus res dei quas vult seruare indigentibus, usurpat sibi & recedit. Vel auarus hic accipit adulter qui sibi res alienas usurpat. id est alienam uxorem. Nemo, quod dicitur. Dico quod tales non habebunt regnum dei, & contra hoc quod doceo. Nemo vos seducat, promittens impunitatem ex misericordia dei. Vel praedicans naturalia. Seducat dico inanibus verbis, omnes eorum rationes sunt inania verba. Propter hoc, vel propter haec. scilicet fornicationem & alia praedicta vitia, Venit ira dei in filios diffidit. id est diaboli de quibus diffidimus. Vel qui diffidit de vita aeterna.

Aimo

Nolite ergo effici participes eorum. Eratis. n. aliquando tenebrae, nunc autem lux in domino. Ut filij lucis ambulare. Fructus eius lucis est in omni bonitate & iustitia & veritate. Probates quid sit beneplacitum deo. Et nolite concitare operibus infructuosis tenebrarum, magis autem redarguite. Quae eius in occulto sunt ab ipsis, turpe est & dicere. Omnia autem quae arguuntur, a luce manifestantur. Omne eius quod manifestatur lumine est. Propter quod dicit, Surge qui dormis & exurge a mortuis, & illuminabit te Christus. Videte itaque fratres quomodo caute ambuletis, non quasi insipientes, sed ut sapientes, redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes, sed intelligentes quae sit voluntas dei.

Ambro.

Nolite ergo effici participes. id est similes eorum. scilicet imitando opera illorum, quia si fueritis socij in opere, eritis & in poena. Nec debetis esse. Eratis. n. aliquando tenebrae. id est per ignorantiam peccantes. Et filij diaboli, principis tenebrarum: & ideo non mirum, si tunc in nobis haec mala erant. Nunc autem estis lux. id est ex discretione bene operantes. Et iustificati, per fidem, & baptismum. Et filij dei, per adoptionem, qui est lux vera. & hoc, In domino, in vobis. Tenebrae quidem fuistis in vobis, lux autem estis in domino, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Ideo non addidit in domino, cum ait fuistis tenebrae: sed cum ait, Nunc autem lux, & quia estis in domino, Ideo ambulate, bono operum gressu. Ut filij lucis. id est vivite ut filij dei. scilicet sancte & immaculate. Hic enim fructus lucis est id est haec sunt opera lucis. scilicet viuere, In omni bonitate, ut boni in vobis sitis. Et iustitia ut proximis quod iustum est ut faciatis. Et veritate ut vera loquamini. Vel bonitatem per patres exponit. Iustitia enim & veritas sunt partes bonitatis. Et est sensus in omni bonitate, Et, per idem. Iustitia & veritate. scilicet iuste vivatis & vera loquamini. Probates, quasi dicat. Ambulate dico prius probantes, & ratione discernentes. Quod vel quid sit beneplacitum deo, quasi dicat. Omnia opera vestra ita sunt circumspicite ut beneplacite deo. Nolite, quasi dicat, ut filij lucis ambulate, Et nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum. scilicet malorum hominum. id est a malis corde semper disjungamini. Ad tempus caute, copulamini corpore, tolerate paleam in tritura, tolerate in area: quod. n. toleretis in horreo non habebitis. veniet ventilator qui diuidet bonos a malis: eritque corporalis separatio, quae debet spiritualis praecedere. ideo ait. Nolite commisceri. id est in malis ut cum bonis sit pars malorum, Magis autem red. id est non sitis negligentes in corrigendis vestris, ad curam. scilicet vestram, quoquomodo pertinentibus. tamen leni animo, ut ait alibi Apo. Hoc agite ut foris terribilis personet interpretatio, & interius lenitatis teneat dilectio. Attende quod duo coniungit, ut. scilicet non commisceri ceteri ceteri, & redarguat. His. n. duobus modis non te maculat malus. scilicet si non commiseris & redarguis. utrumque complexus apostolus. Non commisceri. id est nolite confiteri, laudare, & approbare. & quia

Augustinus  
de ver. apost.

Augustinus  
de ver. eman.

partum est non consentire, addit, Magis autem redarguite. id est reprehendite, corripite, coerete. Et est sensus, Non sitis consentientes malis approbando, neque negligentes non arguendo, neque superbie in sultanter arrogando. Quae autem vel enim, quod dicitur. Dico non commisceri debetis. Autem. id est quia turpe est non solum facere, sed etiam dicere. Quae ab eis sunt in occulto, loco. id est non palam sed occulte, & in hoc apparet quod turpia sunt. Vel, In occulto. id est in cogitatione. Omnia autem vel enim, quod dicitur. Turpe est dicere quae faciunt, sed tamen redarguenda sunt, quia sic manifestatur sepe per confessionem. & hoc est, Omnia autem quae arguuntur a lumine. id est a bonis & sanctis hominibus qui sunt filij lucis, sepe Manifestatur, per confessionem & poenitentiam, & ideo redarguendum est. Omne enim, malum quod sic manifestatur. id est per confessionem & poenitentiam, Lumen est. id est in lumine vertitur, quia bonum est ut peccatum per confessionem & poenitentiam manifestetur. Vel, Lumen est. id est non est ambiguum, nec potest excusari quod palam dictum est. Vel ita: Omnia enim, quod dicitur. Ideo arguite, Omnia enim quae arguuntur a sanctis. id est illi mali cum arguuntur a sanctis, Manifestantur, sibi ipsis qui mali sunt. Tunc enim videtur sibi & alijs peccatores cum obiurgantur, & ideo arguendi sunt, quia sic incipiunt esse lumen. Unde subdit, Omne autem vel enim, quod manifestatur. id est malus cum sibi innotescat esse malus, Lumen est. id est per poenitentiam incipit conuerti ad bonum. Propter quod. scilicet quia sit lumen, dicit spiritus sanctus per me, O tu, Qui dormis. id est qui torpes in peccato iacendo, & nescis te esse in peccatis oblitus dei, Surge, per confessionem, Et exurge, per satisfactionem. A mortuis. id est a futura damnatione. Et illuminabit tibi, hic per fidem & spem, & in futuro per speciem, Christus, qui est sol iustitiae. & quia prodest redarguere, Videte itaque fratres quomodo. id est quodam moderamine, Caute ambuletis, viuendo & redarguendo. Non quasi insipientes. id est indiscreti: sed ut sapientes. scilicet omnibus prouidentes. vos dico Redimite tempus. id est praeparate vobis opportunitatem seruendi deo & vacandi diuinis. quod necesse est, quia dies mali sunt. id est hodie sunt mali homines. Dies mali dicuntur pro duabus rebus. scilicet pro malitia & miseria hominum. Caterum dies isti quantum pertinet ad spatia horarum ordinati sunt. Ducunt enim vices, agunt tempora. Oritur enim sol & occidit, transeunt tempora, cui molesta sunt tempora si homines sibi non sunt molestiae. Dies ergo dicuntur mali, ut dixi, propter malitiam hominum, & miseria: sed miseria hominis communis est, non debet malitia esse communis. Ex quo enim lapsus Adam de paradiso expulsus, nunquam dies nisi mali: quod ostendit puer qui nascitur, quia a ploratu incipit, nec ride re potest: statim natus plorat, propheta. scilicet suae calamitatis. lachrymae enim testes sunt miseriae: nondum loquitur, & iam prophetizat. Quid in labore se futurum, vel timere etiam si iustus fuerit, in medijs certe tribulationibus positus semper timebit. Redimanus ergo tempus. Quid est tempus redimere? Redimit ille tempus qui perdit. id est dat de suo ut vacet deo non litibus, quasi det nummum pro vitio. Das enim nummum & emis panem vel vinum, vel aliquid aliud: das & accipis, aliquid amittis, & aliquid acquiris. Sicut ergo perdis nummos ut emas tibi aliquid: sic perdas de tuo, ut emas tibi quietem, hoc est tempus redimere. Unde dominus ait, Si quis vult iudicio tecum contendere, & tunicam tollere, dimitte ei & pallium, ut habeas quietum cor, ne perdas tempus vacandi deo tuo, a quo vult te auocare damno & litibus. Ve lita, Sitis redimite tempus. id est quod minus fecisti in vno tempore, restituite in alio, dimidiates dies quos impii non dimidiant. Alii enim dimidiant, alij implent dies, alij nec incipiunt. id est alij moriuntur in Aegypto, alij in terra sancta, Nec mirum si minus fecistis, Quoniam dies mali sunt. id est in hac vita multa occurrunt impedimenta, nec possunt agi pro libito. Propterea. scilicet quia mali sunt dies, Nolite fieri imprudentes. id est inconsiderates, sed potius estote, Intelligentes quae sit voluntas dei, id est, quod deo placeat, quaerite cui placet, ut omnia prouide & cum modestia agatur, nihil perturbate & cum strepitu. Et vos qui huic prudentiae operam datis.

Ambrosius

Aimo

Ambrosius 2

Aimo

Augustinus

Aug. in ser.  
de ver. euan.

Et nolite inebriari vino in quo est luxuria, sed implemini spiritu sancto, loquentes vobismet ipsis in psalmis, hymnis & canticis spiritualibus, cantantes & psallentes in cordibus vestris domino gratias agentes semper pro omnibus in nomine domini nostri Iesu Christi deo & patri. Subiecti inuicem in timore Christi. Mulieres viris suis subditae sint sicut domino, quoniam vir caput est mulieris, sicut Christus caput est ecclesiae, ipse saluator corporis eius. Sed sicut ecclesia subiecta est



Christo & mulieres viris suis in oibus. Viri diligite vxores vestras sicut & Christus dilexit ecclesiam & seipsum tradidit pro ea vt illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam non habentem maculam aut rugam aut aliquid huiusmodi: sed vt sit sancta & immaculata. Ita & viri debent diligere vxores suas, vt corpora sua. Qui suam vxorē diligit, seipsum diligit.

Ambro.

Hierony.

Ambro.

Ambrosius.  
Aimo.

Ambr.

Aimo.

Ambrosius

Nolite inebriari vino, nihil enim est quo minus conueniat alios arguēdi quā inebriari vino. In quo ē luxuria. i. ex quo procedit malus motus, vnde tollitur autoritas arguendi. Sobrii enim possunt habere fidutiā arguēdi, quia bona conuersatio terrorem incutit delinquenti: ideo temperandū est a vino in quo est luxuria, & ebrietas cauenda. Quia venter æstuans vino cito despumat in libidinē. Sed impleamini spiritu sancto, i. donis spiritu sancti. Loquentes. q. d. hoc mō poteritis impleri spiritu sancto, si vos estis loquētes, Vobismetipsis. i. si vos intelligitis, & si vos intus instruitis de his quæ dicitis. In psalmis, qui ad bonā operationē commonent, Et hymnis, quæ de dei laudibus dicunt. Et canticis spiritualibus, quæ de æterno gaudio sunt. & iō spiritualiter intelligenda sunt, quia spūalia sunt quæ docent, & implenda sunt opere. Vnde subdit. Cantātes. q. d. debetis loqui vobis. i. instruere vos de his. & post locutionē horū, estote ipso actu, Cantantes. i. deum laudantes, & de æternis exultantes, sicut hymnus & canticū docēt. Et psallentes, bono opere, vt Psalmus docet. & hoc, In cordibus vestris. i. spontanea voluntate. Et hoc totū facite, Domino. i. ad honorē dñi. Et estote gratias, semper. Agētes pro omnibus, donis, vel pro oibus. s. prosperis & aduersis Deo & patri. i. deo, quia deus creādo, & quia pater est Christi natura, nobis adoptionis gratia: & hoc. exultādo in nomine domini nostri Iesu Christi. Per quem nos adoptauit. i. filius eius proprius, per quē cognouimus eum. Et estote subiecti inuicē, non solū auditores prælati: sed etiā prælati subditis, in charitate eis seruēdo, & humiliter curā gerendo. nā & si dignitas maior, administratoria tamen est. Vnde Apostolus, Omnium me seruū feci. Est ergo maiorū salua tñ dignitate, seruire sicut minorū est obedire. Hæc autē tam minorū quā maiorū, Ordinata subiectio debet esse. In casto Timore Christi, qui humilitatē mandauit. Mulieres, Hucusq; cōiter de omnibus egit, nunc singulis ordinibus suadet. q. d. Hucusq; communiter monui, & præter communia specialiter dico, Vt mulieres viris suis sint subditæ, sicut domino. i. ea simplicitate qua domino subiectæ sunt: sicut Sara subdita erat viro, quæ dñm vocabat Abraham. Et bene vtiq; debēt esse subiectæ, Quoniam vir caput mulieris. i. rector & actor, a quo mulier sumpsit initium: sicut Christus caput ecclesie, qui est rector & anthor ecclesie, q̄ plus est. Ipse Chrūs etiā, Est saluator corporis eius Christi. i. ecclesie, quod non est vir mulieris. Sed vt. q. d. Christus est saluator ecclesie, quod nō vir est mulieris. Sed tamē, Vt ecclesia subiecta est Christo: ita & mulieres, subiectæ sunt, Viris suis in oibus, quæ non sunt contra deum: Vos autē viri diligite vxores vestras, quarū caput estis, Sicut & Christus dilexit ecclesiam, cuius caput est: & adeo dilexit, quod Tradidit semetipsum pro ea, ita & vos pro vxoribus vestris facite si sit opus. tradidit dico Vt sanctificaret illā, iustitia bonæ vitæ, Prius mūdans eā, a peccatis. & hoc, Lauacro aquæ, sanctificatq; In verbo vitæ. i. quo datur vita: quo accedente. ad elemētum, fit sacramētum: quo sanctificatus hō accipit vitam æternā, quod vtiq; fecit Christus vt ipse per hoc Exhiberet sibi. in futuro, Ecclesiam gloriosam. i. in aīo & corpore rutilantem gemina stola decoram. ecclesiam dico Non habentem vel nunc vel tunc, Maculam. i. aliquid criminale peccatum. Neq; rugam. i. peccatū mortale intus latens sicut est dolus. Duplicitas enim ruga dicitur. & ē sensus, Non habens maculam neq; rugam, id est mundam & simplicem. Vel, Non habens maculam neque rugam, quia per actionem bonā munda est a macula, & per spem tenfa ad superiora. Proinde vestis eius in monte tanquam nix dealbata, effulsit quæ significabat ecclesiam omni macula peccati mundatam, quæ per Christi in ligno crucis extensionem extensa est a ruga, & desiderio ad cælestia. Aut, non habentem, Aliquid huiusmodi, id est peccatum aliquid pro quo sit damnabilis, Sed vt. q. d. Dico exhiberet sibi ecclesiam non habentem maculam neq; rugam, Sed, potius talē, Vt sit sancta, hic per bona opera, Et immaculata, id est abstinentia mali. Vel de futuro, vt tunc sit san-

cta per gloriam fuerit. Et immaculata, per corruptionis remotionē. Sicut ergo Christus fudit sanguinem vt lauaret maculam ecclesie, & extendit se in cruce, vt tollerēt rugam, sic & viri si opus est debēt mori pro saluādis vxoribus, & verbo vitæ eas instruerē, vt exhibeant eas deo. Item, Ita etiā debent viri diligere vxores suas, vt corpora sua i. seipfos, quia ambo vna caro sunt, & mulier portio corporis viri est. Bene dixi vt diligant vxores sicut sua corpora, quia Qui diligit vxorē suam, diligit seipsum, quia vxor corpus viri est, & vir caput vxoris.

Nemo enim vnquā carnē suā odio habuit, sed nutrit, & fouet eā sicut & Christus ecclesiam, quia mēbra sumus corporis eius de carne eius & de ossibus eius. Propter hoc relinquet homo patrē & matrem suam, & adhæbit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Sacramentum hoc magnum est. Ego autem dico, i Christus & in ecclesia. Verūtamē & vos singuli vnusquisq; vxorē suam sicut seipsum diligit: vxor autem timeat virum suum.

Nemo enim. q. d. Vere debet diligere vxorem suā quia caro sua est. Nemo enim vnquā carnem suam odio habuit, quia & si sanctus macerat carnē non eam odit, sed peccatū quod in ea est. Qui ergo maunt esse sine corpore, nō corpus sed corruptiones eius & pondus odit. Non itaq; nullum corpus, sed incorruptū & celeberrimū corpus vult habere. Qui ergo continentia quadam & laboribus persequitur corpus suum, non id agit vt non habeat, sed subiugātū & paratū ad opera necessaria. Nemo odit carnē suam dico, sed nutrit eam cibo & potu, Et huius corporis sumus membra oēs, fideles, & alii De carne eius. i. infirmi qui indigent sustentari fortibus vt caro sustentatur ossibus, & alij. De ossibus eius. i. perfecti & fortes. In cuius rei figura Adā qui erat forma futuri, cū de costa suam factam mulierē vidisset, in Genesi dixit, Hoc os de ossibus meis, & c. d. c. m. Sicut enim Eva ab Adam facta traxit ab eo carnē & ossa, ita nos a Christo instruti, alij sumus vt ossa. s. robusti, alij vt caro. s. infirmi. & ideo ait, Ex carne eius. i. infirmi sumus a simili infirmitatis eius quā habuit in hose. Propter hoc, ostēdendū. s. quātum Christus dixit ecclesiam, est scriptū in Genesi, Relinquet Christus hō patrem, formam serui accipiēdo. Non enim ideo hæc dicit quia Christus deseruerit, & recesserit a patre: sed quia non in ea forma apparuit hoibus in qua æqualis est patri. Et matrem suam. i. synagogam, de qua secundū carnē natus est. Et adhæbit vxori. i. sociabit fecellie. Et duo. s. Chrūs & ecclesia Erunt in carne vna. i. in vna voluntate. Et vna vtiq; caro sunt Chrūs & ecclesia, quia qui deus erat apud patrē, a quo & facti sumus, factus est per carnē particeps nostri, vt illius capitis corpus essemus. & vtiq; si caput est, habet corpus: corpus eius est sancta ecclesia quæ cōiūx eius est, cui dicit Apostolus, Vos autē estis corpus Christi & mēbra. Totus itaq; Chrūs est caput & corpus tāquā integer vir, quia & foemina de viro facta est, & ad virū pertinet, ita Chrūs vt essemus vnū cū illo caput nostrū esse voluit accipiēdo carnem ex nobis, in qua moreretur pro nobis. Dormit Adam vt fiat Eva, moritur Chrūs vt fiat ecclesia, dormiēdo Adam sit Eva de latere, mortuo Christo lancea percutitur latus vt profluant sacramēta quibus formetur ecclesia. Reliquit ergo Chrūs patrem, quia nō in eadē dignitate apparuit hominibus in qua est apud patrē. Et sciendum quia hæc primi hominis fuisse scriptura Genesi testatur. Christus vero in euāgelio dei verba declarat esse dicens, Num legistis, quia qui fecit ab initio mas. & foem. f. e. & dixit, propter hoc relinquet homo & c. Vt scias per extasim soporis qui præcessit in Adā, in qua angelice interfuit, ingressus i sanctuariū dei vt intelligeret in nouissima, hoc eū diuinitus tanquā prophetā dicere potuisse. Et vt ostēderet quid in his verbis quaereremus, vt nō cōiecturis nostris aliquid ausi dicere videamur, subdit & exponit sacramētum hoc magnum est. Et ne aliquis putaret in viro eē & vxore secundū vtriusq; naturalis sexus copulationē corporalēq; mixturā, ad-

Augusti. de  
doc. Chri.

Ambrosius

Aimo.  
Augustinus

August. super  
Ioannem

Augustinus.  
contra Faust.  
Augusti. in  
psal. cxxxviii.  
Augustinus.  
de ver. euan.  
Augu. super  
Ioannem.  
August. cōtra  
Manich.  
Augustinus  
super Genesi.

## PETRVS LOMBAR DV S.

Augu. dit, Ego dico, In Christo & ecclesia. Secundum hoc ergo quod in Christo & ecclesia  
 Augu. accipitur quod dictū est, non iam duo sed vna caro sunt: & quō sponsus & sponsa di-  
 Augustinus' cūtur, sic caput & corpus. Siue ergo dicam caput & corpus, siue sponsus & sponsa vnū  
 in psal. xxx. intelligite, Fit enī ex duobus quasi vna quēdā persona. s. ex capite & corpore ex spon-  
 so & sponsa: quā vnitatē mirā & excellentē cōmendat Esaias, in quo Christus loquēs  
 ait, Sicut sponso alligauit mihi mitrā, & sicut sponsam ornauit me ornamento. Huius  
 spiritualis vnitatis sacramentum fuit illud quod in Genesi de vnione coniugij,  
 ad literam dicitur. Vnde & quod hic ad literam dicitur, ad literā potest accipi, sic. q. d.  
 quia diligit vir vxorem suam, Propter hoc. i. propter hanc dilectionem, Relinquet ho-  
 mo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ. Ita ad literam sæpe fit. Et erunt duo in  
 Aimō. carne vna. i. carnali commercio. s. quando simul miscentur carnali coniūctione. Hoc  
 Aimō. Moses ad literam de vnione coniugij dixit quod est signū magnæ rei. s. signū coniū-  
 ctionis Christi & ecclesiæ. vnde subdit, Sacramentum hoc magnum est, ego dico, in  
 Christo, & in ecclesia. i. cōiugalī copula signū spiritualis vnitatis Christi & ecclesiæ.  
 Veruntamen. q. d. Et si hoc non solum ad literam dicitur, sed est signum alterius rei,  
 Veruntamen & vos singuli. s. vnusquisq; Vir, secundum literam, Diligat vxorem su-  
 am sicut seipsum, sequens moralitatem historiæ. Vxor autem, non solum diligit, sed  
 etiam Timeat virum, id est subdita sit viro.

## CAPVT VI.

**F**ilii obedite parentibus vestris in domino: hoc enim iustum est. Ho-  
 nora patrem tuum & matrem tuam, quod est mandatum primum in  
 promissione, vt bene sit tibi, & sis longeuus super terrā. Et vos patres  
 nolite ad iracundiam prouocare filios vestros, sed educate illos in disci-  
 plina & correptione domini. Serui obedite dominis carnalib⁹ cū timore & tremo-  
 re, in simplicitate cordis vestri sicut Christo, non ad oculum seruientes quasi ho-  
 minib⁹ placētes, sed vt serui Christi faciētes voluntatē dei ex animo cū bona volū-  
 tate, seruientes sicut domino & nō hominib⁹: sciētes quoniā vnusquisq; quodcun-  
 q; fuerit bonum, hoc recipiet a domino siue seruus siue liber. Et vos domini eadē  
 facite illis, remittentes minas: sciētes quia & illorum vester dominus est in cælis  
 & personarum acceptio non est apud deū. De cetero fratres confortamini domi-  
 no, & in potentia virtutis ei⁹. Induite vos armaturā dei, vt possitis stare aduersus  
 insidias diaboli: quoniam non est nobis colluctatio aduersus carnē & sanguinem  
 sed aduersus principes & potestates aduersus mundi rectores tenebrarū harum,  
 contra spiritualia nequitię in cælestibus. Propterea accipite armaturā dei, vt pos-  
 sitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare. State ergo succincti lum-  
 bos vestros in veritate, & induti lorica iustitię, & calciati pedes in præparatio-  
 nem euangelij pacis,

Augu. Vos autē filij obedite, tanquā subiecti Parētib⁹ vestris, carnalibus. & hoc, In domi-  
 no. i. secundū fidē domini & iustitiā, & debetis hoc facere. Hoc enim iustū est, quia præ-  
 ceptū legis est in qua dominus hoc præcipit dicens, Honora patrē tuū, & matrem tuā.  
 Augu. Honorare patrē est ei reuerētiā exhibere, & necessaria ministrare. Quod manda-  
 de decē cor. tum est primū, inter mandata quæ ad hominē pertinentia scripta sunt in secunda ta-  
 bula. Ad duo namq; præcepta charitatis. s. dilectionis dei & proximi pertinet decalo-  
 gus. Ad primū præceptum. s. dilectionis dei tres cordæ pertinet. i. tria mandata, quia  
 deus trinitas est. Ad alterū vero præceptū. s. proximi, septē cordæ. i. septem mandata,  
 & illa tria mādata ad deū pertinet in prima, & alia septē ad proximū, in secūda scri-  
 pta erāt: inter quæ hoc merito primū est, quia sicut deus principaliter principiū est ho-  
 minis, sic pater secundario cui⁹ mādati addit. promissio, q̄ nō ē in alijs. Vnde subdit, &  
 hoc mādatū est In promissioe, hac. s. vt ī præsentī Bene sit tibi, ī carnalib⁹ & spiritua-  
 lib⁹. Et sis longeuus, in vita æterna fundatus, Super terrā, viuentiū. Et vos patres no-  
 lite prouocare filios iracundiam, quia sic legē non custodiēt. In ira enim nemo agno-

scit quid sit vtile. Sed educate illos, dū pueri sunt, ne legē cōtēnant. Vt disciplina, ver-  
 borū, & correptione verberū, vt proficiant in rebus dñi. Vos, autē, Serui, obedite dñis,  
 non solum spūalibus & bonis, Sed etiam carnalibus. Seruitus cepit ex pctō. prima. n.  
 A seruitutis cā pctūm est, vt homo homini vinculis conditionis subderet: quod non fuit  
 nisi deo iudicāte, apud quē non est iniquitas: & nouit diuersas pœnas meritis distribue-  
 re delinquentiū. Obedite inquā, Cū timore. i. cū reuerentia, quod faciūt filij: Et tremo-  
 re, quod seruorū. & hoc in simplicitate cordis vestri, vt sicut ostēditis extra, sic sit ī vo-  
 luntate vestra vt si nō potestis a dño liberi fieri, libere seruiatis. liberam enim quōdā  
 modo facit seruitutem qui seruit nō timore sub dolo, sed fideli dilectione: donec tran-  
 seat iniquitas: & omnis euacuetur potestas. Ita simpliciter obedite, Sicut, obedire debe-  
 tis Chrō, quia ipse hoc præcipit ad cōseruationē hūilitatis. obedite dico, Nō seruientes  
 ad oculum. s. dum videmini, Quasi hominibus placentes, sicut illi faciūt qui quæ-  
 runt hoibus placere: Sed vt seruus Chri. Cū. n. Chrō iubente seruis, non tantū. s. hoī seruis,  
 sed Chrō, Facientes voluntatem dei & animo, ita. s. vos dico Cum bona voluntate, ser-  
 uientes dñis vestris, sicut dño. i. ita vt in eo putetis vos seruire deo & non hominibus.  
 Tantū vos dico Sciētes quod vnusquisq; quodcūq; bonū fecerit, hoc percipiet a dño  
 siue liber sit, siue seruus. non. n. minus recipiet seruus quā liber. Et vos dñi facite illis,  
 seruis vestris, Eadē. i. similia in bona volūtate: Remittentes illis, si quando peccāt, nō  
 solum verbera, sed etiam Minas, sciētes, Quod dñs illorū & vester est in cælis: & quia  
 Personarū acceptio non est apud deū, dñs. n. iustus iudex causas discernit, non perso-  
 nas: iō in qua mensura quis mensurauerit, remetiet illi. Decetero post specialia præce-  
 pta quibus admonuit singulos ordines in cōi admonet omnēs. q. d. Hucusq; iūui vos  
 in verbo & opere: & iam Decetero. i. deinceps in futuro, in reliquo tempore O fratres  
 in fide & dilectione, Confortamini, contra bellum diaboli, In dño. i. in auxilio domi-  
 ni, & in potentia virtutis eius, quia ipse dat potentem virtutem pugnare volentibus: &  
 vtique ita debetis confortari. Induite vos armaturā dei, id est virtutes, Vt possitis sta-  
 re, firmi. Aduersus insidias diaboli, quia ex occulto molitur mala. Et necesse est vt ste-  
 tis, Quoniam est nobis colluctatio, quasi vicinum est bellū, & de prope. Et non est ad-  
 uersus carnem & sanguinem tantum, id est non contra hostes qui viūbiles sunt & fra-  
 giles, vel contra vitia tantum quæ sunt ex carne & sanguine: Sed aduersus principes. i.  
 dæmones, qui principant alijs. Et potestates, id est contra eos, qui etiam super hos pñt  
 qui alijs præfunt. Certum est. n. quia exitia famulis dei a diabolo irrogātur, siue per se,  
 siue per ministros, cuius altitudo grādus est. Dico quod colluctatio est vobis aduersus  
 dæmones, qui itaq; timendi sunt, quia mundanos regunt. Vnde exponendo quod dixē-  
 rat, subdit. s. Aduersus rectores mundi, id est aduersus diabolū & angelos eius quos re-  
 ctōres mundi dicit, quia ipsi regunt dilectores mundi. Non enim regunt mundum qui  
 constat ex cælo & terra, sed mūdum peccatores dicit. de quo alibi, Et mundus eum nō  
 cognouit. Talem mūdū illi regunt contra quos habemus perpetuas inimicitias, quia  
 & qui patiuntur homines importunos, illi faciunt: instigant enim & inflamant homi-  
 nes, & tanquā vasa sua mouent, & velut organa tangunt: contra eos habemus occultā  
 luctam, ad quam nos armat Apostolus. Et ne putarentur hunc mundum viūbilem re-  
 gere, subdit, quid mundi nomine intellexit. s. Tenebrarū rectores. i. peccatorum, Ha-  
 rū. s. tam malarū. i. rectores sunt eorum quos præcipitant in tenebrosa opera. q. d. non  
 dominantur dæmones mundo qui constat ex cælo & terra, sed peccatoribus. & adhuc  
 specialius determinat. s. Contra spiritualia nequitiæ, id est contra spirituales & nequā  
 hostes, quare timendi sunt hostes, contra quos bellum habemus, quia spirituales & in-  
 uiūbiles: & quia nequam, & non pro parua re pugnant nobiscum, Sed in cælesti-  
 bus. i. pro cælestibus. s. pro cælesti hæreditate tollēda. vel cælestia dicit virtutes in qui-  
 bus pugnam patimur dæmonum. Et est, lucta est nobis Contra nequam spiritus, quo-  
 rum certamen patimur, In cælestibus, id est in virtutibus. vel cælestia dicit hunc cali-  
 ginosum aerem. Et est sensus, Est nobis colluctatio contra spiritus nequam. i. contra  
 dæmones nequam, qui spiritus nequam Sunt in cælestibus, id est in hoc inferiori aë-  
 re. Vnde dicitur. Aues cæli. Aduersus tales nobis est lucta qui sunt rectores, quia quō  
 modo eos qui sunt lux CHRISTVS gubernat & regit, sic eos qui tenebrę sunt ad om-  
 ne malum diabolus præcipitat & instigat. Hoc ergo nos hortatur Apostolus, vt nōn

Augu.  
de ciui. del.

Ambro.

Aimō

Augu.  
in psal. lxxv.Augu.  
Ambrosius.  
Augu.  
de veri. apo.



contra hominem malum, immo pro illo, sed contra diabolum qui cum illo operatur: & in illo, oremus: & quicquid possumus faciamus, vt diabolum expellatur & angeli eius & homines liberentur. Ipsi enim demones quasi equites pugnant in suis equis, hominibus. f. Equites ergo occidamus & equos possideamus, ergo bellum gerimus aduersus rectores tenebrarum. i. infidelium. hoc, vnum praelium est. Alterum autem cuius in seipso est, & hoc graue bellum, & molestius: in quo quisquis victor extiterit, illos quos videt inimicos. i. principes mundi continuo superabit: & si illos vicerimus qui sunt principes malitiae, & quorum instinctu vitia carnis contra nos saeuunt, tunc facile superare poterimus omnes ministros illorum. Superato. n. principe exercitus facile fugatur: sicut ex libro Iudith ostenditur, vbi narratur quod Oloferne principe militiae interempto, multitudo exercituum in fugam versa, & a Iudaeis facile superata. Vt autem vincere valeamus, spiritualis armatura assumenda est, Propterea &c. q. d. quia tales hostes habemus & de tanta re, Propterea accipite contra eos armaturam dei. i. qua deus suos armat, & ideo accipite. Vt possitis resistere, malis & spiritualibus nequitijs. In die malo, id est in hac vita, vbi est tentatio. A liter enim non possitis resistere, nisi habita armatura virtutum, Et vt perfecti virtutibus, possitis stare in oibus. f. prosperis & aduersis, & quia armatura dei necessaria est, State, ergo viriliter, quotiens prouocamini. Succincti lumbos vestros. i. carnales concupiscentias, cingulo castitatis, succingentes vel frenantes, & hoc non in simulatione, sed in veritate, vt vere propter Christum luxuriam refrenetis, quae in lumbis maxime viget. Vel, In charitate, hoc facite. i. per charitatem. Et estote induti lorica iustitiae. i. iustitia sit vobis lorica cuius se cunctus ius faciendo, ne pateat locus hosti. Et estote calciati pedes. i. affectiones vestrae sint munitae virtutibus ne a vitijs pungantur. & hoc, In praeparatione euangelij, vt sitis ita praeparati ad praedicandum euangelium vel ad complendum praeccepta euangelij. Euangelij dico, Pacis. f. quod nunciat pacem inter deum & homines. Calciamenta haec virtutum debent habere praedicatores, ne ille qui praedicat pede mentis terram tagat. i. pro terrenis faciat. Hac significatione Marcus dicit, sandalijs vel soleis calciari, vt neq; pes sit tectus neque nudus ad terram. i. ne occultetur euangelium, nec terrenis innitatur.

Augu.  
in psal. cxliii.  
Aimo.  
Aimo.

Augu.  
de consensu  
euange.

In omnibus sumetes scutum fidei in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere: & galeam salutis assumite, & gladium spiritus quod est verbum dei, per omnem orationem & obsecrationem orantes omni tempore in spiritu. & in ipso vigilantes in omni instantia & obsecratione pro omnibus sanctis, & pro me vt detur mihi sermo in apertione oris mei cum fiducia notum facere mysterium euangelij, pro quo legatione fungor in catena ista, ita vt in ipso audeam prout oportet me loqui. Vt autem & vos sciatis quae circa me sunt, quid agam omnia vobis notat faciet Tychicus charissimus frater & fidelis minister in domino, quem nisi ad vos in hoc ipsum vt cognoscatis quae circa nos sunt, & consoletur corda vestra. Pax fratribus & charitas cum fide a deo patre nostro, & domino Iesu Christo. Gratia cum omnibus qui diligunt dominum nostrum Iesum Christum in incorruptione. Amen.

Augu.  
in psal. cxix.

Vos dico, In omnibus, praelijs, Sumentes scutum fidei, id est fides rerum, quas non vidimus, quae excipit inimicorum tela, & repellit tanquam scutum. Fides enim scutum est, sub qua vel quo iustitia quae interiora transfigi non sinit, tuta est, sicut sub munimine omnium virtutum quod protenditur ante omnia arma, quod prius impugnat diabolus. Vnde. Prima petit campum dubia sub sorte duelli, pugnaturo fides. Hac igitur sumite vt scutum, In quo possitis extinguere omnia tela. id est assultus Nequissimi diaboli. Tela, dico, Ignea, quia de vitio in vitium incendunt. Et assumite galeam salutis, spe supernae salutis gaudentes. Galea enim est salus aeterna, cuius memoria & species mentem obuoluit, ne deficiat, & talibus armis splendidissimis, id est spiritualibus, & insuperabilibus armati, hosti non ceditis. Ad ipsum enim hostem ferendum & fugandum assumite etiam Gladium spiritus, id est quem dat spiritus sanctus. Quod verbum Dei est. Est enim verbum Dei gladius bis acutus, docens de temporalibus & de aeternis: illorum consolationem in veteri istorum in nouo testamento promittit.

tens. Quod enim temporaliter nobis promissum est, ad vnam partem gladij: quod vero in sempiternum, ad alteram partem gladij pertinet. Nam & ideo duo testameta dicuntur, quia vetus terrena promittit, nouum aeterna. De hoc gladio dominus ait, Non veni mittere pacem sed gladium. Iste gladius vere acutus est, quia eum quem ferit a mundo diuidit. Et quia armatura haec non est nisi a gratia, subdit, Per oem &c. q. d. State in bello, & in eo sitis orantes, Per omnem orationem obsecrationem. i. per omnia quae oranda sunt, sine adiuratione, & per omnia quae cum adiuratione petenda sunt, orantes dico, non horarie, sed omni tempore, & non verbotenus. Sed in spiritu. i. in mente. In spiritu orat, qui mundi consuetudine & integra fide orat. In carne ei orat, qui polluta mente precat, iterum peccatur non casu, non subreptione, sed de proposito. Et in ipso, spiritu sitis, Vigilantes. i. solliciti, & non remissae: Sed in omni instantia, vt. f. omnibus virtutibus instent, & sitis vigilantes, In obsecratione facta pro omnibus sanctis & pro me: scilicet, Vt detur mihi sermo, a deo, quem tribulatio non obtundat. detur, inquam, In apertione oris mei, id est verbi mei. i. vt aperte valeam referare mysterium euangelij. i. secreta incarnationis & passionis, ne pressura tribulationum ipsa formidine acumen doctrinae obtundat. ita, Vt cum fiducia. f. libere absque impedimento possim, Notum facere, illud mysterium euangelij, pro quo, mysterio euangelij, Fungor legatione, nunc Romae etiam, in catena, positus: quia non pro catenis cessio a legatione. Dico possim cum fiducia notum facere euangelium, & cum fiducia, vt in ipso euangelio praedicando, Audeam loqui, inter mala omnia. Prout oportet me loqui. Et ne auditis tribulationibus moueretur, dicit Tychicum omnia eis notificare, subdes, Vt autem & vos sciatis ea quae circa me sunt, Hoc, quia multae ei erant tribulationes quae quasi eum circundabant: vel ideo dicit, Circa, quia interiora non tangebant: Vt inquam illa sciatis, &, Quid agam. i. quam constantem sim inter illa omnia. Omnia nota vobis, faciet Tychicus, Frater meus in fide charissimus, vt libenter & bene audiat verba Tychici hunc commedat. Vnde etiam subdit, Et est fidelis minister in domino, id est in his quae sunt domini, & ideo audite eum, quem misi ad vos, In hoc ipsum, id est propter hoc ipsum vt cognoscatis per eum, Quae circa nos sunt, & consoletur corda vestra. Et vt praedicta sicut docui fiant, Pax sit fratribus & charitas cum fide. Pacem optat eis quae est ianua dilectionis, quia per pacem manebunt in charitate quae est in fide. & hoc, A deo patre nostro & domino Iesu Christo, & gratia sit, Vobis, cum omnibus. i. & omnibus, Qui diligunt dominum nostrum id est Christum. Diligunt dico, In incorruptione. i. in integritate fidei, ad similitudinem sponsae quae non admittit corruptorem. Vel, Gratia sit vobis in incor. i. in vita aeterna, Cum, id est & omnibus. Qui diligunt dominum nostrum. i. Christum.

Ambrosius.

Argumentum in Epistolam ad Philipenses.

**P**hilippenses sunt Macedones. Hi accepto verbo veritatis perstiterunt in fide: nec receperunt falsos apostolos. Hos collaudat apostolus, scribens eis a Roma de carcere per Epaphroditum.

CAPVT I.



**P**AULVS & Timotheus serui Iesu Christi, omnibus sanctis in Christi Iesu, qui sunt Philippis cum episcopis & diaconibus. Gratia vobis & pax a deo patre nostro & domino Iesu Christo. Gratias ago deo meo in omni memoria vestri semper in cunctis orationibus meis pro omnibus vobis cum gaudio deprecationem faciens super communicatione vestra in euangelio Christi a prima die vsque nunc, confidens hoc ipsum quia qui coepit in vobis opus bonum, perficiet vsque in diem Christi Iesu.

**P**AULVS & Timotheus. Hanc epistolam scribit Apostolus Philippensibus. Philippenses autem sunt Macedones, qui accepto verbo praedicationis ab Apostolo firmi



Ambrosius. in fide fuerunt, nec pseudoapostolos receperunt. Vnde eos laudat Apostolus. Hi Paulus per Epaphroditum aliquem substantiam Romam miserant, quem cum hac remisit epistola: in qua cum presens non potest, munit eos contra duplex bellum. scilicet tribulacionum & pseudoapostolorum, ut omnia adversa pro Christo sustineant, & cum humilitate, sicut & Christus fecit: & legalia a pseudoapostolis nunquam recipiant. Is nec se Apostolum nominat, quia nunquam de eo minus vel contra eum senserant. Ideo ergo dignitatem superprimit, quia de eo recte sentiebatur. Et est intentio apostoli in hac epistola cohortari Philippenses ad patientiam contra tribulationes, & ad constantiam contra pseudoapostolos. Modus talis. More solito salutationem premit. Deinde gratias agit deo pro eis, implorans eis maiora bona, ut virtutibus crescentes ad perfectionem perveniant. Deinde ad patientiam tribulationem monet exemplo suo & Christi, & postea ut sibi caveat a veritatis pseudoapostolorum, talem mortalem admonitionem interferat, & prope finem de gratia quam sibi Romam per Epaphroditum miserat gaudere se dicit. Præmittens ergo salutationem ait, Paulus & Timotheus. Timotheum apponit, quia hunc erat ad eos missurus, per hoc eum quodammodo commendans, ut eadem quae scribit ab eo bene accipiant. Servi Iesu Christi. Nomen dignitatis tacet quod est Apostolus, quia non erat opus autoritate cum de illo recta sentirent. Conditionem fatetur, quia casto timore Christo subditi vere liberi sunt. Sicut enim duo sunt timores qui faciunt duo genera timentium: sic duae servitutis res quae faciunt duo genera servorum. Est enim timor quem perfecta charitas foras mittit. Est etiam servitus simul cum eo foras mittenda, & alius timor castus permanens in seculo seculi: cui adiuncta est alia servitus, quae miro & ineffabili modo sed tamen vero sic servitus sumus, ut liberi simus servi. scilicet timore casto, ad quem pertinet servitus intrinsecus in gaudium domini sui, non servus timore foras mittendo, ad quem pertinet servitus, non manens in terra in domo. Servos igitur dixit, ut & ipsi quibus scribit pro domino ferant dura. Christi, ut contra pseudoapostolos stent. Scribit hanc epistolam Omnibus sanctis, id est in baptismo sanctificatis. Qui sunt Philippis, quae est civitas Graeciae quam edificavit Philippus pater Alexandri adoptivus, vocans eam Philippis a nomine suo. Sanctis dico, in Christo Iesu, id est operante Christo Iesu, vel fundatis, in Christo, id est in fide Christi, scilicet qui credunt et hominem esse. Scribit sanctis dico, Cum, id est & Episcopis, & diaconibus. Episcopos etiam presbyteros dicit. Non enim plures episcopi in una civitate essent: neque presbyteros intermitteret, ut ad diaconos descenderet: & significat per episcopos & diacones, maiores, per sanctos minores. Et est sensus, Scribit sanctis & episcopis, & diaconibus, id est minoribus & maioribus, quia premit minores, ad humilitatem inuitat: & quia hos subnectit, ostendit non esse aliquem a deo perfectum qui non indigeat hac admonitione. Vel Paulus scribit & Timotheus, Omnibus sanctis, qui sunt Philippis, scribit dico, Cum episcopis & diaconibus, quia eorum bonum pariter optabant, & in scribendo premitur salutatio, in hunc modum. Gratia, id est remissio peccatorum. Sit vobis pax, scilicet tranquillitas mentis & reconciliatio ad deum. A deo patre nostro & domino Iesu Christo. Gratia &c. Primum agit gratias deo cuius nutu omnia bona omnibus accidunt, quod dicitur. Agite quae agitis quia talia sunt. Vnde, Gratias ago deo omnium meo, prius beneficio, id est de laudo deum qui mihi facit quod in vobis volo, ago dico. In omni memoria vestri, id est quoties memor vestri fit quod vobis sum, in omnibus orationibus meis, habitis semper, congruis temporibus, gratias dico, pro omnibus vobis, scilicet prelatibus & subditis, & hoc cum gaudio, non tristis de culpa vera, ego dico. Faciens de predicatione, id est deprecans ut stetis, gaudeo dico habito Super, id est de comunio ne vestra, quae est in euangelio Christi, id est quia vos comunicastis in fide & operibus euangelii. Vel vestra comunia fecistis in euangelio exaltado, & hoc a primordio, conversionis vestrae, usque nunc, & ideo amodo magis standum est, Confidens, quod dicitur deprecor ut stetis: & Super confidens, id est confido. Hoc ipsum fieri a vobis quod precor, & non aliud, videte ne frustra. Confido dico non in vobis, sed in deo. Quia deus operans, coepit in vobis operari bonum: cooperans, Perficiet. Cooperando enim, id est cum deus in nobis perficit, quod operando incipit quia ipse ut velimus operatur incipiens, qui volentibus cooperatur perficiens. Ut ergo velimus, operatur: cum inde volumus, & sic volumus ut faciamus, nobis cooperatur: tamen sine illo vel operante ut velimus, vel cooperante cum volumus, ad bona pietatis opera nihil valemus. Perficiet dico, usque in diem Christi Iesu, id est usque ad finem quo deus videbitur. Vel, Perficiet in nobis, per successionem. Usque in diem Iesu Christi, id est usque ad communem iudicij diem.

A Sicut est mihi iustum hoc sentire pro omnibus vobis, eo quod habeam vos in corde & in vinculis meis & de fensione & confirmatione euangelii, socios gaudij mei omnes vos esse. Testis enim mihi est deus quomodo cupiam omnes vos esse in visceribus Iesu Christi. Et hoc oro, ut charitas vestra magis ac magis abundet in omni scientia, & in omni sensu, ut probetis potiora, ut sitis synceres & sine offensa in die Christi, repleti fructu iustitiae per Iesum Christum in gloria & laudem dei.

B Sicut &c. q. d. Ita gratias ago & deprecor, & confido de vobis, Sicut est mihi iustum hoc sentire pro omnibus vobis, id est sicut iustum est me ita velle de vobis. Aliud enim non debui sentire de tam bonis, & exponit causam, eo quod habeam vos, non in solis labijs, sed, in corde, id est in intimo affectu charitatis, quae desidero Vos omnes, etiam minores, in futuro esse socios, id est ut in futuro sitis socij. Gaudij mei, id est remunerationis vitae aeternae. Et hoc desidero, dum laboro, in vinculis meis, & in defensione euangelij, contra impugnatores. Et confirmatione, infirmorum in doctrina Euangelij. Et est sensus, Memor vestri sum, & bonum vobis desidero siue sum vinculus, scilicet quoque vos esse victos: siue sum defendens euangelium, quod & vos facitis: siue confirmem infirmos in euangelio. Testis enim mihi est deus &c. Ideo pro omnibus precor, quia cupio vos omnes esse, in visceribus Christi, scilicet ut a Christo diligamini quasi eius viscera. & inde testis est mihi deus. Et hoc est quod ait, Testis enim mihi est deus quomodo, id est quanto affectu, Cupiam vos omnes esse in visceribus Christi, id est in amore Christi amore, ut ab eo perfecte diligamini, Vel eo affectu diligatis deum & proximum quo Christus, qui animam suam pro fratribus posuit. Vel refertur ad illud quod supra dixit, cum dixit se desiderare illos esse socios gaudij sui, & determinat hic quomodo desiderat, scilicet non humana cupiditate, non carnis affectu sed Christi amore. Et hoc est quod ait, Testis enim mihi est deus quomodo volo vos omnes esse, par. gaudij aeterni. Cupiam, dico, non carnali affectu, Sed in visceribus Christi, id est in amore Christi, dicit se desiderare amore Christi non humano, ut eos participes habeat in domino. Et hoc etiam oro, ut Charitas vestra magis ac magis abundet, id est crescat. & hoc, in scientia & in omni sensu, scilicet ut sciant in quibus deum & proximum diligere debeant, & cum scierint habeant sensum & memoriam & adhesionem in omnibus rebus: ita, ut Abundet, id est in tantum crescat charitas vestra in scientia, Ut probetis, id est ut probare & discernere sciatis non solum quae sunt bona & quae mala, sed etiam inter bona quae sunt Potiora, ut post probationem & discretionem, sitis synceres, in vobis, id est sine operibus corruptionis: & quantum ad proximum, sine offensa: & hoc perseveranter, usque in diem Christi, id est usque ad finem vitae, & quia non sufficit abstinere a malo nisi fiat quod bonum est, addit, Repleti, quasi dicat, Non solum sitis sine malis, sed etiam sitis Repleti, fructu iustitiae, id est bonis operibus quae sunt fructus, quae est habitus animi. Repleti dico non viribus vestris, Sed per Iesum Christum. Vos dico per hoc transaturi in gloriam & laudem dei id est gloriam aeternam vnde laudatis deum. Vel ita, Repleti, quasi dicat, Oro ut abundet charitas vestra & sinceritas, ut per haec sitis repleti hic & in futuro, Fructu, id est mercede iustitiae, & hoc Per Iesum Christum: & adeo sitis repleti ut sitis in gloria & laudem dei, id est ut sitis gloria & laus dei, ut pro vobis, scilicet dicatur, Mirabilis deus in sanctis suis.

C Scire autem volo vos fratres, quia quae circa me sunt, magis ad profectum veniunt euangelii: ita ut vincula mea manifesta fierent in Christo in omni praetorio & ceteris omnibus, ut plures e fratribus in domino confidentes in vinculis meis, abundantius audeant sine timore verbum Dei loqui. Quidam quidem & propter invidiam & contentionem, quidam autem & propter bonam voluntatem Christum praedicant. Quidam ex charitate, scientes quoniam in defensione euangelii positus sum. Quidam autem ex contentione Christum annunciant non sincere: existimantes pressuram se suscitare vinculis meis. Quid enim? Dum oimodo siue

per occasione siue per veritate chris annunciet, & i hoc gaudeo, sed & gaudebo. Scire aut. Hactenus cōter locutus est ostēdens suā erga illos charitatē, inde specialiter ea, quę tolerantia suadet. Et quia superius dixit se cupere hos fore participes gaudii sui, ideo quid profecerit superedificatio ei⁹ insinuat eis quasi charis, & gratias agēs, precatur hoc eis, confidens, vos autem o fratres volo scire, quia dixi vos socios gaudij mei: hoc. s. quia Ea quę circa me sunt. i. exterior vndiq; me circundās abūdātia passionū. Vel ideo ait circa me, quia nō ad interiora pertingūt, Magis venerūt ad profectū euāgelij, quā ad detrimētū vt mali intēderūt ad profectū. Venerūt dico Ita vt vincula meā fierēt manifesta in Chrō. i. vtilitas vinculorū appareret in Chrō, qui propter vincula plus annūciatur. Vel. Vincula mea fierēt in Chrō. i. manifestū fieret quod vincula ipsa mihi essent In Christo. i. pro Chrō. i. quod propter eū vincus essem non pro aliquo crimine, quia nāq; patiēter quelibet mala sustineo, patet nō esse scel⁹ salūtatis, quod in me iusta vindicta percellat: sed quandā veritatē, quā sustinēdi fortitudo magnificat. Manifesta fierēt dico in oī pretorio, quo maiores cōueniūt: Et in cæteris oib⁹ locis. Cū enim Apostolus Romę vincit⁹ retrusus esset in carcere in domo imperatoris & doceret euāgelij, & infirmos curaret, multa q; miracula patraret, & multi per eū crederēt, in tantū vt domū persecutoris ecclesiā faceret redēptoris: & tūc manifestū ē In pretorio & in oibus locis. i. imperatori & oibus cōsulib⁹, & p̄cipib⁹ & minoribus, propter Chrūm talia sustinere. Ita pro euāgelio ea sustineo Vt plures fratrib⁹, nō in se, sed In dño, cōfidēs vinculis meis. i. in cōsideratiōe vinculorū meorū, Abūdātius, quā ante auderet, cōtra pugnātes loqui verbū dei sine timore. q. d. meo exēplo audēt cōfīdētē predicare ita dicēs, si vincus loquit, cur nō pot⁹ nos Cōstātia enim ei⁹ multos aiauit, vt nō timerēt euāgelizare, Alij aut, Quidā, diuersi a prioribus quia mali sunt predicāt, Quidē Chrūm, & hoc faciūt, Propter inuidiā, & cōtētiōē. i. quia inuidēt mei apostolat⁹ glorię & cōtēdūt habere. Quidā aut, ab his diuersi quia cū hōi sunt predicāt Christū, & hoc Propter bonā voluntatē. s. vt alios saluēt. i. pro dilectiōe dei & proximi, & Exēplo, meę bonę voluntatis. Quidā nō diuersi ab his, quia & hi boni sunt Prædicāt Christū, & hoc Ex charitate priuata, ad apostolū, vt vicē eius vincit⁹ supplerent: Scientes, quoniā positus sum, in vinculis in defensione. i. pro defensione Euāgelij. Vel posūt⁹. i. firm⁹, & stabilis Sū in defensione euāgelij. Quidā aut, ab his diuersi quia mali annūciant Christū ex cōtētiōe. i. ex priuato odio, quia aliqñ mecū cōtēderūt & cōfuta ti sunt. & ne viderētur correcti, addi Non syncere. i. nō puro aīo, Sed existimātes fuscitare pressurā vinculis meis. i. existimantes hoc vt si quis de prædicatiōe eos accuset in me authorē eius vindicēt. Astutia ergo simulatiōis isti Christū annūciabāt, vt possent seditiones excitare A postolo quasi anthori, qui multos aggregauerat suo collegio, Ecce quatuor species doctorū distinxit, duas honorū, & duas malorū, qui oēs annūciant Christū, sed nō eodē aīo. Mali aut nō simplici nec veraci aīo Christū annūciabāt, hōi vero puro aīo & fide syncera: oēs tñ euāgelio proficiebāt. vñ malos tolerādos dicit, sub dēs, Quid enim. q. d. Nō solū ego & alij veri doctores laboram⁹ ad profectū euāgelij sed etiā mali. Qui nō bono aīo predicāt sunt ad profectū, & ideo tolerādi. Quid enim refert qua intētiōe predicēt, dū oī modo, Siue per occasione, terrenā, Siue per veritatē. i. vero aīo vt boni faciūt. Christus. i. veritas Christi nō falsitas, Annūciatur. Veritatē quippe annūciabāt quidā etiā si nō veritate. i. nō vero aīo. Terrenis enim cupiditatib⁹ cōsulētes regē cęlorū annūciabāt, habētes in lingua veritatē, sed nō in pectore castitatē, qui sunt vtilis eis quos istruiat dñs. Vñ ait, Quę dicūt facite, quę aut faciūt nolite facere. Ex occasiōe enī euāgelizat quęretēs ab hoib⁹ sua cōmoda, vel pecuniarū, vel honoris, vel laudis humane, quolibet volētes accipere munera, nō tā salutē eius quęretēs cui annūciatur cōmodū suū. Qui vero audit salutē, si in illū crediderit quē illi annūciāt, qui annūciat habebit detrimētū, cui annūciatur habebit lucrū, quia annūciat euāgelij. s. rectā fidē, sed nō recte: & ideo nō est rect⁹: quod annūciatur rectū est, sed qui annūciat nō est rectus. Quare? quia aliud quęrit in ecclesiā quā deū: si deū quęreret, esset castus. Quisquis a deo præter deū aliquid quęrit, nō caste deū quęrit. Tres inuenimus personas, si verba euāgelij diligētes iuestigamus, pastoris mercenarij, furis. Pastor veritate, veritatē annūciat. Mercenarius vero occasione veritatē annūciat, aliud quęrens, & tamē ille Christū annūciat. Et ille fur & latro, veritatē negat & tollit. Diligen

Ambro.

Ambro.

Aimo Hierony.

Ambro.

Ambrosius.

Augustinus.

Augustinus. in psal. xc. Augustinus. de ver. enan.

A latro. Ideo Apostol⁹ nō prohibet mercenarios, sed permittit, quia & ipsi vtilis ad aliqua. Et in hoc gaudeo, nūc q; Chrūm annūciat per occasione, nō solū per veritatē. i. de hoc nūc gaudeo q; veritas Chri predicat, quęcūq; sit predicatiū itērio. Et nō solū nūc sed Et post gaudebo. s. i futuro. Vel ita, Supra dixit tribulatiōes suas eē ad profectū euāgelij, hic dicit sibi eē ad gaudiū. q. d. nō solū alij ē profect⁹ de malis, sed & mihi est gaudiū. Et hoc ē q; ait, Et i hoc gaudeo. s. q; tribulatiōes sustineo pro Chrō, Sed & gaudeo. ideo de malis meis gaudeo, vel pro profectu euā. quia i de mihi sal⁹ & hoc ē q; ait.

Scio. n. quia hoc mihi proueniet ad salutē, per vestrā orationē & subministratiōē spirit⁹ Iesu Christi: secūdū expectatiōē & spē meā, quia i nullo cōfundar sed in omni fidutia sicut sēper & nūc magnificabitur Christ⁹ i corpore meo siue per vitā siue per mortē. Mihi. n. viuere Christ⁹ ē, & mori lucrū. Quia sic viuere in carne, hic mihi fruct⁹ operis ē, & quid eligā ignoro, coartor aut, e duob⁹ desiderij habēs dissolui, & eē cū Christo multo magis meli⁹ permanere aut i carnē necessariū propter vos, Et hoc cōfidēs scio, quia manebo & permanebo oibus vobis ad profectū vestrū & gaudiū fidei, vt gratulatio vestrā abūdet in Christo Iesu in me, per meū aduētū iterū ad vos. Tātū digne euāgelio Christi cōuersāmini, vt siue cū venero & videro: vos: siue absēs audiā de vobis, quia statis i vno spiritu vnanimis, collaborātes fidei euāgelij: & in nullo terreamini ab aduersariis quæ est illa causa perditionis, vobis aut salutis. Et hoc a deo. Quia vobis donatū est pro Christo non solum vt i eū credatis, sed vt etiā pro illo patiamini, idē certamen habentes quale & vidistis in me, & nunc audistis de me.

Scio. n. quia hoc. s. pati pro Chrō, vel euāgelij ex mea predicatiōe profect⁹, Veniet mihi, i futuro in salutē æternā, q; illi putāt ad mortē. Proueniet dico nō solū Meo merito, sed etiā Per vestrā orationē. i. adiuuante me vestrā oratiōe, & per Subministratiōē spūs Iesu Christi. i. per spūm sctū qui sua me quasi ruiturū colūna fulcit. i. auxiliū prębete & subministrāte mihi spū scto. Proueniet mihi dico, In sal. quę sal⁹ erit, Secūdū expectatiōē & spē meā. i. erit tāta quātā salutē expecto, & in presenti spero Et hoc firmiter spero, quia In nullo, statu. s. prosperis & aduersis. Cōfundar, vt aliquo mō cedā a predicatiōe. In nullo dicit se cōfūdi, quia & spes promissiōis magna est, & res vera & honesta. Nō cōfundar dico Sed in omni fidutia, quæ sicut sēper, a tēpore cōuersiōis fuit, Ita & nūc est, dū in vinculis laboro, Christ⁹. i. fama & gloria Christi, Magnificabitur: apud gentes. Et in corpore meo, q; fragilius est. Magnificabitur dico, Siue per vitā, qua mihi cōcessa eū predicabo. Siue per mortē, qua perseuerādi in eo & pro eo moriēdi famā dabo. Et est sensus, Magnificabo Christū si vixero, docēdo: si moriar, exēplū relinqūdo. Mihi. n. q. d. recte per vitā magnificabo, quia Christ⁹ ē mihi viuere, quia causa eius viuo, vt eū magnificē nō ob aliud, per mortē meā magnificabitur: & recte, Quia mori est mihi lucrū, quia Christ⁹ mortis meę præmiū est. Vel, Ipsum mori, ē mihi Lucrū, quia per mortē ab his miserijs liberat, & ad beatitudinē trāsīt, & per mortē multos lucrā deo. Quod si. q. d. Christ⁹ ē mihi viuere vt eū magnificē, Quod si viuere hic mihi fructus operis. i. iā dignus fructus de meo opere. s. magnificare Christū, q; opus facio dū mihi datur Viuere in carne: si inquā hoc est, Ecce ignoro. i. nescio quod eligā nedū appetā. s. mori an viuere. q. d. nisi hic fruct⁹ cętnō ē dubiū quī mori eligerē, nisi Christū haberē præmiū, & iō ne dubitetis Philip. mori pro Christo. Vel ita. Mihi viuere. q. d. merito magnifico Christū, siue vita siue morte, quia Christ⁹ ē mihi viuere. i. est mihi vita hic & in futuro: hic per fidē & spē, i futuro per speciē pro hac vita mortale corp⁹ tradit, vt recipiat ipsū imortale iæternū. Vñ subdit, Mori pro Christo est mihi lucrū. Quod si. q. d. Christus est mihi vita hic & in futuro, quod utiq; est per bona opera. Quod, id est sed Si viuere, id est bene operari In carne, quod mirū videtur, cū i carne nō habitet nisi peccatū. Est mihi fructus operis. i. mihi tā fructuosū opus, per quod. s. Christ⁹ sit mihi vita hic & i futuro. Ecce igno. quid eligā mori. s. an viuere. Coartor. n. vel autē. q. nō solū ignoro quid eligā de duobus, sed etiam Coartor de duob⁹, Vel, ita iūge. Ideo ignoro, quia Coartor de duobus. i. ex desiderio dissolūdi & necessitate viuēdi. Nō. n. ita distinguēdū vt dicat, Coartor, & postea se

Ambro.

Aimo.

Ambrosius.



sequatur, & duobus desiderium habens, s. dissoluendi, & in carne manendi, quia ex ipso sermonis textu dijudicatur: quoniam sequitur dissolui, & esse cum Christo multo melius est. Apparet enim eum eius quod optimum est dicere se habere concupiscentiam, ut cum e duobus compellatur, alterius tantum hoc habeat concupiscentiam, alterius necessitatem. Sic ergo distinguendum est. Coarctor vel compellor e duobus. Deinde sequitur, ego dico, Desiderium habens, vel concupiscentiam dissoluendi, ab his miseris, quibus quasi compedibus vincus sum, & cum Christo esse presentia liter. Et quasi quis quaret quare huius rei potius habeat concupiscentiam? subdit, Quia multo melius est, quantum ad me, & quasi iterum diceretur, cur ergo e duobus compelleris? subdit, quia est manendi necessitas, dicens, Permanere autem in carne necessarium est propter vos non propter me. q. d. illud est mihi melius, hoc necessarium vobis, id illud cupio, hoc non recuso. Sunt quidam homines imperfecti, qui cum patientia moriuntur: & sunt quidam perfecti, qui cum patientia viuunt. Qui adhuc desiderat vitam istam cum illi venerit dies mortis, patienter tolerat mortem. luctatur aduersum se ut sequatur voluntatem dei, & hoc potius agit animo quod elegit deus, non quod elegit voluntas humana, & ex desiderio vite presentis sit lucta cum morte, & adhibet patientiam & fortitudinem ut aequo animo moriatur, iste patienter moritur. Qui vero desiderat sicut Apostolus dissolui & esse cum Christo, non patienter moritur sed patienter viuunt, delectabiliter moritur. Vide de Apostolum patienter viuentem. i. cum patientia: hic non amare vitam sed tolerare. Vnde ait. Cupio dissolui & esse cum Christo multo melius est. Tedium enim illi erat manere in carne, & ex duobus patiebatur angorem. Alterum optimum ducebat, vnde passioni appropinquans vehementi, glorificabatur, dicens, Bonum certamen certavi, de reliquo reposita est mihi corona &c. Vel ita potest distingui. Quid eligam ignoro. Coarctor. n. desiderium habens e duobus. i. dissoluendi & in carne manendi, & hoc est habens desiderium &c. i. quia Desiderium & esse cum Christo multo melius est, sed manere in carne necessarium est propter vos. Et, ego Confidens in hoc. s. quia necessarium est me manere propter vos, Scio quod manebo &c. Ecce sciens melius esse & esse cum Christo, sed necessarium esse ut maneret in carne propter instructionem credentium, & profectum fidelium, non quod sibi tutius est elegit, sed quod multis expedit: ostendens quantum affectum habeat circa eos, hoc secutus quod proficeret per charitatem quam ante posuit oibus. Vel ita, Et, ego, Scio, non dubie, sed Confidens, in misericordia dei, hoc. s. quia Manebo. i. non parum quidem sed diu Permanebo omnibus, vobis minoribus & maioribus. s. ad profectum vestrum ut crescatis per bona, & ad gaudium fidei, ut. s. de fide vestra gaudeamus, vel ut vos de fide gaudeatis in ea proficientes, quae non est nisi ubi est munda conscientia. & ita gaudeatis ut proficiatis, ut Gratulatio vestra abundet in Christo Iesu, qui hanc fecit vobis, qui me vobis incolumen reddidit, & liberatum a vinculis. i. ut abundanter agatis gratias Christo cum gaudio. In me. i. pro me liberato & seruato vobis. s. Per meum aduentum iterum futurum, Ad vos confirmandos, & veniam utique ad vos si tantum modo digni conuersamini euangelio Christi. i. disciplina dominica, quia secundum meritum vestrum dabit mihi vita ad opus vestrum, & ita digne, Ut sine cum venero & videro vos, sine cum absens fuero audiam de vobis, hoc. s. Quod statis, in fide & deuotione contra aduersarios, & hoc in vno spiritu sancto, cui non haeret contrarius spiritus, & sicut ipse vnus ita & vos vnanimis esse debetis. Vnde subdit, Vos dico vnanimis, voluntate, Et collaborantes, actu fidei euangelij. i. totis viribus laborates ad implenda ea quae fides Christi exigit. Ois enim pugna vnanimiter aggressa victoria parit. Et post haec in nullo terreamini ab aduersariis qui vos terrent per aspera quae illis causa perditionis aeternae vobis autem causa salutis aeternae. & hoc etiam quod patimini non a vobis est, sed a deo, quia pro merito Christi qui pro obediuit haec inter alias gratias data est vobis. Vnde subdit, quia Donatum est vobis quasi praemium pro Christo quem diligitis. Quid, hoc. s. non solum, Ut in eum credatis, sed pro illo patiamini. Vnde maior gloria erit. Vtrunque ergo ad dei gratiam pertinet, & fides credentium & tolerantia patientium, quia vtrunque dixit esse donatum. Vos dico Habentes idem certamen, contra hostes quale & vidistis in me dum apud vos praesens fui, quoniam verberatus sum nudus pro muliere Phitonissa, a qua spiritum malignum exclusum quae magnam quaestum praebat, vel stabat dominus suis. Quale nunc audistis de me, dum absens sum vobis. q. non horror vos ad id quod ipse horream, sed quod in me impleo.

Augusti. de doc. Chri.

Augu. super Ioanem,

Augustinus in psal. xciii.

Ambrosius.

Aimo.

Augu. de gra & lib. abi.

CAPVT II.

**S**I qua ergo consolatio in Christo, si quod solatium charitatis, si qua societas spiritus, si qua viscera misericordiae, implete gaudium meum, ut idem sapiatis, eandem charitatem habentes, vnanimis, id ipsum sentientes. Nihil per contentionem, neque per inanem gloriam, sed in humilitate superiores sibi inuicem arbitrantes, non quae sua sunt singuli considerantes, sed ea quae aliorum. Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Iesu, Qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo, humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.

Si qua ergo. A praedictis infert. q. d. Et quia pati est donum dei, & quia patior & quia utile est ut supradictum est, ergo qui iam me fecistis gaudere de comunione vestra in euangelio Christi implete gaudium meum addita sustententia tribulationis & caeteris quae sequuntur, & hoc est quod ait, Si qua ergo consolatio, est in vobis, In Christo. i. si vultis habere consolationem in rebus Christi. i. remissione peccatorum, & in alijs donis, vel si consolari me vultis si quod solatium Charitatis. i. si vultis ut charitas ecclesiarum quae oratur & bona agunt pro fratribus sit vobis solatium & confortatio in aduersitatibus vestris: & Si qua societas spiritus, sancti est vobis, id est si vultis habere vnionem quam facit spiritus sanctus: in omnibus fidelibus, propter hanc societatem illi in quos venit primus spiritus sanctus linguis omnium gentium loquebantur: & si qua viscera misericordiae, sunt in vobis. i. si pius affectus est in vobis de quo procedat misericordia, Implete gaudium meum. Gaudium quidem de fide vestra, & implete gaudium ut constanter patiamini. Vel secundum aliam literam, Si qua ergo exhortatio est in Christo, id est si vera exhortatio spei in Christo spei in Christo apud vos qua nos inuicem consolamur: & Si quod solatium charitatis, cois est vobis: & Si qua societas spiritus sancti est vobis per quam iungimur in vno nouo corpore: & Si qua sunt viscera misericordiae. i. affectus pietatis erga me. i. si in animo vestro sum, sicut vos in meo: Implete gaudium. Tunc illa vera sunt si hoc sit: haec quae supra numerauit, tunc vera probatio significat, si ista quae subter mandat fuerint seruata: in quibus non videtur probati, si non sit quod subdit. s. non impleat gaudium &c. seruatur. Implete gaudium dico, ita ut non modo patiamini, sed ut idem sapiatis, non diuersa in fide. Habentes eadem charitatem, ad omnes, Vnanimis, vnus voluntatis Id ipsum sentientes, ut mala cuiusque sint omnium, Nihil per contentionem, agentes, ut alius alij contentantur praeponi. Nota quosdam contentiosos fuisse inter eos. Vel nihil per contentum. ut bona dicant, non contentiosis verbis loquantur: ut nihil agentes, Per inanem gloriam. i. propter famam seculi, quae inanis est. Sic eos constringit, ut si haec non custodiant, nec in praedictis probati videantur: quia illis nolent se improbatos videri, ista quoque seruatur ut perfecti sint. Sine dubio. n. aliqui erant inter eos dissentientes, inquieti, inanis gloriae causa contentantes, pacem ecclesiae rumpentes. Sed in humilitate, sitis degentes, ut de vobis humilia sentiat. Et sint arbitrantes. i. in cordibus suis dijudicantes alios, Sibi, esse, Superiores. i. digniores apud deum. & hoc inuicem alter alterum reputet digniore. Non ita hoc debemus aestimare ut nos aestimare fingamus, sed vere existimemus posse aliquid esse occultum in alio, quo nobis superior sit, & si bonum nostrum quo illo videmur superiores esse non sit occultum. Non quae sua. Hic docet quomodo uident contentionem, & inanem gloriam, & quomodo arbitrentur alios superiores. s. si considerauerint non sua bona, Sed aliorum. q. d. ut haec praedicta faciant, Non sint considerantes, singuli quae sua sunt, bona vel mala, Sed quae aliorum sunt. Illa. n. praedicta possunt illi facere qui non sua tantum attendunt, sed quae aliorum sunt, ut Christus qui pro alijs tanta tulit, neque vlla res officiosum istud obsequium facit libenter impedi, nisi cum cogitamus quanta pro nobis tulerit dominus. Vnde admones subdit. Hoc. n. sentite in vobis. q. d. Ad patientiam & humilitatem vos inuito, & ut quaeratis quae aliorum sunt non vestra, & ut hoc seruetis, exemplum Christi assumite. Hoc enim sentite in vobis. i. debetis sentite in vobis Quod & in Christo Iesu, fuit, ut sicut Christus non attendit quae sua sunt, sed vestra, in eo quod carnem assumpsit, & sine peccato cum esset, peccata nostra suscepit, ita & nos ad eius imitationem inuicem opera nostra portemus. Qui cum in, & caetera. Hic ostendit in quo CHRISTVM

Augustinus de blasphem. s. s. Ambrosius.

Augustinus lxxxiii. quaest.

Idem in eodem



Augu.  
super Ioan.  
Augu.  
in psal. cxxx.

Augu. super  
Ioannem.

Augu.  
in ser. quoda  
Augu.  
de ver. euan.

Augustinus.  
de trinitate

Augustinus.  
in Ench.

Augu.  
de trini.

imitari debemus. f. in humilitate: sed antequam humilitate Christi ostendat, premitit alta de Christo, ut hi in quibus locum est abiecit iohannis non dedignent humiliari, cum Christus adeo altus tantum sit humiliatus. cuius altitudinem ostendit dicens, Qui Christus cum non dico accepisset sed esset in forma dei patris. i. in plena essentia & equalitate patris, Arbitratus est. i. certissime sciuit, se esse aequalis deo patri, Non faciens Rapinam, i. non usurpando quod non suum esset ut diabolus fecit, & primus homo. Sed Christus non usurpauit aequalitatem dei, quia vere erat equalis per naturam. In ea erat aequalitate, in qua natus erat. n. Christus aequalis patri natus, non factus. Ideo non erat illi rapina, quia natura erat illi aequalis a quo genitus est, Vel, Non est arbitratus esse se aequalis deo, secundum humanitatem. f. quod esset facere Rapinam, i. non suum presumere, Sed semetipsum. Ostensa altitudine subdit de humilitate. q. d. aequalis erat deo patri, Sed quauis esset in forma patris, manens utique quod erat Exinanituit semetipsum, quod non subam euacuans, non formam deitatis, mutans Sed formam serui accipiens non formam dei amittens. Forma serui accessit, non forma dei discessit. Exinanituisse se ergo ab inuisibilitatis sue magnitudine se visibilem demonstrasse, per formam serui susceptam, q. n. dignitate se exiuit, dum formam serui sibi vniuit formam dei. Et ne putares formam serui in eo. f. Christo fieri immortale addit. Factus est, secundum formam serui, qui erat infectus secundum formam dei. Factus inquam, In similitudine hominis mortalis & passibilis, ut alii homines. Per hoc ergo quod homo factus est, & in similitudine hominis, se exinanituit, ipse est Christus, & factus & factus. Vide factorem, Oia per ipsum facta sunt. Vide factum, i. similitudinem hominis factus Videmus ergo Christum Iesum, & deum & hominem, & factorem rerum & factum in rebus, & creatorem hominis, & creatum hominem. Deus Christus aequalis est patri, tatus est quatus ille, talis est qualis ille, hoc est quod ille, non hic est qui ille quia ille pater, hic filius, sed hoc est quod ille, quia ille deus & ille, ille omnipotens & ille, ille immutabilis & ille. Ideo non rapina erat aequalis deo, quia natura erat natus & semper natus sicut est natus, & semper natus, & sicut semper natus, ita semper aequalis. Non itaque inquam genuit, vel equalitatem iam nato addidit, sed gignendo eam dedit, quia aequalis non imparatus genuit. Non igitur immerito scriptura utrumque dicit. f. & aequalis patri filium, & patrem maiorem filio, illud propter formam dei, hoc propter formam serui, propter quam non tantum patre sed etiam seipso & spiritu sancto minor factus est, & et minoratus est paulominus ab angelo, ergo & homo factus est & permanens deus. Homo enim assumptus est a deo, non in homine consumptus est deus, iohannes valde rationabiliter, & preminor est homo Christus, & patri aequalis est idem ipse deus Christus. Christus enim dei filius & deus est & homo: deus ab eterno, homo in seculo: deus, quia dei verbum: homo, quia in unitate personarum: accessit verbo, anima rationalis & caro. Cum enim esset vnicus dei filius non gratia sed natura, ut esset etiam plenus gratia factus est & hominis filius, vnus dei filius, idemque hominis filius: non duo filij, deus & homo, sed vnus dei filius: deus sine initio, homo a certo initio. Sicut enim non augetur numerus personarum cum caro accedit anime, ut sit vnus homo: sic non augetur numerus personarum cum homo accedit verbo ut sit vnus Christus. Legitur itaque deus homo, ut intelligamus huius personae singularitatem, ut non suspicemur in carne mutatam diuinitatem. Non enim in illa susceptione alterum eorum in alterum conuersum & mutatam est: nec diuinitas quippe in creaturam mutata est, ut desisteret esse diuinitas, nec creatura in diuinitatem mutata est, ut desisteret esse creatura. Et habitu. q. d. Factus est in similitudinem hominis, & etiam suo Habitu. i. sua conuersatione, Inuentus est, alicui volenti experiri, Ut, alius. Homo, quia comedit, bibit, sedit & c. Vel ita, Habitus in ea re dicitur, quae ut habeat accedit vel accidit. Verum hoc interest, quia quaedam eorum quae accidunt ut habitum faciant non mutant, sed ipsa mutant, in se integra & inconcussa manentia, sicut sapientia accidens homini, non ipsa mutat, sed hominem nuntiat, quae de stulto sapientem facit. Quaedam vero sic accidunt ut mutant, & mutant, ut cibus qui amittens suam speciem in corpus vertitur, & exilitate atque languore in robur atque valentiam commutat. Tertium genus est cum ea quae accidunt nec mutant ea quibus accidunt, nec ab eis ipsa mutantur, sicut anulus in digito positus, quod genus rarissime inuenitur. Quartum genus cum ea quae accidunt mutantur non a sua natura sed quodammodo formantur, & aliam speciem & formam accipiunt, ut est vestis quae deiecta atque deposita non habet eam formam quam sumit induta. Induta enim membrum accipit formam quam non habet exuta. Quod genus congruit huic operationi. Deus enim filius semetipsum exinanituit non formam suam mutans, sed formam serui accipiens: neque conuersus aut transmutatus in hominem, amissa incommutabili stabilitate, & in similitudinem

hominum factus est ipse susceptor verum hominem suscipiendo. Hic enim similitudo veritatis exprimit, Et habitu inuentus ut homo. i. habendo hominem: inuentus est ut homo eis quibus in homine apparuit. Quod dicit ut homo, tale est, quale & illud, quasi vnigeniti a patre. Veritatem enim exprimit. Habitus autem iste non est ex primo genere. Non enim manens in se natura hominis, naturam dei mutauit, nec ex secundo. Non enim mutauit homo deum, & mutatus est ab illo, nec ex tertio. Non enim sic assumptus est homo, ut nec ipse mutaret deum, nec ab ipso mutaretur: sed potius ex quarto. Sic enim assumptus est, ut commutaretur ineffabiliter & excellentius atque coniunctius, quam vestis cum ab homine induitur. Noie ergo habitus satis significauit qualiter dixit In similitudinem hominum factus, quia non transmigratione in hominem: sed habitu factus est, cum indutus est hominem, quem sibi vnigenis, quodammodo atque conformans immortalitati eternitatique confociaret. Non ergo oportet intelligi verbum mutatum esse susceptione hominis, sicut nec membra veste induta mutantur, quamuis susceptio illa ineffabiliter susceptum suscipienti copularet. Habitus ergo est susceptio hominis, quasi vestis quae non mutat, quod vestitur ad commendationem maioris humilitatis. & ait, Et Humiliauit semetipsum, tam altum, Factus obediens, patri, non solum sustinendo conuitia & opprobria. sed etiam vsque ad mortem. Quanta humilitas: humiliatum se Christus vsque ad incarnationem, vsque ad mortalitatis humane participationem, vsque ad diaboli tentationem, vsque ad populi irrisionem, vsque ad sputa, & vincula, & alapas, flagella, vsque ad mortem. Et si parum est hoc, aliquid de genere mortis addendum est. Mortem autem, non quamlibet, sed crucis, quae ignominiosior est. Ecce habemus humilitatis exemplum, superbi medicamentum. Quid ergo intumescis homo? O pellis morticina, quid tederis? O sanies foetida, quid inflaris, Princeps tuus humilis, & tu superbus? Caput est humile, & membrum superbum: Absit. Propter quod, Ostendit humilitatem Christi quae maxime in passione apparuit, nunc incipit de claritate eius secundum hominem quae ab eius resurrectione sumpit exordium. Ut enim Christus resurrectione clarificaretur, prius humiliatus est passione: humilitas, claritatis est meritum: claritas humilitatis est praemium. sed hoc totum factum est in forma serui. In forma enim dei semper fuit, & erit claritas. Quid ergo in quantum humilitas mereatur, ostendit hic ut magis hanc appetere calcata iactantia.

Aimō

Augustinus

Augu.  
in eodem.

Augu. in ser.  
quodam

Augustinus

Ambro.

Augu.

Quaest. Aug.  
contra Mani.

Augustinus

Propter quod & deus exaltauit illum, & donauit illi nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur caelestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus Christus in gloria est dei patris.

Propter quod. f. quia tam humiliter Christus passus est moriendo, Et deus, pater Exaltauit illum, donando immortalitatem, impassibilitatem. Exaltauit ergo secundum humanam naturam quae gloriosior facta est in resurrectione, in quo & natura diuina potest dici exaltata secundum ostensionem. quia coepit sciri quod erat: sicut in assumptione infirmitatis dicitur exinanita, quia non apparuit quod erat. Et donauit, per gratiam illi, homini Christo Nomen quod est super omne nomen. i. honorificentiam. f. quod vocatur deus. hoc & ante resurrectionem habuit: sed post resurrectionem quod erat, in euidenti positum est ut sciret homines & daemones: & tunc res dicitur fieri quando innouescit. quod ergo a conceptione acceperat, dicitur ei donatum post resurrectionem propter manifestationem. Sed queritur, cui donauerit, utrum homini, an deo, Homini donauit nomen quod est super omne nomen, non deo: neque enim cum in forma dei esset, non excelsus erat: aut non ei genua flectebat, caelestia, terrena, & inferna. Sed cum dicitur, Propter quod illum exaltauit, satis apparet propter quod exaltauerit. i. propter obedienciam vsque ad mortem crucis. In qua ergo forma Christus crucifixus est, ipsa exaltata est ipsi donatum est nomen quod est super omne nomen, ut cum ipsa forma serui, nominetur vnigenitus dei filius. Hoc ergo illi datum est ut homini secundum quae factus est filius obediens vsque ad mortem, quod iam habebat idem ipse dei filius, deus de deo natus aequalis patri. Nunquid enim antequam resurgeret, imo etiam antequam homo fieret, non erat altus dei filius, dei verbum, deus apud deum. Donauit ergo secundum hominem Christo, secundum carnem mortuo, resurgenti, ascendenti? Ut in nomine Iesu omne genu flectatur, caelestium, terrestrium, & infernorum. i. ut imperio eius subijci fateantur Angeli & homines, & daemones. Sedet enim Christus ad dexteram patris post resurrectionem & ascensionem

nem. Factū est hoc iā, nec videmus, sed credimus, & legimus. Vnde & eo ipso quo erat filius David Christus, factus est dominus David. Illud enim quod natū est ex David, ita honoratū est vt esset dominus David: ergo in carne quam accepit in qua mortuus ē in qua & ascēdit, & sedet ad dexteram patris: in eadē ipsa sic honorata, sic clarificata, & in cælestē habitum mutata: & filius est David, & dominus David, qui est dominus cælestium, terrestriū, & infernorum. Vel ita quibusdā videtur, homini datū est nomē quod est super oē nomē, quod nullo genere, nulla ratione cōtenit. Hoc est enim donū patris. f. esse filium: nomen eius super oē nomen, hoc est esse deum, quod non per solā appellationem, sed per naturā est super oē nomē: hoc nomen non est datum homini. Si enim secundum quod hō erat hoc accepit, tunc ipse dei filius deus sibi dedit hoc nomen. Quare ergo pater dicit dedisse quod diuinitas filij poterat homini præstare? Sed forte dicitur quia a deo patre sunt omnia, ideo ipse dicitur dedisse. Si ergo a patre oīa, quare non dicatur cuncta filio suo per generationē dedisse, cū sibi æqualē genuit? Itē donatū illi significat qui se exinanīuit, qui formā serui accepit. Sed nunquid poterat se exinanisse homo res infirma? Nūquid in forma dei erat ante incarnationē? Quod si non erat, nō accepit formā serui, nec se exinanīuit: quia qui erat in forma dei, se exinanīuit formā serui accipiens: ergo homini nō est donatū nomē dei, sed ei qui æqualis est patri qui se exinanīuit, cuius sunt omnia patre. Illi donauit, deus a pater, Nomē quod est super oē nomen. i. esse deū per naturā, quando ab eo plenus deus natus est. Quomō ergo dicit apostolus Propter quod exaltauit & donauit illi nomē, quia post crucē manifestatur quid a patre cum generaretur accepit. Cum autē a creatura cœpit sciri illius maieestas, illius diuinitas post crucē, passionē, & resurrectionē reuelata est hominibus. Vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestiū, terrestriū, & infernorum. Hic aperit cui datum sit nomen dei. Cui oīs creatura flectit genua. i. deo. Sed forte dicitur quo hō adoptione deus esset, & sic Christus ex parte verus deus, & ex parte adoptiuus erit. Adoptiuo autē flectit genua creatura, sed deo vero causa creaturę. Constat autē Christū verum deum esse, eui flectitur genua non adoptiuū. Tandem in fine, Omnis lingua, bonorum & malorum confiteatur sponte vel inuite, Quia dñs noster Iesus Christus in gloria dei patris. i. æqualis patri, quod hic quidā negant. Quomodo potest fieri vt hō sit in gloria dei patris, etiam si adoptiuus deus sit homo in gloria dei patris non potest esse? Nam hoc ei competit quia natus est de deo: quia in gloria dei patris esse est nihil differre ab eo, vt vna gloria sit patris & filij per naturam, per cōem substantiā & virtutē. Caue qualiter intelligas virorū illustrium, Ambrosij & Augustini verba præmissa, ne sibi contraire putātur. Scito ergo quia est donatio naturalis, & donatio gratuita. Naturali donatione dedit pater nomen quod est super omne nomen deo filio homini. i. Christo, secundum quod deus, non secundum quod homo: nec fuit aliu dare, quam sibi æqualem generare. Gratuita vero donatione dedit homini Christo, non deo: quia Christus non in quantum deus, sed in quantum homo per grātam accepit nomen dei, nec per gratiam adoptionis, sed per gratiam vnionis, vt non sit adoptiuus deus, sed verus deus cui flectitur omne genu.

Itaque charissimi mei sicut semper obedistis, non in præsentia mea tantū, sed multo magis nunc in absentia mea cum metu & tremore vestram salutē operamini. Deus ē enim qui operatur in vobis, & velle & proficere pro bona volūtate. Omnia autē facite sine murmuracionibus & hæsitacionib⁹, vt sitis sine querela, & simplices filii dei sine reprehensione in medio nationis prauę & peruersę, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo verbū vitę cōtinentes ad gloriā meam in die Christi, quia non in vacuum cucurri, neque in vacuū laboraui. Sed & si æmulor supra sacrificium & obsequiū fidei vestrę, gaudeo & congratulor omnibus vobis. Id ipsum autem & vos gaudete, & cōgratulamini mihi

Itaq; & c. q. d. quia Christus humilis, ita per obediētā exaltatus est. Itaq; fratres mei, in fide & dilectione, Sicut semper obedistis, domino & mihi, ita nūc obedite, Non in præsentia mea tantū, seruientes, Sed multo magis nunc in absentia mea, quia minus subuenio vobis, & Operamini. i. operibus mereamini, & Præparate vestrā salutē. i. vi

Ambro.

Augustinus

Augustinus

Aimo.

A tā æternā. & hoc Cū metuatini: & tremore corporis. i. magno & manifesto timore, nō præsumptione. Vel cū metu. i. cū humilitate non superbe, quia qui timet seper humilis ē ne cadat: Et tremore, manifesto. Deus. n. q. d. ideo timedū ē, quia nō vos sed de⁹ operatur & hoc, De⁹. n. ē qui operatur in vobis, & velle bonū, & perficere bonū q̄ vultis. & hoc Pro bona volūtate sua, nō pro meritis nostris. Nos ergo volumus, sed deus operatur in nobis & velle: nos operamur, sed deus in nobis operat & operari: hoc nos expedit & credere & dicere, quia piū est & verū, vt sit humilis cōfessio, & totū, det deo Per propriū. n. arbitriū nisi dei gratia adiunetur, nec ipsa bona volūtās in hoīe eē potest. Omnia autē, Adiuigit hic patiētā humilitati. q. d. nō solū cū metu operamini, sed etiā Oīa facite sine murmuracione. i. nō negligētē & in deuote. Et sine hæsitacionibus vt nō hæsitetis pati pro Christo, sed prōpti sitis: ita omnia facite Vt sitis sine querela quātū ad proximū, vt. f. proxim⁹ de vobis nō possit cōqueri: & quātū ad vos, sitis Simples, nō duplices vt qui duob⁹ dñis seruire volūt. Cōtra q̄ dictū est, Nō potestis deo seruire & mammonę. Simples, dico, sicut filij dei. Sicut deus simplex est, ita & filij eius puro ac simplici animo debēt incedere, & etiā quātū ad exteros estote sine reprehensione, vt nō sit in vobis q̄ pateat reprehensionī. & hoc ideo hortor, quia estis in medio prauę nationis, per opera, & Peruersę, per diuersas sectas. i. malorū, qui rectū ordinē deprauāt & peruertūt: qui dicūtur natio, quia nō sūt renati ex aqua & spiritu sancto. Inter quas lucetis. i. lucere debetis doctrina & vita. i. ad hoc estis cōstituti vt luceatis, & ideo decet vos esse sine reprehensione. Lucetis, dico, Sicut luminaria, fixa in cælo lucent In mundo, sic & vos sol mūdi estis quos illuminat lux vera. & hoc ideo quia estis Continentes verbum vitę, id est quia estis yasa euangelij, sicut illa dicuntur continere rationem vitę animalis. Luminaribus bene sanctos comparat. Sicut enim stellas cæli non extinguit nox, sic mentes fidelium adhærentes cælo sacrę scripturę non obscurat mundana iniquitas. Et sicut illa quicquid agatur in terra etiam si qui mentiat de ipsīs, suos tamen in cælo cursus non obliquant nec tardāt, ita sancti quorum cōuersatio in cælis est, propter mala mundi quę despiciunt, vel falsa quę cōfingantur in ipsos, lucem verbi & vitę exemplum nullo modo interpolant. Ita facite vt dixi, q̄ vtiq; erit Ad gloriā meam nedum vestram futuram In die Christi. i. quando videbitur Christus. Et vere gloriā habeo, Quia nō in vanum. i. sine fructu, Cucurri, in facile conuersis, Neque in vanū laboraui, indifficile cōuersis. & non solum tūc habebō gloriā, Sed etiam modo gaudebo intus in mēte, quia certa me manet merces. Et congratulor, id est gratias ago Vobis omnibus, etiam Si immolor super sacrificium & obsequium fidei vestrę, quasi dicat iam obtulī deo fidem & opera vestra, sed etiam si ipse pro vobis offeror, Gaudeo, ita & vos, si pro me immolamini gaudete. & hoc ē quod subdit, Propter id ipsum autem & vos gaudete & congratulamini id est gratias agite Mibi, sicut ego vobis si immolor pro vobis.

Spero autem in domino Iesu Timotheum me cito mittere ad vos, vt & ego bono animo sim cognitis quę circa vos sunt. Neminem enim habeo tam vnanimem qui sincera affectione pro vobis sollicitus sit. Omnes enim quę sua sunt querunt, non quę Iesu Christi. Experimentum autem eius cognoscite, quoniam sicut patri filius mecum seruiuit in euangelio. Hunc igitur spero me mittere ad vos, mox vt videro quę circa me sunt. Confido autē in domino, quoniā & ipse veniam ad vos cito. Necessarium autem existimaui Epaphroditum fratrem & cooperatorem & commilitonem meum vestrum autem apostolum, & ministrum necessitatis meę mittere ad vos quoniā quidē omnes vos desiderabat, & mēst⁹ erat propterea quod audieratis illum infirmatū. Nam & infirmatus est vsq; ad mortem, sed deus misertus est eius. Non solum autem eius, verum etiam & me ne tristitiam super tristitiam haberem, Festinantius ergo misi illum, vt viso illo iterū gaudeatis, & ego sine tristitia sim. Excipite itaq; illū cū omni gaudio in domino, & eiusmodi cū honore habetote, quoniā propter op⁹ Christi vsq; ad mortē accessit, tradēs animā suā, vt implet id q̄b ex vobis deerat ergo meū obsequiū

August. de bo. persē.

Augu. ad Iulianum

Aimo.

Augustinus ex lib. senta. prospera.



Spero aut. q. d. non solum literis hoc moneo, sed Etiam spero in dño Iesu. i. per misericordiam domini Iesu Timothæi me, mittere ad vos, & hoc cito, adeo necessarium est vt veniat, & adeo attentus est erga vos. Mittere, dico, Vt & ego bono animo sim, his cognitis quæ circa vos sunt: sicut vos eritis bono animo cognitis his quæ circa me sunt, iō illū & nō aliū volo mittere. Etenim. i. quia Neminē habeo, nūc, Tā vnanimē id est qui ita concordet meæ voluntati in hoc negotio, Qui, ita, Syncera affectiōe pro vobis sollicitus sit. hoc. n. tēpore multi cū Apostolo mercenarij erant, filij vero vel pastores nulli nisi Timothæus. Et vere, Oēs. n. quærunt, in vobis Quæ sua sunt, non quæ sunt Iesu Christi. Negligentes. n. erant de disciplina & conuersatione fratrum. Non. n. deuoto aīo prædicabant, sed propter propria lucra. Hi sunt mercenarii qui sunt tolerandi, quia eadem habent in ore quæ & pastores, qui vtique sunt diligendi. Fures vero & latrones qui occidūt, sunt cauendi. Experimentum aut. q. d. hunc mittam ad vos, vos aut cognoscite in vita & doctrina. Experimentum eius. i. ipsum quem nos experti sumus & bonum cognouimus. Quoniā, ipse obediens mihi sicut filius patri mecum seruiuit, deo in euangelio, in quo potui experiri eum. Et quia expertus sum, Hūc igitur spero me mittere ad vos, mox vt videro, quē exitum sint habitura quæ circa me sunt. Confido aut in domino, quoniam & ipse cito veniā ad vos. Hæc manifesta sunt, aperta perstringamus vt in obscuris immoremur. Interim aut existimauimus necessarium, fore Mittere ad vos Epaphroditum fratrem meū, in fide, Et cooperatorem, in prædicatione, Et commilitonem, in aduersis. Vestrum autem apostolū. i. doctorem, Et ministrū necessitatis meæ, qui mihi necessaria ministravit, & iō mittere volui. Sunt etiam aliæ causæ, scilicet quoniam quidem desiderabat vos omnes videre & mœstus erat, nō de se, sed de vobis pro eo dolentibus. & hoc est quod subdit, Propterea quod audieratis eum infirmatum. i. verberatum ministracione, vnde dolebatis. Nam, &c. quasi quis diceret, cur mœstus erat quia audierant illum infirmatum. f. cum possent decipi. Respon. Quia nō solum fama, sed etiam in ipsa re infirmatus est. & ita confirmaretur auditus eorum magis ac magis, & dolor augetur nisi cito ad eos veniret. & hoc est quod subdit, Nam & infirmatus est, non vtique ex verberatione, sed ex ægritudine. & hoc vsque ad mortem, id est ad mortis periculum. Sed deus misertus est eius, sanando eum, Non solum autē eius veruetiā & mei, vel nostri, quibus eum seruauit. In hoc misertus est mei Ne haberem tristitiam, de morte, Super tristitiā, de infirmitate, quæ nocebat vobis. Et quia deus misertus est eius & nostri, Ergo festinantius, quam esset propositum, Misit illum ad vos, vt viso illo iterū gaudeatis, pro cuius absentia tristari vos noui: Et ego sine tristitia sim, quam habebam de vobis tristibus. & quia misit eum, Itaque excipite illum cum gratia, vt per bona opera ostendatis vos gaudere de eo. Gaudeo, dico, quod sit in domino. i. quod sit spirituale, Et, quia eiusmodi est, Cum omni honore habetote. Absoluta sunt hæc, nec egent interpretatione. Et debetis, Quoniam propter opus Christi. i. vt faceret opus quod Christus docuit, & fecit qui venit ministrare & non ministrari. Accessit vsq; ad mortem. i. periculo mortis: non coactus, sed ex voluntaria deliberacione Tradens animam. i. vitam suam Vt impleret id quod ex vobis deerat erga meum officium: rem quippe dedistis, sed qui mihi ferret de vobis, non erat.

CAPVT III.

**D**E cetero fratres mei gaudete in domino, eadē vos scribere mihi quidem non pigrū, vobis autē necessarium. Videte canes, videte malos operarios, videte concisionem. Nos enim sumus circuncisio qui spiritu seruiamus deo, & gloriamur in Christo Iesu & non in carne fidutiā habentes, quanquam & ego habeam confidentiam in carne Si quis alius videtur confidere in carne, ego magis circuncisus octaua die ex genere Israel de tribu beniamin, Hebræus ex Hebræis, secundum legem Phariseus secundum emulationem persequens ecclesiam dei: secundum iustitiam que in lege est conuersatus sine querela.

De cetero. Hucusq; cōtra tribulatiōes maxime exhortat⁹ ē eos: de cetero cōtra pseudoapostolos monet ne legalia ab eis recipiant, sed fidē Christi solam sufficere credāt. Et incipit hic agere de sinceritate fidei quasi de tolerantia & quibusdā alijs. Hucusq; mo

Ambro.

Aimo

Ambrosius.

**A**nhi Decetero. i. deinceps, O fratres mei, in si de, dico, Gaudete in dño. i. gaudium omnis boni habeatis In domino, non in carnalibus obseruantijs. Hoc quidē præsens dixi vobis, sed Eadem scribere vobis quæ præsens dixi. f. vt in dño tantū gaudeatis, Mihi absenti quidem non est pigrū, vobis autē necessariū est, cōtra instantes pseudoiō dicit necessariū scribere quæ præsens dixerat, quia scriptura diutius manet quam prolatio. Videte, & vt in domino gaudeatis, Videte. i. cognoscite illos esse canes, nō ratione, sed consuetudine cōtra insolitam veritatem latrantes. Hæc est enim canum natura vt cū quibus habent consuetudinem siue boni siue mali sint, non ad eos latrēt: insolitorum autē personis visis etiam innocentibus irriter. Bñ ergo comparat canibus, quia sicut canes magis sequuntur consuetudinem quam rationem, ita pseudoapostoli consuetudinem legis tenent, & contra veritatem irrationabiliter latrant. & mordent. Et Videte. i. cognoscite illos esse malos operarios. Mali operarij sunt qui zizania errorum suaserunt generoso semini euāgelij, quibus frumenta enecant. Videte. i. cognoscite illos esse, non dico circuncisionem, sed Concisionē, cōcisī sunt, quia a Chrō cæsi sunt, & alios cedūt. i. separant. Nos. n. q. d. bñ hos nōno concisionē, & non circūcisionē, Nos enim, fideles tantū sumus, vere circūcisio. Credentes. n. circūcidunt cor suum, vt amputata erroris nebula aspiciant & cognoscant deum creaturę, Nos, inquam, Qui. f. ea seruitute quæ Græce latría dī, Seruimus deo, & hoc nō in carne, sed Spū. i. ratione ab oibus expedita, quia spiritus regit, caro domatur. Carne. n. seruit deo, qui de rebus carnalibus sperat placere deo. Cū vero caro ipsa ad bona opera spūi subditur, spūi seruiamus deo qui carnem domamus vt spiritus obtemperet deo. Spirit⁹ enim regit, caro regitur: nec spiritus bene regit, si non regatur. In nōnullis codicibus inuenimus scriptum, Ira qui spūi deo seruiamus. Per hoc notat spūm sc̄tū esse cui latría exhibetur. f. seruit⁹ soli creatori exhibenda. Alia est seruitus qua per charitatem iubemur seruire inuicem, quæ Græce dicitur dulcia. In pluribus etiā codicibus Latinis, in Græcis vero oibus vel pœne omnibus, reperitur ita scriptū, Qui spiritui dei seruiamus. Attēde etiam cum nō dixerit, nos habem⁹ circūcisionem, sed Nos sumus circūcisio, sic accipi: hoc voluit significare apostolus, Nos sumus iustitia. Circūcisio enim iustitia est. Magis autē commendat quod dicit, dicendo, Nos esse circūcisionē. i. iustitiā, quā dicēdo nos eē circūcisios. i. iustos: sic tamen vt cum iustitiā dicit esse, iustos esse intelligam⁹. Et gloriamur in Christo Iesu, maxime, quia nra gloria tantū Chrūs ē. Et nō sum⁹ habētes fidutiā. i. spē salutis. In carne. i. in carnali circūcisioe, vel i Generē. Respexit quosdā in carne fidētes, ipsū erāt qui de circūcisioe carnis & alijs carnalib⁹ obseruatijs, necnō etiā de genere gloriabāt. Et ne videat⁹ apostolus nō posse fidere in carne, & contēnere q̄ nō habet subdit, Quāquā ego habeam. i. habere possim Confidentiam in carne, si qua esset. & vere possim, quia pl⁹ alijs. & hoc ē q̄ subdit, Si quis alius, a me qui vos decipit, Videt⁹ cōfidere in carne, quasi inde iustus sit, Ego magis videor, debere confidere quā illi pseudo, quia Ego sum circūcisus octaua die, à natiuitate mea. q. d. nō maior circūcisus sū, sed habeo circūcisionē octaua die, vt lex Moyſi præcipit hominē. f. octaua die circūcidi cultello petrino. Innuēs q̄ post tēpus. vii. dierū in octauo. i. in æterno die a Christo petra perfecte circūcidemur ab omni corruptione pœnæ & culpe: & sū Ex genere Israel. i. nō profectus, nō advena ad populū dei, sed parētib⁹ natus Iudæis: & sum nō de minori tribu, sed De tribu Bēiamin, quæ non fuit de concubinis, quæ tribus adhæsit non recedēs a tēplo quando facta est separatio in seruo Salomonis. Tūc enim tribus Iudæ quæ erat regia, & tribus Benjamin, & tribus Leui quæ erat sacerdotalis remanserunt simul non recedentes a Hierusalē & a tēplo: & ego natus Ex Hebræis, parētibus, sum Hebræus. q. d. non deuiaui a gēte mea. Nota q̄ Hebræi dicūtur pro Abrahæi mutata litera ab Abraham, vnde origo trahitur, non ab Eber. Hoc aut Augustin⁹ retractat ita dicens, Quod dixi ex Abraham cœpisse gentem eorum: est quidem & hoc credibile, vt Hebræi velut Abrahæi dicti esse videantur. Sed ex illo verius intelligantur appellati qui vocabatur Eber, tanquam Hebræi. Et sum Secundum legem, in qua egregius fui. Phariseus. i. non contemptibili plebi ammixtus, sed nobilitate ab alijs segregatus atque primarius. Primarii enim quidam, & quasi ad nobilitatem iudaicam segregati erant, non contemptibili plebi mixti, qui dicebantur Pharisei. Nam dicitur hoc verbum quasi segregationem interpretari: qui sicut latine egregius dicitur, quā si

Augu. de gra. n. f.

Augustinus

Augu. de trini. Augu. in ser. quodā

Aimo. Augu. in eodem.

Augu.



grege separatus. & fui secundum æmulationem. i. dilectionem legis, Persequens ecclesiam dei. Quicquid enim erat quod legi meæ adversarium videretur impatienter ferrebam acriter insequabar. Hæc apud Iudæos erat nobilitas, sed apud Christum quaeritur humilitas. Iō ibi iste Paulus dicebatur a Saule cuius erat procera statura: hic autē Paulus. i. modicus dicitur. & secundum Iustitiam, nō veram, sed Quæ in lege est, quæ manus comprimit, non animum: quæ timore, non amore servire facit. Conuersatus sine quærela. i. sine clamore de me factus. Nota quod dicit se secundum iustitiam legis conuersatum: idem tamen alibi ait, In quibus & non ambulauimus aliquando in desiderijs carnis, facientes voluntatem carnis, & eramus natura filij iræ. Talis iustus erat secundum legem, malum erat talem iustitiam sectari: quia quod in eo fuit sine quærela, hoc de illo magnam faciebat quærelam.

Sed quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus propter Christū detrimenta, Veruntamen existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam Iesu Christi domini mei, propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror vt sterco- ra vt Christum lucrifaciam, vt & inueniar in illo non habēs meam iustitiam quæ ex lege est, sed illam quæ ex fide est Christi Iesu, quæ ex deo est iustitia in fide ad cognoscendum illum, & virtutem resurrectionis eius, & societatem passionis illius, configuratus morti eius, si quo modo occurrā ad resurrectionem quæ est ex mortuis, non quod iam acceperim, aut quia iam perfectus sim.

Sed quæ mihi &c. Hæc oīa prædicta habui, sed quæ mihi fuerunt, ante Chrūm, Lucra, vt signa veritatis. Hæc sum arbitratus, si post veritatem sequerer, Esse detrimenta, scilicet quicquid boni est deterentia. & hoc propter Christum. i. ne aduentum Christi ostenderem, vel nōdum factum esse, vel superfluum. Inania enim erant hæc omnia & impedimenta ne accederetur ad gratiam. Veruntamen. q. d. non solum propter Christum habendum, ita arbitratus sum, Veruntamen. i. sed etiam si ipsum non possem assequi. Aestimo omnia detrimentum esse, propter hoc solum. i. Propter scientiam dñi nostri Iesu Christi. i. quam de Chrō habemus, Eminentem, cæteris scientijs, vel quæ eminent in eo plusquā in alijs. Vel ad eundem sensum pōt hæc litera iungi, cum priori versu. q. d. hæc omnia prædicta legis habeo. Veruntamen. i. sed tamen non partim, sed Omnia existimo esse detrimenta. & hoc Propter eminentem scientiam. i. Christi domini, hoc non mutatur. Propter quem, Christum honorādum. i. propter Iesu Christi dilectionē & honorē, Non solum aestimo ea detrimenta, sed etiam feci, docendo & spiritaliter viuendo, vt alijs appareret Omnia, esse detrimentum, & quod plus est Arbitror illa legalia non tantum esse detrimenta bonorum, sed etiam Vt sterco- ra, quia inquinant iam obseruatē. & hoc ideo vt in futuro Christum lucrifacerem. i. Christum habeam præmium. & hic Inueniat, rationaliter attendenti membrum In illo, capite id est sim membrū illius ei charitate copulatus: quod aliter nequit fieri, nisi illa existimem vt sterco- ra. Quomodo autem potest in illo esse vt membrum, subdit, Inueniar, dico, Non habens meam iustitiam, quæ ex lege est. Illa est iustitia qua quis pœnas timet non amat iustitiam. Quisquis enim timuerit, & suis viribus legē implere putauerit, & fecerit quod iubet lex non amādo iustitiā. sed timendo pœnam, fit quidem secundum iustitiam quæ ex lege est iustus. de qua iustitia alibi dicitur. Suam volētes iustitiā cōstituire, iustitiæ dei. i. gratiæ non sunt subiecti. Sed si ex lege iustitia est, quō est tua? Nunquid tu tibi imposuisti legem? Deus legem dedit & imposuit. Deus te legi suæ obtemperare præcepit: sed & tua est, quia de lege præsumis tua voluntate te legem posse implere, existimans quia illa legalia manibus operaris. Non habens meam, dico, Sed illam, iustitiam Quæ est ex fide Christi, quæ impetrat a deo, quæ tollit timorem & dat amorem, quam deus solus operatur in nobis. Melius est enim iustum esse, quam hominem esse. Si ergo hominem te fecit deus, & iustum te facit quod melius est: non tu te, sed sine te fecit te: non enim adhibuisti aliquem sensum vt te faceret. Qui ergo fecit te sine te, non te iustificat sine te: fecit te nescientem, volentem iustificat: & cum iustitia vera sit ex fide, quid ergo opus est lege? Omnino tollenda est secundum verbum legalium figurarum. Quæ iustitia ex fide est ex Deo, non est ex nobis: & si fides nostra sit & iustitia, hæc scilicet ens in fide. Sicut enim ex fide nata est,

Augu.

Augu.

Ambrosius

Aimo.

Augu.

ita existere non habet nisi in fide. Deinde subdit commedationem fidei per multa quæ facit. Facit. n. & in alia vita cognoscere deum perfecte qui hic fide creditur: & habere resurrectionē, quæ nostra resurrectio est virtus & efficacia resurrectionis Christi: & in hac vita habere societate Christi in patiendo: nisi enim per fidem nemo tanta pateret & configurationē mortis eius, vt. i. mori pro Christo si opus fuerit, sicut ipse pro nobis. & hoc est quod ait, Fide, dico, valente ad cognoscendum illum, perfecte, in futuro. Hoc videtur dicere de fide non habente tempus operandi, quæ tatum ad hoc valet. Et valēte ad virtutē resurrectionis ei⁹. i. ad veram resurrectionis efficientiam, quæ est virtus & effectus resurrectionis Christi. & in hac vita Valet ad societatem passionum eius. i. ad hoc vt socij simus Christi in patiendo. Quæ, societas Est ex charitate, hoc dicit de fide hñte tēpus operadi. Inueniar, dico, in illo: ego dico Configuratus morti eius. i. moriar pro illo si opus sit, imitator mortis eius & passionis. Vel ita, In fide, ad cognoscendum. q. d. qui in lege putat se iustificari, nō agnoscit Chrūm: sed ego volo iustificari in iustitia quæ ex fide est, quæ ex deo est, quæ est in fide. Ad quid? Ad cognoscendū illū. i. vt ego agnoscam illum. i. cur natus, cur passus. Et ad cognoscendū Virtutē resurrectionis eius. i. vt agnoscam quæ est virtus resurrectionis sue. i. iustificatio credentiū. Ex illius. n. resurrectione iustificamur, tanquā enim a petra circūcidamur. Resurrexit enim, Christus, Propter iustificationē nostram. i. vt iustus nos faciat. Et agnoscam Socios passionis eius. i. fructū qui venit ex societate passionū eius. Illā ergo bene noscit, qui per eam ad celi gaudia peruenire credit. Ego, dico, Configuratus mortis eius, hoc non mutatur. Si quō. q. d. quero iustificari ex fide, & configurari morti eius Christi. Ego, dico, tentans Si quō, hoc iō dicit, quia difficile est. Occurrā deo, retribuens ei quod mihi retribuit. i. calicem passionis. Vnde propheta, Quid retribuam dño pro omnib⁹. &c. Ego, dico, pro hoc Venturus ad resurrectionem, verā & gloriosam. Vel tentans, Si quō &c. In aera Christo, in iudicio quod tantum sanctorum est prius veniēs Ad resurrectionem veram, Quæ est, non inter mortuos, sed longe Ex mortuis. Qui autē licet omnes resurgant in die iudicij, soli tamen iusti gloriose mutabuntur, & occurrent dño in aera deportati ab angelis. Impij vero manebunt in terra, quousq; percipiant terribilem sententiā iudicis, Et ne videat superfluum apostolum tot pati, cum fidem & alia bona habeat, subdit, Non quod. q. d. merito iam pro illa gloria tantū laboro, quia non dico Quod iam acceperim, aliquid gloriæ: quia si aliquid gloriæ accepi, nihil est ad cōparationem futuræ, Aut si quid iam, accepi de cognitione Christi: non dico quod in illa iam perfectus sim. & si ita est de me, quid de alijs? Hoc de se, ne illi quos in hac epistola laudat, & in quorum fide & deuotione se gaudere testatur, vt homines inflatione extollant: sed laborem addere vt ipse facit, qui tantus est. Si. n. ipse qui tanta præditus est dignitate adhuc deesse sibi ad perfectionem confitetur, quāto magis hi elaborandū esse sibi intelligere debent, vt iustificationē merita & perfectionis metam adipiscātur. Nemo ergo fidelium etū profecerit, dicat, sufficit mihi. Qui enim hoc dixit, hæsit in via ante finē, quæ currēs intuebatur apostolus, & de sua imperfectione confitebatur, aliud in se intuens, aliud alibi querens. Per fidem enim ambulat, non per speciem. Vel ita. q. d. ideo tēto, Si quomodo occurrā ad resurrectionē, quia non est verū q; Acceperim iam virtutem resurrectionis, aut quod iam Perfectus sim, in cognitione dei.

Sequor autem si quomodo comprehendam in quo & comprehensus sum a Christo Iesu. Fratres, ego me non arbitror comprehendisse. Vnum autē, quæ quidem retro sunt obliuiscēs: ad ea vero quæ sunt priora extēdens meipsum ad destinatum persequor ad brauium supernę vocationis dei in Christo Iesu.

Sequor autē. q. d. non accepi, nec perfect⁹ sum, sed Sequor, non passib⁹ corporis, sed mētis affectib⁹ & vitę morib⁹, vt possim eē perfect⁹ iustitię possessor, qui recto itinere de die in diē spirituali renouatione proficiēs iā perfectus sum factus eiudē iustitiæ viator: perfect⁹ enim erat viator, sed nōdū ips⁹ itineris perfectiōe peruētor. Ideo ait, Sequor, proficiēdo, tētās Si quō cōprehēdā. i. si aliquo modo potero perfecte cognoscere christū qui est summa beatitudo. Ecce quanta est fides quæ tā grande petit. comprehendam, dico, in eo modo cognitionis In quo deprehensus sum a christo Iesu.

Aimo.

Aimo.

Augu.  
ex lib. sentē.  
prosperi.

Ambro. **fu, vt. f. videā eum sicut est, sicut ipse me videt sicut sum, Vel ita, Cōprehēdā, dico, nō merito meo, sed in eo In quo cōprehēsus sum, a dño. i. per mīam dei per quā a prāciētia dei requisitus inuentus sum. Vel ita. q. d. comprehendā, dico, in eo mō videndi, In quo ēt nūc Cōprehēsus sum a domino Iesu, vt. f. videam eum in ea claritate in qua mihi apparuit in via quando me comprehendit. Fratres, &c. Illud quod dixerat, euidētius aperit: & quāsi mirantibus illis, quid dicat cum ait, non accepi, nondū perfectus sum, ait, Frēs. q. d. recte dico, sequor vt comprehendā, quia Ego, qui melius noui quam vos, vel alij, Nō arbitror me cōprehēdē, quicquid alij putent de me. Ego non arbitror de me cōprehēdē, vnū. f. Multa quidē habeo, Vnū autē nōdū habeo, hoc vnum. Vna etiam dñi psalmo, Vnam petij a domino, & quāsi diceret, Quid ergo agis apostole: nōdū apprehendisti: nōdū perfectus es: Quid ergo agis: Quid mihi mutandum proponis: inquit, Quæ quidem retro sunt. Vel ita. Non arbitror me comprehendē. Hic distingue, non cōprehēdi. Vnum autē, de me vobis assero, quod ego obliuiscēs ea quidem quæ retro sunt, ad ea vero quæ priora sunt me extendēs, & persequor, &c. Vel ita, ab illo loco Fratres. q. d. nō cōprehēdi. Et vere, quia o Fratres, nec arbitror me cōprehēdē, sed persequor: non utiq; tria vel duo, Sed vnum, summum bonū: quod vere est vnū, in quo sunt omnia bona. Hoc est illud vnū de quo Philippus ait. Dñe ostēde nobis pacē, & sufficit nobis. Persequor, dico, qualiter: hoc mō: obliuiscens quidē. i. dās obliuioni, Quæ retro sunt. i. terrena quæ reliqui, Ad ea vero quæ sunt priora. i. ad cælestia quæ terrenis priora sunt. Extēdens me, tota intentione & desiderio nōdū habitæ rei. Extēdebat. n. se ad cælestia secūdū intentionē, non secūdū peruentionē, nō secundum apprehensionē. sic & nos non relabamur amore vnde iam trāsluimus, nec remaneamus in illis in qua iam venimus, curramus, intendamus. In via. n. sumus, non respiciamus retro: sed in anteriora extēdamus intentione & desiderio. Vita. n. Christiani boni, secūdū desiderium est. Quod autē desideras, nōdum vides: sed desiderando cāpax efficiaris, vt cū venerit quod desideras, implearis. Sicut. n. si velles implere aliquē sinum, & nosti quam magnū est quod dabit, extendes sinū vel facci, vel vtris, vel alius cuius rei, & extendendo facis capaciores: sic deus differēdo rem, extendit desiderium: desiderando, extendit animum: extendendo, facit capacem. Desiderem⁹ ergo quia implendi sumus. Hæc est vita nra vt desiderando exerceamur: tantū autē nos exercet desiderium sanctū, quantum desideria nra amputabimus ab amore seculi. Iō dicit, Obliuiscens quæ retro sunt. i. cūcta tēporalia, & Extēdens meipsum ad ea quæ sunt priora, appetens æterna. Extensio enim illa est appetitio terrenorum. Vel ita, Obliuiscēs quæ retro sunt. i. merita iā prætērita priora. f. acta, non quia mala sunt, sed quia parua ad meritum collocandū: sed ad potiora extensus est, vt temper proficiat in meli⁹. Vñ subdit. Ad ea vero quæ sunt priora meipsum extendens. i. priora mala. Ad ea vero quæ sunt priora meipsum extendens. i. ad promissa bona. Prætērita. n. mala post tergum oportet ponere, vt in ea quæ nobis promittuntur intendamus. Ergo nec ex prætērita vita, nec ex præsenti delectari debemus: reuocandus est animus a recordandis cum quadam delectatione prætēritis malis, & cum quadā cōcupiscentia fruēdi ne redeamus corde in Aegyptum. Vitam igitur prætēritam malā obliuiscere, si te delectauit aliquā vanitas, non nō te delectet. Persequor, dico, eousque donec veniam Ad destinatum præmiū. f. Ad brauium. i. ad præmiū quod est mihi destinatum & promissum a deo, vel ad quod proposui me currere. Brauium, dico, Supernæ vocationis dei, in Christo Iesu. i. æternæ vitæ, ad quam in supernis dandam vocat me deus per filium suum Iesum Christum, & iō digna est res & certa.**

Quicumque ergo perfecti sumus hoc sentiamus, & si quid aliter sapitis, & hoc vobis deus reuelabit. Veruntamen ad quod peruenimus, vt idem sapiamus, & in eadem perueniamus regula.

Augustinus in psal. cxix. **Quicumque ergo. q. d. & quia ego ita curro, & ita de me sentio. f. quod adhuc perfectus sum: ergo & vos Philippenses hoc sentite, sed se eis enūerat, dicēs, Quicumque ergo sum⁹ perfecti, cursores vel viatores, cōparatiōe aliorū, Hoc sentiam⁹. q. d. nō loquor imperfectis quibus nō valeo loqui sapientiā, qui adhuc lacte potantur, non solido cibo pascuntur:**

**tur: sed illis dico, qui iā dicuntur esse perfecti, qui māducāt solidū cibū, quia intelligunt æqualitatē verbi cū patre: sed non sic vidēt adhuc, quō vidēdū est facie ad faciē** **A** **Certa enim fides vtrūq; inchoat cognitionē. Cognitio enim perfecta nō perficit, nisi post hāc vitā, cū videbimus facie ad faciē. Hoc ergo sapiamus vt nouerim⁹ tutiorē eē affectū vera querēdi, quā incognita pro cognitio presūmēdi. Sic ergo quæram⁹ tāquā inuēturi, & sic inueniamus tāquā querēturi. De credendis, nulla infidelitate dubitem⁹ de intelligendis, nulla temeritate affirmemus. In illis autoritas tenēda ē, in his veritas exquirēda. Et sciēdū, quod iustitia qua iust⁹ ea fide viuūt, nunc vera iustitia est. Quæ licet non immerito in aliquibus iustis pro huius vitæ capacitate perfecta dicat, tamen est parua ad illā magnā quā ceperit æqualitas angelorū. quā qui nōdū habebat, & propter illā quæ iā inerat, perfectum: & propter istam quæ adhuc deerat, imperfectum se esse dicebat: minor ista iustitia facit meritū, maior illa, præmiū. Ideo qui istā non sequitur, illā nō assequitur. Vnde ait, Quicumque perfecti sumus. i. perfecti currim⁹ Hoc sentite, quod nōdū perfecti sumus vt illic perficiamur, quō perfecte adhuc currimus, vt cū venerit quod perfectū est, destruat quod ex parte est. i. iā non ex parte sit sed ex toto, quia fidei & spei res ipsa quæ videat succedet. Caritas vero quæ in his trib⁹ maior est non auferetur, sed augebitur & implebitur. In qua plenitudine, illud præceptū charitatis implebitur. Diliges dominū deū tuū ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, &c. Nā cū est adhuc aliquid carnalis cōcupiscentiæ, nō omnino ex tota aīa diligitur deus. Caro autē non dicitur cōcupiscere, nisi quia carnaliter animā concupiscit. Tunc vero erit intus sine omni peccato, quia nulla lex erit in mēbris repugnās legi mētis. Tunc prorsus toto corde, tota anima, tota mēte diliget deū, quod ē summū præceptū, Cur ergo non præcipitur homini ista perfectio, quanuis eam in hac vita nemo habeat? Non enim recte curritur, si quo currendum ē nesciatur. Quomodo autem sciretur, si nullis præceptis ostenderetur? Et siquid, quāsi dicat, ita sentite sicut dixi, & si hoc feceritis, hoc vobis dabit deus. Quod si quid modo aliter sapitis quam sapiēdū sit in futuro, quia modo per speculum videtis, & hoc Reuelabit vobis deus, quia clare faciet cognoscere, & se & alia oīa quæ obscure mō videtis, Vel ita. q. d. ita sentite vt dixi. Et siquid aliter sapitis, id est imperfecte de deo & alijs. Et hoc, quod modo aliter sapitis, & de deo, & de omnibus, id est etiam hanc imperfectam cognitionem Vobis deus per spiritū sanctū reuelauit. Vel ita, quāsi dicat ita sentite, vt dixi. Et siquid aliter sapitis, quam sapiendū sit, vt paruuli sensu, id est si perfectam cognitionem de C H R I S T O vos habere putatis, si surrepit vobis quod aliquid magni sitis, & hoc idem male vos sapere, per misericordiam suam Vobis reuelabit deus, similiter & de alijs erroribus. Probata vita vos liberabit, non statim æternum brauium dabit. Hoc, inquam, faciet, si humiliter sapitis, & de vobis senseritis. Qui enim in pace chatolica manet. Et siquid aliter sapitis quam oportet, deus humili reuelabit. Si autē illud superbus defendit & pertinaciter astruit contra pacem ecclesiæ, deus abijcit, quia, superbis resistit deus humilibus dat gratiam. Veruntamen, modo quāsi dicat, imperfecti sum⁹, aliter sapimus modo, Sed tamen, necesse est Vt, omnes de illo Idē sapiamus, credēdo Ad quod peruenimus, fide & sciētia, & etiā opere compleamus. Vnde subdit. Vt in eadē regula, id est rectitudine viuendi Permaneamus, & sic reuelabit de⁹ quod aliter sapimus. Vel ita, ab illo loco. Et siquid, quāsi dicat, ita sentite, vt dixi. Et si quid aliter sapitis, id est siquid melius ad cultū dei excogitaueritis: & hoc donum dei esse sciatis, quia Hæc reuelabit deus vobis. sed ne qua presumptio inde oriretur, subdit, Verūtamen. q. d. & si aliter sapitis. Veruntamen, teneamus Id ad quod peruenimus vt. f. idem sapiamus, & in eadem regula fidei, & doctrinæ, & vitæ Permaneamus. hoc est, non extra regulā disciplinæ sapere, sed quod commune sit & modestum in euāgelica veritate, & hic, scilicet fide & regula viuendi.**

Imitatores mei estote fratres, & obseruate eos qui ita ambulāt sicut habetis formam nostram. Multi enim ambulant quos sepe dicebam vobis nunc autem & flens dico inimicos crucis Christi, quorum finis ioteritus, quorum deus ventus est, & gloria in confusione ipsorum qui terrena sapiunt. Nostra autem conuersatio in cælis est. Vnde etiam saluatorem expectamus dominum nostrū Ie-

Augustinus de trinitate

Augustinus in li. ten. prosperi.

Augustinus de perfecta iustitia hoīs.

Augustinus in psal. cxix.

Ambrosius

sum Christū, qui reformabit corpus humilitatis nostrę cōfiguratū corpori claritatis suę, secūdū operationē virtutis suę quę etiā possit subicere sibi omnia.

**Almo:** Estote imitantes, o Fratres, in fide & dilectione: vt sicut ego credo, operor & doceo, ita & vos faciatis, & si me presentē nō habetis, Obseruate. i. diligēter inspicite & imitami eos Qui ita ambulāt sicut habetis formam nostrā, id est imaginem vitę nostrę scilicet qui ita credūt, viuunt, docēt. Sicut ego .i. mihi similes imitami. Vult illos esse sollicitos ne prauorū hominū subtilitate capiātur. Et notēt quencūq; qualiter cōuerfetur & doceat, vt his iungantur in quibus sensus magistri sui agnouerunt. Multi enim, &c. q. d. dico vt eos obseruetis qui ita ambulant. Multi enim sūt, qui aliter ambulant, non sentiētes nobiscum de legis abolitione: sed legem cum euangelio tenendam esse prędicantes. Quos sępe, dum pręfens eram apud vos. Dicebā inimicos crucis Christi. Nunc autē idē dico, & sēns, tum pro illorū perditione, tum pro simplicitū subuersione. Illos inimicos crucis esse dicit, quia qui carnales obseruātias inducunt, crucem superfluum asserunt, Quorum finis, est æternus Interitus. i. in fine eorum, erit eis æterna pœna, Quorum deus est ipse vter eorū. Quicquid faciunt, pro vtrę faciunt, quasi ipsam ventrem colētes. Hoc enim ab homine colitur, quod ceteris plus diligitur. Vnde quia deus maior est in omnibus rebus & melior, plus omnibus diligēdus est vt colatur. Illi autem ventrem deū faciunt, qui ita laborant de edendis, quasi in esca eis sit salus: vel venter deus sit. Et gloria, alia litera est. In pudēdis ipforū .i. ipsi gloriantur in pudendis circūcis. Qui tales sapiunt. Hoc est enim terrena sapere. i. in talibus gloriari. Qui autē spiritualia sapit, in fide, & spe, & charitate gloriā. Vel ita Quorū deus venter est. i. escas quę vtrę sunt, deū faciunt, dū eas iustificare homines dicunt. & Gloria eorū est in cōfusione ipforū. i. in talibus, vnde cōfundi & erubescere possunt, dū per animalia se iustificari credūt. Vel, Gloria eorū, tēporalis est In cōfusione ipforū. i. perducet eos ad confusionem æternam. Qui terrena sapiunt, quia in terrenis nil nisi quod vident intelligūt legalia, non spiritualiter sed terrene intelligētes. Nostra autem conuersatio. quasi dicat, illi ita prauē ambulant: sed Nostra cōuersatio, & si adhuc sumus in terra, Est in cęlis, vbi est spes vera, id est viuendo & intelligendo similes angelis, propter quod pręter commoda quę iam habemus, deum expectamus. & hoc ē quod subdit, Vnde etiam dominum nostrum Iesum Christum salutorem, animarum iam & quandoque corporum Expectamus, venturum, Qui cum venerit, Reformabit. quasi dicat hoc de eo Expectamus, quod sicut iam reformauit animas, ita reformabit corpus Humilitatis, id est deiectionis Nostrę, quod per mortem in puluerem & vermes humiliamur. Reformabit, dico, ita quod erit Configuratum corpori claritati eius. i. assimilabit corpori ipsius in claritate quā habuit in trāsfiguratione, vel in resurrectione. Quod utique facere potest Secundum operationem, id est potentiam operandi Qua possit, non solum corpus reformare, sed etiam Subicere sibi omnia, id est hoc potest facere secundum potentiā operādi, qua sibi subiecit omnia & quia reformabit corpus nostrum.

CAPVT IIII.

**T**Aque fratres mei charissimi & desiderantissimi, gaudium meum & corona mea, sic stete in domino charissimi. Euchodiam rogo & Syntice deprecor, id ipsum sapere in domino. Etiam rogo & te Germane cōpar, adiuua illas quę mecum laborauerunt in euangelio cum Clemente, & ceteris adiutoribus meis quorum nomina sunt in libro vitę. Gaudete in domino semper, iterum dico gaudete. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Dominibus enim prope est. Nihil solliciti sitis, sed in omni oratione & obsecratione cum gratiarum actione petitiones vestrę innotescant apud deum. Et pax dei quę exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra & intelligentias vestras in CHRISTO Iesu.

**A** Itaq; fratres mei charissimi & desiderantissimi. i. quos videre multū desidero. Vel, Desideratis. i. qui me valde videre desideratis: qui estis Gaudium meū. i. de quorū fide & opere gaudeo. Et corona, mea in futuro. i. per quos etiā in presēti letificor, & in futuro coronabor. Discipulus. n. in agone victoribus, dignus erit corona magistri. Sic stete in dño, sicut me & mihi similes stare scitis: vel sicut estis modo, & tūc eritis Charissimi. Euchodiam &c. q. d. oēs moneo, sed specialiter Euchodiam rogo & Syntice deprecor, quia plus de ea timeo. Sapere id ipsum, quod dico non aliud: quia illud quod dico, Est in domino. i. secundum dominū. Has etiam mulieres specialiter rogat, quia hę religiose prędicatores suscipere solebant. & o Germane, propriū nomē qui es Cōpar, id est coadiutor meus in euangelio prędicando, Etia te rogo adiuua, confortādo illas pręmemoras mulieres, ne deficiant. Quę in euangelio mecum laborauerūt, mihi ministrando necessaria. & etiā. Quorū noīa. i. merita & pręmia qui veritatē tenent, Sūt scripta in libro vitę. i. in prędestinatione dei: quia si discreti sunt meritis, diuersas mansiones habebunt in æterna domo pro diuersitate meritorū. Vñ in domo patris mei mansiones multę sunt. Liber vitę est prędestinatio dei, in quo oēs saluandi pręscripti sūt. Et est sensus. Nolite o Philippenses grauius ferre quod oēs vos in epistola singulatim non nominavi, quia et si in ea non estis scripti, in libro tñ vitę continemini. Gaudete in dño semper. Latatus in fide & in operibus eorum apostolus vt alacriores sint, optat eos in hoc studio proficientes, gaudere in domino semper, & ideo iterat vt se in eis vera affectione gaudere ostendat, quasi dicat, nomina eorum sunt in libro vitę, & vt idē eē vobis certissime credatur, Gaudete, non ad horam: sed Semper: non in seculo, sed In domino, id est omne, vnde gaudendum est, statuite in domino, non extra. Sicut enim homo non potest duobus dominis seruire, sic nemo potest in seculo gaudere & in dño. Amicus enim huius mundi, inimicus dei reputabitur. Multum inter se hęc duo genera differunt gaudiorum: suntque omnino contraria, nec simul in eodem esse possunt. Vincat ergo gaudium in domino, donec finiatur gaudium in seculo. Illud semper augetur, hoc semper minuitur, donec finiatur. Quid est seculi gaudium? breuiter dico, Seculi lætitia est impūta nequitia, scilicet luxuriari, in spectaculis nugari, ebriositate ingurgitari, turpitudine foetere, nihil mali pati. Ecce gaudium seculi, nec castigari fame, vel belli timore, vel morbo, vel aliqua aduersitate: sed omnia in rerū abūdātia, in pace carnis, i securitate mētis male agere, Ecce gaudiū seculi. Magnę ergo misericordię est, nequitia ipunitā nō relinquere, ne gaudiū sit in seculo: & ne cogat in extremo gehēne damnare, mō flagello dignā castigare: bonū ē nobis vt subueniat castigādo. Ergo Gaudete in domino, nō in seculo. i. in veritate, nō iniquitate: in spe æternitatis, nō in flore vanitatis. & hoc adeo nobis ē necessariū. q. Iterū dico, gaudete in domino, nō vt quēdā alia semel. Ideo hoc facite, quia hęc est Modestia, & rectus modus vt in domino sit omne gaudiū. & hęc Modestia sit, Vestra: & per vos sit Nota omnibus hominibus, vt per vos alii discāt hoc. Vel ita, Gaudete, dico, & Vestra modestia, morū. i. rationalis cōuersatio sit oīb; hoīb; .i. fidelib; & infidelib;: fidelib; vt imitē: infidelibus, ne possint reprehēdere & aliqui cōuertātur. Exēplo eorū vult alios acquiri. Cū. n. lucebūt opera illorū, nō deerūt qui imitētur bonū illorū: & debetis facere q; monui, quia Dominus prope est. i. paratus dare quicquid opus est in spiritualibus vel temporalibus. & Ideo nihil, id est de nulla re Solliciti sitis. i. timidi, id est seposita mundi sollicitudine promissa dei prę oculis habete. Sed in omni oratione & obsecratione. i. in prece quę cōmuniter sit pro quibuscūq; hominibus, & de quibuscūq; rebus, vel simpliciter, vel cū adiuratione. Petitiones vestrę, de rebus necessariis quas vultis impetrare, facite Cum gratiarū actione. Qui. n. vult aliquid impetrare, grat; debet esse de preteritis. Et ille, in quā, petitiones Innotescant apud deū. i. ita sint vehementes, non tepide, vt ad deū perueniāt. i. compleantur. Distingue. Oratio & obsecratio communiter sunt ab aliquibus pro se vel aliis, & de quibuscūq; rebus. Petitio est de reb; nominatis necessariis, Vel ita, Petitiones vestrę innotescant, vobis esse Apud deum, per totalantiā, nō apud homines per iactantiā. Non enim sic est accipiendum tanquā deo innotescant esse apud deū Hęc notitia sit assiduitate orationis & vigilię. Vel innotescāt, angelis qui sunt Apud deū, vt quodāmodo eas offerāt deo, & de his cōsulāt & q; deo iubēte implēdū esse cognouerint, hoc nobis vel euadēter, vel latēter reportēt. Vñ

Ambrosius:

Aimō

Augustinus:

Augustinus de ver. euat.

Ambrō:

Augustinus ad probā in li. de orando Deo.



& angelus loquens hominibus, ait, Cum orareris, orationem vestram obtuli deo. Ad oia quippe scienda sufficit deo sua perfectio. habet tamen nuntios. i. angelos, non qui ei quod nescit annuntiant: non enim sunt vlla quæ nesciat, sed bonum eorum est de operibus suis eius consulere voluntatem. & hoc est quod dicuntur annuntiare: non ut ipse ab eis discat, sed ut ab illo hic per verbum eius sine corporali sono nuntiât, etiam quod voluerint ab eo missi ad quos voluerit: totum ab illo per illud verbum eius audiēt. i. in eius veritate inuenientes quid sibi faciendum, quid, quibus, & quando nuntiâ dum sūt. Non ergo dicitur angelus oratiões istas nostras offerre deo, quasi deus tūc noverit quid velimus, vel quo indigeamus, quia omnia antequam fiat, sicut & postquam facta sunt novit. Sed quia necesse habet rationalis creatura obtemperâs deo, temporales causas ad æternam veritatem referre, siue petendo quid erga se fiat, siue consulendo quid faciat: in quo & contestatur quod non sibi ipsa sūt bonum quo beata fiat, sed in commutabile, cuius participatione etiam sapiens efficitur. Et pax dei. q. d. vos moneo ut petatis & dominum sine quo humanus labor inutilis est, oratio ut præstet effectū, & hoc est quod ait, Et pax dei quæ exuperat omnem sensum, id est intellectum, & vtiq; nostrum, non eorum qui semper vident faciem patris, id est angelorum. Vel si nec ipsos excepisse intelligitur angelos ita dictum esse accepimus: quia pacem dei qua ipse deus pacatus est, sicut eam deus novit, nec nos sic eam possumus nosse, nec vlli angeli: superat enim omnem intellectum præter suū. Et est sensus, Pax dei quæ exuperat omnem sensum, id est deus qui est summa pax, quæ nec cogitari potest, & ideo extra eum nullo opus est. Custodiat corda vestra, & intelligētias vras in Christo Iesu, id est volūntates & intellectus vestros, ita ut extra ipsum nihil intelligatis vel appetatis. Nota quod præmisit de assiduitate & vigilantia orationis. & post subdit de custodia pacis quia adhibita assiduitate orationis, tunc demum pax custodit corda in Christo. hoc iō dicit, qui cum deo habent pacem, non timent mentem aduersam.

Augu.  
in eodem  
Augu.  
de gra. no. t.

Augustinus.

Decætero fratres, quæcunque sunt vera, quæcūque pudica, quæcūque iusta quæcūque scia, quæcūque amabilia, quæcūque bonæ famæ: si qua virtus, si qua laus disciplinæ hæc cogitate, quæ & didicistis, & accepistis, & audistis, & vidistis in me. Hæc agite, & deus pacis erit vobiscum. Gavius sum autem in domino vehementer, quoniã tandem aliquãdo reflorestis pro me sentire, sicut & sentiebatis. Occupati autem eratis. Nō quasi propter penuriã dico. Ego enim didici in quibus sum sufficiens eē. Scio & humiliari, scio & abundare. Vbiq; & in omnibus institutus sum, & satiari, & esurire, & abundare, & penuriã pati Oia possū, in eo qui me confortat. Veruntamen bene fecistis, communicantes tribulationi meæ.

Decætero. Hactenus contra persecutores, & pseudoprædicatores monuit. In conclusione quæ ad perfectionem sunt exponit. q. d. hucusq; monui ad tolerãtiam & ad cautelam. Decætero autem o fratres, moneo vos ad hoc Cogitate. i. in memoria versate. Hęc, quę ad perfectionem pertinent. f. Quæcūq; sunt vera, quæcūq; pudica. i. quæcūq; ad verã sunt fidē, tum quia in eis est veritas, tum quia per ea pudicitia cum deo servatur. Quæcūq; sunt Iusta ad proximum: Quæcūq; sunt Sancta, in propria vita: & ut minus Quæcūq; sunt Amabilia. i. digna amari, ut modestus incessus, humilis sermo & huiusmodi. & Quæcūq; sunt Bonæ famę, quia ita decet illos sanctos esse, & iustos: & ut de eis non habeatur mala opinio, sed bõa, ut profint alijs. Nobis enim nostra vita necessaria est, alijs fama nostra. Proinde quisquis a criminibus flagitorū vitam suam custodit, sibi bene facit. Quisquis autem etiã famam in alios, misericors est. Quę bonę famę sunt, dico, Si qua tamen virtus est in eis, vel si qua laus disciplinę Christianę. Non enim curanda est bona fama de virib; vel de scientia mundi, vel de alijs secularibus. Vel ita distingue, ut hoc, Si qua laus, referatur ad famam. & hoc, Si qua virtus, referatur ad alia prædicta, hoc modo, Cogitate quæcunque sunt vera, & cætera, si qua virtus est in eis. Et cogitate quæcunque bonę famę, si qua laus disciplinę, est in eis, hoc, inquam, cogitate Quę omnia Didicistis, me vos docente: & accepistis, ut digna temeri. Item hæc ideo cogitanda sunt, quia Et audistis, ab alijs.

Augustinus.  
ad Iulianū.

& audistis per vos Esse in me, hoc igitur agite, nō solū cogitate, sed actū implete. Deus dator pacis erit vobiscū. i. adiuvans vos hæc facere. Gavius autem, hic cōmemorat quod sibi sepe necessaria miserunt. Vnde ad acritatē suam propensioem factam ostēdit, quia in quo negligentes facti fuerant adhibita solertia iteraverūt, ut memōres facti apostoli sui fructus ei mitterent in horreo cælesti cōdēdos. quasi dicat, Ad futura vos hortor. Et præteritis autē Gavius sum vehementer, & hoc in dño, nō in dono propter donū. Vnde, Quoniã tandē post. f. post multa tempora. Aliquãdo, scilicet in aliquo tempore, quia non omni potuerant. Reflorestis, id ē iterum sicut olim floristis ministrando mihi necessaria, quæ ministratio dicitur flos, qui in fructus æternæ vitæ evenit. Vel, Repullulastis, a simili arborum, quia sterilitate aruerant, & quia marcuerant. Reflorestis, dico, ita ut ostēderetis vos sentire, misericordi compassione. quod pungebat me: Sicut & olim sentiebatis. Sentire, dico, Pro me, id est ad meã humilitatē, quia mihi prodest nōstra cōpassio. Hęc cōmemorare valet ad incitationem. ne autem videre ntur aliqua malã causa intermisisse, addit, Occupati autē, quasi dicat, mō reflorestis, sed Ante eratis occupati. i. impediti aliquibus aduersis. Quod autem gavius sum, Non quasi dico propter penuriã, id est quasi pro rebus meã penuriã cōsolantibus, scilicet vt de penuria tristis, de ipsius gaudeam supplemento. Ostendit q nō sui causa in hoc opere eorum gaudet, sed propter profectū eorū. Nã de huiusmodi nec tritari, solet, nec gaudere. Vnde subdit. Ego enim didici. i. in contuetudine habui, Sufficiens esse semper, id est contentus his in quibus sum, quia scio humiliari, quia inde nō frangor: Et abundare, quia inde non erigor. Et institutus sum, a deo nō per me, quãliter debeã me habere. Vbiq; .i. in omni loco coram principibus, vel quibuslibet. Et in omnibus. i. in omni genere rerū, id est institutus Sum satiatus, ita ut non noceat satietas. Et esurire, ita ne deficiam. Et penuriã pati, quia nec de penuria contristor, nec de abundantia exulto: sciens quia abundantia frequēter extollit, & penuria tolerata diuitias cælestes acquirit. Omnia, & c. q. d. non solū scio ista, sed etiam possum exequi eo confortate qui me docuit. & hoc est q ait, Oia possū facere in eo. i. per ei; auxiliū Qui me cōfortat. i. in Christo qui mihi possibilitatē tribuit. Veruntamen. q. d. pro rebus datis non gaudeo quibus carere possem. Veruntamen bene fecistis quãtū ad vos quicquid iustum est facistis. & Communicantes, vestra bona Tribulationi meæ. Inde gaudet, in de pascitur, quia illi bene fecerunt: non quia eius angustia relaxata est.

Ambrosius.

Augustinus  
in lib. conf.

Scitis autem & vos Philippenses q in principio euangelii quando profectus sum a Macedonia, nulla mihi ecclesia cōmunicavit in ratione dati & accepti, nisi vos soli: quia & Thessalonicã semel & bis in vsū mihi misistis. Non quia quæro datū sed, requiro fructū abundantem in ratione vestra, Habeo autem omnia, & abundo. Repletus sum acceptis ab Epaphrodito, quæ misistis in odorem suavitatis, hostiam acceptam, placentem deo Deus autem meus impleat omne desiderium vestrum secundū diuitias suas in gloria in Christo Iesu. Deo autē & patri nostro gloria in secula seculorū amen. Salutate omnem sanctū in Christo Iesu. Salutāt vos qui mecum sunt fratres. Salutant vos omnes sancti maxime autē qnī de Cæsaris domo sunt. Gratia domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro, Amen.

Scitis autem, vos mihi communicavistis, sed alij non. & hoc est quod ait, Scitis autem & vos Philippenses quod in principio euangelij quando profectus sum in Macedoniam nulla mihi ecclesia communicavit temporalia, nisi vos soli. Hęc memorat, ut talibus operibus quas laude dignis magis studeant. Non communicavit, dico. In ratione dati & accepti, ut scilicet rationabiliter consideraret, quod deberet dare carnalia qui accipiebant spiritualia. Nisi vos soli, dico, qui non solum quando vobis prædicavi mihi communicavistis: Sed etiam Thessalonicam mihi semel & bis misistis necessaria in vsu, præter quem nihil querendum est. Non quia. q. d. dico vobis bene fecisse, non ut ego implear, sed ut vos inanes nō sitis. & hoc ē quod ait nō, nō iō dico hoc, Quia quæro datum. i. ut explear datis rebus, Sed requiro fructū. i. bonam & rectam voluntatem bonæ operationi adiunctam. Non enim tam gaudet subiectū esse suæ necessitati.

Ambrosius.

Augustinus  
de pastor.

Augustinus.  
lib. confes.

fitati, quam illorum gratulatur fecunditati. Discerne inter datum & fructum. datum est, res ipsa quae datur, vt nummus, potus, cibus, & huiusmodi. Fructus autem, opera bona, & recta voluntas datoris. Vñ dominus in euangelio nō ait simpliciter, Qui recipit iustum vel prophetam: sed addit, in nomine iusti vel prophetae: suscipere prophetam vel iustum, datum est in nomine iusti, vel prophetae: hoc facere, fructus est. Heliā pauisse leguntur coruus & vidua: sed per coruum qui nō in nomine iusti, dato pascebatur: per viduam fructu, quae sciebat quod hominem dei pasceret, & propter hoc pasceret. Nō igitur quero datum, sed fructum donationis, abundante in ratione vestra: vt scilicet pro opere misericordiae, ratio vestra habeat gratiam spiritus sancti. Abundante, vero dicit, quia hoc est bonum, vnde bona proueniunt. Vel ita, Requiro fructum abundante in ratione vestra, id est vt fructus iustitiae vestrae abundans sit, cum ratione deo reddetis de factis vestris. Habeo autem, quasi dicat, non quero datum, sed Tamē habeo omnia, quae misistis. Et abundo, non in vno vt alio egeam, sed Repletus sum acceptis ab Epaphrodito, muneribus, Quae misistis mihi in odorem suauitatis, quia ista quae misistis placet deo, vt odor suauissimus. Comparatur enim orationi, quae est incensum dei. Vnde dicitur, Date elemosinam, & ipsa orabit pro vobis ad dominum. Misistis illa, dico scilicet Hostiam acceptam, placentem deo: quia haec est hostia, qua datur vobis vincere hostes quam accepit deus placide. Deus autem, q. d. vos me repleuistis: Deus autem meus impleat omne desiderium vestrum. q. d. vt mihi fecistis, ita sit vobis, Impleat, dico, Secundum diuitias, id est secundum quod diues est: & plus potest dare, quam quis mereatur. Impleat, dico, non in terrenis, sed in gloria, eterna. & hoc in Christo Iesu, per quae omnia. Vel ita, Impleat, dico, Quod est in gloria, quae est in Christo Iesu, id est in gloria Christi. Gloria enim Christi est implere desideria suorum. Deo autem, quasi dicat, deus impleat. Inde autem ei gratiae agantur. & hoc quod ait, Deo autem & patri nostro, sit Gloria, vsque In secula seculorum, Amen. Salutate omnem sanctum. Sanctum, dico, In Christo Iesu, quasi dicat, quod sanctum est a Christo Iesu. Salutant vos qui mecum sunt fratres: Salutant omnes sancti, maxime autem qui de domo Caesaris sunt. Omnes significat propensioem affectum habere circa illos. Gratia domini nostri Iesu Christi sit cum spiritu vestro, id est cum ratione vestra, vt sana sit semper, & in spiritualibus abundet, Amen.

Ambrosius.

Argumentum in Epistolam ad Colossenses.



Colossenses, & hi sicut Laodicenses sunt Asiani, & ipsi praeventi erant a pseudoapostolis. Nec ad hos accessit ipse apostolus, sed & hos per epistolam corrigit. Audierant enim verbum ab Archippo, qui & ministerium in eo accepit. Ergo apostolus iam ligatus scribit eis ab Epaphroditum per Tychicum diaconem, & Onesimum acolythum.

CAPVT I.



PAVLVS apostolus Iesu Christi per voluntatem dei, & Timotheus frater, his qui sunt Colossis sanctis & fidelibus fratribus in Christo Iesu: Gratias vobis & pax a deo patre nostro. Gratias agimus deo & patri domini nostri Iesu Christi semper pro vobis orantes, audientes fidem vestram in CHRISTO Iesu, & dilectionem quam habetis in sanctos omnes propter spem quae reposita est vobis in caelis, quam audistis in verbo veritatis euangelii quod peruenit ad vos sicut & in vniuerso mundo est: & fructificat & crescit, sicut in vobis ex ea die qua audistis & cognouistis gratiam dei in veritate, sicut didicistis ab Epaphroditum charissimo conseruo nostro, qui est fidelis pro vobis minister Christi Iesu. Qui etiam manifestauit nobis dilectionem vestram in spiritu.

PAVLVS apostolus. Hanc epistolam scribit apostolus Colossensibus. Colossenses autem sunt Asiani, quibus non ipse apostolus praedicauit, sed eius discipuli Archippus, & Epaphras. Archippus vero in eos ministerium acceperat. Epaphras autem ab eis oriundus ab apostolo instructus, doctrinam Archippi confirmauerat. Archippo ergo praedicante & praedicatione eius Epaphra confirmante, gratiam Christi didicerant. Superuenerunt autem pseudoapostoli qui eos euertere nitentur, carnales obseruantias praedicantes, & philosophicis disputationibus simplicitatem eorum irretire conantes. His igitur superuenientibus, & carnales obseruantias praedicantibus, in dubium illis venerat, quibus potius credendum esset. Vnde Paulus, cuius auctoritas celebris erat, quasi iudicatus quae potius sint tenenda, scribens eis ab Epheso. Describit autem Christum & eius beneficia ostendens quomodo sufficiens est ad omnia. Carnalia vero prorsus improbat, vt deinceps sincere fidem Christi teneant. Instruit etiam illos moraliter, confirmans quicquid illi, scilicet Archippus & Epaphras, docuerant. Et est intentio eius in hac epistola confirmare Colossenses in eadem fide & doctrina, quam a discipulis eius acceperant, & non in aliquo praeter Christum spem ponendam esse docere. Modus tractandi talis est. Solito more salutationem praemittit: qua praemissa, de bonis eorum gratias agit: & fidem & dilectionem eorum commendans, orat vt perficiantur in Christo, cuius beneficia & primatum secundum vtranque naturam commedit. Deinde sui ministerii dignitatem commemorans, monet ne per philosophiam vel legis caerimonias seducti, a Christo recedant. Tandem & omnes simul & separatim secundum aetates, & sexus & condiciones moraliter instruit. In fine, Archippum commonet, sollicitum fore suscepti ministerij. Praemittens autem salutationem, ait, Paulus, Cognito omnibus nomine, Apostolus Iesu Christi: nota omnibus dignitate. Recte hic apostolum se nominat, quia etiam his Apostolus erat, quibus per discipulos suos praedicauerat. Ecce auctoritas dicendorum. Apostolus, dico, non per iram, sed Per voluntatem dei, quod non pseudo sunt. Et Timotheus frater, qui est vir magnae auctoritatis. haec scripsit, his fratribus qui sunt Colossis, & sanctis, & fidelibus, id est & maioribus & minoribus & quod ipsi sunt sancti & fideles, hoc est, In Christo Iesu, id est per gratiam Christi, non vi legis. Et in scribendo prius salutatur, hoc modo, Gratia sit vobis, id est remissio peccatorum, Et pax, mentis & reconciliatio ad deum, a deo patre nostro. Gratias &c. Ostendit bona esse quae receperunt dum gratias pro eis agit, dicens, Gratias agimus deo patri: quia enim deus & pater est, & potest, & vult. Patri, dico, Domini nostri Iesu Christi, per quem nobis omnia bona praestantur. Nos, dico, etiam Semper orantes pro vobis, vt crescatis in melius. Audientes. Ecce hic ostendit vnde gratias agit. Et est ordo. Gratias agimus Audientes fidem vestram, esse In Christo Iesu, qua creditis Christum deum & hominem esse: Et, audientes Dilectionem quam habetis, non utique otiosam, sed operis exhibitione prouenientis ex ea ostensam: In omnes sanctos, & hoc non pro humana laude, vel pro terreno emolumento: sed Propter spem. i. rem speratam, Quae, tamen modo non apparet, sed Reposita est vobis, ab aeterno reddenda In caelis. Et quasi quereretur, quomodo ergo tam latens speratur? subdit, Quam, vt certam haberetis In verbo audistis quod utique tenendum est: quia est verbum Veritatis euangelij. i. & plene verum, & bonum nuntium, Ne ergo alibi illam spem queratis, quam prius intellexistis: Quod, euangelium: non vos primi habuistis, sed per alios Peruenit ad vos, nec soli habetis. Vnde subdit. Sicut, &c. q. d. peruenit ad vos, dico, ita pure & vere Sicut, per me & alios venit in vniuersum mundum. Et, adhuc est manens In vniuerso mundo: quasi dicat non est vobis minus factum, quam alijs ecclesijs. Et, cum sit in mundo euangelium, Fructificat ibi. i. homines fructificare facit per bona opera. Et crescit. i. excrecere facit augmento scientiae, & numero fidelium. & non id facit per hoc quod alij plures habeant, quam vos: sed ita hoc facit Sicut est in vobis. & ideo nil debetis superaddere, Est in vobis, dico, Ex ea die, qua primum per Archippum Audistis, credendo: & Cognouistis, discernendo. quasi dicat: non superuenientes, scilicet pseudo audistis & cognouistis: sed per primos, scilicet per Archippum & Epaphras. Quid audistis? scilicet Gratiam dei in veritate, id est quod totum sit vere ex deo. Sicut, &c. quasi dicat ita a prima die audistis veritatem ab Archippo, Sicut, postea Didicistis, veritatem esse ab Epaphra, praedicationem Archippi confirmante: vt in ore duorum vel trium &c.

Epaphra, dico, Charissimo confervo nostro, quia nobiscum prædicator est. Qui est fidelis minister Christi Iesu. i. a Chrō electus, vel qui dona Christi ministrat, vel Christo offert bonorū operum vestrorū sacrificia. & hoc non pro rebus vestris, sed Pro vobis. i. pro salute vestra: quia salutē vestrā desiderans, cœpit adiutare Archippum. Qui etiam manifestavit nobis dilectionē vestrā, habitam ad deum & ad proximū, fundatā esset In spiritu, non in carne, quia pro spiritualibus non pro carnalibus diligitis.

Ideo & nos ex qua die audiuimus, non cessamus pro vobis orante s, & postulātes vt impleamini agnitione voluntatis eius in omni sapientia & intellectu spiritali, vt ambuletis digne deo per omnia placentes, in omni opere bono fructificātes & crescentes in scientia dei, in omni virtute confortati secundum potētia claritatis eius in omni patientia & longanimitate cum gaudio gratias agentes deo & patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine.

Ideo & nos, Supra dixit se orare pro illis. Ecce hic ostendit quid orat. q. d. quia tales estis, Ideo & nos ex qua die audiuimus, hoc de vobis Non cessamus pro vobis orantes & postulantes, quasi pro meritis quæ pro vobis exhibemus, Vt impleamini in agnitione voluntatis eius. i. plene cognoscatis quid deus velit, & quid nō, & hoc per partes exequitur. i. impleamini In omni sapientia, rerū quæ sunt actiue vitæ, Et intellectu spūalia. i. cognitiōe spiritū aliorū rerū quæ sunt contēplatiue vitæ. Et magnū est vitæ plene scire quid deus velit in oībus rebus actiue vel contēplatiue vitæ. Impleamini, dico, ita Vt, postea Ambuletis bene operando. i. agatis opera bona, Digne deo. i. ita vt deceat deū. i. vt faciatis prout diuini honoris dignitas exigit. Vel, Digne deo. i. ita vt sitis digni eo præmio, ita. i. ambuletis Pro omnia, negotia actiue vitæ & contēplatiue. Placētes, deo & In omni bono opere fructificantes, in maius: & per hanc vitæ puritatē Crescētes in scia dei. i. in cognitione deitatis. Incrementū operū eorum cum sciētia fieri vult vt nō ignorent fidei suæ spem. i. rē speratam quā crederent. Tunc enim firmi & stabiles erūt si aduertāt quæ pro fide promissa sunt. In omni, & c. Oramus vt ita impleamini & promoueamini, & post hanc promotionē oramus ne relabamini. Vos, dico, Confortati, a deo In omni virtute. i. castitate, & cæteris. Confortati, dico, Secundum potētia claritatis eius. i. ab eo qui vos illuminare potuit. Vel ita, Confortati, dico, Secundum potētiam claritatis eius. i. secundū quod ille bene potest vos confortare qui est claritas patris. i. filius. vel secundum quod vobis clarā cognitionem dedi. Vos, dico, manentes In omni patientia, contra aduersa habita, Et in longanimitate, diutini laboris. & hoc Nō ex tristitia, vel ex necessitate, sed Cū gaudio gratias, & c. Hactenus dixit vnde gratias egit, & quid orat eis. Hic iā incipit ostendere quod lex non prodest, sed nocet: & Christus sufficit ad omnia bona: quod possunt scire ex eo, quia ipse & alij apostoli qui in legibus fuerant, eis, dimissis ad Christum confugerant. q. d. pro vobis oramus. Vos, dico, Gratias agentes deo & patri, qui solus potest recreare, quia deus: & vult, quia pater. qui etiā vos, gentiles, sicut nos Iudæos Fecit dignos in patrē sortis sanctorum. i. in participationē hereditatis, quæ sorte datur sanctis. i. diuina voluntate. Voluntas enim dei in humano genere fors est apud quē non est iniquitas, sed omnia fecit per iustitiam, & si occultam: per quā hereditas æterna datur, quibus vult. Vnde & ipsa hereditas fors dicitur, quæ non meritis sed electione diuina datur sanctis. i. patriarchis & prophetis, & ideo per gratiam non per legē quærenda est. Per gratiam enim dignatus est aduocare & inducere gentes in promissionem Iudæorum. Dico, quod nos fecit dignos: & hoc non in lege, sed In lumine. i. per eū qui est lumen de lumine, cuius gratia illuminatur: quod lex non potuit præstare. Vel, Dignos nos fecit, ponendo nos In lumine, in clara cognitione, a qua denians cadit in tenebras.

Qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnū filii dilectionis suæ, in quo habemus redemptionem & remissionē peccatorum, Qui est imago dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ: quoniam in ipso cōdita sunt vniuersa in cælis, & in terra visibilia & inuisibilia. Sicut throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, oīa per ipsum & in ipso creata sunt. Et ipse

Ambrosius.

Augū. in psal. xxx.

Ambrosius

A est ante omnes, & omnia in ipso cōstāt. Et ipse est caput corporis ecclesie: qui est principium primogenitus ex mortuis, vt sit in omnib⁹ ipse primatū tenēs. Quia in ipso cōplacuit omnem plenitudinē inhabitare, & per eū recōciliari omnia in ipsum, pacificat per sanguinē crucis ei⁹, siue, quæ in terris, siue quæ in cælis sunt.

Qui eripuit nos & c. q. d. Qui ita dignos nos fecit, quod in baptismo, Eripuit nos, si militet & vos, De potestate tenebrarū. i. ignoratiæ peccatorū, dæmonū qui vere domi nabatur nobis. Diabolus enim & angeli eius captiuauerant prædestinatos ad dei gloriā, a redemptore autē nostro foras missi qui dominari infidelibus solebant intrinsec⁹ fideles oppugnant extrinsec⁹, sed non expugnāt. Et transtulit, nos de mundo, In regnū filij. i. vt essem⁹ regnū filij. De quo ipse dicit, Regnū meū nō ē de hoc mūdo. Nō ait nō est hic, sed nō est hinc. quia peregrinat quidē in mūdo: sed est in mūdo. Regno enim suo dicit, de mūdo nō estis, sed ego elegi vos de mūdo. Erāt de mūdo qñ ad mūdi principē pertinebāt. Vel ita, Eripuit nos de potestate tenebrarū. i. de inferno in quo tenebamur a diabolo tā ex proprio quā ex delicto Adæ. Et transtulit, nos, In regnū. i. quando attollens nos de imo tartari, induxit in cælū cū vero filio suo. Iam enim credentes qui fixa mēte deuoti sunt exeuntes de seculo, duce dextræ patris angelo, inducuntur in cælū. Filij dico, Dilectionis suæ, quos. f. diligit. Ita & nos per eū diligit: sine eo odiosus erimus. Attende diligenter qd dicit, Filij charitatis suæ. Si charitas qua pater diligit filiū, & patrē diligit filius, ineffabiliter communionē demonstrat amborū, quid conuenientius, quā vt ille proprie dicatur charitas, qui spiritus est cōmunis ambobus. Alioquin si in illa trinitate solus spirit⁹ est charitas, profecto & filius non solius patris, sed etiā spiritus sancti filius inuenitur, Non enim dixit filij sui, quod si diceret verissime diceret: sed ait, Filij charitatis suæ. Filius ergo est etiā spiritus sancti, si nō est in illa trinitate charitas dei, nisi spiritus sanctus: quod cum sit absurdissimum, restat vt non solum ibi sit charitas spiritus sanctus, sed propter illa de quibus satis differui, proprie sic vocetur. Quod vero dictū est, Filij char. suæ. nihil aliud intelligat quā filij sui dilecti, quā filij substantiæ suæ. Charitas enim patris eius natura atque substantia est vt sæpe diximus. & ideo filius charitatis eius, nullus est alius quā qui de substantia eius est genitus. In quo habemus & c. q. d. transtulit nos in regnum filij per quē & redemit nos. & hoc est quod ait, In quo, filio, nos Iudæi. Habemus redemptionem. Aliter non iremus in cælū. Redemptio est destructa potestate diaboli, facultas libertatis, quæ vobis est data fuso illius sanguine qui nullū habuit peccatū. Vt quia diabol⁹ illos merito tenebat quos peccati reus conditione mortis obstrinxit, hos per eū merito dimitteret; quē nullius peccati reus immerito pœna mortis affecit. Hac iustitia victus, & hoc vinculo victus est fortis, & ideo nō est opus aliis hostiis: quia per eum. Habemus redemptionē & remissionē peccatorū. Cotidie si peccam⁹, & non est opus aliis. & bene hæc per eū fuit, quia ipse est, Qui ē imago, dei patris. i. plene similis patri, & de patre. Imago ergo patris est, quia de ipso est, & nihil distat ab ipso. Nō ita hō est imago dei. Hō enim est imago dñi imitando, sed non qualis imago est filius. Aliter. n. est imago dei in filio, aliter in homine: sicut aliter est imago regis in nūmo, aliter in filio, Nos sumus num⁹, in quib⁹ imago dei est: Christ⁹ ē fili⁹, qui hoc est quod pater. Nulla imago dei coli debet, nisi illa quæ hoc est quod ille: nec illa pro illo, sed cū illo. Imago dei, dico, Inuisibilis. i. incōprehensibilis, nec cœpit cum creatura, imo ipse Primogenitus omnis creaturæ. i. ipse solus, & ante omnē creaturā est genitus. Alia sunt creatura ante quæ omnia ipse est genitus. Hic ostenditur cœternus patri. Et vere genitus est ante omnē creaturā, quia In ipso. i. per ipsum, Vniuersa condita sunt. Ecce hic ostēditur cōomnipotens patri & ita in nullo filius minor est patrē. Vniuersa dico, quæ sunt In cælis & in terra visibilia. vt sol & luna. Et inuisibilia, vt angeli & animæ. Sicut throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, etiam hæc altissima, per eum facta sunt. Omnia, prorsus. Per eū creata sunt, quia etiam elementa vnde omnia. Et in ipso sunt, id est ipso authore vniuersi. Vel, Omnia per ipsum creata, sunt, & ita per ipsum, quod ante erant vita in ipso. Vel ita. Per ipsum omnia creata sunt & omnia In ipso sunt, id est cum non excedunt, quia immensus est. & ideo extra substantiam eius esse non possunt. Et ipse, non modo æternitate, & potētia, sed etiam dignitate, Est anā

Augustinus in psal. v.

Augustinus super Ioan.

Augu. in. xv. de ciui. dei.

Augustinus: de trinit.

August. de decem cof:

Augustinus: ad Iohannem:



Augustinus  
de agone  
Christianorū

te omnes, nullus est ei æqualis, etiā secundū quod hō est. Et sicut omnia creauit, ita Et D  
ipso constant omnia. Qui omnibus secundū diuinitatē infusus omnia sustinet & regit.  
Et cū talis sit ipse secundū etiā hominis naturā, Est caput corporis, sui. f. ecclesię quę  
vnita est Christo gratia & natura vt capiti. Dū igitur dicitur caput corporis. i. ecclesię,  
quia ita se habet ad ecclesiā, sicut caput ad corpus. Prouidet enim ecclesię, & regit eā,  
& in ipso sunt omnes spirituales sensus ecclesię, vt in capite omnes sensus corporis.  
Sicut. n. aīa totū corpus nostrū animat viuificat, sed in capite omnibus sensib⁹ sentit,  
ideoq; capiti cūcta subiecta sunt ad operādū: illud autē supra locatū est ad consulēdū,  
quia ipſius animę quę consulit corpori, quodāmodo personā gerit caput: ibi. n. omnis  
sensus apparet: Sic in vniuerso populo omniū sanctorū, tāquā vni corpori, caput ē hō  
Christus, quos omnes ab Abel vsq; ad vltimū iustū sapientia dei illuminat, quę ple-  
nius fuit in Christo. Aliter enim cæteri sapientes sunt, aliter hō Christus, ipſius sapie-  
tię per quā sūt sapiētes quicunq; hoīes: nō solū beneficiū habet, sed etiā personā gerit  
veritate ipſius & gratia plenus: & ideo omniū qui de plenitudine eius recipiunt, caput  
est. Ex quo apparet, quod sapiētia dei. i. verbū nō sic assumptū illū hominē vt ceteros  
sed multo excellentius, multoq; sublimius, quō ipſum solū assumi oportuit, in quo sa-  
pientia hominibus appareret, sicut eam visibiliter decebat ostēdi. De cæteris. n. sapiē-  
tibus recte dici potest, Verbū caro factū est. Hō ergo excellētius assumptus, quasi perso-  
nā sapiētię dei gerit, vt caput, in quo omnes sensus, personā animę quę totū corp⁹  
viuificat. Sed cū ecclesia ab Abel cæperit, quomodo homo Christ⁹ caput ē eorū qui  
tūc fuerūt? Bene, quia ipse Qui ē principiū ecclesię, secundū diuinitatē. i. fundator ec-  
clesię, quia omnes iustos qui ab Abel vsq; ad vltimū iustū generantur virtute diuini-  
tatis & misericordię suę dono illuminauit. Secundū humanitatē etiā potest dici prin-  
cipiū ecclesię. Quia super fidē humanitatis eius fundata est. Et bene. Ipse est caput  
& principiū. i. rector & fundator, quia ipse est Primogenitus ex mortuis. Primus mor-  
tuorū ad immortalitatē resurgēs. Sicut enim natus est ante omnia de deo, vt oīa crea-  
ret, sic iterum de virgine natus homo primus resurrexit, vt quę creauerat restauraret,  
vt semper sit primus & princeps. Vnde subdit, Vt, per hoc Sit ipse in omnibus, tā prio-  
ribus. quā sequentibus, Tenēs primatū. i. dominū, quia potest alios suscitare. Et bene  
primatum habet, non solū quia primogenitus est, sed etiā quia Cōplacuit, trinitati.  
Omnem plenitudinē inhabitare, & per eū recōciliari omnia. i. placuit trinitati, quod  
in ipso oīs plenitudo scientię & virtutū non mō esset, sed habitaret. Et reconciliaret.  
omnia. i. Iudæos & Gentes. Attende q̄ plenitudo recte dicitur in ipso esse & manere  
quia omnia potest per se, sic dedit per se vt nihil exceptū sit, quod per eum non possit  
præstari. Vnde ait. Sicut pater vitā habet in se, sic dedit & filio vitā habere in semet-  
ipso. Sicut enim suscitatur mortuos & viuificat: sic & filio quos vult viuificat. & sic ostē-  
ditur perfectus deus esse. Omnia, dico, tendentia In ipſum, qui est lumen verū & eter-  
num. i. æterna veritas. Vel, Reconciliari i ipso, oblato deo placuit per ipſum reconci-  
liari omnia. Et ipse est, Pacificans. i. pacificauit non gratis, non per aliā hostiam, sed  
Per sanguinem crucis eius. i. per mortem crucis eius, quę est turpior mors. Pacificauit  
dico Siue quę in cęlis, siue in terris sunt. i. cęlestia & terrestria, quia patet homini in-  
troitus in cælum. Vel, Quę in cęlis sunt, id est sanctos, qui iam sunt in cęlo, & Quę in  
terris, id est, sanctos, qui adhuc in ista vita sunt.

Ambro.

Et vos cum effectis aliquando alienati, & inimici sensu in operibus malis, tunc  
autem reconciliauit in corpore carnis eius per mortem, exhibere vos sanctos &  
immaculatos & irreprehensibiles coram ipso, si tamen permanetis in fide funda-  
ti & stabiles & immobiles a spe euangelij quod audistis, quod prædicatum ē in  
vniuersa creatura quę sub cęlo est, cuius factus sum ego Paulus minister, qui  
nūc gaudeo in possessionib⁹ pro vobis: & adimpleo ea quę desūt passionū Chri-  
sti in carne mea pro corpore eius quod est ecclesia. Cui⁹ fact⁹ sum ego minister  
secundum dispētionem dei, quę data est mihi in vobis, vt impleam verbum dei:  
mysterium quod absconditum fuit ad seculis & generationibus, nunc autem ma-

manifestatū est sanctis eius, quibus voluit deus notas facere diuitias glorię sacrę  
A menti huius in gētib⁹, quod est Christus in vobis spes glorię, quem nōs annun-  
ciauimus corripientes omnem hominem, & docētes in omni sapiētia vt exhibeā  
mus omnem hominem perfectum in Christo Iesu: in quo laboro certādo secundū  
operationem eius, quam operatur in me in virtute.

Et vos cum & c. q. d. Et vt specialiter loquar, Et vos, o Colossenses, pacificauit & reā  
cōciliavit deo, Cū. i. quāuis effectis, Aliquādo alienati a deo. i. nihil cū deo habētes, Et  
inimici, cōtradicēdo. & hoc, Sensu, quia putabatis bene agere. Vel secundū aliā literā  
potest legi, quod idē valet. Cū effectis aliquādo & inimici sensus. i. consilij eius, quā  
nō receperūt quę per Moysen mādaui de⁹ deo: id est, idolis suis. Vos, dico, degētes a cętu  
In operibus malis: Nunc autem. q. d. Aliquādo tales eratis: Nunc autē, & in hoc tem-  
pore gratiā nō in alio, reconciliauit vos remissione peccatorū, In corpore carnis eius  
id est fragilitatis ei⁹. i. in corpore suo passibili & mortali. & hoc, Per mortē eius. Recō-  
ciliavit dico, Exhibere vos, ad hoc. i. vt tādē exhibeat. i. representet vos Sanctos, vir-  
tutibus, Et immaculatos, a peccatis. Et, vsq; a deo quod Irreprehensibiles, quia tūc ni-  
hil mali erat i eis. Irreprehēsbiles dico. Corā ipso, qui omnia videt. Vel representet,  
Corā ipso, quia tunc ei presentes eritis, videntes eum sicut est facie ad faciē, de quo dif-  
fidēdū nō est. Si. n. mortalis & mortuus potest reconciliare, iā immortalis potest o-  
mnia facere. Si tamen & c. Hic monet quod i fide Christi & spe perseverat. Ideo enim  
tot & tanta dixerat de Christo, vt ponant spem in eo solo, in quo omnia bona sunt, nō  
alicui elementorū, vel angelorū se subijciendos putent. Hic enim solus colēdus, &  
ad hūc nō ē æstimandus quisquā. q. d. Exhibeat vos dico, Tamen, hac cōditōe. Si per-  
manetis in fide fundati. i. firmi, nō fluctuantes. Et stabiles, vt per vos nō recedatis. Et  
B immobiles, alio impellente a spe Euāgelij. i. si estis stabiles i spe premij, & ab ea immo-  
biles, quę promittitur in euāgelio. Si hęc fecerint, exhibebūt eos deo. Aliter enim nō  
prodest eis Christ⁹. Quod euāgelij tenere debetis, quia Audistis. i. intellexistis. & pri⁹  
est reuerti. Melius est viā veritatis non agnoscere, quā post agnitā retroire. Quod,  
euāgelij Prædicatū est, & manet, In vniuersa creatura quę sub cęlo est. i. in vniuer-  
sis hominibus qui sunt noua creatura, quotquot vbicunq; sunt. Vel ita, Prædica. i. vni-  
uersa creatura noua hoc non mutatur. Quę, tñ noua creatura modo Est sub cęlo, ad  
huc peregrina, sed tandem perueniet ad gloriam. Cuius euāgelij prædicādi, Ego Pau-  
lus factus sum minister, & ita potestis scire quod verum est. Qui nūc, Ephesū positus  
in carcere pro euāgelio; Gaudeo in passionibus, quia non credentes proficiunt.  
Quas sustineo, Pro vobis, confirmandis in veritate euāgelij. Et adimpleo ea passionū  
Christi quę desunt. Suas passiones dicit eē Christi: quia nostrę passioēs, qui sum⁹ Chri-  
sti mēbra, Christi sunt. Quasi enī vnus hō vna persona ē caput cū corpore. i. saluator  
cū saluādis. Si ergo i mēbris Christi es, quicquid pateris ab eis qui nō sunt in mēbris  
Christi, deerat passionibus Christi. Ideo additur, quia deerat, mensurā implens, nō su-  
perfundens. Tantū pateris, quantum ex passionibus tuis inferendū erat vniuersę pas-  
sioni Christi: qui passus est in capite nostro, & patitur in membris suis. Ad cōem hanc  
quasi rēpublicā nostrā quisquis pro modulo suo exoluit quod debet, & pro possessiōe  
virium nostrarū quasi canonē passionū inferimus paratoria plenaria nostra passionū  
non erit, nisi cum seculum finitū erit. Vel, Ea pass. Christi. i. quę Christ⁹ sustinuit; vel  
quę me sustinere præcepit. quę adhuc, Desunt adimpleo. i. paratus sum pati. & hoc non  
in meis, Sed in carne mea. Vel, desunt non in carne ipſius Christi, Sed in carne mea.  
Et hæc patior, Pro corpore eius, multiplicādo, quod Est ecclesia. q. d. nō de alio corpo-  
re dico nisi de illo quod est ecclesia, Cuius, corporis, Ego factus sum minister, vt ei mi-  
nistrē spiritualia. Minister dico. Secundū dispētionē dei, quę data est mihi in vobis,  
i. ad hoc factus sum minister, vt ei demū dispensem a cętu per gratiā apostolatus mihi  
crediti a deo in vobis, Vel ita, Cuius, euāgelij, Ego factus sum minister, secundū dispē-  
sationem dei. i. secundū gratiā apostolatus mihi a deo dispēfati. Quę data est mihi in  
vobis. Tantū est enim quod a meis discipulis prædicatū est vobis, quantū si a me ipso.  
Ministrum euāgelij inter Gentes, a deo per Christum factū se esse dicit. Ad quid at a  
tem: ostendit. f. Vt mysteriū, a deo susceptum per idoneum seruitium, Impleatur, quod

Ambrosius

Ambrosius

Augd.  
in psal. clxi.

## PETRVS LOMBARDVS.

Augustinus.  
in lib. confes.

ignotū eum a seculis fuit. i. mysteriū natiuitatis ex deo, & natiuitatis ex Maria, & sal-  
uationis Gentium & totius operis Christi. Vñ subdit. Et imple. q. d. Data est mihi di-  
spensatio ad hoc, Vt imple. & impletū ostendam, Verbum. i. dispositionem vel ordina-  
tionē Dei. i. quod deus præordinauit de vobis Gentibus, vos. i. per Christi incarnatio-  
nem saluari. Hoc dicit, ne videatur salus non esse promissa Gentibus. Quod verbū ē  
Mysteriū. i. occultū. Quia si erat notum, in principio erat verbum, nusquā erat lectū,  
verbum caro factū est & c. quæ ad sacramentum incarnationis pertinet. Vnde, Absco-  
diti hæc a sapientibus, & reuelasti ea paruulis. Quosdam. n. Platoniorum libros ex  
Græca lingua in Latinam versos vidi, & ibi legi, non quidem his verbis, sed hæc qua-  
dam omnino multis & multiplicibus suaderi rationibus, quod in principio erat verbū  
& verbum erat apud deum: sed quod verbum caro factum est, non legi. Indagai quip-  
pe in libris varie dictum, quod filius sit in forma patris: sed quod exinaniuit se, nō ha-  
betur in illis. Recte ergo illud verbum dicitur mysterium. i. occultum. Quod absco-  
ditum fuit a seculis. i. a principio seculorum: & absconditum fuit Generationibus, oibus  
non cuidā parti tantum, nisi cui per spūm sanctum reuelauit. Nunc autē. i. in tempore  
græ, Manifestatū est, nō oibus, Sed sanctis eius, humilitate paruulis. Nec his oibus  
plene innotuit, sed his tantū, Quibus voluit de<sup>9</sup>, ex sola grā, Notas facere diuitias glo-  
riæ sacramenti huius. i. copiosam gloriam tā digni sacramēti, in quo sunt multa. i. fa-  
des, remissio, iustitia, dona spūs sancti, futura beatitudo: & iō dicit diuitias, sacra-  
menti dico, existentis, In Gentibus: quod, sacramentum, Est Chrūs in vobis, Gentibus. i. il-  
lud sacramentum est Christi incarnatio per quā saluant Gentes. Ita est in vobis, vt sit  
spēs gloriæ. i. vt per eū speretis glām sine lege. Quē. i. qualē Chrūm, Nos, Apostoli  
Annunciamus, quod sine lege saluat Gentes. Nos dico, Corripientes. i. arguentes, non  
solum vos, Sed oēm hoīem, qui deuiat a veritate quā nouit. Et docētes oēm hoīem. i.  
eos qui ignorant veritatē. Vel contradicētes corripimus & cōuincimus, & obediētes  
docemus. docentes dico. In oī sapia, nō sumus cæci vt pseudo: sed docem<sup>9</sup>, In omni sa-  
pientia. Vera sapientia est in disciplina dñica. i. cū Chrūs agnoscitur: quod Aplūs ma-  
gna cum diligentia agere testatur, vt erudiens hoīem in hac sapientia, cōsummatū ex-  
hibeat eum deo. Vnde subdit. Vt exhibeamus. i. offeramus deo in sacrificiū, Oēm ho-  
minem, tā Iudæum quā Gentilē. Perfectū, non in lege. Sed in Chrō Iesu. i. in intelle-  
ctu mysterij Christi. In quo. i. in qua re. i. vt oīs sit perfectus in Chrō. Et laboro certā  
do contra rebelles. Secūdū operationē ei<sup>9</sup>, quā operatur, In me virtute, miraculorū. i.  
certo contra perfidos adiuuātibus me signis virtutū, per quæ vita infidelitatis cōpri-  
mitur, vt qui verbis contradicunt, virtuti cedant. q. d. Labori meo adiungit deus mira-  
cula ad confirmationem.

## CAPVT II.

**V**olo enim vos scire qualem sollicitudinē habeā pro vobis, & pro his  
qui sunt Laodicæ, & quicumque non viderunt faciem meam in carne  
vt consolentur corda ipsorum, instructi in charitate, & in omnes diui-  
tias plenitudinis intellectus in agnitione mysterij dei patris & Christi  
Iesu, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi.

Volo. n. q. d. Ideo hoc refero de me vobis, quia Volo vos scire qualem sollicitudi-  
nem habeam pro vobis, vt ea itellecta quærat in Chrō perfecti fieri. & recte ait, Pro  
vobis. Non enim minus pro his quos non vidit sollicitus erat, quā pro his quibus præ-  
sens prædicauit: nec minori affectu diligebat quos non viderat, quā cæteros apud quos  
erat. Et non solum pro vobis, sed etiam pro his, Qui sunt Laodicæ, quia & hi a pleu-  
doapostolis præuenti erant. & pro his adiacentibus vobis. Quicumq; non viderūt faciē  
meam in carne, & si scientiam audierunt. Et ad hoc intendo vt ipsū vobiscum consolē-  
tur corda sua: ipsū dico Instructi in charitate, quā de<sup>9</sup> ad nos habuit, qui pro nobis filiū  
tradidit. hoc si quis attendit, potest se in hac miseria consolari, quia perpendit calcata  
superbia, per humilitatem, ad patriam posse reuerti. Vitiōrum nāq; omnium, superbia  
causa est. Ad hanc conuincendam atque auferendam talis medicina cęlitus venit: ad  
elatum hominem per superbiam Deus humilis descendit per misericordiam, grati-  
am claram manifestamque commendans in ipso homine. Quem tanta præ patri-

August de  
spū & litera

**A**cipibus suis charitate suscepit. Neq; enim ipse ita verbo dei cōiunct<sup>9</sup>, vt ipsa cōiunctio  
ne vnus filius dei, & idem ipse vnus filius hominis fieret, præcedētibus suæ volūtatis  
meritis fecit. Vñ enim illū esse oportebat: essent autē plures, si hoc fieri posset; nō per  
dei propriū donū, sed per hominis liberū arbitriū. Hoc ergo præcipue ad humilitatē  
nobis cōmēdatur. Et instructi in agnitione dei. instructi dico, per hoc tētādo, In oēs  
diuitias plenitudinis & intellectus. i. in omnes copias intellectus plenitudinis, vt per-  
fecte de diuinis & humanis itellectū habeāt, vt de anima, & de supernis spiritib<sup>9</sup>. Ali-  
ter enim ad cognitionē dei nemo ascēdit. Ideo dicit, Diuitias, vt de omnib<sup>9</sup> itellectū  
plene habeāt. Dico, Instructi, in agnitiōe dei, nō dico quātū ad opera, sed in agnitiōe  
mysterij dei, vt sciatis. i. quod est secretū, & a paucis cognitū de essētia dei. Dei, dico,  
Patris Christi Iesu, vt sciatis. i. quod alia persona est pater a filio quāuis vnū & idē sit  
in substantia cū illo. Ad quā cognitionē si tenditis, ad Christum tantū recurrite, quia  
ipse est In quo sūt omnes thesauri. i. omnes copias, Sapiētias, de diuinis. Et sciētias, de  
humanis. Sed absconditi, & ideo ne mirē in si in Christo estis, & eas nondū inuenistis,  
quia non omnibus patent nisi his qui petunt & pulsant. Vel alijs non mutatis, ita po-  
test legi illud. Consolentur corda sua, dico, Instructi in charitate, & in omnibus diui-  
tias. Alia litera. Pleni. intellectus. Ad quid? Ad cognoscendū Christi, quia est in Chri-  
sto. Alia lit. i. verbum caro factum, per quod humiliatū superbi redimuntur: & cum le-  
go verbum caro factum est, in verbo intelligo verum dei filiū, in carne agnosco verū  
hoīs filium, & vtrumq; simul deum & hominē vnā personam ineffabilis gratiæ lar-  
gitate coniunctum: & ideo verbum caro factum, quod est Christus Iesus, habet thesau-  
ros sapientiæ & scientiæ. Vnde subdit, In quo sunt omnes thesauri sapientiæ & sciētis  
absconditi. Hæc duo inter se ita distāt vt sapientia de diuinis, scientia de humanis ac-  
cipitur. Vtrumq; in Christo agnosco. Et sapientiā in eo quod verbū est apud deum, &  
scientiā in eo quod nobiscum homo est. Omnia enim quæ pro nobis verbum caro fa-  
ctum tēporaliter fecit & pertulit, ad scientiam pertinent. Quod autem verbum est  
sine tempore & loco, patri cōæternum, & vbiq; totum, ad sapientiam refertur. Scientia  
ergo nostra Christus est sapientia nostra, idem Christus est. Vnde, Plenum gratiæ &  
veritatis. Aliter totum secundum aliam literam, quæ est, Vt consolationem accipiant  
corda eorum, cum fuerint instructi in charitate in oēs diuitias plenitudinis itellect<sup>9</sup>  
ad agnitionem mysterij dei in Christo Iesu. In quo & c. Vult Apostolus aīos eorum fo-  
uere in charitate, & vt prompti fierent per epistolam agnitionem recipere sacramenti  
dei, in Christo aduertētes has esse sapiētias & scientiæ diuitias, si agnoscat<sup>9</sup> Christ<sup>9</sup>  
in deitatis suæ plenitudine adorandus. Et est ordo, Ad hoc tendo, Vt corda ipsorū cō-  
ac. quod erit, cum fuerint instructi in charitate, dei & proximi: & cum fuerint instru-  
cti, Ad cognitionem m. d. in Christo. i. in agnitionem Christi, in quo est omne myste-  
riū. Oē. n. mysterium sacramenti dei in Christo est, vt qui eū cognoscit, oīm notitiam  
etiā habere videatur. Vñ addit, Ipsū dico per hoc tendentes. In oēs diuitias plenitudi-  
nis intellectus. Diuitias. n. sapiētis & sciē sunt, si Christus agnoscat<sup>9</sup>, quia omnium  
potentiārū virtus in eo est. Ex eo. n. habent oēs, quare & caput oīm dicitur, vt per ipsū  
omnes subsistere videantur. Vnde recte subditur. In quo sunt omnes thesauri sapiētis  
& scientiæ absconditi. Oīs. n. ratio scientiæ totius creaturæ supernæ vel terrenæ in eo ē  
qui est caput & author oīm cęlestiū & terrestriū: vt qui hunc nouit, nihil vltra querat,  
nec sapientiam nec virtutem, quia agnouit eum in quo perfecta virtus est perfectaq;  
sapientia. Quicquid a libi queritur, hic perfecte inuenitur. Nā quid sapiētis Salomō-  
ne? Quid prudentius Daniele? Quibus ideo præ ceteris deus sapientiā dedit, vt in Da-  
niele & Salomone ostenderet infidelibus, se authorem esse sapiētis totius. Quod in-  
fideles non putant, quia non legunt in euangelijs & prophetis astrologiam, geometriā  
& alia huiusmodi. Quæ ideo despecta sunt a nostris, quia nihil ad salutē pertinent, sed  
magis mittunt in errorem, & a deo auocant, vt dum his student disputationum ratioci-  
nationibus curam animæ suæ non agant. Qui vero Christum nouit, thesaurum sapiē-  
tis & scientiæ inuenit, quia id nouit quod vtile est.

Augustinus  
de trinitate  
August. de  
hoīe assumptō

Hoc autem dico, vt nemo vos decipiat in sublimitate sermonum Nā & si cor-  
pore absens sum, sed spiritu vobiscum sum gaudētis & videns ordinē vestrū, &



firmamentum eius quæ in Christo est fidei vestræ. Sicut ergo accepistis Iesum Christum dominum nostrum, in ipso ambulate, radicati & superædificati in ipso, & confirmati in fide sicut & didicistis, abundantes in illo in gratiarum actione. Videte ne quis vos decipiat per philosophiam & inanem fallaciam secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, & non secundum Christum.

Hoc autē &c. Cōmendata sui mysterij dignitate, monet eos ne malorū colloquijs & astutia iniquitatis sensus eorū recederet a Chrō. q. d. volo vt sitis instructi: hoc autē dico vt non solum tendatis ad ea quæ nondū habetis: Sed vt nemo, quantūcūq; sapiens vos decipiat. In sublimitate, vt videtur: quæ subtilitas vel sublimitas non est nisi Sermonum. i. nisi in verbis. Quia sapientes mundi arte quadā, minutijs disputationū irritare gestiunt animas simplicium, vt traditione mundanarū rerū abstrahāt eos a spe quæ est in Chrō. Nā & si. q. d. Ne decipiat, dico, & recte: video enim spū, quod apud Vos geritur. Et hoc est quod ait, Nam & si, a vobis, Corpore absens sum, sed tamen, Vobiscū sum spiritu. Sicut & spūs Helisei fuit cū Iezi in via euntis ad Naaman Syrum, vt acciperet sub nomine quæ ipse non mandauerat: quanto magis Apostolus ea quæ dixit poterat videre in spiritu? Maior enī gratia fuit in apostolis quā in prophetis. Ideo ait, Spiritu vobiscū sum. Sanctis enim datū est in spiritu videre remota. Ergo sibi caueāt illi quorū actus magistrum non latent. Vobiscū sum, dico, Gaudens & videns. i. quia video, Ordinem vestrū. i. quō vnusquisq; vestrū secundum ordinē suum viuit. Et, Videns firmamentū. i. stabilitatē Eius fidei vestræ quæ in Christo, est, nō in lege. Per hoc promptiores eos facit circa euangeliū, quia gaudere se dicit in dispositione conuersationis illorū & fidei stabilitate, vt scientes vnde placeatur deo, in eo fierēt firmiores. Et quādoquidē bene stas, Sicut ergo, fidei fundamētō, Accepistis, bona enim fuit acceptio. Accepistis in quā Iesum Christū dominū nostrū, ita, Ambulate. i. proficite non extra eū, Sed in ipso. Ambulate, dico, vos minores. Radicati, in actiua vita vt arborū ad fructificandū. Et, vos maiores qui in contēplatione estis, Super, alios, Aedificati. & hoc, In ipso. i. in tēplo dei, vnde. s. alijs loquatur. & ambulate In actione gratiarū confirmati in fide, ambulate, dico, Sicut & didicistis. i. sicut accepistis, non aliter, & didicistis, cognitione, & habetis materiā gratiarū. Vos dico, Abundantes, donis in illo, qui solus dat incrementū: & in hac ambulatione, Videte ne quis vos decipiat per philosophiam, terrenā, per quā solent seduci, qui cupiunt prudentes iudicari in mundo, & eandem significationē subdens, Per inanem fallaciā. Terrena enim philosophia argutijs & subtilitate minutiarū componitur, & decipit, dum verisimilibus causis & cōmentitijs rebus nil tam verū æstimatur quā conspicitur, & intelligitur in elementis. quæ terrena philosophia. Secundū traditionem hoīum, agentium. Secundum elementa mundi, & non secundum Christum, in aliqua parte. i. non est a deo ordinata, sed ab hoībus tradita. Tradiderunt enim philosophi quos homines vocat, deū non posse fieri creaturam, hominē nō posse nasci de virgine, vel mortuū reuiuere: considerantes elementa. i. has creaturas visibiles, in quibus ex cōmixtiōe feminis animalia generantur, & quod moritur non iterū viuit. Ideo monet traditionem istā cauere velut inanē, & fallacem. Philosophiam dicit non a deo ordinatā, sed ab imbecillitate ratiocinationis humanæ quæ potentiā dei intra conscientiam suam coarctat non aliter credens facere vel posse quam carnalis ratio suadet, quæ oīno cauenda est, quia mundi cultrix est non dei, & a Christo retrahit in quo perfectio diuinitatis est, quia omnia habet quæ pater. Vel dum ait, Secundū elementa, illos tangit, qui quasi prudentius exponunt idola dicentes. Inno est aer. Neptunus est mare. Ideo cum diceret, Secundum philosophiam, & inanē fallaciam, addit, Secundū elementa mundi, quasi admonens non qualescūq; adoratores simulacrorū, sed quasi doctiores interpretatores signorū, cauendos esse. Vel fallaciam appellat quod de lege dicūt pseudo prædicatores: & illa dicitur inanis, quia in hac falsitate nulla est vtilitas, quod solet esse aliquando in falsis. Philosophiam dicit ea quibus hoc probare volūt, quod asserunt. Et est sensus, Videte ne quis vos decipiat, trahendo ad legis obseruantias, Per prophetiam. i. per rationes conquisitas ad probandū vel improbandū, quod de lege dicitur. Et per inanem fallaciā. s. per illud quod probatur. Nequis decipiat dico, agens, Secundum traditiones hominū. i. legalia. post exhibitam

Ambrosius.

Ambro.

Augu. in ser. quodam

A enim veritate: lex nō est traditio dei sed hoīm: & agens secundum elementa mundi. i. secundum literalem sensum, qui & de mundanis est. Et non secundum Christum.

Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, & estis in illo repleti qui est caput omnis principatus & potestatis. In quo & circumcisi estis circumcissione non manufacta in expoliatiōe corporis carnis, sed in circumcissione Christi conscripti ei in baptismo, in quo & resurrexistis per fidē operationis dei qui suscitauit illum a mortuis, Et vos cum mortui essetis in delictis & præputio carnis vestræ conuiuificauit cum illo donans vobis omnia delicta, delens quod aduersus nos erat chirographum decreti quod erat contrarium nobis.

Quia in ipso, Chrō. Inhabitat plenitudo diuinitatis omnis. i. omnino inhabitandi, vt etiam personaliter sit ei vnitus quod non est in aliqua creatura. Deus quidem vbi que præsens est, & vbiq; totus præsens, nec tñ vbiq; habitans sed in templo suo tantū & capitur habitans ab alijs amplius ab alijs minus, sed de solo capite nro dicit. Quia ī ipso inhabitat plenitudo diuinitatis. & hoc, Corporaliter, non hoc ideo dicit, quia corporeus sit deus, sed verbo translato vsus est quia in templo manufacto olim non corporaliter, sed vmbra liter habitauit. i. præfigurantibus signis. Oēs. n. illæ obseruantia vmbre fuerunt futurorum. Non ergo quia diuinitas corpus sit, sed propter vmbra rum cōparationem legalīū, dixit. Corporaliter. i. completiue, quia in illo implentur omnia vt quodammodo sit corpus & impletio: vmbra rum legis. i. significationum illarum ipse sit veritas. Sicut ergo ipse figuræ translatiue non proprie dictæ sunt vmbre: Ita cum ait plenitudinem diuinitatis in Christo habitare corporaliter, translatio verbo vsus est.

Qui ergo dicit carnales obseruantias necessarias, dicit Christum non esse corpus vmbra rum, nec deum ad omnia sufficētē. Vel certe iō dicit, Corporaliter, quia in Christi corpore quod sumpsit de virgine tanquā in tēplo habitat deus. Quid ergo interest inter caput & membra cætera, quæ etiā templum eius sunt? quia in capite nro habitat omnis plenitudo diuinitatis, ita quod omni gratia plenus est, sed non ita habitat ī sanctis, sicut & in nostro corpore inest sensus singulis membris, sed non quantum in capite. Ibi enim auditus, visus est, & olfactus, & gustus & tactus. in cæteris autem solus est tactus. Ita in CHRISTO habitat omnis plenitudo diuinitatis, quia ille est caput in quo sunt omnes sensus. in sanctis vero quasi solus tactus est, quibus datus spiritus ad mensuram. Præterea est aliud quo intersit plane inter illud caput, & cuiuslibet membri excellentiam, quia singulari quadam susceptione hominis factus est hō ille vna persona cum verbo. De nullo. n. sanctorum dici potuit vel potest, vel poterit, verbum caro factū est. Nullus sanctorū qualibet præsentia gratiæ, vnigeniti nomen accepit. Vt quod est ipsum verbū ante secula, hoc simul cum assumpto homine diceretur, & est summa oīs intelligentiæ talis. In ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. i. veraciter & solide. Et estis. q. d. In eo habitat diuinitatis plenitudo. Et in illo, qui ita plenus est. Vos estis repleti, donis spiritus sancti, quod non sunt elementa.

In credentibus. n. spiritus sancti habitat, & elementis concedi non potuit, quia indignum erat inuisibilem & incorporeum habitare in substantia visibili & inuisibili. Audiant ergo & veniant cultores elementorum & credant in Christum vt fiant maiores eorum quos nunc colunt. Iō ait, In illo repleti estis, qui creditis in Christo omnem plenitudinem habitare: quod negantes contra Christum sunt. Qui, Christus, Est caput, non mō hominum, sed etiam Principatus & potestates, angelicæ. Et vos ergo replere potest, qui supernos ciues replet. In quo. Monuit ne per prophetiam a Christo recedant, nunc monet ne a pseudoapostolis seducti cærimonias legis recipiant. q. d. estis repleti in illo, In quo, non solum donis repleti estis, sed etiam Estis circumcisi. i. purificati ab errore & mūdo. Circūcisi, dico, Circūcissione non manufacta, id est opere humano: vos dico manentes, In expoliatiōe corporis carnis. i. expoliari a corpore secundum quod erat carnis. i. carni subiectum, carnis seruēs desiderijs: sed modo secundum quod spūs spiritalis, spiritui seruiendo. i. in spiritu estis seruientes non in carne, a terrenis ad cælestia, ab humanis ad diuina, ab errore ad diuinitatem conuersi. Vel ita, Estis circumcisi circumcissione non manufacta, sicut fiebat legalis circumcissio. s. non facta, In expoliatiōe cutis. Alia litera, Carnis, quia ibi. s. in carnali circūcissione nihil sit nisi quod cutis at

Augustinus ad Dardanū.

Augustinus super Gene.

Augu. ad Dardanū.



Augu-  
de trini.

fertur. In eodē sensu pot legi litera nra sic, nō manufacta, In expoliatiōe corporis car-  
nis. i. corporis quod est caro. Nō igitur duas res intelligi voluit, quasi aliud sit caro, a-  
liud corpus carnis: sed quia corpus multarū rerū nomen est, quarū nulla caro est, quia  
non oē corpus caro est. Non inquā tali circūcisiōe circūcisi estis, Sed in circūcisiōe  
Iesu Chri. i. circūcisiōe spiritali, vbi oīa vitia amputata sunt, quia solus Chrius facit.  
Cōsepulti. Itē, Hoc in Chro cōsecuti estis, quia estis cōsepulti. In baptismo. i. ad simi-  
litudinē sepulture eius, baptizati. f. vt iā nō videant quod fuerūt. f. veteres pctōres, sed  
nouī iusti: sicut Chrius in sepulcro posit⁹ nō videbat. In quo, Chro, Et resurrexistis, in  
nouitate vitæ ābulando, & hoc nō per aliud. Sed per fidē operatiōis dei. i. quā deus ope-  
ratur in eis. Vel, per fidem operationis dei. i. per fidē dei, de quo credūt quod exemplo  
Christi suscitabit illos. Vnde subdit, Qui suscitauit illū. i. Chriū. A mortuis, hoc prē-  
mittit ad probandū quod resurgent illi etiā immortales. Vñ subdit, Et, per hoc, Vos  
etiā Gentiles iā certitudine spei, Cōiuiuificauit. i. fecūdū corpus & aiām viuificauit.  
Cum illo Chriſto. i. ad similitudinē eius, Coniuiuificauit dico, Cum. i. quāuis prius. Ef-  
fetiſis mortui in delictis, non sentientes mala vestra. Delicta dicit, quod reliquerunt le-  
gem naturæ. Et, mortui, In præputio carnis vestre. i. in originali pctō, quod significat  
præputiū. Vel præputiū vocat delicta carnalia, & ponit præputiū pro eo quod signifi-  
cat. i. delicta carnalia a quib⁹ expoliādi sum⁹. Mortuos viuificauit dico, Cōdonas vobis  
bis, gratis, oīa delicta, & originalia & superaddita, quod signū est quod & penā tollet.  
Et non solum vobis Gentibus donauit delicta, sed etiam nobis Iudæis præuaricatio-  
nem, quæ fuit ex lege, dimisit. & hoc est, ipse dico, Delens chirographū decreti. f. legis  
.i. memoriā transgressiōis quæ erat ex decreto. i. ex lege, Quod, chirographū, Erat ad-  
uersum nos, & cōscia. n. vestra, & diabolus ad accusandū nos erat memor transgressio-  
nis illius. & ita hæc memoria erat aduersum nos. f. nocens nobis, & nos cruciās. Sed &  
hoc in baptismo abluto & deleto, nec conscientia nostra timet, nec diabolus quod ob-  
ijciat habet. & nō solū chirographū decreti erat aduersum vos, sed etiā ipsum decretū,  
i. vetus lex. Vñ subdit, Quod erat. q. d. chirographū decreti, dico Quod, etiā decretū,  
.i. lex. Erat contrarium nobis, cum non adiuuaret, sed amplius reos faceret.

Augustinus

Hierony.

Et ipsum tulit de medio affigens illud cruci, & expolians principatus & pote-  
states, traduxit confidenter palam triumphans illos in seipso. Nemo ergo vos iu-  
dicet in cibo aut in potu aut in parte diei festi aut neomeniæ, aut sabbatorū quæ  
sunt vmbra futurorum, corpus autē Christi.

Et ipsum chirographum vel decretum, Tulit de medio, oīm. i. de cōi, vt nullus cre-  
dentium vel chirographum timeret, vel vltra legem obseruaret. Tulit dico, Affigens  
illud decretum, Cruci, vt iam cesset cum omnia sacrificia legis carnalia in oblatiōe ve-  
ri agni sunt adimpleta. Quis ergo illud restituit? q. d. nullus debet illud restituere, & si  
cut nos a lege & a legis præuaricatione liberauit, sic & patres antiquos ab inferno libe-  
rauit, nequis putet eos per legem saluatos. Et hoc est quod subdit, & ipse expoliās prin-  
cipatus, infernales. Et potestates, auferendo Abraham, Isaac, & cæteros iustos, Tradu-  
xit suos. i. longe ab hoc regno ad cælos duxit: ipse dico, prius Confidenter. i. cum ma-  
gna fiducia, cum spe victoriæ, vt deus homo sine peccato, Triumphans. i. expugnans  
illos, in cruce. f. infernales principes, quod non est in abscondito, sed palā. Siquis enī  
perfectionem ecclesiæ respicit, aperte videtur antiquus hostis victus. Triumphans di-  
co, In semetipso, oblato, non alio sacrificio. Morte sua quippe vno verissimo sa-  
cificio pro nobis oblato, quicquid culparum, vnde nos p̄cipatus & potestates ad luē-  
da supplicia iure detinebant, extinxit. Vnde ergo accepit diabolus exterius potestatem  
dominice carnis occidendæ, inde interior qua nos tenebat potestas eius occisa est. Vel  
ita, ab illo loco. Delens & c. q. d. vobis Gentibus condonauit omnia delicta. Ipse dico.  
Delens, etiam Chirographum decreti quod erat aduersus nos. Decretū Dei fuit quod  
Adæ præcepit, scilicet de ligno scientiæ boni & mali ne comedas. Huius decreti viola-  
ti chirographum, id est memoriā deleuit Deus, quando peccatum primi paren-  
tis per sanguinem abluuit, & illa memoria erat contraria nobis, sed ipsam tulit de  
medio Affigens cruci. Vel chirographum dicit peccatum Adæ, quod quascūq;

Augustinus,  
de trinitate.

A nem contra nos tenebat diabolus. Decretum est sententia omnibus hominibus aduer-  
sa, qua. f. dictum est, Morte moriemini, sed illud chirographum dñs tulit. & hoc est,  
Condonauit nobis omnia delicta. Ipse dico, Delēs chir. quod erat cōtra. nob. i. pctūm  
Adæ, cuius rei eramus. Chirographū dico, Decreti quod erat contrariū nobis. i. de quo  
data est sententia cunctis hominibus contraria. Et ipsum, chirographū, Tulit de me-  
dio affigens illud cruci, non solū alia. Nisi hoc & alia tolleret, nō liberaremur a mor-  
te, vel inferno. Dum innocens occiditur, peccatū crucifigitur. i. mortificatur. Crux enī  
non saluatoris mors est, sed peccati. Innocēs. n. dū occiditur, reos illos facit a quibus  
occiditur: sed peccatum humani gn̄is occidit, per quod & principatus & potestates ex-  
poliat. Vñ subdit, Et expolians principatus & potestates animabus quas tenebant ca-  
pituas, quibus eos expoliavit illarū abluendo pctā. & expolians inquā, Traduxit, prin-  
cipatus & potestates. i. ab ecclesia exterminauit, ne fidelibus nocere possent, vt ante. Ip-  
se dico post crucis triumphum, Confidenter & palam. f. cum angelicis legiōibus ad in-  
ferna descendens. Et triumphans. i. vincens. Illos. f. p̄cipes inferni. In semetipso. i.  
presentia suæ maiestatis. Vel secundum literam. Exuens se car. prin. & po. exempla-  
uit fiducialiter triūphans eos in semetipso, Nomine carnis hoc loco mortalitas intel-  
ligitur. iuxta illud, Caro & sanguis non possidebunt regnū dei. Per hanc immortalita-  
te nobis inuidæ potestates dominabant. Hac igitur mortalitate Chrius in resurrectiōe  
se exuens, diabolicas potestates quæ per hanc immortalitatem dñabantur dicitur exē-  
plasse, quia in seipso capite nostro præbuit exemplū, quod in toto corpore eius. i. eccle-  
sia ex diaboli potestate liberanda, in vltima resurrectiōe complectitur. In ipso quo-  
que vincuntur inimicæ nobis inuisibiles potestates, vbi vincuntur inuisibiles cupidita-  
tes. Euso. n. sanguine sine culpa, oīm culparum chirographa deleta sunt, quibus debito-  
res qui in eū credūt a diabolo antea tenebantur. Vñ qui pro multis effundetur. Et quia  
hæc omnia in Chro nobis donata sunt, Ergo, deinceps, Nemo vos iudicet. i. damnabi-  
les faciat In cibo aut in potu, sumpto vel nō sumpto ritu Iudæorum, Aut in parte diei  
festi, nō celebrata cū lex præcipiat celebrari. i. nemo vos dānet, de hoc quod nullā par-  
tē diei festi obseruetis. Verbi grā. f. Aut neomeniæ aut sabbatorum, quæ Omnia sunt,  
Vmbra futurorum, id est aliqua signa a re pendencia, quæ in figura futurorum tunc  
fiat, & erat peccatum non obseruare quæ præcipiebantur, & vnū solū non obserua-  
tum tunc damnabat. Nunc autem non est peccatum, quia tunc erant præcepta, nunc  
testimonia. Illud enim erat tempus significādi: hoc, manifestandi. Ergo ipsa scriptu-  
ra quæ tunc fuit exaatrix operū significantiū, nunc testis est rerū significatarū: & quæ  
tunc obseruabatur ad prænunciationem, nunc recitatur ad confirmationem. ergo nō  
māducare azymū per statutos. vij. dies, tempore illo peccatū fuit tempore autem isto,  
non est peccatū: sic & de cæteris. Tunc enim fuerunt ista præcepta, nunc autem, testi-  
monia & cōfirmatio veritatis. Hæc oīa fuerūt vmbra. Corpus autem. i. veritas huius  
vmbre, Est Christi. i. ad Christū pertinet, quia per eū impleta. Vel ista oīa sūt Corp⁹  
Christi id est significant corpus Christi, vel quod sumpsit de virgine, vel quod est ec-  
clesia. Et quia sunt vmbra.

Augu-  
contra Fau.

Augu-  
de agone  
Christianorū  
Augustinus.  
de bapt. par.

Augustinus,  
cōtra Fau.

C Nemo vos seducat volens in humilitate & religione angelorum quæ non vi-  
dit, ambulans frustra inflatus sensu carnis suæ, & non tenens caput ex quo totū  
corpus per nexus & coniunctiones sumministratum & constructum crescit in  
augmentum dei. Si ergo mortui estis cum Christo ab elementis huius mundi,  
quid adhuc tanquam viuentes mundo decernitis? Ne tetigeritis, neque gustave-  
ritis, neque contrectaueritis: quæ sunt omnia in interitu ipso vsu secundum præ-  
cepta & doctrinas hominum, quæ sunt rationem quidem habentia sapientiæ in  
superstitione & humilitate, & ad parcendum corpori, non in honore aliquo ad sa-  
turitatem carnis.

Nemo vos seducat volens, id est amans suadere vobis ea, Quæ non vidit, id est quæ  
non intellexit, scilicet legis cærimonias, quarum rationem ignorat. Seducat dico. In  
humilitate & religione, angelorum: quia videntur quasi nunciij dei per speciem & hu-  
militatem religionis. Et hæc sunt quibus possunt homines facile seduci. & ille qui hos

B

facit, est Ambulans frustra, quia quicquid agit perdit, quia sine Christo rectore est. ipse dico, Inflatu. i. superbus sensu non rōnis, sed Carnis suae. i. sensualitatis, quia nō intelligit aliud quā sensualitas capit. Vñ erubescendū esset non tumendū. Et, est, Nō tenens Christū veritate & gratia plenū oīm scripturarū, Caput, contra quod dicunt qui legem prādicant. Ex quo, capite. i. de cuius plenitudine accipiendo, Totum corpus. i. ecclesia. Per nexus, charitatis. Et, per, Coniunctiones, fidei, spei, & operum, in quibus si deles coniuncti sunt, & si miles, Subministratū, est. Et constructum. Distingue, & redde singula singulis. Constructū, in vnum, Per coniunctiones. f. quia idem credunt, & eadem operantur. Et subministratū, in subseruendo. Per nexus. i. per charitatē sine qua membra non cohærent, nec inuicem seruiunt nec viuūt. & sicut Crescit, virtutibus & membris. & hoc, In augmentum dei. i. quantū deus prouidit. Vel, In augmentū dei, dicit, quia quasi augetur deus, hoībus ab errore redeuntibus, sicut minuebatur deserentibus. Qui. n. per errorem deseruerant deum, minuebant copias diuitiarū eius negando se esse eius. Cū vero redeūt, incrementū faciūt deo, quia ex perditis acquiruntur. Si ergo, vel aut. Hactenus monuit. stantes ne seducerent a pseudo: nūc aggreditur illos qui aliqua de lege seruabant, sub increpationis forma dehortans eos a lege. q. d. vos stātes videte ne seducamini, sed vos alij qui legalia recepistis, dicite, quare legē seruatis? & hoc est quod ait, Si ante mortui estis, non misera a Christo sed felici morte. Ab elementis mūdi. i. separati a lege, quæ est institutio puerorū qui mundana petūt. Mortui dico per hoc quod estis Cū Christo, quid adhuc. f. veritate nota & recepta. Tanquā viuentes in mundo. i. vt Iudæi qui mūdo viuūt, & non deo, Decernitis, seruāda legalia. decernitis dico, dicentes alij alijs, Ista ne tetigeritis &c. Vel ita, Si ergo. Elementa dicit creaturas huius mundi. q. d. quia Christus omnia delicta deleuit. Ergo: per hoc quod vos estis cū Chrō. i. quia fidem Christi accepistis, Mortui estis. i. ex toto separati a peccato. & Ab elementis mundi. i. ab omni superstitione & abstinentia creaturarū mundi. Vel ita pōt accipi. cum Christo, id est, sicut Christus: vt sit sensus, Si, inquit, Mortui estis, a peccato, & Ab elementis cum Christo. id est, sicut Christus, Qui adhuc tanquā viuentes mundo decernitis, a quibusdā superstitiose abstinedū: quia si prius dum eratis ignari hoc faciebatis, cur veritate propalata idē facitis? Decernitis dico, dicētes ista, Ne tetigeritis, vt cadauer, vel locū i quo sederit mulier mēstruata. Neq; gustaueritis, vt porcū, vel pisces nō habētes squamas, Neq; contrectaueritis, quodā studio, & delectatione. q. d. non debetis hoc decernere. Quæ oīa sunt, ducētia In interitū. i. ducūt i mortem, In ipso vsu. i. si quis vtaī eis Iudaice, vt ab his abstineat, illis vtatur, credēs inde iustificari. Ista dico iam existētia, Secūdū p̄cepta & doctrinas hominū, nō dei. Postquā enim veritas venit, iā nō p̄cipit deus hęc seruari, sed Pharisei & autoritate hęc p̄cipiunt, & rationibus docent. Non ergo ideo dicuntur esse in interitum quod verum sit ea esse mala, secundum quod a deo p̄cepta sunt, sed ideo vsus illorū & cultura interimit, quia sunt p̄cepta & doctrinæ hoīum nō dei, exhibita veritate. Quæ sunt quid habētia rationē. i. speciē, Sapiētia, quia p̄tendunt superstitionem, & humilitatē. Vnde subdit, In superstitione. quasi dicat per hoc habēt speciē sapiētia, quia Sunt in superstitione. id est in religione quæ supramodū est. Et, quia sunt In humilitate, quia humiles se ostēdunt qui illa obseruant. Et quia sunt, Non ad parcendū corpori, quia dicunt se non parcere corpori: & sunt Non in honore aliquo, quia dicūt se non curare de honore humano. & quia non sunt, Ad saturitatē carnis, quia multa sibi subtrahunt, alios gulofos dicunt. Vel ita, Quæ sunt quidē habentia sapientia rationem. Hęc legalia habent rationem sapientia, non in veritate, sed In superstitione, id est in falsitate quæ est superabūdās vbi nulla vtilitas est, scilicet per mundanam sapiētiam. & sunt, In humilitate, non illa quæ virtus est, sed sicut ex Græco itelligit, quia mens sentit humilia, id est vilia & terrena, id est in dilectione animæ sunt. Et sunt, Non ad parcendū corpori, quia & in illis obseruationibus multus labor est, qui est inanis. & non sunt In aliquo honore, dei scilicet, cuius consiliū irritum dicitur, nec sanctorum, quorum fides destruitur. & non sunt Ad saturitatem carnis, quia multa eis subtrahuntur. Vel ita, Quæ sunt quidem habentia rationem. f. i. putāt se habere rationem sapiētia, qui illa tradunt. ideo quia illa traditione sunt In superstitione. i. i si mulata religione, quia traditioni humanæ nomen religionis applicant. vt religio ap-

Ambro.

Ambro.

Hierony.

pelletur, cum sit sacrilegiū, quia quod contra authorū est, sacrilega mente inuētū ē. Si mulata ergo ibi est religio vt videantur vera quæ falsa sunt. & illa traditio vel religio est i humilitate, quia mētes i terra humiliat, ne erigātur ad superna. Et, ē Nō ad parcendū corpori. i. obest corpori, cuius caput ē Chrō. i. ecclesie. & Nō est in honore aliquo, illis, quia truncati sūt a capite Christo, toto se dātes mūdo, & explētes sensū carnis. vñ subdit, & est Ad saturitatem carnis. Sagina enim carnalis sensus ē, traditio humana, quæ hoc dicit sufficere quod carnis tradit prudentia.

CAPVT III.

**I**gitur si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera dei sedens, quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cū Christo in deo: cū autem Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos apparbitis cū ipso in gloria. Mortificate ergo mēbra vestra quæ sunt super terrā fornicationē, immunditiam, libidinē, cōcupiscentiam malam, & auaritiam, quæ est simulacrorū seruitus.

Igitur &c. q. d. quia mortui estis ab elementis, & quia hæc nō valēt. Igitur si, iā Cōsurrexistis. i. animo & corpore resurrexistis: animo, in re, corpore, in spe. & hoc, Cū Christo. i. a simili Chrō. Quærite, & cogitate, nō carnalia. quæ signānt per carnales obseruatias Sed quæ sursum sūt nō loco sed merito excellētia suæ, ne i huius mūdi parte figamus animū, quo vniuerso nos exuere debemus. ideo dici, Quærite quæ sursum sūt. f. spiritua lia, quæ sūt, vel gloria eterna, vel quæ ad eā ducūt. quæ sursum sunt dico, Vbi Christus est sedens in dextera dei. i. regnās in equalitate patris, & ita, in sūma excellētia, & per hoc certū est, qd per eū ad excelsa peruenire potestis. Quærite dico, quæ sursum sunt: inuēta aut iocūda habete. Et hoc ē qd subdit, Sapite, intelligētia & charitate quæ sursum sūt. Non quæ super terrā sunt. i. nō quæ fundatur in terra, quia ab his mortui estis. Vnde subdit, Mortui enim. q. d. ideo quæ sursum sunt quærite nō quæ super terram, quia

August de  
quasi. lxxxii.

Mortui estis, mundanis & caducis. Et vita vestra, modo, Abscondita est omnibus hic peregrinantibus, sed maxime carnalibus, atq; terrenis, & iō quærenda est. Abscondita est dico, Cū Chrō, qui est vita vestra. quæ vita est In deo, patre, cū quo Chrō idē est. Cū aut Chrō, qui est Vita nostra apparuerit. i. reuelabitur vobis, vt eūdem cū p̄te deum videatis Tunc & vos, vobis & alijs. Apparebitis, entes, Cum ipso in gloria. Attende in his verbis apostoli explicari illa duo quæ in euangelio dñs ait. Tempus amatorū mūdi, dicēs, semper esse paratū, tēpus vero suū & suorū nodū eē paratū. Tēpus. n. gloria nostræ nondū venit quia nodū venit ætas. i. Christi aduentus, vbi discernant arbores fructuosæ a sterilibus: sed gloria amatorum mundi semper est parata. Iō apostolus ait, Vita vestra abscondita est, hoc est tempus vestrum nondum aduenit, sed tēpus terrena amantium semper est paratum. Et addit, Cum autem Christus apparuerit. Ac si diceret, hoc est tempus vestrum. Cum ergo nobis insultant amatores seculi, dicam⁹ quod Christus dixit, quia propter nos & ipse dignatus est hoc dicere. Tempus vestrum semper est paratum, tēpus meū nodū aduenit. Mortificate. Post rōnes de plenitudine Christi ostensas, generalis exhortatio ad oēs de moribus subditur, vbi mōet ne ad priorem cōsuetudinem redeant. q. d. apparebitis cū Christo in gloria, vt hoc sūt, Ergo mortificate membra vestra. i. partes veteris hominis. f. peccata. Omnia peccata simul sunt quasi vnū corpus: singula sunt mēbra. Vel, Mēbra. i. mēbrorum concupiscentias. Quæ sunt super terram. i. terrenis & carnalibus dominātur. f. fornicationē &c. Describit delicta quæ membra appellat, vt post acceptam veritatis rōnem bonæ vitæ operam darent. Multum enim obest scire rationem veri, & non eam factis exequi. Qui. n. scit voluntatem domini sui, & non facit, vapulabit multis. Fornicatio est omnis concubitus præter legitimum connubium. Immunditiam, quæ est contra naturam. Libidinem, scilicet ardorem, per quælibet turpitudines discurrentem. Concupiscentiam malam, de aliena vxore, vel de alia re. Et auaritiam, quæ si non corpus, tamen animam contaminant. Quæ est idolorū seruitus, id est tam fugienda sunt sicut idololatria, cui simile & par vitium est, quia rebus etiam pro deo seruit. Sub vno autem nomine duo pessima & impia vitia prohibet, idololatriam & auaritiā. & recte idololatriæ cōparat auaritiam

Ambrosius

Augu.  
super Ioan.

Ambrosius

Ambro.

que nō est dispar malitia, quia radix est omnium malorum, & poene vno explētur opere, quia sicut idololatria vni deo nititur auferre gloriā, nec solus nomen deitatis habeat: ita auarus in dei res se extendit, vt solus vsurpet quæ deus omnibus fecit. Vtraq; igitur deo inimica sunt, quia negant deo quæ eius sunt.

Propter quæ venit ira dei super filios incredulitatis in quibus ambulastis aliquando cū viueretis in illis. Nunc autem deponite & vos omnia, iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonem de ore vestro. Nolite metiri inuicem, expoliātes vos veterem hominem cum actibus suis, & induentes nouum eum qui renouatur in agnitionem dei secundum imaginem eius qui creauit eum, vbi non est Gentilis & Iudæus, circumcisio & preputium, Barbarus et Scythæ, seruus et liber, sed omnia et in omnibus Christus. Induite vos ergo sicut electi dei sancti et dilecti viscera misericordie, benignitatem humilitatem, modestiam patientiam, supportantes inuicem et donantes vobismetipsis si quis aduersus aliquem habet querelam: sicut et dominus donauit vobis, ita et vos. Super omnia autem hæc charitatem habete quod est vinculum perfectionis, & pax Christi exultet in cordibus vestris. in qua & vocati estis in vno corpore, & grati estote. Verbum Christi habitet in vobis abundanter: in omni sapientia docetes & comonentes vosmet ipsos in psalmis & hymnis & canticis spiritualibus in gratia cantantes in cordibus vestris deo. Omne quodcumque facitis in verbo aut in opere, oia in nomine domini nostri Iesu Christi, gratias agentes deo & patri per ipsum.

Ambrosius

Propter quæ. f. predicta mala. Venit ira dei in filios diffidentie. i. incredulitatis. Quid ergo erit de eis quos ignorantia non excusat. q. d. grauius punietur. In quibus, vitijs. Et vos aliquando, vt alij ambulastis, & ideo turpius est, si modo reditis ad eadem. Ambulastis dico, cum viueretis, id est cum vitam esse putaretis in illis. Hæc memorat vt se euasisse gaudeant, & de cætero sibi caueant. Vnde subdit, Nunc autem. q. d. olim ambulastis in illis. Nunc autem, cum Christum recepistis. Et vos, vt omnes alij fideles, deponite non solum supradicta grandia vitia, sed etiam Omnia, alia, scilicet, iram, quæ est subitus animi motus. Post maiora, prohibet minora, ne videantur hæc non esse periculo Iosa: addit, Indignationem, de alio sublimato: Malitiam, effectum iræ, scilicet indignationis. Malitia enim est qua quis molitur damnum alicui: Blasphemiam, in fratre vel deum: Turpem sermonem vel turpiloquium, deponite De ore vestro, & si in corde sit conceptus. Quid per singula? Nolite mentiri inuicem, scilicet alij alijs. Sunt qui non habent consuetudinem ebrietatis, qui tamen aliquando inebriantur: sicut sunt qui non habent consuetudinem mentiendi, & tamen aliquando mentiuntur, sic & in alijs sit. Prohibet ergo aliquando mentiri, & præcipue mentiri assidue. Dico nolite mentiri: vos dico, Expoliantes vos veterem hominem, id est habitum peccatorum. Cum actibus suis, vt nec actus peccati interdum assit. Homo enim vetus nihil est aliud quam vita vetus, quæ est in peccato, in quo secundum Adā viuatur. Et induentes, habitum virtutum qui non caret actibus Noui hominem, id est rationalem mentem. Qui, nouus Homo renouatur in agnitione dei, magis & magis crescit, & acquirit cognitionem dei. & illa re nouatio fit secundum imaginem. i. in imagine Illius. i. in ratione quæ est imago dei. Qui creauit eum. f. nouum hominem in agnitionem sui. Satis ostendit vbi homo sit creatus ad imaginem dei, quia non corporeis lineamentis, sed forma quadam intelligibilis mentis. Sicut enim post lapsum peccati homo in agnitionem dei renouatur secundum imaginem eius qui creauit eum: ita in ipsa agnitione creatus est, antequam delicto vetera sceret. vnde rursus in eadem agnitione renouatur. Vnde supra, Renouamini spiritu mentis vrae. Si ergo spiritus mentis renouamur, & ipse est nouus homo qui renouatur in agnitione dei nulli dubium est, non secundum corpus, nec secundum quamlibet partem animi, sed secundum rationalem mentem, vbi est agnitione dei, hominem esse imaginem dei, vel factum ad imaginem dei. Ista autem renouatio reformatioque mentis dicitur fieri, vel secundum deum, vel secundum imaginem dei: sed ideo dicitur secundum deum, sicut in episto-

Augu. contra Faui.

Augustinus super Gene.

A stola ad Ephesios legitur. ne secundum aliam creaturam putetur fieri, secundum imaginem dei, id est, vt in ea re intelligatur fieri. Hæc renouatio vbi est imago dei. i. in mente non quod sit alia imago secundum quam sit, alia quæ renouatur, sed ipsa: sicut dicimus aliquem fidelem qui de corpore abscedit, mortuum esse secundum corpus non secundum spiritum, quia corpore vel in corpore mortuus est, non anima vel in anima. Sic aliquis dicitur pulcher vel fortis secundum corpus, non secundum animam. Et nota quod alia est imago ista quæ renouatur in agnitionem dei, alia est imago illa, ad quam factus est primus homo non mulier. Vnde supra ad Corinthios, Vir est imago dei & gloria: mulier autem gloria viri. Illa imago. f. est, vt quomodo ex vno deo omnia, ita ex vno homine omnes homines essent. Hæc autem imago quam de agnitione dei dici creati, & in foemina est sicut in viro. Vel ita, Secundum imaginem. q. d. dico vt expolietis veterem hominem, & induatis nouum. & hoc quod dico, est secundum imaginem eius, qui creauit eum. f. nouum hominem. i. secundum rationem quæ est imago dei. q. d. aliud non moro vos nisi quod ratio vestra suadet. Hæc est imago ad quam deus creauit hominem. f. vt rationalis esset, & caelestia semper diligeret. Vbi. f. in quo nouo homine. Non est mas & foemina. i. discretio masculi & foeminae. Secundum corpus enim sunt masculi & foeminae, sed secundum spiritum mentis, non in quo renouamur, secundum imaginem creatoris. & in eo, Non est Gentilis & Iudæus. i. exceptio vel acceptio Gentilis vel Iudæi. Nullus. n. vt indignus excipitur, nec aliquibus officit vel proficit apud deum, quod de his vel illis nati sunt. Neque ibi est circumcisio & preputium. i. non aliqui ibi sunt digniores eo quod ipsi hæc habeant, vel eo minus digni quia non habent: & ibi non est Barbarus & Scythæ, seruus & liber. i. non propter ista aliquis ibi dignior est vel minus dignus. Et est sensus, In nouo homine nulla exterior diuersitas alicui præiudicat. f. nec sexum, nec nationem, nec obseruationem, nec linguam, nec conditionem: Sed Christus, est Omnia. i. oes partes noui hominis, sunt opera Christi. Et, ipse Christus est in omnibus, fidelibus, qui per eum noui sunt. Induite ergo. q. d. Et quia Christus est omnia & in omnibus. Vos ergo o Colossenses qui estis Sicut. i. vere Electi dei. f. quos deus ab æterno elegit. Et sancti, sacramentorum participatione, Et dilecti a deo. i. quia iam sancti estis, & quia dilexit deus vos, Induite viscera misericordie, i. affectum pietatis erga omnes. Deinde subditur executio misericordie cum additur, Benignitatem, animi ad benefaciendum parati: Et humilitatem, vt sitis humiles corde & habitu: & Modestiam, vt in omnibus modum seruetis: & Patientiam, in aduersis toleratis. Supportantes inuicem, vt alter alterius onera portet. Et donantes vobismetipsis, si aduersus aliquem habet querelam. i. si alter alterum offēdit, non solum non iudicet, sed & donet. Sicut & dominus donauit vobis, ita integre & pure. Et vos condonate alijs. In cuius rei sacramento lauit Christus pedes discipulorum, & dixit, Exemplum dedi vobis vt & vos similiter faciatis. Inuicem itaque nobis delicta donemus, & pro nostris delictis inuicem oremus, atque ita quodammodo inuicem pedes nostros lauemus. Et nota quia vt lucrum possint habere ad hæc eos faciēda monet, quæ meritum collocat apud deum. Ab illicitis abstinere facit timor, vere est. n. ne mala faciens poenis subdat. Hæc quæ nunc faciēda monet ad profectum meritorum pertinet. ex voluntate. n. sunt non ex necessitate. Qui ergo ab illicitis abstinere, laudem habet: qui vero a licitis se temperat, laudem habet & præmiū. Super omnia autem. q. d. Hæc omnia seruate. Super omnia autem hæc charitatem habete, id est studiosius omnibus alijs petite charitatem. Magis enim est studendum ei virtuti, quæ maior omnibus est, Vel, Habete charitatem, quæ est Super omnia hæc. Ipsa est enim eminentior via quæ supereminet scientie & omnibus præceptis. Hæc est vestris domini inconfutis desuper contexta. Inconfutis, ne aliquando dissipatur quæ ad vnum peruenit, quia charitas, in vnum oes colligit. Habete charitatem dico, Quod, donum. f. charitas est, Vinculum perfectionis. Cetera. n. perfectum faciunt, charitas etiā omnia ligat, ne abeant. Et pax Christi. i. quæ Christus habuit in se, & haberi præcepit, vel quæ inter deum & hominem fecit, Exultet in cordibus vestris, id est sit in cordibus vestris causa exultationis. quod vtiq; erit, si habeat charitas, quæ veram habet pacem, quam puro corde custodit. Pax enim dici potest, & si non habet charitatem. Charitas vero semper secum habet pacem, quam facit. In qua, pace. Vocati estis per eam positi, In vno corpore, ecclesie. Pax enim necessaria est ad vnitatem corporis quam facit charitas. & de his omnibus, Grati estote deo docetes, & vos & alios quem ignoratis per vos. Et comonentes vosmetipsos, de scitis, vt doctrina fiat illis qui nesciunt:

Augustinus

Augustinus super Ioan.

Ambrosius

Ambro. Augu. sur et Ioannem.

Ambrosius



& cōmonitio illis qui sciunt, sed pigri sunt. Docentes, dico, & cōmonentes de his quæ d  
 continētur In psalmis, qui de moribus agunt. Et in hymnis, qui de laudibus dei agūt.  
 Et canticis spiritualibus, qui sunt de æterno bono. & his docti & commoniti, Estote  
 cantantes domino id est ad honorem domini. & hoc nō solū labijs. Sed in cordibus  
 vestris, id est cum intellectu, vel attente. & hoc, In gratia. i. in cōsideratione benefi-  
 ciorum dei. Per quid autem hæc possint, in serie præmisit, dicens, Verbum &c. q. d. vt  
 prudenter doceatis, & cōmoneatis, Verbū Christi habitet in vobis abundanter. f. In  
 omni sapientia. f. vt omnium scripturarū intellectum habeatis. Omne &c. Quia præce-  
 pit supra deum laudari in corde, & verbis nūc & factis nomen dei laudari & exaltari  
 hortat, vt sic verba nostra & opera careant reprehensione, vt magnificetur dominus,  
 cuius magisterio inuituperabiles sunt discipuli. q. d. docete & commonete. Et præter  
 ea, Omne quodcūq; facitis in verbo aut in opere facite. In nomine, domini nostri Ie-  
 su Christi. i. ad gloriam Christi, non vestram, & nō solū quæ facitis verbo vel opere,  
 sed etiam omnia, sunt ad gloriā Christi. i. etiā cogitationes. & si alia aliqua sunt. Vel ita  
 Quodcūq; facitis in verbo aut in opere, facite. Omne. i. perfectum, deo attribuendo, &  
 hoc est quod aperit subdens, facientes, Omnia in noīe dñi Iesu Christi. i. ad gloriam  
 Christi. vos dico tunc vere Agentes gratias, non legi, sed Deo & patri per ipsum, Chri-  
 stum, per quem dedit deus omnia. Tunc enim agimus gratias deo per Christum, si mo-  
 dum præceptorum eius custodiamus.

Ambrosius.

Mulieres subditę estote viris sicut oportet in domino. Viri diligite vxores  
 vestras & nolite amari eē ad illas. Filii obedite parentib⁹ per oīa: hoc. n. placitū ē  
 in domino. Patres nolite ad indignationē prouocare filios vestros, vt nō pusillo  
 animo fiant. Serui obedite per oīa domini carnalibus, nō ad oculū seruientes, qua-  
 si hoībus placētes, sed in simplicitate cordis timentes deū. Quodcūq; facitis, ex  
 aīo operamini, sicut domino & nō hominib⁹: scientes q̄ a domino accipietis re-  
 tributionem hæreditatis. Domino Christo seruite. Qui enim iniuriam facit, re-  
 cipiet id quod inique gessit, & non est personarum acceptio apud deum.

Mulieres, de moribus oēs monuit luculq; communiter, nunc transit ad singularia  
 præcepta monens diuersos separatim, vt inuicem sibi seruiant, non solum obediendo  
 vt mulieres viris, & filij parentibus, & serui dominis, sed etiam consulendo vt viri mu-  
 lieribus, patres filij domini seruis. Hæc est. n. pax domestica, & cohabitatiū ordinata  
 a deo concordia, & clara iustitia. vt. f. qui excellunt ratione, excellant dominatione.  
 Hanc concordia docet dicēs, Mulieres subditę estote viris: sicut oportet. i. tā perfecte  
 sicut deus mandauit. & hoc in domino, nō contra dominū. Et vos viri diligite vxores  
 vestras, & nolite esse amari. i. acerbi, Ad illas. Per hoc rigorem dominij emollit, vt po-  
 testate qua præualet quis in dominatu vxoris, non nimis seure vtatur. Et vos Filij o-  
 bedite parentibus per omnia, hoc. n. placitum est. i. placet deo si per omnia obeditis: ita  
 tñ si in domino Obeditis. Et vos, Patres nolite prouocare filios vestros ad indignatio-  
 nem contra vos. Vel, Ad iracundiam. Alia litera. Vt non pusillo animo vel pusillani-  
 mes fiant, scilicet non potentes diutius pati. Modestos præcipit patres filijs, ne coarcta-  
 ti ab illis delinquant in illos, & deum offendant. Ira. n. inconsiderata res est, ita vt ali-  
 qñ nec sibi parcat qui irascitur. Et vos, Serui obedite per omnia, sed non contra domi-  
 nū, Dominis, non dico spiritualibus tantum, sed etiam carnalibus, qui secundum car-  
 nem dominantur. Vos dico, Non ad oculum seruientes quasi hominibus, non deo Pla-  
 centes. i. placere nolentes: sed seruite, In simplicitate cordis, id est pura intentione, vt  
 quales estis in corde, tales extra sitis. Vos dico, Timentes deum, quem non potestis fal-  
 lere. Et quodcūq; facitis, operamini, non quasi timentes penam ex deo sed ex animo,  
 .i. ex voluntate. Sicut domino, seruiretis & non hominibus. Eam. n. deus innocētiā  
 probat, qua homo non metu pœne sit innocēs, sed amore iustitiæ. Nam qui tantum timo-  
 re non peccat quāuis non noceat alijs, sibi tamen plurimum nocet: simulata inno-  
 centia, non est innocentia: simulata æquitas, non est æquitas: sed duplicatum peccatū,  
 in quo est & iniquitas & simulatio. Operamini, dico, Scientes, quod pro hac humilia-  
 tione Recipiens a domino retributionem hæreditatis æternæ, & præter alios dominos

Augustinus  
 in lib. sen.  
 Prosper.  
 Aug. super  
 Genesim.  
 Ambrosius

Augu.  
 in lib. sen.  
 Prosper.

A Domino, dominantium. f. Christo seruire, in his quæ iubet. Qui enim. q. d. ita est seruū  
 endum vt dixi, non pro crudelitate dominorum dimittendum, quia Qui facit iniuriā,  
 siue dominus sit siue seruus: Recipiet id quod inique gessit. & hoc ideo: Quia non est  
 personarum acceptio apud deum, nulli parceretur pro maiestate sua.

CAPVT IIII.

**D**omini quod iustum est & æquū seruis præstare: scientes quod & vos  
 dominum habetis in cælo. Orationi instate vigilantes in ea, in gratia=  
 rum actione orantes simul & pro nobis, vt deus aperiat nobis ostium  
 sermonis ad loquendum mysterium Christi: propter quod etiam vin-  
 ctus sum, vt manifestem illud ita vt oportet me loqui. In sapientia ambulate ad  
 eos qui foris sunt tempus redimentes. Sermo vester semper in gratia tale sit cō-  
 ditus: vt sciatis quomodo oporteat vos vniciq; respondere. Quæ circa me sunt  
 omnia vobis nota faciet Tychicus charissimus frater, & fidelis minister, & cōfite-  
 rus in domino, quem misi ad vos ad hoc ipsum, vt cognoscat quæ circa vos sunt,  
 & consoletur corda vestra cum Onesimo charissimo & fideli fratre, qui ex vobis  
 est, qui omnia quæ hic aguntur nota facient vobis. Salutat vos Aristarchus con-  
 captiuus meus, & Marcus consobrinus Barnabæ, de quo accepistis mandata. Si  
 venerit ad vos, suscipite illum. Et Iesus qui dicitur iustus, qui sunt ex circumcisio-  
 ne. Hi soli sunt adiutores mei in regno dei, qui mihi fuerunt solatio. Salutat vos  
 Epaphras, qui ex vobis est seruus Iesu Christi, semper sollicitus pro vobis in ora-  
 tionibus, vt stetis perfecti & pleni in omni voluntate dei. Testimonium enim illi  
 perhibeo quod habet multum laborem pro vobis, & pro his qui sunt Laodicæ,  
 & qui Hierapoli. Salutat vos Lucas medicus charissimus, & Demas. Salutate  
 fratres qui sunt Laodicæ & Nympham, & quæ in domo eius est ecclesiam. Et  
 cum lecta fuerit apud vos epistola hæc, facite vt & in Laodicensium ecclesia lega-  
 tur, & ea quæ Laodicensium est, vobis legatur. Et dicite Archippo, Vide ministe-  
 riū quod accepisti in domino, vt illud impleas. Salutatio mea manu Pauli, Memores  
 estote vinculorū meorū. Gratia domini nostri Iesu Christi vobiscū. Amen.

Domini quod iustum &c. q. d. & vos Domini præstare seruis quod iustum est, pro seruū  
 tio. Et æquum, per naturā, vt. f. homines reputetis. Scientes quoniam & vos dominum  
 habetis in cælo, quasi non impotentem, & ideo talia exigit qualia vultis a vobis exi-  
 gi, ita faciunt viri iusti. Boni enim ex fide viuētes, etiā adhuc ab illa ciuitate peregri-  
 nantes, qui imperant, seruiunt eis, quibus videtur imperare, quia nō cupiditate iperant  
 dominandi, sed officio consulendi, & beneficia providendi, Orationi. .i. d. singularim  
 diuersos monui. Cōiter autem oēs vos moneo, Instate orationi vigilantes in ea. q. d.  
 etiā nocte instate, vel Vigilantes. i. non pigri. In ea oratione facta de futuris. Vos dico  
 manentes in actione gratiarū de præteritis. instante, dico, Orantes simul & pro nobis,  
 vt deus aperiat nobis ostium sermonis. i. os meum faciat apertum, quod ad hoc datum  
 est vt inde prodeat verbum. Os autem apertum est quando multa & magna dicit. &  
 ad quid velit sibi aperiri os, ostendit dicens. f. Ad loquendum mysterium Christi, id  
 est ad exponendum illud, quod est secretū de Christo, id est natiuitatem, passionē, &c.  
 Propter quod opus. f. quia Christi secreta expono, Vincit⁹ sum. Dico aperiat mihi os  
 ad loquendū mysteriū, & ita loquendū Vt manifestem, aperte Illud, quod abscondi-  
 tū est infidelibus Ita cōstanter & discrete, Vt oportet me, qui Aplūs sum, Loqui. Vos  
 etiam ipsi, In sapientia, dei, quam habetis, Ambulate. id est proficite vsq; Ad eos, illu-  
 minandos. Qui sunt foris. i. extra eccliam. Cautē conuersandum est inter perfidos ne  
 scandalizentur, ne fiat eis occasio blasphemandi, & ne incitentur ad persequendū. Sa-  
 piēter ambulate dico, Non impediētes sed redimentes tempus. i. aliquibus modis præ-  
 parantes oportunitatē prædicādi eis: & habito tēpore, Sermo vester semper sit in gra-  
 tia, id est talis vt gratus sit auditoribus. Vel, In gratia, prædicanda, non in lege  
 & sit. Conditus sale, sapientiæ: ita, Vt sciatis quomodo oporteat vos respondere vni-  
 cuiq;.

Augustinus  
 de ver. euang.

enig, quia aliter idiotæ, aliter literato, & alijs personis aliter & aliter respondenti est. Omnia autem quæ circa me sunt. i. tribulationes quæ vndiq; sunt, vel quæ non pertinent vsq; ad animam: Nota faciet, & ideo nõ fuerit opus scribi. Tychicus, per hunc creditur misisse epistolam, Charissimus frater, in fide. Et fidelis minister, in prædicatione. Et conseruus, in aduersis, & hoc, In domino. i. propter dominum. Quæ, ego, Misi ad vos ad hoc ipsum. i. ad simile aliquid. f. Ut cognoscat quæ circa vos sunt. Cauete ergo vobis, magis sibi cauere debet qui se videt cognosci. Misi dico, Cum Onesimo charissimo nostro & fideli fratre qui est ex vobis, qui. f. & Tychicus, Omnia nota facient vobis, quæ hic aguntur, Salutatur vos Aristarchus conceptiuus meus. i. particeps, & socius laborum meorum. Et Marcus consobrinus Barnabæ: de quo, Marco vel Barnaba, Accepistis mandata, ista. f. quod discessisset a me, & ideo non reciperetis illum: sed Si modo venerit ad vos, excipite illum. Vel, Accepistis mandata. f. quod redijt ad me. & iõ. Si venerit ad vos exc. illum. Et Iesus, salutatur vos, Qui dicitur iustus. qui. f. isti prædicti, Sunt ex circuncisione, & idem tamen mecum asserunt de gratia. Hi soli, de Iudeis, Sunt modo adiutores mei in regno dei, prædicando, Qui mihi, posito in tribulatione, Sunt solatio, vicem meam supplendo. Salutatur vos Epaphras qui ex vobis est seruus Christi Iesu, non legis. Semper sollicitus pro vobis in orationibus, in quibus pro vobis orat, Ut stetis. i. perseueretis. Perfecti & pleni in omni voluntate dei. f. velitis omnia quæ deus vult, & nihil adiungatis præter ea quæ deus vult. Et vere sollicitus est pro vobis. Testimonium enim, illi Perhibeo, quod habet multum laborem pro vobis, non solum orando, sed etiam alijs modis. Estote ergo & vos pro nobis solliciti, & non solum pro nobis, sed etiam Pro his qui sunt Laodicæ, & qui sunt Hierapoli. Salutatur vos Lucas, euangelista, Marcus charissimus, & Demas. Salutatur frater qui sunt Laodicæ, & specialiter, Nympham, quæ prædicatores recipit & sustentat. Et quæ in domo eius est ecclesia. i. familia. Et cum fuerit lecta apud vos hæc epistola, facite vt, & in Laodicensium ecclesia legatur, & vobis legatur ea, vel vos legatis eam quæ Laod. i. quam ego illis misi, vel quæ ipsi mihi miserunt, vt videatis hic esse responsum quæstionibus illis. Ex hoc loco intelligimus quod generales sunt instructiones apostoli, & ad hominum profectum scriptæ sunt epistolæ. Et, ipsi vos qui spiritu errastis olim, Dicite Archippo vide ministerium. i. esto sollicitus circa ministerium. Quod accepisti in domino. i. in his rebus quæ sunt domini. Ut illud impleas, vt sicut per inobedientiam istorum cessauit, ita per correctionem accingatur. Et nota quod præpositum eorum per eos ipsos comonetur, vt qui regendam ecclesiam eorum accepit sit sollicitus de eis. & quia plebis causa scribitur epistola, ideo non ad rectorem destinatur, sed ad ecclesiam. Salutatio. q. d. vt sciatis a me missam epistolam. Salutatio mea manu Pauli, scripta est. Et antequam salutationem ponat, præmittit exhortationem dicens, Memores estote vinculo rum meorum, id est in mente habete qua causa patiar, scilicet quia solam fidem prædico. Hoc dicit vt tales se prebeant, pro quibus non ægre ferat se pati iniurias, vt simpliciter patiantur: vel vt pro eo orent, vt necessaria ministrant. Quæ autem sit salutio ostendit addens, Gratia domini Iesu sit vobiscum. Amen.

Ambrosius.

Ambrosius.

B

E

Argumentum in epistolam ad Thessalonicenses primam.

**T**hessalonicenses sunt Macedones, qui accepto verbo veritatis persisterunt in fide, etiã in persecutione ciuũ suorũ. Præterea nec receperunt falsos apostolos, nec ea quæ a falsis apostolis dicebantur. Hos collaudat apostolus scribens eis ab Athenis, per Tychicum diaconem, & Onesimum acolythum.



CAPVT I.

**P**AULVS & Syluanus, & Timotheus, ecclesie Thessalonicensium in deo patre nostro & domino nostro Iesu Christo, gratia vobis, & pax. Gratias agimus deo semper pro omnibus vobis, memoria vestri facientes in orationibus nostris sine intermissione: memores operis fidei vestræ, & laboris, & charitatis, & sustinentie spei domini nostri Iesu Christi, ante deum & patrem nostrum.



**P**aulus & Syluanus, &c. Hanc epistolam scribit apostolus Thessalonicensibus. Thessalonica metropolis est Macedonia, quæ est prouincia Græcorum Thessalonicenses ergo sunt Macedones, qui facile ab apostolo conuersi, nec per tribulationes, nec per pseudopredicatores potuerunt moueri a fidei veritate. Hos collaudat apostolus, eo quod in accepta gratia permanentes ad profectum præmii virtutibus aucti sunt meliora sectando. Tantæ enim fidei imbiberant spiritum, vt spe futurorum etiã a ciuib; suis nõ credentibus, pericula deuoto animo pro noie Christi sustinerent. Erant tñ inter eos aliqui otiosi & curiosi: aliqui et de resurrectione min; sentientes, & ideo nimis temere de morte amicorum dolentes, aliqui etiã eorum erant fornicatores. Hos ergo in hac epistola corrigat apostolus, & perfectos monet nõ cedere aduersis pseudoapostolis, & vt alios corrigant. Scripsit aut ab Athenis. Et est intentio Apostoli in hac epistola prauos & incorrectos corrigere, & bonos ad perseuerantiã aliorum que correctionem cohortari. Modus talis est, De more suo salutationem præmittit: qua præmissa de bonis eorum gratias agit: commemorans non solum fidem & opera, sed etiam conuersionis modum & malorum sustinentiam. & vt ad perseuerandum magis eos pronocet, de suis quoq; laboribus & euangelij veritate, & prudenti inter eos conuersione, & quanto affectu eos desideret videre, interferit. Deinde prauos, vt a luxuria, & otio, & curiositate contineant, obsecrat: & mortuos resurrecturos confirmat. Circa finem moralis est instructio. Præmittit aut salutationem, dicens, Paulus, & Syluanus, & Timotheus. Hi coadiutores fuerunt apostoli in illis instruendis, & in profectu illorum pariter gaudebant, & ideo nominibus illorum præscribitur salutio, sed sensus & verba epistolæ folius apostoli sunt. Hi, inquam, scribunt Ecclesie Thessalonicensium, congregate, In deo patre & dño Iesu Christo. q. d. quod est ecclia in vnitae fidei congregata est, deo patre operante, & Christo eius filio, & ante alia salutant in hunc modum. Gratia, sit vobis & pax. Exposita, ne exponas, ne actum agas. Post salutationem primum confirmat bonos de profectu illorum, referens gratias deo a quo sunt omnia bona hoc modo, Gratias agimus deo semper pro omnibus vobis, quia sunt bona quæ in vobis sunt, & a deo sunt. Nos, dico, Facientes memoriam vestri in orationibus nostris vt perstetis in bono. Orationibus, dico, habitis sine intermissione, certarum horarum. Vñ autem gratias agat, ostendit, subdens. Nos, dico, Memores operis. i. confessionis fidei vestræ proprium. n. opus fidei est confessio, Et laboris, vestri, quem habuerunt pro se & pro proximis: Et charitatis, habitæ in deum & proximum. Et sustinentiæ, habitæ contra mala quæ sustinentia est spei, quia eam facit spes glorie. Non enim tanta mala possent sustinere, nisi spes eos confirmaret quæ spes non frustratur, quia est Domini nostri Iesu Christi, qui bene potest & vult implere. Spei, dico, Existentiæ ante deum & patrem nõ

Aimo

Ambros

Aimo

Ambros

B v

strum, quia ita certi estis, ac si iā videatis eū, & ita eos animat. Vel, Ante deū, existit, quia ei bene placet, non ad aspectum hominum. & eo auctore est.

Scientes fratres dilecti a deo electionē vestrā, quia euangeliū nostrū nō fuit ad vos in sermone tantum, sed & in virtute & spiritu sancto, & in plenitudine multa sicut scitis quales fuerimus in vobis propter vos. Et vos imitatores nostri facti estis & domini, excipientes verbū in tribulatione multa cū gaudio spiritus sancti, ita vt facti sitis forma omnibus credētibus in Macedonia & in Achaia. A vobis enim diffamatus est sermo domini, non solum in Macedonia & in Achaia sed & in omni loco fides vestra quæ est ad deum profecta est, ita vt non sit nobis necesse quicquā loqui. Ipsi enim de nobis annunciant qualē introitū habuerim⁹ ad vos, & quō cōuersi estis ad deū à simulacris seruire deo viuo & vero, & expectare filiū ei⁹ de cælis q̄ suscitauit ex mortuis Iesū, qui eripuit nos ab ira vētura.

Scientes, quasi dicat, de his agimus gratias deo, quia scimus quod dilexit vos, & elegit sola gratia. & hoc est quod ait, Agimus gratias deo. Sciētes, o Fratres dilecti a deo electionem vestram, id est quod dilecti & electi estis a deo: quod per hoc scimus, quia euangeliū nostrum non fuit ad vos in sermone tantum, id est, in ostensione verborum, sed in virtute miraculorum, quia multa fecit apud eos miracula, doctrinam eius confirmantia. Et in spiritu sancto, quia per me recepistis dona spiritus sancti, & non parce, sed in plenitudine multa. Hoc ideo dicit vt in nullo videantur sibi minores ecclesiis Iudeorum, & gaudeant in dono dei qui participes illos facere dignatus est promissionis Abrahæ. Sicut, & c. q. d. ita istud diuinum scimus, scilicet quod estis a deo electi, Sicut, vos scitis, istud visibile. f. Quales. i. quā afflicti fuerimus in vobis id est inter vos. & hoc Propter vos. i. pro vestra salute, quasi dicat per hoc etiam quod nos passi sum⁹ in exēplū vobis, Et vos facti estis imitatores nostri & dñi, qui sustinuit crucem. Probra enim & iniurias a ciuib⁹ suis tolerarunt spe futurorum, vnde æmulī dicuntur apostolorū & ipsius domini, quia & dominus eadē a Iudæis passus est, & apostoli dominum sequentes persecutiones passi sunt gaudētes, quia habiti sunt digni pronōie dñi contumelias pati. Vos, dico, Excipientes verbum in tribulatione multa, nostra. f. & vestra, quia tribulatio non fecit vos dimittere verbum. Excipientes, dico, Cum gaudio spiritus sancti, quod. f. fecit in vobis spirit⁹ sanctus. Imitatores nostri facti estis ita vt sitis facti forma. i. exēplū confessionis & doctrinæ Omnibus credentibus, qui sunt in Macedonia & Achaia, qui exēplo vestro non timent confiteri. Et vere forma facti estis oibus. A vobis enim diffamatus. i. diuulgatus est, Sermo domini. i. ab exēplo patientiæ vestræ hoc processit, quod alij verbum dei aperte prædicant. Diuulgatus est, dico, quia non solum in Macedonia & in Achaia, sed in omni loco, adiacenti vobis & vicino, non solum sermo, sed fides vestra, id est profectio fidei, profecta est, id est processit, Quæ, fides est, ad deum, tantum, vt est in martyrib⁹ quod non est fides, est minus perfectorum qui & quæ mundi sunt, cogitant. Processit dico, ita vt non necesse sit nobis quicquam loqui de vobis, ad alios incitandos. Ipsi enim de vobis, id est omnes alij Annuntiant qualem introitum habuerimus ad vos, id est quam afflictī fuerimus quando venimus ad vos: & tamen Quomodo, id est quam vehementer Conuersi estis, licet nos afflictī fuerimus, dico, ad deum a simulacris, ad veritatē a simulatione, ad vnum a multis. Conuersi estis dico, dico, Seruire deo viuo & vero, & seruendo expectare filium eius venturum De cælis, id est a deo cōuersi estis vt seruatiis deo ita p̄re, vt cōuenit seruire viuo & vero, qui in veritate est deus, & viuūt æternaliter. Et in hac seruitute expectetis videre filium dei quando veniret, & non aliud desideretis dari vobis quam videre Christum secundum diuinitatem quem mali non videbunt. Vnde dicit scriptura, Tollatur impius ne videat filium dei. Quem, filium suscitauit, pater Ex mortuis. Ipsum, dico, per hoc factum suis dominum Iesum, id est regem & saluatorem suorum. Qui, filius Eripuit nos ab ira ventura, quia & in baptismo dimittit peccatum, & in futuro liberabit a p̄ena.

Aimo.

Ambrosius.

Aimo.

Aimo  
Ambrosius.

CAPVT II.

**N**am & ipsi scitis fratres introitum nostrum ad vos, quia nō inanis fuit, sed atē passi multa & cōtumelijs affecti sicut scitis in Philippis, fidutiā habuimus in deo nostro loqui ad vos euangeliū dei in multa sollicitudine. Exhortatio enim nostra non de errore, neq; de immunditia, neq; in dolo: sed sicut probati sumus a deo vt crederetur nobis euangeliū ita loquimur: non quasi hominibus placentes, sed deo qui probat corda nostra. Neq; enim aliquando fuimus in sermone adulationis sicut scitis, neq; in occasione auaritiæ, deus testis est: nec quærentes ab hominibus gloriam neq; a vobis, neq; ab alijs cū possemus vobis oneri esse vt Christi apostoli. Sed facti sumus paruuli in medio vestrū tanquam si nutrix foueat filios suos: ita desiderantes vos cupide, volebamus tradere vobis, non solum euangeliū dei, sed etiam animas nostras, quoniam am charissimi nobis facti estis,

Nam ipsi. Hic de laboribus suis commemorat. q. d. ideo dico qualem introitum habuerimus, & eius qualitatem non expono, quia non est necesse. Nam, vos Ipsi, o Fratres scitis introitum nostrū ad vos. hoc de illo scitis, quia Non fuit inanis. i. facilis. i. non fuit in prosperitate Seculari, quæ inanis est sed fuit in multa sollicitudine, pro aduersis quæ sustinimus. & propterea Habuimus fidutiā, non in aduersis qui fragiles sumus: sed in deo nostro loqui ad vos euangeliū dei, sic & vos facite. Cōfide. f. in deo non in vobis. Nos dico, Antequam, ad vos veniremus Passi, multa, Et contumelijs affecti in Philippis sicut scitis. Ecce antequā veniremus ad vos & post passi sumus, vt non liceret considerare in nobis, & ita esset labor noster inanis Hæc pressurā quam nūc memorat passus est in Philippis propter spiritum phitonem quem a puella deiecerat. Vel ita. Hoc de introitu modo scitis, quia Non fuit inanis. i. propter nulla mala cessauit loqui verbum dei, quod est signum deuoti & fidelis prædicatoris. f. ne in pressura loqui verbum dei timeat. Inanis enim est ille qui terrore præsentis, formidinē patitur prædicandi. Non fuit inanis, dico, Sed, licet Ante, essemus Passi & contumelijs affecti in Philippis sicut scitis, & apud vos in multa sollicitudine. i. multum solliciti: nec tamen extimuius, Sed habuimus fidutiā in deo nostro loqui ad vos euangeliū dei. Per hæc de se relata, & per illorum bene cœpta monet illos permanere in paciētia, Exhortatio enim. Hic contra pseudoapostolos videtur incipere, commemorans de euangelij veritate, Deinde de sua inter eos prudenti conuersatione. q. d. merito habuimus fidutiā in domino, quia Exhortatio nostra. i. prædicatio qua exhortamur alios. Non, est De errore. i. de mendacio, sed de veritate. Neq; de immunditia, sicut sunt carnales obseruantia post Christum, vel vsus mulierum, & quorundam aliorum: quæ quidam prædicabant, Neq; in dolo. i. in fraude, & astuta hypocrisis: etiam veritas est quandoque in dolo, quando. f. non amore veritatis & vtilitate auditorum prædicatur, sed vt gloria vel aliquod lucrum acquiratur. Non in dolo, dico, Sed, potius Ita, vere & pura intentione Loquimur sicut probati, & electi Sumus a deo, ad hoc Vt crederetur nobis, sicut fidelibus, Euangeliū. Loquimur, dico, Non quasi hominibus placētis. i. placere quærentes, quia nec speciē placētis habemus. Sed, placentes Deo, quod Probat corda nostra. i. probata facit, vt sibi nō hominibus placeamus, quod nisi ipse operetur in nobis, vitare nequimus. Quas enim vires nocēdi haberet humanæ gloriæ amor non sentit, nisi qui ei bellū indixerit: quia & si cuiq; facile est laudem non cupere dū negatur, difficile est tamen ea non delectari cum offertur. & vere non quæro hoibus placere. Nec enim aliquando fuimus in sermone adulationis, per quod alij placent hominibus, Sicut scitis. & vere non est in dolo prædicatio nostra, quia Neq; in occasione avari, non dico in auaritia: sed nec feci, nec dixi etiam in quo esset occasio auaritiæ. & inde Deus testis est, mihi qui nouit corda hoc enim non ita patet, Auaritiā non sectamur, nec gloriam. & hoc est, Neq; etiam sumus quærentes gloriam ab hominibus, neq; a vobis, neq; ab alijs, sed a deo tantum. In hoc tangit pseudoapostolos, qui se potius quam doctrinam domini commendari volebant. Apostolus autē qui gloriam non ad præsens,

Ambrosius

Ambrosius

Aimo.

Aimo.

Augustinus  
in lib. sentē.  
prosperi.

Ambrosius



sed in futuro querebat, se humilem faciebat, ut dei predicatio exaltaretur. Cum possedimus. q. d. dico quod non in occasione auaritie predicauimus. Cum. i. quantum possidemus, quod non pseudo, esse vobis oneri, ut nobis ministraretis necessaria. Possedimus, dico, ut Christi apostoli. Intantum grauat pseudo causam, ut se abnuere dicat cum liceret illi subsidia requirere, ad comprimendum illos, quibus non facultas erat, nec pudor poscedi. Apostolicam autem potestatis debitum vocat onus, propter pseudoapostolos, qui illud indebite usurpantes importune a plebibus exigebant. Sed facti. q. d. nihil horum querimus: Sed, potius facti sumus paruuli. i. humiles, in medio vestrum. i. communiter ad omnes vos. & hoc pro bono: & ita solliciti fecimus Tanquam si nutrix foueat filios suos, non alienos. Alienos enim quandoque nutrit mulier pro mercede, non ex amore, proprios vero ex dilectione. Ideo congrue ait, Tanquam si nutrix foueat filios suos, in hoc enim notatur labor, & humiliatio, & dilectio, quia non pro mercede fit. Hoc autem ad intelligendam charitatem suam erga eos se dixisse significat. dicens, Ita nos in toto labore nostro desiderantes, non vestra, sed vos. i. vestram salutem Cupide volebamus tradere vobis, non solum euangelium dei, sed & etiam animas nostras, pro assertione euangelij, & hoc ideo Quoniam charissimi nobis facti estis, fidem dei recipiendo, & vos bene nobis applicando. & recte dico quod facti sumus paruuli sicut nutrix.

Ambrosius.

Aimo.

Memores enim facti estis fratres laboris nostri & fatigationis, nocte & die operantes, ne quam vestrum grauaremus, predicauimus in vobis euangelium dei. Vos testes estis & deus, quam sancte & iuste & sine querela vobis qui credidistis affuimus: sicut scitis qualiter vnumquemque vestrum sicut pater filios suos deprecantes vos & consolantes, testificati sumus ut ambularetis digne deo qui vocauit vos in suum regnum & gloriam. Ideo & nos gratias agimus deo sine intermissione, quoniam cum accepissetis a nobis verbum auditus dei: accepistis illud non ut verbum hominum, sed sicut est verbum dei, qui operatur in vobis qui credidistis. Vos enim imitatores facti estis fratres ecclesiarum dei quae sunt in Iudea in Christo Iesu, quia eadem passi estis, & vos a contribulibus vestris, sicut & ipsi Iudaei qui & dominum occiderunt Iesum & prophetas, & nos persecuti sunt, & deo non placet, & omnibus hominibus aduersantur, prohibentes nos gentibus loqui ut salui fiant, ut impleant peccata sua semper. Peruenit enim ira dei super illos vsque in finem. Nos autem fratres desolati vobis ad tempus horae, aspectu non corde abundantius festinauimus faciem vestram videre cum multo desiderio, quoniam volumus venire ad vos, ego quidem Paulus & semel & iterum, sed impedit nos Satanas. Quae est enim nostra spes, aut gaudium, aut corona gloriae? Nonne vos ante dominum nostrum Iesum Christum aeternis in aduentu eius? Vos enim estis gloria nostra & gaudium.

Memores enim estis o fratres laboris nostri & fatigationis. Hoc addidit, quia est labor sine fatigatione. Et recte dixi fatigationis & laboris, quia Predicauimus vobis euangelium dei operantes manibus nostris nocte & die, ne quem vestrum grauaremus, accipiendo aliquid ab eo. hoc etiam faciebat ut pseudo repelleret a predicatione. Vos enim. q. d. dic. ita ante conuersionem nos habuimus erga vos sicut & post conuersionem. Vos estis enim, & testis est deus quam sancte, quantum ad vos: Et iuste, quantum ad proximum, faciendo debita: Et sine querela scilicet non faciendo indebita, Affuimus vobis qui credidistis, quando adhuc erant educandi. & ita hoc scitis Sicut scitis, hoc aliud. i. Qualiter vos deprecantes vnumquemque vestrum. Deprecantes, dico, Tanquam pater filios suos, id est tanto affectu, quanto pater filios. Et consolantes vos, si quis vestrum de peccato, vel de alio sollicitus erat. Testificati sumus. i. subtestimonio ipsorum sanctorum adiurauimus, Ut ambularetis, proficiendo, Digne deo. sequentes in operibus voluntatem eius, quod utique debetis, quia ipse est Qui vocauit, vocatione quae est secundum propositum. Vos, cum essetis aduersi In suum regnum & gloriam scilicet ut essetis de regno suo quos hic regeret, & post in gloria coronaret.

Ambrosius.

A Ideo. s. quia vocauit nos, Et nos, non solum vos Agimus gratias deo, quia hoc fecit deus Agimus, dico. Sine intermissione. Vocauit, dico, quia vos cito & firmiter recepistis. quod ita ait, Quoniam cum accepissetis a nobis verbum auditus dei. i. cum accepissetis solo auditu verbum quod de deo est. Vel, Verbum auditus dei. i. quod audiui a deo loquente in nobis. Vel, in quo auditur deus: cum, inquam, accepissetis. Accepistis illud; non ut verbum hominum. s. quasi a sapientibus esset, Sed sicut verbum dei, ut vere est. Tanta enim deuotione susceperunt verbum ut probarent se intellexisse dei esse doctrinam. Qui deus Operatur in vobis, quotidie opera bona Qui credidistis, venturi per se de In idipsum, quod credidistis Vos enim, Multa dixit contra pseudo: hic iam monet ne pro sua vel apostolorum tribulatione moueantur. q. d. in vobis operatur. & hoc effectus indicat. Vos enim, o Fratres facti estis imitatores ecclesiarum dei quae sunt in Iudea, aedificat In Christo Iesu. i. in fide & institutione ipsius Christi, imitatores facti estis, hoc utique, Quia eadem passi estis. & vos a contribulibus vestris, sicut & ipsi, qui in Iudea sunt, Passi sunt a Iudaeis, qui Iudaei adeo asperi fuerunt, Quod & Christum dominum occiderunt, & prophetas, & nos, apostolos Christi persecuti sunt. Nos, dico, in quo putat se obsequi & placere deo, Et tamen Deo non placent, & omnibus hominibus. i. saluti omnium hominum Aduersantur prohibentes nos loqui gentibus, ut salui fiant. Ideo hoc faciunt ut semper impleant peccata sua. i. ut in peccatis permanendo ipsa peccata sua & partem consumunt: secundum illud. Qui in sordibus est, sordescat adhuc: & vindicta peccatis suis & parentum debitam in se prouocet, Quadraginta quidem annos post passionem domini dedit deus Iudeis ad poenitentiam. Illis transactis cum nollent credere, completa sunt peccata eorum. Vnde dixit eis dominus, implete mensuram patrum vestrorum. Quamdo autem haec dixit apostolus. Hierusalem necdum erat impleta peccata, sed completa sunt venientibus Romanis. Vnde subdit, Peruenit enim. q. d. quod impleuerunt peccata, effectus indicat, quia Peruenit ira dei. i. vindicta dei, Super illos. s. opprimens illos vsque in finem. Ira dei est aduentus Romanorum quando perditum sunt gladio, fame, pestilentia, captiuitate, quae ira durat eis vsque in finem seculi, quia semper erunt captiui. Vel sicut quidam codices habent, Praeuenit ira dei. i. vindicta dei ante venit in hoc seculo Super illos, quae durabit vsque in finem, quae ideo dicitur praueenire, quia vindicta futuri iudicij in qua illi aeternaliter puniuntur, praueenit haec temporalis poena, & post sequitur aeterna. Vel de vindicta interiori agit. quae deus puniuit eos excedendo. q. d. ideo Implent. i. consummant peccata, quia Peruenit ira. i. vindicta caecitatis Super illos, opprimens illos ut excedentur. & hoc vsque in finem. i. vsque in aeternam poenam, Vel, vsque in finem seculi, quia in fine seculi conuertentur Iudaei, quando Ahraba reuertetur ad pueros expectantes cum asino. Nos autem. Hic comemorat quanto effectum eos videre desiderauerit. q. d. vos multa passi estis. Nos autem, o Fratres desolati a vobis. i. causa vestra, non nostra, Ad tempus i. antequam sciremus constantiam vestram. Nos, dico, remoti a vobis, Ore. i. sermone, Aspectu. i. praesentia corporis: Non corde. i. dilectionis affectu. q. d. os & aspectus cessant, quia vos alloqui non possum, nec videre: sed cordis affectus & sollicitudo nunquam cessat. Nos, dico, desolati Abundantius, quam si nihil pateremini. Festinauimus, & ideo stante Videre faciem vestram, propter maiorem instructionem, ut plene vos instrua, in quo vobis mala fierent. Festinauimus videre, dico, Cum multo desiderio, exhortandi vos. Et vere festinauimus. Quoniam quidem, nos omnes Volumus venire ad vos. Ego quidem Paulus, qui plus alij curo, Et semel & iterum, volui venire. Sed Satanas, qui saltem aduersatur, Impediuit nos. Ideo magis caute & timete, quo deus permisit apostolum impediri, ne veniret ad eos. Ad maiorem istorum est, si steterint eo absente. Quae enim. q. d. ideo venire volui, vel ideo Satanas impediuit, quia Quae est spes nostra, hic praesentia, Aut, in futuro quod erat Gaudium. s. praemium, quod erit commune omnium bonorum. Aut corona gloriae. s. praemium quod tantum erit victorum. Nonne vos, si steteritis Ante dominum nostrum Iesum Christum. i. in beneplacito dei. Vel quia Vos, estis Ante dominum nostrum, bene firmati. Nonne, inquam, Estis. i. eritis, Corona nostra in aduentu eius. i. quando dominus venerit. q. d. eritis. Manifestum enim est quod perfectio discipulorum gaudium & corona est magistrorum. Hi sunt enim qui labores fructuum suorum edituri sunt. Fructus enim magistri est obedientia discipuli, cuius bona conuersatio, coronam dat magistro iudice Christo. Et vere tunc eritis corona nostra. Enim. i.

Ambrosius.

Aimo.

Aimo.

Aimo.

Ambrosius.

quia & modo Vos estis gloria nostra, apud alias ecclesias. & estis Gaudium, nostrum apud nos. Et si modo gloria nobis estis, quid eritis nobis apud verum iudicem?

CAPV T III.

**R**o pter quod non sustinentes amplius, placuit nobis remanere Athenis solis, & misimus Timothæum fratrem nostrum & ministrum dei in euangelio Christi, ad confirmandos vos & exhortandos pro fide vestra, ut nemo moueatur in tribulationibus istis. Ipsi enim sitis quod in hoc positi sumus. Nam & cum apud vos essemus prædicebamus vobis passuros nos tribulationes, sicut & factum est, & scitis. Propterea & ego amplius non sustinens nisi ad cognoscendum fidem vestram, ne forte tentauerit vos is qui tētat & inanis fiat labor noster. Nunc autem veniente Timothæo ad nos a vobis, & annunciantem nobis fidem & charitatem vestram: & quia memoriam nostri habetis bonam, semper desiderantes nos videre, sicut & nos quoque vos: ideo consolati sumus fratres in vobis, in omni necessitate & tribulatione nostra per fidem vestram, quoniam nunc viuimus, si vos statis in domino. Quam enim gratiarum actionem possumus deo retribuere pro vobis in omni gaudio quo gaudemus propter vos ante deum nostrum, nocte ac die abundantius orantes, ut videamus faciem vestram, & compleamus ea quæ defunt fidei vestræ: Ipse autem deus, & pater noster, & dominus Iesus Christus dirigat viam nostrā ad vos. Vos autē dominus multiplicet et abundare faciat charitatem vestram inuicem & in omnes, quemadmodum & nos in vobis ad confirmanda corda vestra sine querela in sanctitate ante deum, et patrem nostrum in aduentu domini nostri Iesu Christi cū omnibus sanctis eius, Amen.

Propter quod. s. quia estis gloria nostra, vel quia sumus desolati pro vobis, Non sustinentes amplius, ignorare statum vestrum, quia quasi pondus erat, dū nescirem de constantia vestra, Placuit nobis solis. s. mihi & Syluano Remanere Athenis, & misimus Timothæum fratrem nostrum & ministrum dei in euangelio Christi, prædicando, Ad confirmandos vos, addendo siquid deerat vobis: Et exhortandos vos, ut in quibus eratis bonis, staretis. & hoc Pro fide vestra, defendenda, Ut nemo, vestrum Moueatur, ab integritate fidei In tribulationibus istis, transitorijs. Ipsi enim. q. d. Nemo debet mori propter tribulationes, quia ad hoc destinati sumus, quod ita ait, Ipsi enim. scitis quod in hoc. i. in ferendis tribulationibus Positi sumus, a Christo. i. destinati. Vel, In hoc. i. in tribulationibus Positi, stabiles Sumus, & vere in hoc positi sumus. Nam cum apud vos essemus, prædicebamus vobis nos passuros tribulationes, sicut patet, & factum est & sitis, si nos præsciuiimus & non fugimus, tunc & vos patimini qui hæc sitis. Propterea. s. quia & nos passi sumus, ne pro nobis terreamini, non solum propter alia quæ supra dixi. Et ego amplius, non sustinens nescire quid ageretur apud vos, Misimus Timothæum, creatum ab apostolo episcopum Ad cognoscendum fidem vestram, ne forte is qui tentat. i. cuius officium est tentare. s. diabolus Tentet vos. i. deceperit: hoc de infirmis timendum erat. Et ne inanis fiat labor vester. i. quicquid boni hucusq; fecistis. Nunc autem, q. d. misimus Timothæum ad cognoscendum fidem vestram. Nunc autem veniente Timothæo a vobis ad nos, & annunciantem nobis fidem & charitatem vestram, in aduersis. s. quod non pro vestris nec pro meis tribulationibus moti estis a fide & charitate dei. & quia Habetis bonam. i. vobis vtilem Memoriam nostri. s. quod pro tribulationibus non voluimus. Vos, dico, Semper desiderantes videre nos, pro exemplo. & ut de vobis gratularer, Sicut nos quoque, desideramus Videre vos, ideo scilicet quia annunciauit hæc non pro præsentia eius: nos qui prius eramus desolati, Consolati sumus. i. consolationem accepimus. o Fratres in vobis. i. pro vobis, In omni necessitate. i. penuria, Et tribulatione nostra. & quomō dixerit pro vobis, exponit, subdens. s. per fidem vestram quam audiuiimus firmam. Vel, Per fidem vestram, iuro. Consolati sumus, dico, & vere, Quoniam nunc, in hac miseria Viuimus, quasi in cælo essemus.

Ambro.

**S**i vos statis, recti & firmi In domino. i. in fide domini, Quam enim. q. d. vere consolati sumus, nam adeo, quod nō dignas grates agere possumus. & hoc est quod ait, Quam enim gratiarum actionem possumus deo retribuere pro vobis? Nihil enim est tam dignum quod sufficere possit ad compensationem acquisitæ salutis gentium. Nos dico, positi In omni gaudio quo gaudemus. q. d. quod non cito transit. Propter vos, stantes Ante deum nostrū. i. in beneplacito dei. Nos, dico, Nocte & die orantes, ut videamus faciem vestram, & compleamus ea quæ defunt fidei vestræ: quæ olim non potuimus docere vos, quia eratis paruuli. Orantes dico, Abundantius, quam antea quia modo plus posset addere eis. Nos oramus videre vos: Ipse autem deus, qui potest, Et pater vester, qui vult bonum: Et dominus Iesus Christus, per quem omnia facit pater, Dirigat. i. faciat directam, & ab impedimentis liberam Viam nostram ad vos. Sine autem, venerimus sine non Dominus multiplicet vos, in numero fidelium & virtutum, Et abundare faciat charitatem, vel veritatem Vestram inuicem, inter vos: Et in omnes, etiam inimicos: ita perfecte, Quemadmodum & nos in vobis, abundamus charitate. Dico ut faciat charitatem vestram abundare, ad hoc. s. Ad confirmanda corda vestra, ita ut sitis Sine querela, s. ne vos de malis conqueramini. Vel ita, innocetes sitis ne quis de vobis possit conqueri. & ut sitis In sanctitate. i. in virtutum consummatione. Per hoc existētes Ante deum & patrem nostrum. i. in beneplacito dei, non ad aspectum hominum. Vos, dico, positi mente In aduentu domini nostri Iesu Christi cum omnibus sanctis. i. sicut faciunt omnes sancti. Vel existētes Ante dominum nostrum. i. in beneplacito dei, usq; In aduentu domini nostri Iesu Christi, qui erit Cum omnibus sanctis. i. cum qui bus veniet ad iudicium. Amen, q. d. hoc vere erit.

Ambrosius

CAPV T III.

**D**e cetero ergo fratres rogamus vos & obsecramus in domino Iesu, ut quemadmodum accepistis a nobis quomodo oporteat vos ambulare & placere deo: sic & ambuletis, ut abūdetis magis. Scitis enim quæ præcepta dederim vobis per dominum Iesum. Hæc est enim voluntas dei sanctificatio vestra, ut abstineatis vos a fornicatione, ut sciat vnusquisq; vestrum vas suum possidere in sanctificatione & honore, non in passione desiderii, sicut & gentes quæ ignorant deum. Et ne quis supergrediatur neq; circumueniat in negotio fratrem suum, quoniam vindex est dominus de his omnibus sicut prædiximus vobis, & restificati sumus. Non enim vocauit nos deus in immunditiam, sed in sanctificationem. Itaq; qui hæc spernit, non hominem spernit, sed deum, qui etiam dedit spiritum suum sanctum in nobis. De charitate autem fraternitatis, non necesse habuimus scribere vobis. Ipsi enim vos a deo didicistis, ut diligatis inuicem. Etenim illud facitis in omnes fratres, in vniuersa Macedonia. Rogamus autem vos fratres ut abundetis magis, & operam detis ut quieti sitis, & ut vestrū negotiū agatis, & operemini manibus vestris sicut præcepimus vobis, & ut honeste ambuletis ad eos qui foris sunt, & nullius aliquid desideretis.

De cetero ergo. Hactenus patiētiā perfectis in sua vel illorū tribulatione suasit, nūc de munditia minoribus suadet exhortans eos ad continentiam. q. d. quia abundamus charitate in vobis. De cetero ergo, o Fratres rogamus & obsecramus. Consuetudo est apostoli ut verba duplicet vel triplicet vnū habentia intellectu, sicut hic Rogamus, dico, In domino Iesu. i. si eum amatis, Ut. s. Ambuletis, perseverando in bono, ut etiam Abundetis magis. i. magis ac magis crescatis in fide & bonis operibus. Ambuletis, dico, Sic, utiq; Quemadmodū accepistis a nobis quomō oporteat vos ambulare. i. viuere, & huius vitæ cursum perducere, in his sine quibus nō est salus: Et placere deo, in his quæ consilio perfectionis adduntur. Ille enim placet deo qui fidem rectā, quā executione virtutum & perfectæ operationis decorat. Vel secundū aliam literā quæ est, Sicut & ambulatis ut abundetis magis. Et est ordo, Rogamus, ut ambuletis subaudi, Quemadmodū

Aimō

Aimō

Aimō. Ambrosius

Aimo. accepistis, audiendo & intelligendo, a nobis. i. a me, & a Syluano. Quomodo oportet at vos ambulare & placere deo, sicut & ambulatis, recte conuersando, & rogamus vt abundetis magis. hoc non mutatur. Scitis enim. q. d. ideo moneo vos abundare & placere deo, quia scitis Quæ præcepta. i. quam honesta & quam vtilia Dederim vobis. Illa, dico, hominibus ostensa Per dominum Iesum. Author ipse commendat ea, & vere bona sunt. Hoc est enim voluntas dei, hoc est præceptum dei, hoc est quod deus vult, quia vobis prodest: non ipsi. f. Sanctificatio vestra. i. vt vos sanctificetis bene operando: & vt abstineatis. q. d. longe remoti. Vos, qui Christi estis, a fornicatione, omni. f. carnali & spiritu ali. ita abstinete, vt sciat vnusquisque vestrum suum vas. f. corpus suum quod est vas animæ, Possidere, coercendo In sanctificatione, virtutum, Et honore, ne inhonoretur aliqua turpitudine: sed sicut studet officiorum suorum vasa munda seruare, ita membrorum suorum officinas studeat per continentiam honorabiles exhibere. Vel ita, vt sciat q. d. i. ab illicito abstinete, vt nec licito abutamini: Sed sciat vnusquisque vestrum possidere vas. i. vxorem dominando ei. hoc, In sanctificatione. f. abstinendo a coitu: Et honore. f. non turpiter abutendo. Ea possideat in sanctificatione, dico, & Non in passione desiderii, vt nec facile desiderium sit quod est passio & læsio animæ: Sicut & gentes faciunt, quibus non debetis esse similes: quia ipse sunt Quæ ignorant deum. Et hæc præcepta dedi Nequis, violentia Supergradiatur, neque dolo circumuenia fratrem suum in negotio, priuato vxoris. vel in quolibet negotio. Ideo abstinete ab his, Quoniam vindex est dominus de his omnibus. i. de fornicatione, desiderio, adulterio, vel fraude. Vindex est dico, sicut prædiximus vobis. Et testificati sumus. i. sub testimonio scripturarum probauimus. Non enim. q. d. ideo ab istis abstinendum est, quia Non vocauit nos deus in immunditia. f. vt immunditiæ seruiamus, Sed in sanctificatione. i. vt sancte viuamus. Et quia deus vocauit non in immunditia, Itaque qui hæc spernit, quæ prædiximus, Non hominem, sed deum: cuius præcepta sunt, Qui loquitur per eos meum, qui etiam ad hæc peragenda, Dedit spiritum suum sanctum in nobis. Ne ergo tantum auditorem spernatis, qui in corpore subdito peccatis non habitat. Vel, Dedit spiritum suum sanctum in nobis, apostolis, vt maior esset nobis auctoritas arguendi: contra cuius auctoritatem agi, non est tutum. De charitate autem. q. d. de his prædictis fuit opus vt scriberet vobis: sed De charitate fraternitatis, qua fratres diligatis, Non habuimus necesse scribere vobis, ideo non fuit necesse scribere. Enim. i. quia, Vos ipsi didicistis a deo. i. præcepto ipsius Christi, dicentis, Mandatum nouum do vobis, Vt diligatis inuicem, Vel, Didicistis a deo, per inspirationem, vel per effectum, quia ipsa misertus est nobis. Et, ideo etiam non fuit necesse, Enim. i. quia vos Facitis illud. f. opus dilectionis, sed tamen Rogamus vos, o Fratres vt magis abundetis, in charitate. Et operam detis vt quieti sitis, a curiositate. Et nota quod ait, Operam detis. q. d. difficile est dimittere consuetudinem. sed cogite vos etiam Vt vestrum negotium agatis, dimissis alienis, quod nobis vtile est in emendatione vite vestre. Et operemini manibus vestris, quod adiuvat vos quietos esse. illud enim malum ex otio venit. & hæc faciatis ita, Sicut præcipimus vobis, & ideo operemini manibus, Vt honeste ambuletis ad eos qui foris sunt: & nullius aliquid desideretis. q. d. ideo opus est agendum non otiaandum, quia & honestum est, & quasi lux ad infideles, Et non desiderabit rem alterius, nedum rogetis vel tollatis aliquid.

Nolumus autem vos ignorare fratres de dormientibus, vt non contristemini sicut & cæteri qui spem non habent. Si enim credimus quod Iesus mortuus est & resurrexit, ita & de eos qui dormierunt per Iesum adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo domini quia nos qui viuimus, qui residui sumus in aduentu domini non præueniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipse dominus in iussu & in voce arcangelii, & in tuba dei descendet de caelo, & mortui qui in Christo sunt, resurgent primi. Deinde nos qui viuimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus cœliam Christo in aera, & sic semper cum domino erimus. Itaque consolamini inuicem in verbis istis.

Nolumus autem vos, & c. Post exhortationem de continentia, & post correctionem a curiositate mortuos resurrecturos confirmat, & per Christi resurrectionem, & sua auctoritate: quasi dicat, non solum hæc prædicta volumus vos scire, sed etiam nolumus vos ignorare, iam De dormientibus, id est de mortuis, quia resurrecturi sunt. Vnde & mortuos recte dormientes appellat, quia quasi dormientes integri, & cito de somno mortis resurgent. Vt non contristemini, inconsolabiliter de morte amicorum, Sicut & cæteri, id est infideles, Qui spem non habent resurrectionis & incorruptionis eternæ. Ammonet nos apostolus, vt de mortuis charissimis nostris non contristemur, sicut & cæteri qui spem non habent. Non ait, tantum, Vt non contristemini, sed addidit. Sicut & cæteri qui spem non habent, id est resurrectionis. Necesse est enim vt contristemini, sed vbi contristaris, consoletur te spes: nam ideo & dormientes eos appellat scriptura consuetudo verissima, vt cum dormientes audimus, euigilantes minime desperemus: Est ergo de mortuis eis qui diliguntur quedam tristitia quodammodo naturalis. Mortem quippe horret natura, nec mors homini accideret, nisi ex culpa præcedenti. Hinc igitur necesse est vt tristes simus, quando nos morientes deserunt quos amamus: Quia & si in æternum nouimus eos non relinquere nos mafuros, sed aliquantulum præcedere sequitros: tamen mors ipsa quam natura refugit cum occupat dilectum, contristat in nobis ipsius dilectionis affectum. Contristamur ergo in nostrorum mortibus necessitate amittendi, sed cum spe recipiendi. Inde angimur, hic consolamur, inde infirmitas animi afficit, hinc fides reficit: inde dolet humana conditio, hinc sanat diuina promissio. Mortuere autem potest quomodo dominus fiebat mortuum, continuo eo iubente victurum: non mortuum fiebat quem ipse suscitauit, sed mortem quam homo peccando contraxit. Si enim peccatum non præcessisset, sine dubio mors non subsequuta fuisset. Secuta est ergo & mors corporis, quam præcessit mors animæ. Mors animæ præcessit deserendo Deum, & mors corporis sequuta est deserente anima. Hac deseruit deum volens, hac coacta est deserere corpus nolens. Ac si illi diceretur: Recessisti ab eo quem diligere debuisti, recede ab eo quod dilexisti. Quis enim vult mori prorsus? Nemo, & ita nemo, vt Petro diceretur, Alius te cinget, & ducet quo tu non vis. Si nulla esset mortis amaritudo, nulla esset martyrum fortitudo. Ideo non ait tantum, Vt non contristemini, sed addidit, Sicut & cæteri qui spem non habent. Proinde pompa funeris, agmina exequiarum, sumptuosa diligentia sepulture, monumentorum opulenta constructio, vinorum sunt qualiacunque solatia, non adiutoria mortuorum. Orationibus vero sanctæ ecclesiæ, & sacrificio salutari, & eleemosynis quæ pro eorum spiritibus erogantur, non est dubitandum mortuos iuuari, vt cum eis misericordius agatur a domino quam meruerunt eorum peccata. Hoc enim a patribus traditum vniuersa obseruat ecclesia, vt pro eis qui in oratione corporis & sanguinis domini defuncti sunt, cum ad ipsum sacrificium loco suo commemorantur, oretur, ac pro illis quoque id offerri commemoretur. Cum vero eorum commendatorum causa opera misericordie celebrentur, quis eis dubitet suffragari, pro quibus orationes deo non inaniter erogantur? Non est ambigendum ista prodesse defunctis, sed talibus qui ita vixerunt ante mortem, vt possint eis hæc vtilia esse post mortem. Nam qui sine fide operante per dilectionem, eiusque sacramentis de corporibus exierunt, frustra illis a suis huiusmodi pietatis impenduntur officia, cuius dum hic essent fidei pinore caruerunt, non misericordiam sibi thesaurizantes, sed iram. Non ergo mortuis noua merita comparantur, cum pro eis boni aliquid operantur: sed eorum præcedentibus meritis consequentia ista redduntur. Non enim actum est nisi cum viuere hic destitissent: & ideo ista finies quisque vitam, nisi quod meruerit in ipsa, non poterit habere post ipsam. Permittantur itaque pia corda de suorum charorum mortibus contristari dolore sanabili: & consolabiles lachrymas fundant conditione mortali, quas tamen reprimat fidei gaudium, qua creditur fideles quando moriuntur, aliquando tandem a nobis abire, & ad meliora transire. Sit pro viribus cura sepeliendi & sepulcra construendi, quia hæc in scripturis iter opera bona deputata sunt: nec solum in corporibus patriarcharum & aliorum sanctorum, sed etiam in ipsius domini corpore laudati sunt qui ista fecerunt. Impleant igitur hæc homines erga suos officia postremi muneris, & sui humani lenimenta mœroris. Verum illa quæ adiuvant spiritus defunctorum. f. oblationes, erogationes eleemosynarum multo pro eis

Aimo:

Aimo.

Aimo.

Ambrosius.

De pompis exequiarum:

De adiutoriis mortuorum.

Quid prodest qualiter proficit defunctis:



observantibus abundantiusq; impendant. Poterat enim deus hæc donare credentibus, ut nec istius experirentur corporis mortem: sed si hoc fecisset, carni quædã felicitas adderetur, minueretur aut fidei fortitudo. Sic enim homines mortem istam timerent, ut non ob aliud felices dicerent esse Christianos, nisi quod omnino mori non possunt. Ac per hoc nemo propter vitam futurã ad Christi gloriam festinaret, sed propter mortis molestiã remouendam, & sic delicate quodammodo crederetur in Christum. Plus ergo gratiæ præstitit fidelibus suis. Quid.n. magnũ esset videndo non mori eos qui crederent credere & se non moriturũ? Quanto maius est, quãto fortius, quãto laudabilius ita credere ut se speret moriturũ, quia sine fine victurum? Vnde & cari eius superstites cõsolari queũt in tristitia mortis amici. Qui enim mirum si contristaris, vbi corpus quod vivit ex anima, sit exanime discedente anima? Qui ambulabat, iacet: qui loquebatur, tacet: clausi oculi, lucem non capiunt: aures nulla voce patefunt: oĩa membrorum officia conquieverunt: non est qui moueat gressus ad ambulandũ, manus ad operandũ, sensus ad percipiendũ. Nonne ista est domus quã nescio quis inuisibilis habitator ornat? Discessit qui non videtur, remãsit quod cũ dolore videtur: ista est causa tristitiæ, sed huius tristitiæ sit consolatio, quod sequitur, Si enim, &c. q. d. non inconsolabiliter debetis cõtristari. Enim. i. quia, Credimus quod Iesus mortuus est, hoc videtur obesse resurrectioni. sed attẽde quod sequitur, Et resurrexit, & si hoc est, debem⁹ credere quod sicut Christus mortuus est & resurrexit, ita Et deus eos qui dormierunt, morte, Per Iesum adducet. i. in fide Iesu. Vel, Per Iesum, semper euntes. i. qui eũ sequẽdo venerunt ad somnum mortis. q. d. non solũ illos qui viui inueniuntur, sed etiã mortuos de quib⁹ dubitatis: non solum suscitabit, sed etiã Adducet: & si incinerati sunt, tamẽ Adducet, ut sint cum eo, immortales, & in eadẽ beatitudine. Miram rem ait apostolus, Christum enim qui iam vivit, & refugens a mortuis, iã non moritur, dicit mortuũ: & electos mortuos, dicit dormientes. Christum ergo appellat mortuũ, ut dum audim⁹ illum mortuũ fuisse, & resurrexisse: nos quoq; speremus resurrecturos per virtutem diuinitatis eius. Electos autem ideo dicit dormientes, quia nemo tã facile potest socium excitare a somno, quam facile omnes excitabuntur a somno mortis. Hoc enim. q. d. & vere adducet, nam hoc ordine quod viui reperti, non præuenient mortuos, & si illos magis putatis cum Iesu adducendos. & hoc est quod ait, Hoc enim dicimus vobis in verbo domini, quia hoc deus nos docuit, Quia nos qui viuimus & qui residui sumus in aduentu domini non præueniemus, resurgendo, Eos qui dormierunt, longo tempore. i. illi de nobis qui viui inueniuntur, & qui omnibus præcedẽtib⁹ sanctis, vel qui erũt residui tormentis Antichristi, vñ sunt dignissimi, nõ præueniẽt mortuos: adeo erit festinata resurrectio mortuorũ. Et nota quod ait, Nos qui viuimus. Sic. n. videtur hæc verba apostoli sonare, quasi apostolus suo tẽpore demonstrauerit diẽ iudicij venturũ. Quocirca & Thessalonicenses legẽtes hanc epistolã, putauerunt tempore apostoli diẽ iudicij veterum. Vñ & alia scribitur epistola, vbi hortatur eos ne terreamur, quasi in ter dies domini. In persona ergo electorũ loquitur qui viui in corpore. inueniẽdi sũt i aduentu domini: & se illis vltimis ideo cõmemorat, quia cũ eis vnũ corpus e, & apostoli illis vltimis similes sunt in passionibus. Et vere viui reperti non præuenient mortuos in resurrectione, quin potius Mortui qui in Christo sunt, id est qui i Christo iterũ quiescũt Primi resurgẽt, quod poterit Christus facere, Quoniam ipse dñs est: & ipse Descendet In propria persona De cælo, localiter. Vel, De cælo, id est de occulto. Descedet, dico non humilis, ut prius: sed In iussu, id est i perio. i. iubẽs ut dominus: Et in voce, qua dicet. Surgite mortui. Voce, dico, Archangeli, scilicet sui ipsius archãgeli, vel angelorũ, quẽ faciet resurgere mortuos: de qua voce addit, Et i tuba, Tuba nãque erit magna vox angelorũ quã dicitur tubã, quia manifesta erit: vel ideo in tuba dicit descẽdere, quia manifeste veniet. Vñ, Videbit omnis caro salutare dei. Vel ideo ait, In tuba, quia quasi ad bellũ veniet sicut tuba in bellis sonat, quia tunc inimicos debellabit: & sicut tuba in festis sonat, sic amicos ad solennitatẽ eternã gloriã inuitabit. Vox ergo illa erit quasi tubẽ suos excitã, & malos terrẽs: quẽ tuba erit Dei. i. Chri. Vel, Dei erit, quia ei de⁹ dabit efficaciam. Dico quod mortui resurgẽt primi, Deinde nos qui viui m⁹, & Qui relinquimur. i. illi qui de nobis viui erunt, & residui Antichristo. Rapiemur, ab angelis, Simul cum illis, qui nos præcesserunt ad requiem, In nubibus, quia

Augu. in lib. de bapt. par.

Augu. in ser. de ver. apo.

Aimo.

Aimo.

Aimo.

Ambrosius

nubes suscipient eos vel nos ut Christum in ascensione nubes suscepit. Vnde alius interpretes dicit, Rapiemur bainlis nubibus. Rapiemur, dico, Obuiam Christo in aera. in ipso aut raptumors erit eorum & resurrectio. Ut quasi anima per soporem egressa de corpore, eidem in momẽto reddatur. Videtur tamen apostolus quantum ad verba perinet, asserere quosdam in sine seculi adueniente Christo cũ futura est resurrectio mortuorum, non esse morituros, sed viuos repertos in immortalitatẽ repente mutãdos: sed vellem de his verbis potius audire doctiores. Quæri enim solet vtrum illi quos viuos inuenit Christus, nunquam omnino morituri sint: an ipso temporis puncto quo rapiẽtur obuiam Christo ad immortalitatẽ mira celeritate sint trãsituri. Non enim dicẽdũ est fieri non posse ut super aera in sublime portentur in illo spatio, & moriãtur & reuiuiscant. Ad hunc aut sensum quo æstimemus illos quos hic viuos inuenturus est dominus in ipso paruo spatio, & passuros mortem, & accepturos immortalitatẽ, Apostolus nos vrgerẽ videtur, vbi dicit, In Christo omnes viuificabimur. Et alibi, Quod seminas non viuificatur, nisi prius moriatur. Cur autem nobis incredibile videatur illã multitudinem corporum in aere quodãmodo seminare, atq; ibi protinus immortaliter & incorruptibiliter reuiuiscere cum, credamus in ictu oculi futuram resurrectionem, & in membra sine fine victura tanta subtilitate, tanquam inæstimabili velocitate rediturũ antiquissimorum cadauerum puluerem? Nec ab illa sentẽtia illos arbitramur futuros immunes qua dictum est, Terra es, & in terram ibis. i. hoc ibis amissa vita, quod eras antequam sumeres vitam. Hoc eris exanimatus, quod eras antequam esses animatus. Nos ergo electi, Rapiemur obuiam Christo in aera. & sic. i. immortales facti, Semper cum domino erimus: Quod enim ait, Et sic semper cum domino erimus, non ita accipiendum est, quasi in aere nos dixerit cum domino semper mansuros, quia nec ipse ibi manebit: sed ita, Et sic. i. habentes corpora sempiterna. Semper erimus cum domino, vbicunq; cum illo fuerimus. Habent autem omnes animæ cum de seculo exierint diuersas receptiones, habent gaudium bonæ, tormenta malæ: sed cum facta fuerit resurrectio, bonorum gaudium amplius erit, & malorum tormenta grauiora, quando cum corpore torquebuntur. Itaque. &c. quasi dicat, quia omnes resurgemus, & cum Christo erimus. Itaq; cõsolamini. de morte amicorum, Inuicem, alter, alterum. In verbis istis, tantæ spei. Pereat contristatio, vbi est tanta consolatio. Detergatur luctus ex animo, si des expellat dolore. In tanta spe nõ decet esse triste templum dei, ibi habitat bonus consolator, ibi qui nõ fallit promissor. Quid enim mortuum diu plangimus? inquit: quia mors amara est, sed per illam tranũit & dominus. Consolesmur ergo nos: sed dicet, Potest non condolere cor humanum, defuncto charissimo? Imo melius cum dolet sanatur cor humanum, quam non dolendo sit inhumanum. Maria enim dominum quærebat, & mortuum fratrem dolebat.

Aimo.

Ambrosius: Augustinus

Augustinus de cui. dei.

Augustinus in eodem

Augustinus de cui. dei.

Augu. super Ioannem.

Nota.

CAPVT V.

**D**E temporibus autem & momentis, fratres non indigetis vt scribamus vobis. Ipsi enim diligenter scitis, quia dies domini sicut fur in nocte ita veniet. Cum enim dixerint, pax & securitas, tunc repente eis superueniet interitus, sicut dolor in vtero habentis, & non effugient. Vos autem fratres non estis in tenebris, vt vos dies ille tanquam fur comprehendat. Omnes enim vos filii lucis estis, & filii diei. Non sumus noctis neq; tenebrarum. Igitur non dormiamus sicut & cæteri, sed vigilemus & sobrii simus. Qui enim dormiunt: nocte dormiunt: & qui ebrii sunt, nocte ebrii sunt. Nos autem qui di-ei sumus, sobrii simus, induti loriam fidei & charitatis, & galeam spem salutis; quoniam non posuit nos deus in iram, sed in acquisitionem salutis per dominum nostrum Iesum Christum qui mortuus est pro nobis vt suẽ vigilemus; siue dormiamus, simul cum illo viuamus. Propter quod consolamini inuicem, & ædificate alterutrum, sicut & facitis:

De temporibus aut. q. d. de resurrectione indignistis vt scribem vobis: sed De tempo

**Aimo.** ribus. i. aduentus domini. i. an estate, vel hyeme: an die, vel nocte. & de Momēti. f. qua hora diei vel noctis vēturus sit Christus. Non indigetis, o Fratres, vt Scribam vobis, quia nihil scriberē, nisi quod scitis. f. clam venturū. & hoc est quod ait, Vos Enim ipsi diligenter, inquirēdo scripturas, Scitis quia dies domini. i. tēpus aduentus domini, quod dicitur dies, non pro tempore diei, sed quia tunc oīa aperta erunt. & dicitur Domini, quia hic est dies hominum pro libitu suo agentū, sed tunc erit dei in virtute iudicātis. Dies, inquam, ille ita improuisus Veniet, malis: tunc, quod etiā in obitu cuiusq; sit, Sicut fur, venit: non dico die, sed In nocte, cū latentius venit, & homines dormiunt: tunc oīa surripit, vt qui diuitem se putabat dormiens, euigilans nihil inueniat. Ita multi bene securi, nihil boni se habere tunc inuenienti: propter hoc cōepit agere de tēporibus vt moneret cauere sibi ne ita deprehēdantur. Non ergo post quantum tēporis hoc futurum sit, sed quomodo futurum sit, opus est scire: vt curent filij lucis esse, & parato corde vigilare, qui nolunt ab illa hora sicut a nocturno fure cōprehendi. Nam si ad cauendum hoc malū. i. ne hora domini tanquā fur inueniat imparatum, opus esset nosse tēporum spatia, nō diceret apostolus non esse opus vt hoc scriberet, sed hoc potius scribendum esse iudicaret. Nunc autē non illis esse opus monstrauit, quibus sufficiebat vt scirent imparatis atq; dormiētibus horam domini sicut furem esse venturam, atq; hoc sciendo vigilarēt. Cum enim. q. d. vere sicut fur veniet: quia incautus veniet. & hoc est quod ait, Cum enim. Carnales nō crescentes prē timore & expectatione, sed madescētes prē libidine, Dixerint, pax est, nobis, nūc in præsenti. Et securitas, de futuro: Tunc repentinus eis superueniet interitus, id est subitanea perditio diei iudicij. Nam sicut in verbis prophetæ Danielis inuenitur, regnabit Antichristus & ministri eius tribus annis & dimidio, & interficientur ab illo Helias & Enoch, sicut in Apocalypsi habetur: tunc erit talis tribulatio, qualis ante non fuit, nec post erit: & postea interficietur Antichristus a Michaelē, & maxima pars suorum. Post mortem vero Antichristi, quadraginta dies concedentur bonis ad pōnitentiam qui titubauerunt in persecutione illa. Ministri autem Antichristi gaudebunt illis diebus ducentes vxores, & conuiuia celebrantes, & ioca diuersi generis exercentes ac dicentes, licet princeps noster mortuus sit, modo habemus pacem & securitatem: & cum talia dixerint, superueniet eis interitus ita grauis & subitus, Sicut, est Dolor, mulieris, vel mulieri Habentis, vel habentis In vtero, quæ tamen euadit: sed illi non effugient pōnam æternam. Vos autem, quasi dicat, illis erit improuidus dies domini, sed vobis non, quia Vos, o Fratres non estis in tenebris, ignorantia & infidelitatis, Vt vos dies illa tanquam fur comprehendat, ad mortem æternam. Et vere non estis in tenebris. Omnes enim vos, estis filij lucis, id est fidei: Et filij dei, id est virtutum. Fides est lux quæ facit diem, id est habitum virtutum: contra, tenebræ sunt infidelitatis: nox, est habitus vitiorum. Vnde subdit, Et non estis, filij Noctis neq; tenebrarum, Hoc addidit, Ne quis putet partim posse esse diei, & partim noctis. Nemo enim duobus dominis seruire potest. Igitur non dormiamus, & c. Cōmonet ne securi de nomine saluatoris negligēter agamus. Ideoq; tribus nos propugnaculis, id est fidei, & charitatis munit: quasi dicat, & quādo non sumus filij mortis. Igitur non dormiamus, id est in præsētibus torpeamus, Sicut cæteri, carnalibus dediti: Sed vigilemus & sobrii simus, id est vigilet mens nostra attendens hęc caduca & sobrie eis vtamur: non quasi bonis nostris, sed ad sustentationē datis. Qui enī quasi dicat, vere nos qui non sumus filij noctis, non debemus dormire: quia illi Qui dormiunt, carnis torpore, Noctē. i. per noctem, Dormiunt. i. vitia & peccata sua traxerunt eos ad hoc, vt obliuī vitæ æternæ in istis quiescāt: Et qui ebrii sunt, his temporibus imoderate vtēdo, Noctē ebrii sunt. i. ex nocte vitiorū hęc habēt, illi per noctē hęc habēt. Nos autē qui diei sumus. i. virtutibus lucentes: non solū vigilemus, sed Sobrii simus, moderate his vtentes, & ad pugnam cōtra hostes parati. Per hoc simus sobrii, quia Sumus induti lorica m fidei & charitatis, & galeam spem salutis. Recte lorica fidē comparat & charitatem, & galeæ spem. Sicut enim lorica munit vitalia, ita fides & charitas vos muniunt contra appetitum terrenorum. Si enim attendimus quod Christus pro nobis passus est, & resurrexit, & nobis vitam parauit, qui sunt quasi coherentes hami fidei, si & charitati insistimus, nunquam mentes nostras vincet tēporalis appetitus sed etiam spes æternæ salutis ad superna tendens vt galea mentem obuoluit, non lede

Augu. in epist. ad Iſſachium

Augustinus.

Ambrosius Aimo.

Ambrosius.

**A** detur temporali appetitu. Quoniā non. q. d. vere per spem veniemus ad salutē, Quoniā nō posuit nos deus in iram, sed in acquisitionē salutis. i. nō posuit nos deus in fide & spe, vt habeamus irā. i. pōnā æternā, sed vt acquiramus salutem bñ operando. Nō enim otiosis dabitur salus. & hoc Per dominū nostrū Iesum Chrūm, sine quo, nec spes nec salus, nec aliud nos iuuaret. Qui, Christus, Mortu⁹ est pro nobis, vt si dormiam⁹ id est si mortui fuerimus, Sine vigilemus, in carne viuamus, Simul cū illo. i. ad similitudinē eius iuncti viuamus. Propter quod. i. quia hęc spes est nobis. Cōsolamini, vos in hac miseria Inuicem alij alios de morte suorū dolentes, Et ædificate, nescientes, Aliter trū. f. alius alium, Sicut & facitis, vt non minus post, quā modo faciatis.

Aimo?

Rogamus autem vos fratres, vt noueritis eos qui laborant inter vos, & præsunt vobis in domino, & monent vos, vt habeatis illos abūdātius in charitate propter opus illorū, & pacē habete cum eis. Rogamus autē vos fratres, corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes Videte ne quis malum pro malo alicui reddat, sed semper quod bonum est, se etiam in inuicem, & in omnes, Semper gaudete, sine intermissione orate, in omnibus gratias agite, Hęc est enim voluntas dei in Chrō Iesu in omnibus vobis. Spiritū nolite extinguere, prophetias nolite spernere. Omnia autē probate, quod bonum est tenete, ab omni specie mala abstinete vos.

**B** Rogamus autem. Hucusq; communiter ad omnes locutus est, nunc ad subditos specialiter, moraliter eos instruens de honorificentia prælatis exhibenda. q. d. oēs hoc facite quod dixi. Vos autem. minores fratres, & si subditi sitis, Rogamus vt noueritis. i. ostēdatis vos nosse. Eos qui laborant inter vos. i. in regimine vestro & doctrina, Et præsunt vobis dignitate. Et hoc in domino. i. ordinatione domini, Et, sui officij debito, Monent vos, vt pares ad recta ita noueritis eos: Vt habeatis illos in charitate abundātius cæteris. Vult vt ex charitate honorent præsbyteros necessaria eis ministrando, & reuerentiam dignitati exhibendo. Quid enim prodest honorem sine fructu habere? Sicut diuitiæ negligentia pariunt salutis, ita egestas dum saturari querit, a iustitia declinat. Ideo in alia epistola præcipit præsbyteros duplici honore esse honorandos, Et si, quandoque grauer incerpant, vel puniunt, Habere pacem cum eis propter opus illorum, id est scientes opus illorum hoc exigere quod faciunt. Rogamus. Hic ammonet prælatos vt subiectorum improbitatem & impatientiam patienter ferant, dum in aliquo contra eos murmurant, quasi dicat hęc minores debent maioribus facere. Vos autem, prælatos & maiores tamen fratres rogamus, hoc Inquietos, id est curiosos, & garrulos, Corripite, a quo qui cessat ne perdat quod illi dare solebat, mercenarius est. Et consolamini pusillanimes, contra aduersa, vel desperates pro peccatis. Et infirmos in fide Suscipite, vt medici ad saluandū. & si in hoc officio aliquid vobis infertur, Patientes estote ad omnes, & non solum patiamini, sed etiam Videte ne quis malum pro malo alicui reddat. q. d. ne bonū pro malo subtrahatis, vt negligatis corripere. Tūc enim malum pro malo redditur, si corripiendū non corripitur, sed praua dissimulatio ne negligitur Sed semper, scilicet in prosperis & in aduersis. Sectamini quod bonum est, id est vtile. Sectamini, dico, Inter vos inuicem & in omnes, etiam non credentes: & non modo patiamini, sed etiam Semper gaudete, quicquid fiat vobis. Vnde alibi, In tribulatione gaudentes. vel hoc ad omnes generaliter dicit, Semper gaudete, spe. & Sine intermissione orate, id est semper iuste viuite, & æterna desiderate. Iustus enim nunquā desinit orare, nisi desinat iustus esse. Semper orat, qui semper bene agit. Ipsum enim desiderium bonum, oratio est: & si continuum est desiderium, cōtinua est & oratio. & In omnibus, etiam in aduersis Gratias agite, deo. Hęc enim omnia facere, Est voluntas dei, id est placet deo. Voluntas, dico, Ostensa in Christo Iesu, quia hoc docuit deus per Christum. Vel in Christo est, ostensa, hęc Voluntas dei, quia hęc fuerunt in Christo Iesu in quo nihil displicuit per Iesum Christum, Non tantum hic est ostensum, sed etiam factum, In omnibus vobis, scilicet maioribus & minoribus, & quia voluntas dei est facere hęc omnia: ideo vos maiores qui per spiritum sanctum, habetis donum in-

Aimo

Ambrosius Nota.

Augu. de cor. & grat.

Aimo: Augustinus in psal. xxxiii

telligētiā. Nolite extinguere spiritum. i. donū abscondere spiritum. quo merito & vos illud perderetis. Huic sensui cōcordat alia litera. s. Gratiam nolite celare, & vos subditi Nolite spernere, illorum Prophetias. Ecce quid dixit spūm. Vel, Spūm nolite extinguere. i. spūs sc̄tus ad horā quid reuelat, nolite prohibere loqui quod sentit. Quia de⁹ qui os asinā aperuit, reuelat s̄pe minori quod melius est, Vel, Spiritum sanctum nolite extinguere. i. malis operibus a vobis excludere. Non hoc iō dicit, quod spūm, qui vniuersus substantiā est cum patre & filio extingui possit: sed quantum in ipīs est, extincto res eius merito vocant̄ qui sic agūt vt extinctū velint. Spūm ergo sc̄tum qui datus est nobis, non quantū in se est, sed in nobis extinguiamus, dū peccādo a nobis fugamus. & Prophetias nolite spernere. i. si quis dicta prophetarum explanat, & ad aedificationem pr̄dicat, nolite eum despiciere, neque contemnere, nō tñ oīa indiscrete recipiatis: Sed probate. i. ratiōe discutite Oīa, probāda: sed certa enim nō egent discussione, & Quod bonum est. i. bonum esse inuenitur. Tenete & abstinete vos ab omni specie mala. i. ab omni re quā speciem mali pr̄tendit, vt a praua expositione. q. d. si quis speciem mali pr̄tendit: & si non sit malum, nolite pr̄cipitāter agere. Solet. n. spūs mūdi fallaciter dicere bona, & inter hęc subducere praua, vt per hęc quā bona sunt, accipiant̄ & mala: ideo monet omnia probare, & quicquid sobrie & bene dictū fuerit retinere.

Ambro.  
Aimo.  
Augustinus  
Augu.  
Bonifa.

Aimo.

Ambrosius

Ipse autē deus pacis sanctificet vos per omnia, vt integer spiritus vester & anima & corpus sine querela in aduentu domini nostri Iesu Christi seruetur. Fidelis ē qui vocauit vos, qui etiā faciet. Fratres orate pro nobis. Salutate fratres omnes in osculo sancto Adiuuro vos per dominum vt legatur epistola hęc omnibus sanctis fratribus. Gratia domini nostri Iesu Christi vobiscum, Amen.

Ipse autē. q. d. ego praelatos & subditos ita moneo: Ipse autē de⁹, dator Pacis. q. d. qui potest inquietudinē remouere, Sanctificet vos per oīa, quę docuit. i. s. Vt spūs vester, de quo alibi, Renouamini spiritu mētis vestre, qui. s. ē mēs quę seruit legi dei. Seruet̄ integer. i. ratio vestra Seruet̄ integra, nō cōsentiēdo carni. & hoc vsq; In aduentū dñi nostri Iesu Christi. i. vsq; ad finē vitę vestre. Et aīa. i. sensualitas seruet̄ integra, seruēdo rationi. Et corpus, seruet̄ sine querela, vt. s. nihil agatis eius ministerio, vñ aliquis conqueratur. Hęc tria ideo profuit, vt tot⁹ hō sit perfect⁹. Aliquādo. n. inquinatur anima per cogitationē malā & est mūdū totū corpus ideoq; spiritū in hōie mūdū dicit esse debere. si autē mala vita vel cogitatio intercedat, non erit integer spirit⁹. Et nota quod ait, Sine querela, nō sine peccato. Aliud est. n. esse sine peccato, quod de solo in hac vita vnigenito dictū est: Aliud esse sine querela, quod de multis iustis etiā in hac vita dici potuit, quia est quidā mod⁹ bonę vitę, de quo etiā in ista cōuersatiōe iusta querela esse nō possit. Quis. n. querit̄ iuste de hōie qui nemini malū vult, & quib⁹ fide liter cōsultat: nec cōtra cuiusquā iniurias tenet libidinē vindicandī vt veraciter dicat, Dimitte nobis, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et tñ eo ipso quod hic dicit, sine peccato se non esse, declarat. In multis. n. offendimus omnes. Item, nota quod tria posuit quib⁹ hō cōstat. i. spūm, aīam, & corpus. s. illud quo intelligimus, & illud quo viuimus, & illud quo visibiles & contractabiles sum⁹: quę rursus duo dñr, quia sepe anima cum spū nominatur. Vel spiritus ponit̄ hic pro donis spiritus sancti. Et ē sen sus, Ista sanctificet vos, Vt spiritus vester sit integer. i. vt gratia spiritus sancti quę data est vobis in baptismo, seruet̄, integra & incorrupta, ne vestro vitio & immunditia corrūpatur, vel minuat, vel fugetur. Nam dū agit homo quā odit spiritus sanctus, recedit ab eo eius gratia penitus, vel minuitur. Et aīa seruetur, munda, Et corpus sine querela vsq; in aduentum domini nostri Iesu Christi fidelis. q. d. oro vt sanctificet, & sanctificatos seruet: nec inde dubitandū est, quia deus est Fidelis. i. verus in promissis, Qui vocauit vos, ad vitā, Qui etiā faciet, in vobis. i. perficiet opus gratię implēdo promissā. Fratres orate pro nobis. Salutate, ex nostra parte Fratres oēs in osculo sancto, non simulato, sed Sancto, quod est signum dilectionis. Salutate, dico, & epistolā ostēdite. & inde Adiuuro vos per dominū. s. Vt legatur epistola hęc omnibus fratribus sanctis. i. in baptismo sanctificatis. Vel, Sanctis. i. perfectis, vt inde proficiant, & vt in bonis operibus proficiatis. Gra domini nostri Iesu Christi, sit vobiscum, Amen.

Aimo.

Ambrosius.

Augu. in lib.  
de perfect.

Augustinus  
in ser. symb.

Aimo.

Argumentum in epistolam ad Thessalonicenses secundam.

AD Thessalonicenses secundam scribit epistolam apostolus, & notum facit eis de temporibus nouissimis, & de aduersarii deiectione, Scribit hęc epistolam ab Athenis per Titum diaconem & Onesimum acolythum.

CAPVT. I.



AVLV S, & Syluanus, & Timothæus, ecclesię Thessalonicensium in deo patre nostro & domino Iesu Christo, gratia vobis & pax a deo patre nostro & domino Iesu Christo. Gratias agere debem⁹ semper deo pro vobis fratres ita vt dignum est, quoniam supercreuit fides vestra, & abundat charitas vniuersusque vestrum in inuicem, ita vt & nos ipsi in vobis gloriamur in ecclesiis dei pro patientia vestra, & fide & in operibus, & persecutionibus vestris, & tribulationibus quas sustinetis in exemplū iusti iudicii dei, vt digne habeamini in regno dei pro quo & patimini: si tamen iustum est apud deum retribuere retributionē his qui vos tribulant, & vobis qui tribulamini requiem nobiscum in reuelatiōe domini Iesu de celo cum angelis virtutis eius in flamma ignis dantis vindictam his qui non nouerunt deum, & qui non obediunt euangelio domini nostri Iesu Christi. Qui pœnas dabunt in interitu æternas a facie domini, & a gloria virtutis ei⁹: cum venerit glorificari in sanctis suis, & ammirabilis fieri in omnibus qui crediderunt, quia creditum est testimonium nostrum super vos in die illo. In quo etiā oramus semper pro vobis vt dignetur vos vocatione sua deus, & impleat omnē voluntatem bonitatis suę, & opus fidei in virtute, vt clarificetur nomen domini nostri Iesu Christi in vobis, & vos in illo, secundum gratiam dei nostri & domini Iesu Christi.

AVLV S & Syluanus, & c. Hęc epistolam item scribit Aplūs Thessalonicensibus. Orta. n. apud Græcos grauiori tribulatione item monet eos ad patientiam, ostendens iustū dei iudiciū vt boni gloriā consequantur, & mali pœnam. Et quia in prima epistola quædā dixit de aduentu domini, de resurrectione mortuorū, vnde putabāt dies domini instare, nūc aliam scribit epistolā in qua idem significat licet obscure. Nec. n. aperte pōt de abolitione Romani regni, & de antichristi apparentia & damnatione, & de quorundam fratrum inquietudine. Scribit etiā non instare diem dñi, sicut occasione prioris epistolę videbatur. Cū enim Thessalonicenses priorē epistolā legēdo peruenissent ad illū locū, vbi dicit apostolus, Mortui in Christo in aduentu eius resurgent primi. Deinde nos qui viuimus, qui resuscitati sumus, simul rapiemur cū illis, corurbati sunt nimisq; perterriti, putantes vicinum esse diem dñi, & timentes ne dānarent̄ cum diabolo, eo quod tarde ad fidem venientes imperfecti essent. Ideoq; hoc comperto scripserunt eis non imminere diē iudicij suo tēpore, ne apostolus in hoc mentitus per omnia reprobaretur, vel ne diabolus hoc expectantibus aliqua fraude illuderet. Corrigit etiam asperius inquietos. Et ē intentio apostoli in hac epistola bonos & quietos ad patientiam monere, & inquietos corrigere, & quę obscure in præcedenti epistola dixerat hic aliquatenus aperire. Modus talis, Primū salutat, deinde gratias agit de bonis eorū, postea monet ad patientiā & ad constantiā. Inde asserit quod aduētū Christi antichrist⁹ præuenit, & aliqua aduētus Christi signa licet obscura denūtiat, agēs de abolitione Romani regni, & de interfectione antichristi: circa finē vero vt curiosos atq; otiosos corripiat obsecrat. Præmittit autē salutationem, dicens, Paulus & Syl. & Timot. Isti tres sunt quorum nomine scribit̄ hęc & prima epistola, scribunt Ecclesię Thessalonicensium, existenti In deo patre nostro



C iij

Ambro.

Aimo.

Ambro.



& domino Iesu Chrō. Et ante alia salutatur more solito, Gratia, sit Vobis & pax a deo D  
 patre nostro & dño Iesu Christo. hæc supra exposita sunt. Gratias, hic agit gratias deo  
 de bonis eorum, ne forte de tanto bono eorū quod ex deo habebant, extolleretur, tan-  
 quā a seipsis habētes. q. d. quod tenetis tenete quia bonum est: de quo debemus semper  
 gratias agere deo, & nunquā solvere possumus vt dignum est. & hoc est quod ait, Fra-  
 tres, semper debemus pro vobis gratias agere deo, a quo hæc bona sunt, nō a vobis A  
 gere, dico, ita Vt dignum est, quia pro magis bonis magnæ gratiæ agēdæ sunt. Inde de  
 bemus gratias agere deo, Quoniā fides vestra supercreuit. i. super hoc quod olim fuit  
 creuit magis ac magis, non decreuit in tribulationibus. Et charitas vniscuiusq; vīm  
 abundat in, vos Inuicem, vt. f. & qui diligitur diligit alios, & mutuis obsequijs chari-  
 tatem ostendat. Crescit, dico, & Ita. i. intātum creuit, Vt nosipsi, apostoli qui non de  
 paruo gloriemur, In. i. de Vobis gloriemur in ecclesijs dei, quibus de vobis dam⁹ ex  
 emplum. Videte ne sitis exempla defectus. De vobis gloriamur, dico, & maxime Pro  
 patientia vestra & fide, seruata In oībus persecutionibus, quæ sunt de loco ad locum:  
 Et tribulationibus. i. tormentis. Quas tribulationes & persecutiones Sustinetis in exē  
 plū iusti iudicij dei. i. quæ tribulationes ostendūt, quid in iudicio futuro patietib⁹ & in  
 ferentibus sūt dādū. Si. n. tam seuerè punit deus pctā in pœnitentibus, quid faciet indu-  
 ratis? Iō dicit pressuras iustorū exēplū esse iusti iudicij dei, vt intelligatur quod nō par-  
 cet impijs tanquā farnētis præcis ad combustionem, qui nō parcat iustis propter pro-  
 ficiendam purgationē. Vñ Pet⁹ ait, Si in iustū a nobis, quis finis erit eis qui non credēt?  
 Et si iustus vix saluabitur, peccator & impius vbi parebūt? Sustinetis, dico, ideo Vt di-  
 gni habeamini. i. inter alios gloriosi In regno dei. i. æterna beatitudine, vel in ecclesia  
 præsentī quā hic regit. & ideo dicitur regnū dei, Pro quo. f. vt digni sitis, non solū ope-  
 ramini bona, sed etiam Patimini, mala. Iusti iudicij, dico, Si tamen iustū est, & c. quod  
 constat esse. Non. n. ponitur hic, Si tñ pro dubitatione, sed pro affirmatione. q. d. quo-  
 niam iustum est. Vnde alius interpret ait, Siquidem iustum est. q. d. bñ dico iusti iudi-  
 cij. Siquidē iustum est apud deū. i. in simplici & pura natura iustitiæ dei. hoc. f. Retri-  
 buere tribulationem his qui vos tribulant: & vobis qui tribulamini cū nobis requiem,  
 id est æqualem nobis. Quid. n. iustus quam vt qui in seculo bonos depriment, & persea-  
 cutionibus affligunt, in futuro patiantur eadem quæ faciunt? Illi autē sūt in requie, qui  
 magnā tribulationē passi sunt pro regno æterno? Vel ita. Quas sustinetis, & agit de iu-  
 dicio præsentī, quo sinit deus malos affligere bonos & prosperari: bonos vero facit ad-  
 uersa pati. q. d. gloriamur pro patientia tribulationum quas sustinetis In exēplum iu-  
 sti iudicij dei. i. ideo gloriamur, quia sustinetis ita vt sitis exēplū & documentū alijs,  
 quod iuste iudicat deus dū suos permittit affligi, & malos prosperari. Vident enim vos  
 ex malis in melius proficere, illos ex prosperis deteriores esse: & ita estis eis exēplū ne  
 fatigētur dū corripuntur a deo qui flagellat o. f. quē re. apud quem est iustū vt incipiat  
 a domo eius iudiciū. Vnde Petrus ait, Tempus est vt incipiat iudicium a domo dei,  
 vt digni habeamini in regno dei pro quo & patimini. hoc non mutatur. Si tamen. q. d.  
 iusti iudicij, dico, quod & respectu præsentium videri potest, dum boni meliores, mali  
 deteriores efficiunt: tamen hac conditione, dico, iusti iudicij. Si tamen iustum est apud  
 deum retribuere tribulationem his qui vos tribulant, & vobis qui tribulamini requiē  
 nobiscū, q. d. iustum apparet iudicium quo in præsentī iudicat deus, si attendatur iudi-  
 cium futurum: vbi manifeste omnibus patet iustitia dei, dū reddet singulis secundū me-  
 rita, per quod & præsentia iusta esse probantur finaliter. f. si iustum est dari his pœnam  
 vobis requiem. Si quis enim finē hunc attendit, non iniustum dicit esse bonos purgari,  
 malos sordescere, sicut vtriq; ex vita sua merere. Simile huic dicit David, Existima-  
 bam vt cog. hoc, labor, est añ me do, in in. f. d. & in. in. no. e. sed tamen ex præsentibus  
 videri pōt. Vñ subdit. Veruntamen propter dolos pa. e. de. e. dum al. In reuelatione.  
 Hic incipit ostendere quā horribilis tribulatio illis, & quam iocunda requies istis futu-  
 ra sit. q. d. iustum est illis dare pœnam, vobis requiem: quod vtiq; fiet, In reuelatione  
 id est in manifestatione Domini Iesu, venientis de cælo, ad iudicium Cum angelis vir-  
 tutis eius, id est quorum ministerio virtus dei apparebit, dum bonos eligent, malos  
 foras mittent, & tunc gloria his, & terror illis erit. Domini Iesu, dico, venientis  
 tis, In flāma ignis, non quod sit flamma circumdatus, sed per effectum: quia inimici

Augustinus,  
de gra. & lib.  
arbitrio.

Augustinus  
contra Fan.

Aimo

Ambrosius

Ambrosius.

Ambrosius.

Aimo.

cos extret. Vel ideo dicit, In flamma ignis, quia ignis erit in mūdo qui præcedet eū tā-  
 tum spatiū aeris occupans, quantum occupauit aqua in diluuiō: qui ardebit terrā &  
 crassitudinem eius, & purgabit electos. Domini Iesu dico, Dantis. i. inferētis vindictā  
 His qui non nouerunt deum, id est qui fidem non receperunt, vt Pagani: & his Qui  
 non obediunt euangelio: cui esset obediendum, quia Est domini nostri Iesu Christi,  
 id est his qui non exequuntur quæ receperunt, vt heretici, & falsi Christiani. Alij enī  
 sunt qui nesciunt legem, alij qui sciunt. Deinde aggrauat pœnas eorum, subdēs, Qui,  
 vtriq; .f. scientes & nescientes, Dabunt pœnas. i. sustinebunt. Dare enim ponitur ali-  
 quādo pro sustinere, ita & hoc, & cōgrue. Qui enim patitur dat ei quem offendit pœ-  
 nas quasi grātas, Dabunt pœnas, dico, non corporis & animæ dissolutione terminabi-  
 les, Sed æternas in interitu, quia semper sentiant pœnas, non tamen penitus deficiēt.  
 ipū dico tūc remoti, A facie domini & a gloria virtutis eius, ne. f. videant eum & glo-  
 riam: quā, scilicet virtus sua dabit sanctis. Et hæc prædicta sient, Cum venerit Chri-  
 stus glorificari in sanctis suis, ita enim eos glorificauit quod gloriosus in eis appare-  
 bit. Ecce quæ est gloria sanctorū. Et cū venerit admirabilis. Fieri in omnibus, etiam  
 minoribus Qui crediderunt, et si tempus operandi non habuerūt. Ipse enim clarus &  
 mirabilis videbitur in credentibus, sicut autē apparebit in incredulos, cum eos pœ-  
 nis æternis coarctabit. Et est horū verborū breuis sensus. Veniet punire malos, & glo-  
 rificare bonos: quia Creditū. q. d. ideo vobis tribulatis dabit requiē nobiscū, quia Testi-  
 moniū nostrū in die. i. de die illo, reuelationis dñi Creditū est. i. quicquid diximus cre-  
 didistis de illo die iudicij, & gloria bonorū, & pœna malorū, Vel, Testimonium nos-  
 trū creditū in die illo. i. propter illū diē, vt tūc liberemini. Creditū est dico, Super vos  
 id quous super humanū sensum esset. Vel creditū est ita, quod erat Super vos. i. vo-  
 bis dominans, non quærentibus rationem. In quo, etiā ordo verborū talis est, In quo,  
 die, Vt dignetur vos vocatiōe sua deus noster. i. vt dignos vos iudicet deus quos vocet  
 ad regnum per gratiam. Oramus etiam semper pro vobis. Vel ita, In quo. i. pro cuius  
 diei periculo vitando, etiā oramus Sēper pro vobis, pro vitando. n. periculo illius diei  
 semper est orādū. & oramus, Vt dignetur vos vocatione sua deus noster, hoc non mu-  
 tatur. Et, etiā oramus vt hic interim Impleat omnē voluntatē bonitatis. i. vt plene fa-  
 ciat vos velle omne bonum: & impleat in vobis Opus fidei. i. confessionē quæ proprie  
 est opus fidei. Impleat in vobis dico, & hoc In virtute, constantiæ, vt. f. det constantiā,  
 qua habita a confessione nullo mō flecti possunt. Vel, Opus fidei, est omne bonū quod  
 fides exigit. Et est, impleat Opus fidei. i. oīa bona sine quibus fides mortua est. & hoc,  
 In virtute, perseverantiæ, vt. f. det vobis perseverantiā vsq; in finem. Ita impleatur, Vt  
 clarificet in vobis, in hac vita, Nomē domini Iesu Christi, celebri fama & honore: Et  
 vos, in futuro clarificemini In illo, & hoc non secundū merita vestra. sed Secundū gra-  
 tiam domini nostri Iesu Christi. i. plusquā digni: vel sicut homo Christus clarificatus.

Aimo.  
Aimo.  
Aimo.

Ambros.

Ambros.  
Ambrosius

Aimo.

CAPVT II.

Rogamus autem vos fratres per aduentum domini nostri Iesu Chri-  
 sti, & nostræ congregationis in ipsum, vt nō cito moueamini a vestro  
 sensu, neq; terreamini neq; per sermonem, neque  
 per epistolam tanq; per nos missam, quasi instet dies domini. Ne quis  
 vos seducat vllō modo. Quoniam nisi venerit dissensio primum: & reuelatus fu-  
 erit homo peccati filius perditionis, qui auerfatur & extollitur supra oē quod  
 dicitur deus, aut quod colitur: ita vt in templo dei se deat, ostendens se tanquam  
 sit deus. Non retinetis quod cum adhuc essem apud vos, hæc dicebam vobis.

Rogamus autē vos. Hucusq; dixit se pro eis gratias agere & orare: hic determinat de  
 die iudicii, obsecrans eos ne leuiter & facile de aduentu domini quasi iminenti opinio-  
 nē recipiant, vel terreantur. q. d. non solū pro vobis oramus, sed etiā Rogamus vos, o  
 Fratres per aduentum domini nostri Iesu Christi, ad iudicium. i. si vultis vt vobis pro-  
 sit aduentus Christi, venturus: Et per aduentum nostræ congregationis. f. omnīū san-  
 ctorum, id est si vultis esse in nostra congregatione. Cōgregationis dico, venturæ vel

Ambrosius.

Aimo.

tēdētis In idipsum, id ē ad Christū, vt ad corp⁹ cōgregētur aquilæ. Vel, In idipsum  
 i. in idētatē, vt mente & corpore vniamur qui modo in diuersum tendimus. Quid  
 rogam⁹? Vt nō cito moueamini a vestro sensu. i. a puro intellectu. q. d. nec parū ē tri-  
 tubetis si. n. moueamini cito ē quia nihil vobis infert q. diu duret, quia tēp⁹ prope est.  
 Neq; terreamini. q. d. pro vicino periculo. i. quāsi iſtet dies dñi: Non terreamini dico  
 Neque per spiritum, malignum. s. si malignus spiritus quāsi angelus lucis apparens in  
 visione, hoc vobis persuadeat. Vel si quis dicat se per spiritum sanctum reuelantē hoc  
 cōgnouisse quod dies iudicij immineat, nolite credere, neq; terreamini. Per sermonem  
 alicuius pseudo apostoli qui hoc exponat de scripturis, Neq; per epistolā tanquā per  
 nos missam. i. sub nomine meo missam. Solent enim tergiverſatores, vt fallāt, sub no-  
 mine alicuius clari viri epistolā fingere, vt authoritas nominis possit cōmēdare quod  
 per se ipsum recipi non possit. Quid per singula? Nequis vos seducat vilo mō, alio, et  
 a p̄dictis terrefaciēs vos, quāsi Instet dies domini. Non quin velit illos esse para-  
 tos vt habeant succinctos lumbos, & lucernas ardentē in manibus, expectantes quā-  
 do reuertatur dominus a nuptijs. In quo enim quēq; inuenerit sūus nouissimus dies, in  
 hoc eum comprehendet mundi nouissimus dies: quia qualis in die isto quisq; moritur  
 talis in die illo iudicabitur. & ideo vigilare debet omnis Christianus ne imparatū eū  
 inueniat dñi aduentus. Imparatū autem inueniet dies ille, quē imparatū inueniet vi-  
 tæ huius dies vltimus. & ideo nō ait, ne terreamini, vel seducemini: sed addit, Quāsi  
 instet dies dñi, hoc dicit, ne ipsa perturbatione dum incauti inuenirentur currāt adorā-  
 dum diabolū, qui hęc ideo agebat, vt sub Christi nomine apparens, faceret se adorari.  
 quod vt non possit facere impudentissimus Satanas, tempus & signa aduentus domini  
 Apostolus rescribit, quia non prius veniet dominus quā regni Romani defectio fiat,  
 & appareat Antichristus. Et hoc est quod subdit. Quoniā vbi. q. d. quidā volūt vos se  
 ducere quāsi instat dies domini, sed nō istat dies domini. Quoniā nō veniet dominus  
 ad iudiciū, Nisi primum venerit discessio, id est nisi prius gens a Romano discedat im-  
 perio: nō quod statim post veniat domin⁹. Occulte loquit de destructiōe Romani im-  
 perij, ne forte si aperte hoc diceret, icitaret eos ad persecutionē ecclē, vel hoc dicit de  
 spirituali imperio Romanę ecclē. Vel de discessione a fide. Et est sensus, Nō veniet  
 domin⁹ ad iudiciū nisi prius venerit discessio ecclēsiarū a spirituali obedientia Romanę  
 ecclēsiæ, vel hoim a fide. Quidā codices habēt. Nisi venerit refuga primū, quod nulli  
 dubiū est de Antichristo eū dixisse quē refugam vocat vtiq; a dño deo. Si enim hoc de  
 oībus impijs merito dici potest, quanto magis de isto, quē etiā describens subdit, Et,  
 nisi Reuelatus. i. manifestatus, fuerit, cuius spes iam præcedit Homo, non deus totus,  
 Peccati, seruus author & fons. i. Antichristus qui est Filius perditionis. i. diaboli qui per-  
 dit homines, per quē perditio venit in mundum, cuius filius dicitur Antichristus: non  
 per naturam sed per imitationē. Vel, Filius perditionis, dicitur quia ipse perdedus est  
 & alios perdens, Qui aduerſatur, Christi & mēbris eius. vnde Antichristus dicitur. &  
 Extollitur. i. effert, se, Super omne quod dicitur de⁹, vel falsa opiniōe, vt dij gētiū: vel  
 beneficij gratia, vt sancti. Aut quod colitur, vt Deus trinitas. extollitur dico: ita, Vt se  
 deat in templo dei. i. in ecclēsia. Vel, In tēplo, a Romanis destructo, quod Iudēi tūc re-  
 ēdificabunt. Nasceť quidē Antichristus in Babylone de tribu Dan, iuxta quod Iacob  
 ait, Fiat Dan coluber in via, & Cerastes in semita: & cū venerit Hierosolymā, circūci-  
 det se dicēs Iudēis, ego sum Christus promissus: tunc cōstuent, ad eū oēs Iudēi & re-  
 ēdificabūt tēplū a Romanis destructū, sedebitq; ibi dicens se esse deū. Vel ita, Nōnul-  
 li non ipsum principē tantū, sed vniuersum corpus eius. i. ad eū pertinentē hominum  
 multitudinē simul cū ipso principe suo, hoc loco intelligi volūt: rectiusq; dici putant,  
 sicut & in Gręco est non in tēplo, Sed in templū dei sedeat. i. quāsi ipse cū suis sit tem-  
 plum dei quod ē ecclēsia: sicut dicitur: sedet in amicū. i. vt amicus. Sedet dico, Osten-  
 dens se tanquam, ipse, Sit deus. Nam sicut in Christo omnis plenitudo diuinitatis ha-  
 bitauit: ita in Antichristo plenitudo malitię & omnis iniquitas habitabit, quia in ipso  
 erit caput oīnium malorum. s. diabolus, qui est rex super omnes filios superbix.

Et nūc quid detineat scitis vt reueletur in suo tēpore. Nam mysteriū iā opera-  
 tur iniquitatis, tantum vt qui tenet nunc teneat, donec de medio fiat.

Aimo.

Ambrosius

Augustinus  
ad Esichium.

Ambro.

Augustinus  
Aimo.

Augustinus  
de ciui. dei.  
Aimo.

A Nonne & c. q. d. ita debetis credere vt scribo vobis, quia olim vobis idē dixi: & hoc ē  
 quod dicit sub interrogatione, Nōne retinetis? quod hęc eadē quę nūc vobis in episto-  
 la scribo. Cū adhuc essem apud vos, presentī sermone, Dicebā vobis, de aduētū Anti-  
 christi, & de die iudicij. Et quid. q. d. hęc retinetis, Et, etiā, Quid nūc detineat, Anti-  
 christū. i. quid sit in mora eius, quę sit causa dilationis eius, quāre nondū veniat, Scitis  
 scilicet quia nondū est discessio. Detineat, dico, ita tamē Vt reueletur. i. vt manifestus  
 fiat In tempore suo. i. sibi congruo, & a deo disposito. s. postquā facta fuerit discessio,  
 & ideo recte ait, suo tēpore. Cōpleta enim accessione ad Romanū imperiū, & ad Ro-  
 manę ecclēsię obedientiā adierit discessio ab vtroq; imperio, qua impleta adierit inia-  
 quus. i. Antichristus. Similiter impleto tempore misericordię, quo plenitudo gentiū  
 intrat ad fidē, reuelabitur discessio a fide quādo refrigescet charitas multorū & abū-  
 dabit iniquitas, & tūc veniet Antichrist⁹, & sic instabit dies dñi. Nā mysteriū. q. d. ve-  
 re reuelabitur in suo tempore, quia Iā, in nō suo, Mysteriū iniquitatis. i. secreta iniqui-  
 tatis Operatur. i. mali & ficti qui sunt in ecclēsia. q. d. iam in ipsi initiis accessiōis inuenit  
 iniquitas: sed mystica. i. pietatis noīe palliata, vt velint haberi ministri Chři, cū sint  
 pseudo. Vel ita. Vere reuelabitur. Nā, diabolus iā operatur Mysteriū iniquitatis. My-  
 steriū gręce latine dicitur occultū & secretum Mysteriū ergo iniquitatis appellat iter  
 fectionē sanctorū & persecutionē, quā inferebat Nero & princeps ei⁹ fidelib⁹ Christi  
 quorū iā factū quāsi Antichristi videbatur. quod ideo appellatur mysterium, quia iam  
 tunc diabolus occulte per Nerone & alios operabatur occidendo martyres, sicut tunc  
 aperte operaturus est per Antichristū interficiēdo Heliā & Enoch aliōsq; plurimos.  
 Istud mysteriū iniquitatis cōceptū ē a Nerone, qui instigāte patre suo diabolo, zelo ido-  
 lorū interfecit Apostolos. Et sūt Nero & alij vmbra futuri. s. Antichristi, sicut Abel  
 & David fuerūt figura Christi. Tātū vt qui tenet & c. Quia illos scire dixit quid deti-  
 neat, aperte non exponit: & ideo nos qui nescimus quod illi sciebant peruenire cum  
 labore ad id quod senserat Apostolus, cupimus nec valeamus præsertim, quia & illa  
 quę addidit hunc sensum faciunt obscuriorem. Qui enim est? Iam mysterium ope-  
 ratur iniquitatis tantum, vt qui tenet nunc teneat, donec de medio fiat. Ego prorsus  
 quid dixerit me fateor ignorare, suspiciones tamen nominum quas legere vel au-  
 dire potui non tacebo. Quidam suspicantur hoc de imperio dictum fuisse Roma-  
 no, & ideo Apostolū non id aperte scribere voluisse, ne calumniam. scilicet incurreret  
 quod Romano imperio male optauerit, cum speraretur æternū: vt hoc quod dixit, Iā  
 enim mysteriū operat iniquitatis, Nerone voluit intelligi, cuius iam facta velut Anti-  
 christi videbantur. Vnde nōnulli ipsum resurrectorū & futurū Antichristū suspicantur  
 Alij vero nec occisum putāt, se potius subtractū, vt putaretur occisus, & viuū occulta-  
 ri, in vigore ipsius etatis in qua fuit cū crederetur extinctus, donec tēpore suo reueletur  
 & restituať in regnū. Sed multū mira mihi est hęc opinantiū tanta præsumptio. Illud  
 tamē quod ait, Vt qui tenet & c. non absurde de Romano imperio creditur dictū donec  
 tollat, vt sit sensus, Tantū hoc restat antequā reueletur iniquus ille, Vt qui tenet nunc  
 Romanum imperium Teneat. i. qui modo imperat imperet. Donec de medio fiat. i. de  
 medio mundi tollatur illa potestas, quia omnes vndiq; Romā quāsi ad caput cōstue-  
 rant. Vel ita, Tantū, hoc restat, Vt qui tenet nunc, fidem, Teneat, donec, ipsa, De me-  
 fiat. i. donec ipsa refrigescat. Vel ita, Tantū, hoc restat, Vt qui nunc tenet, id detinet il-  
 lum. s. accessio ad fidem Teneat. i. detineat. Donec de medio fiat. i. donec ipsa tollatur  
 de medio. Vel ita, Tantū, hoc restat, Vt qui tenet nunc. i. detinet illum. s. iniquitas quę  
 nunc occulta est, Teneat. i. detineat. Donec, iniquitas quę modo est mystica Fiat de  
 medio, id est aliquid de communibus, vt non erubescat homo adulterari, furari, & alia  
 huiusmodi facere: sicut nec ambulare, nec loqui. Vel ita, Quidam putant hoc esse di-  
 ctum de malis & fictis qui sunt in ecclēsia tandiu donec perueniant ad tantum nume-  
 rum qui Antichristo magnum faciant populum. & hoc dictum esse mysterium iniqui-  
 tatis, quia videtur occultum, & de hoc dictum esse, Quid detineat scitis & c. ait, Vt qui  
 tenet non teneat. Dicunt Apostolū hortari fideles vt in fide quam tenent tenaciter  
 perseuerent, donec exeat de medio ecclēsię mysterium iniquitatis, quod nunc occul-  
 tum est. Et est sensus, Tantū, hoc superest agendum, Vt qui tenet nunc, fidē, Teneat.  
 i. firmiter in se perseueret: Donec mysteriū. iniquitatis. De medio fiat. i. donec qui mo-

Aimo  
Brengeat

Augustinus:

Aimo.  
Augustinus  
Aimo  
Ambr.

Augu.  
de ciui. dei.

Augustinus  
de ciuitate,  
dei.



do i ecclesia facti sunt ab eade manifeste recedat. De qualibus Iesus ait, De nobis exierunt, sed ex nobis non erat. Sicut ergo ante fide exierunt multi heretici de medio ecclesie ita nunc aperte inde exhibent omnes qui non ad Christum, sed ad illum Antichristum nouissimum pertinebunt. Vel ita, Tantum, hoc restat, Ut qui tenet nunc, detinet illum, scilicet discessio quae nondum facta est. Teneat, id est detineat, donec ipsa discessio fiat de medio, id est manifeste appareat.

Et nunc reuelabitur ille iniquus, quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui, eum cuius est aduentus secundum operationem. Satanque in omni virtute & signis & prodigiis mendacibus, & in omni seductione iniquitatis his qui pereunt: eo quod charitatem veritatis non receperunt ut salui fierent. Ideo mittet illis deus operationem erroris ut credant mendacia, ut iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati. Nos autem debemus gratias agere deo semper pro vobis fratres dilecti a deo: quod elegerit nos deus primitias in salutem in sanctificatione spiritus & in fide veritatis, in qua & vocauit vos per euangelium nostrum in acquisitione gloriae domini nostri Iesu Christi. Ita que fratres state, & tenete traditiones quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolam nostram. Ipse autem dominus noster Iesus Christus & deus & pater noster qui dilexit nos, & dedit consolationem aeternam & spem bonam in gratia, exhortetur corda vestra, & confirmet in omni opere & sermone bono.

Aimo. Et tunc, scilicet iam reuelata discessio a deo vero, & refrigerata multorum charitate, ex abundantia iniquitatis quasi parata sibi sede, Reuelabitur, id est manifestabit, Ille iniquus, scilicet Antichristus qui nec modo nec tunc est timendus, quia sequitur. Quam dicit Iesus interficiet spiritu oris sui, id est virtute spiritus sancti qui dicitur spiritu oris sui quia ab eo procedit, Vel, Inter, e. sp. o. f. i. praecepto & virtute, scilicet potentia iussiois suae, siue per se occideret eum siue per Michaellem. Occidetur autem ut doctores tradunt in monte Oliueti in papilione, & in folio suo, in illo contra quem dominus ascendit ad caelos. illo autem interfecto non statim veniet Christus, sed ut ex libro Danielis intelligitur, concedentur electis ad penitentiam dies. xlv. quantum dominus post futurum sit penitus ignoratur. Et quomodo tenebrae solis fugatur praesentia: ita & dominus, Destruet, eum, scilicet Antichristum cum omnibus membris suis dicens, Ite maledicti in ignem aeternum. Destruet dico, Illustratione aduentus sui, id est in claro aduentu suo. Cuius, Antichristi aduentus est, Secundum operationem Satanque. Quia diabolo instigante & cooperante qui illum possidebit totum faciet, non tamen sine sensu ut phrenetici qui culpam non habent de malis: ita si vexaretur a diabolo tanquam phreneticus non ei imputaretur quicquid ageret. Et illius aduentus erit in omni virtute humanae potestatis & diuitiarum, Et signis, minoribus, Et prodigiis, maioribus, Sed mendacibus. Quia per magicam artem non veram faciet illa, & per phantasia deludet homines, sicut Simon Magus deludit illum qui putans eum occidere arietem decollauit pro eo. Et ideo etiam mendacia dicuntur, quia mendacia confirmant, scilicet illum esse deum. Ambigi ergo solet

Aimo. vtrum vel ideo dicta sunt mendacia, quia non vera ut videtur sed phantastica erunt, id est quia mortales sensus per phantasmata deceptus est: ut quod non facit, facere videatur. Vel ideo, quia & si vera sunt dei permissione, ad mendacium trahent. Tunc enim soluetur Satanus, & per illum Antichristus in omni sua virtute mirabiliter quidem sed mendaciter operabitur. Et, erit aduentus illius in omni seductione iniquitatis his qui pereunt, quia minis, blanditijs, & omnibus alijs modis seducet eos qui perditioni dediti sunt. Eo, id est ideo, Quod non receperunt charitatem veritatis, id est Christi, in quo implentur promissa omnia, id est ideo quia non receperunt Christum, qui charitatem omnibus ostendit, & veritatem impleuit. Non receperunt charitatem dico, Ut salui fierent, id est qua saluarentur recepta. Et ideo, scilicet quia non receperunt veritatem. Mittet illis deus, id est permittet venire ad eos. Operationem erroris, id est eum qui est ipsa malitia, quia est pater omnis malitiae & iniquitatis, Ut credant mendacio, scilicet quod Antichristus sit deus, Ut omnes qui non crediderunt veritati, id est Christo qui vere deus est. Sed consenserunt iniquitati, Antichristi tandem aperte, Iudicentur, qui interim occulte iudicantur. Vnde ait,

Augustinus de ciui. dei. Augustinus. Aimo. Augustinus.

Mittet illis deus, id est permittet venire ad eos. Operationem erroris, id est eum qui est ipsa malitia, quia est pater omnis malitiae & iniquitatis, Ut credant mendacio, scilicet quod Antichristus sit deus, Ut omnes qui non crediderunt veritati, id est Christo qui vere deus est. Sed consenserunt iniquitati, Antichristi tandem aperte, Iudicentur, qui interim occulte iudicantur. Vnde ait,

Mittet illis deus &c. Quia deus diabolum ista facere permittit, iusto ipse iudicio, quamuis faciat ille in iniquo & maligno consilio: proinde iudicati seducentur, & seducti iudicabuntur: sed iudicati iudicio dei occulte iusto & iuste occulto, seducunt. Seducti autem iudicabuntur nouissimo manifestoque iudicio per Christum iustissime iudicaturum & iustissime iudicatum. Nos autem, quod dicitur, De illis ita fiet, vos autem venietis ad salutem, quia recepistis veritatem. Vnde gratias agimus deo. Et hoc est quod ait, Nos autem fratres dilecti a deo debemus agere gratias deo semper pro vobis, eo quod, ab aeterno, Deus elegit nos, & vos, Primitias, fidei, ut, scilicet non in periculoso tempore ultimo, sed in primitiua ecclesia crederemus in Christum atque fide confiteremur. Elegit dico, In salutem aeternam. Vel, Elegit nos, apostolos, Primitias omnium credentium, quia apostoli, primum crediderunt, & hoc, In salutem, omnium gentium. Nos & vos dico positos, In sanctificatione spiritus sancti, quia spiritus sanctus in baptismo sanctificat. Et in fide veritatis, id est Christi, per quod autem ad fidem venerint, subdit dicens, In qua, fide: sicut gratis elegit nos ab aeterno: ita Et, gratis, Vocauit, nos auersos, Per euangelium nostrum. Vocauit dico, In acquisitionem domini nostri Iesu Christi, id est ut per fidem acquiratis gloriam quam habet Christus. Vel, in acquisitionem domini nostri Iesu Christi, id est ut sitis acquisitio in qua Christus glorificetur. Itaque, quod dicitur, quia haec bona sunt nobis, & non instat dies domini, Itaque, fratres state, immobiles in fide. Et, ut stetis, Tenete traditiones quas, a nobis didicistis, usque ad intellectum, Siue per sermonem praesentem, siue per epistolam nostram. Ipse autem, quod dicitur, Ego moneo vos. Sed ipse deus noster Iesus Christus & deus pater, eius & Noster, qui dicitur deus, potentia qua creator est vniuersorum: & pater, affectu, id est dulcedine charitatis. Qui dilexit nos dando filium suum pro nobis. Vnde subdit, Et dedit consolationem aeternam, id est Christum qui est consolatio nobis contra miseriam huius seculi, & in futuro. Vel, Dedit consolationem aeternam, promittendo regnum caelorum. Et dedit spem bonam, scilicet quod de isto exilio ad patriam veniemus. et hoc, In gratia, id est per gratiam, quam dedit, speramus. Vel haec omnia dedit non merito nostro, sed In gratia, sua. Ipse inquam qui iam tot fecit, Exhortetur corda vestra, id est voluntates, Et affirmet, contra impugnatores, in omni opere bono & sermone bono.

Occultum iudicium quod merito vnius peccati cadit in aliud. Aimo.

CAPVT III.

**D**E cetero fratres orate pro nobis ut sermo dei currat, & clarificetur sicut & apud vos, & ut liberemur ab importunis & malis hominibus. Non enim omnium est fides. Fidelis autem dominus est, qui confirmabit vos & custodiet a malo. Confidimus autem de vobis fratres in domino, quoniam quaecumque praecipimus & facitis, & dominus autem dirigat corda vestra in charitate dei & patientia Christi. Denunciamus autem vobis fratres in nomine domini nostri Iesu Christi, ut subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate, & non secundum traditionem quam acceperunt a nobis. Ipsi enim scitis quemadmodum oportet imitari nos, quoniam non inquieti fuimus inter vos neque gratis panem manducauimus ab aliquo, sed in labore & fatigatione nocte & die operantes, ne quem vestrum grauaremus. Non quasi non habuerimus potestatem, sed ut nosmetipsos formam daremus vobis ad imitandum nos. Nam & cum essemus apud vos hoc denunciabamus vobis, quoniam si quis non vult operari, nec manducet. Audiuius enim inter vos quosdam ambulantes inquiete, nihil operantes, sed curiose agentes. His autem qui eiusmodi sunt denunciamus & obsecramus in domino Iesu Christo, ut cum silentio operantes, suum panem manducet. Vos autem fratres nolite deficere beneficientes. Quod si quis non obedierit verbo nostro per epistolam, hunc notate, & non commisceamini cum illo ut confundatur. Et nolite quasi inimicum existimare, sed corripite ut fratrem. Ipse autem deus pacis det vobis pacem sempiternam in omni loco. Dominus sit cum omnibus vobis. Salutatio mea manu Pauli, quod est signum in omni



epistola. Ita scribo. Gratia domini nostri Iesu Christi cū omnibus vobis. Amen. D

Dæ cetero, o, fratres orate pro nobis, vt sermo dei. i. euāgeliū quod dedit deus nobis vel quod de deo agit, Currat, sine impedimento ad omnes gentes vt multi velociter cōuertatur. Et clarificetur. i. clarus & intelligibilis fiat hominib⁹. Currat dico, Sicut & apud vos, cucurrit. Orandū eē hortatur vt dignetur deus doctrinā suā infatigabili cursu dirigere & transfundere per ora apostolorū ī aures audientiū, & ab aurib⁹ ī corda vt cōpesceret & sedaret seditiones malorū hominū. Vñ subdit, Et vt liberemur ab hominib⁹. f. a pseudo ne nos seducant, vel nobis insidias tēdāt. Importunis .i. improbis in disputando. Et malis, quia falsa p̄dicant. Vel, Vt liberemur ab importunis hominibus. i. infidelibus qui resistunt verbo veritatis, nec stant in portu quietis, Et malis scilicet qui persequuntur fideles. Ideo dico liberemur, Enim. i. quia Nō omnīū ē fides. i. nōdū acceperunt omnes fidē per me qui accepturi sunt. Vel ita, Vere importuni sunt & mali. Non enim omnīū, illorū est. Fides, id est omnes importuni nō habēt fidē, quia eorū nullus fidē habet, sed est error quod tenēt, sed vos qui habetis fidē confirmabit deus. Vnde subdit, Fidelis autē. Vel ita. Nō enim. q. d. Ideo hortor vos orare vt sermo dei currat & clarificetur, quia Nec etiā vobis orantib⁹, Omnīū est fides. i. non omnes sunt credituri, sed tātū p̄ordinati in vitā aeternā, p̄destinati ī adoptionē filiorum. Ideo autē de⁹ per orationes credētīū, nōdū credēs credere facit, vt ostendat quia ipse se facit. Nemo est. n. tā imperitus, tā ingenio tardus, qui non videat deum quod rogari se p̄cipit, vt faciat. Et sciēdū quia posse habere fidem sicut posse habere charitatē natura est hominū: habere autem fidē sicut charitatem, gratia est fidelium: sed cum voluntas credendi aliis p̄paratur a deo, discernendū est quid veniat de misericordia, qua gratis liberat, & veritas, quia iuste iudicat. Fidelis autem. q. d. Orate vt liberemur, qua gratis liberat, & veritas, qua iuste iudicat. Fidelis autem. q. d. Orate vt liberemur. Deus autem qui fidelis est. i. verus in promissis. Confirmabit vos, ne importuni decipiant Et a malo custodiēt vos, Confidimus autem. q. d. Hęc omnia vobis diximus nō puto frustra. Sed confidimus de vobis, o, fratres in domino, qui in vobis operabitur. Quoniam quæcūq; p̄cipim⁹, vobis, Facitis & facietis. Vt autē hoc sit, Dominus dirigat corda vestra. i. volūtates. i. si quid torpiditatis in vobis est, auferat. Volūtatates dico dirigat vt existāt In charitate dei. f. quā de⁹ dat, vel vt deū diligatis. Et patiētia Chrī, scilicet vt patientes sitis sicut & Christus fuit Denunciamus autem. Incipit hic de curiosis & ociosis, mōnens bonos vt eos corripiant, quasi dicat, quod p̄cipimus facietis, sed qui noluerit facere, excommunicet. Et hoc est quod dicit, Denunciamus autem vobis, o fratres in nomine domini nostri Iesu Christi, id est per Iesu Christi autoritatē p̄cipimus, vel in honore Christi, quia honor Christi est si morbida ouis excluditur Vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate, id est non communicetis eis qui ambulant inordinate, id est aliter quā ordo nature exigit. Et, ambulante Non secundum traditionem quā acceperunt a vobis. i. non secundum doctrinam qua tradidimus eis. Ipsī enim. q. d. Ideo debetis vos subtrahere, quia Vos ipsī scitis quemadmodū id est in quibus Oporteat imitari nos, & cum illi hęc non faciant, debetis vitare eos. Et vere oportet imitari nos, quia boni sumus: quod ita ait, Quoniam non inquieti fuimus inter vos. neque gratis. i. sine labore proprio. Manducauimus panem sumptum, Ab aliquo. Vel ita. Ipsī enim scitis. q. d. Vere non ambulant secundum traditionē nostram. Ipsī enim scitis quemadmodum oporteat imitari nos. i. quomodo me habui in quo habitandus sum, quod in illis non videtis. q. d. non est quod exponam vobis eam traditionē, quia eam scitis. f. Quoniam, id est quod Nō inquietus fui inter vos, vt illi qui aliena negocia currāt vagantes hac & illac. Nec gratis panē mand. sumptū, Ab aliquo, sed fuimus In labore, cōtra gratis. Et fatigatione. q. d. ille labor fuit vsque ad fatigationē. Nos dico, Nocte & die operantes, contra hoc quod supradixit ab aliquo Operantes dico, Ne quem vestrum grauarem⁹. & ne quis diceret eum ideo non accepisse, quia nō haberet potestātē, subdit, Nō, ideo nō accepim⁹, Quasi nō habuim⁹ potestātē, accipiēdi, cū isti multo magis debēt viuere de labore suo qui nō habēt hęc potestatem. Non ideo inquā non accepimus, Sed, ideo, Vt daremus nosmetipsos formā vobis ad imitandum nos id est vt imitami nos, & otium dimittereti s. Ecce pro alia

Ambrosius  
Aimo.

Augu.  
ad Vitalem

Augustinus  
in lib. sentē.  
Prosperi.

causa hic, quam apud Corinthios abstinuit. Hic. n. pro exēplo dando abstinuit, ibi pro repellendis pseudo. Et notandū quia non solū verbis docebat, sed hortabatur & factis Idonei enim magistri est ea quæ verbis docet operibus implere. Et si enim manifesta vera esse non ignorentur quæ docentur, tamen si negligi cōperint a magistrō, nō facile proficient audientibus. Magis enim opera suadent quam verba: ideoque magnis p̄conijs remunerandi sunt qui negligentibus magistris de solis verbis proficiunt. Apostolus ergo forma erat his qui tenues erant substantia in plebe, vt dicerent libertatem suam non amittere. Vnde & Salomon, Raro, inquit, inferes pedem ad amicum tuum ne satiatu tu oderit te. Qui enim frequenter ad alienam mentem cōtinentur ocio deditus, aduletur necesse est pascenti se, cum religio nostra ad libertatem homines aduocet. Vnde subdit, Nam & c. quasi dicat. Opera bar inter vos ad exemplum vestrum. Et vere, sic enim faciēdum docebam. Et hoc est quod ait, Nam & cum essemus apud vos, hęc denunciamus vobis, quoniam si quis non vult operari non manducet. Dicunt quidam de operibus spiritualibus hoc Apostolum p̄cepisse. Alioquin si de corporali opere hoc diceret, in quo vel agricolæ vel opifices laborant, videretur sentire aduersus dominum qui in euangelio ait, Nolite solliciti esse quid manducetis sed superstue conantur & sibi & cæteris caliginem obducere, vt quod vtiliter charitas monet, non solum facere nolint, sed nec intelligere: cū in multis alijs locis epistolarū suarum quid hinc sentiat Apostolus apertissime doceat. Vult enim seruos dei corporaliter operari, vnde viuant, vt non compellantur egestate necessaria petere, nec est contra illud quod p̄dictum est, Nolite solliciti esse quid mand. Non enim hoc ideo dictum est vt ista non procurent quantū necessitati sat est. Vnde honeste potuerint, sed vt non ista intueantur, & non propter ista faciant quicquid in euangelij p̄conio facere iubentur. Audiuimus enim. Hic ostenditur ratio, cur laboris sui mentionem fecerit, quasi dicat hoc ideo p̄cipio, quia audiuimus enim inter vos quosdam ambulātes inquiete, nihil operantes: sed de alienis, Curiose agentes, hoc modo merentur pasci, quod factum abhorret disciplina dominica. Eorum enim deus venter est qui fœda cura necessaria sibi prouident. His autem qui eiusmodi sunt denunciamus, & obsecram⁹ in domino IESV CHRISTO vt cum silentio, scilicet nō rumorōsi Operātes manducant panem suum, id est proprii laboris: ne autem hac occasione ministrare cessarent pauperibus, addidit. Vos autem fratres nolite deficere beneficientes pauperib⁹ quia & si operentur, possunt tamen nonnullis indigere, & ideo monet ne illi qui habebant vnde seruis dei necessaria p̄berent, hac occasione pigrescerent. Non enim in reprehensionem venit qui humanus est in largiendo, sed hic qui cum possit laborem ferre, ociose vult vitam agere. Quod si quis, quasi dicat. P̄cipimus vt operentur & c. Quod id est sed, si quis non obdierit, huic, Verbo nostro, mandato vobis, Per epistolam, hunc notate, id qui sit mihi significare. Vel, Notate, id est reprehendite. Vel ita, Si quis non obdierit verbo nostro per epistolam, vestram Hunc notate, nobis, & nos asperere increpabimus illum, Et non commisceamini cū illo vt confundatur, id est erubescat abiectus ab omnibus, vt sic se subiciat p̄ceptis Apostoli: Et, tamen Nolite aestimare, eum, Quasi inimicum, vt odio habeatis eum, Sed, ex dilectione, Corripite eum, Vt fratrem. Ipse autem deus pacis det vobis, hic & in futuro, Pacem sempiternam in omni loco, scilicet & apud domesticos & apud extraneos. & vt pacem habeatis, Deus sit cum omnibus vobis. Salutatio mea manu Pauli, scripta est Quod est signum in omni epistola. Ita scribo, quomodo? Gratia dñi nostri Iesu Christi, sit Cum omnibus vobis. Amen. Propter adulteratores scripturarum manu sua in fine omnium epistolarum salutationem se subscribere testatur, vt sub nomine eius epistola nulla accipiat, quæ non fuerit manu eius subscripta.

Ambros.

Augu.  
de op. m. d.

Ambrosius.

Augustinus.

Aimo.  
Ambrosius.

Argumentum in epistolam ad Timothæum primam.

**T**imothæum instruit & docet de ordinatiōe episcopatus & diaconii & omnis ecclesiasticæ disciplinæ: scribens ei a Laodicia per Tychicum diaconem.

CAPVT I.



**P**AVLVS Apostolus Iesu Christi secundum imperiū dei saluatoris nostri & Christi Iesu spei nostre, Timotheo dilecto filio in fide, gratia & misericordia & pax a deo patre & Iesu Christo domino nostro. Sicut rogavi te vt remaneres Ephesi cum irem i Macedoniā, vt denunciare quibusdam ne aliter docerent, neque intenderent fabulis & genealogiis interminatis quæ quæstiones prestant magis q̄ ædificationem dei quæ est in fide. Finis autem præcepti est charitas de corde puro & conscientia bona, & fide non ficta.

Hierony.

Aimo. Ambrosius

Aimo.

Aimo.

Ambro.

Aimo.

Aimo.

**P**AULVS &c. Hanc epistolam scribit Apostolus Timotheo aut̄ iste fuit filius mulieris fidelis, patre Gentili procreatus: & cū nō esset circumcīsus, & esset ipse Gentilis, huic dabāt bonū testimoniū fratres qui erant Lystris & Iconij. Hunc voluit Paulus proficisci secum, & iō circumcidit propter Iudæos qui erant in illis locis. Eratq; eruditus tam diuinis scripturis quam liberalibus artibus. Hūc Ap̄lus creauit ep̄m, & iō eū cōmonet vt sollicitus sit in ecclesiastica ordinatiōe. Timotheo. n. in Asia relicto ep̄o scribit Paulus de episcopali officio, f. quō pseudoapostolis resistat, & quō ecclesiam instruat, quales præsbyteros & diacones ordinet, quales viduas honoret, quō in ecclesia se habeat, vel quō eam regat. Et est intentio Apostoli in hac epistola instruere Timothæū de episcopali dignitatis officio. Modus talis. Primo salutat eū, deinde monet, vt pseudoapostolis resistat, postea instruit de episcopali officio docens quales debeat ordinare præsbyteros & diacones, & quales debeant esse mulieres eorū: deinde quales viduas recipere debeat: postea de modo correctionis instruit eum. In fine autem monet vt vitet prophanas nouitates, præmittit vero salutationem dicens, Paulus ap̄lus Christi Iesu. Nomē dignitatis præponit, vt hac autoritate Timotheus munitus, resistat pseudoapostolis. Apostolus dico, Secundū imperium. i. secundū iussione & voluntatem Dei, patris Saluatoris nostri & Iesu Christi, & spei nostre. f. per quem speramus gloriā. qui ergo Apostolo resistit, imperio dei patris qui saluat, & Christo ex quo est spes gloriæ, repugnat. Salutem autem refert ad patrem & spem nostram ad Christū: iō quia p̄ dedit nobis salutem per filiū suum, quem dignatus est mittere nobis, & per sp̄m sc̄m quē nobis tribuit in baptismo & alijs sacramentis. Per Christum vero habemus spem. i. expectationem futurorū bonorum: quia sicut ille resurrexit a mortuis, & ascendit ad cælos: ita per ipsum speramus resurrectionem, & ad gloriam eternæ beatitudinis ascensionem. Paulus inquam, scribit, Timotheo dilecto filio suo in fide: & ante alia salutat in hūc modū. Gratia & pax, sit tibi. A deo patre & Christo Iesu dño nostro. Attende quod in hac salutatione tria ponit quæ ei optat, cū in alijs tantū duo posuerit. Mīa hic accipitur quod in alijs epistolis dicit̄ gratia. i. remissio peccatorū. Pax est tranquillitas aī & prælibatio eternæ pacis. Hāc cōmuniter omnib⁹ optare solet. gratia vero quā hic addit episcopis optat. i. donatio sp̄s sc̄i, quo ministri dei arman̄. Sicut rogavi te. Post salutationē pri⁹ de pseudo repellēdis incipit hic, legē adhuc tenēdā docētib⁹. q. d. o Timothee ita. f. fac Sicut rogavi te, quāsi cōparē, nō dico præcepi quāsi minori: quod facit apostol⁹ propter affectū charitatis, & vt formā hūilitatis illi oñderet. Ita ergo & nō mi⁹ quā rogavi facito. Quid rogavi vt remāeres ephesi ad ordinādā ecclesiam, Ephesus ē ciuitas metropolis Asię. Cū ire i macedoniā, iō rogavi te ibi remanere. Vt denūciare quibusdā, discretis a catholica fide, tā doctiorib⁹ quā miorib⁹ Ne, doctores aliter docerēt quā nos: Neq; subditi, Intēderēt fabulis, Iudeorū, qui dicūt duas mulieres fuisse.

primo homini: Euam: & alteram ex qua dicunt multos filios esse natos quod nunquā sacra pagina narrat. Vel fabulas hic dicit doctrinā illorum qui legē cum gratia prædicant esse necessariam. Quod enim dicit de lege fabula est non res. Ideo episcopus coepiscopum suū obsecrat, ne pateretur Iudæos iudaizantes aliter docere populum quā ipse tradiderat, nec subditos, Intendere fabulis eorum & genealogiis, quibus narrat se esse de genere Abraham & David, quāsi eis salus debeat. Vel quibus narrat Christum non esse de David. Genealogiis dico, interminatis. i. quæ sine termino sunt, vel prohibitis a deo. Hereticus quidē inimicus legis & prophetarū, existimat apostolum hoc loco diuina eloquia fabulas appellasse sicut & alibi cū ait, prophanas & aniles fabulas deuita. Quis ita nisi heretic⁹ multū cec⁹ erraret? Cur ergo ipse idē fecit, si hęc esse aniles fabulas indicauit? Cur dicit Abraham duos filios habuit, & alia huiusmodi. Sed melius dicitur quod Iudæi præter legitimas scripturas habent tradiōes suas non scriptas, quas memoriter tenent, & alter in alterum loquendo transfundit, quas deuterofin vocant, vbi dicunt duas vxores deū primo homini creasse, ex quib⁹ textūt genealogias infinitas, parientes infructuosissimas quæstiones. Illas autem dicit fabulas. i. fictiones & excogitationes, ad quas etiam pertinebant illa de quibus dñs ait, Iriritū fecistis præceptum dei, vt traditionem vestrā seruetis, vbi arguit Iudæos quod de parentibus nō honorādis impietate docerēt filios suos. Moses autē dicit, Honora patrē tuū, & matrē tuā. Vos autē dicitis, Si dixerit homo patri vel matri corban quod ē donum quodcūq; est ex me tibi profuerit: & ultra non dimittitis eum quicquā facere patri suo vel matri, rescindentes verbum dei per tradiōem vestram, & huiusmodi multa facitis. Vbi euidenter Christus ostēdit, & illā dei esse legē quā prophanus iste blasphemat, & Iudæos habere suas tradiōes a libris prophetis & legitimis alienas, quas appellasse apostolū fabulas prophanas & genealogias interminatas nō heretic⁹ sed catholic⁹ lector intelligit. Quæ, fabulę. Magis parat quæstiones. i. lites: Quā edificatiōne, iustitię, Dei. i. nō edificāt homines i iustitia dei, Quæ, edificatiō iustitię est, In fide. Finis autem. Vel, Enim. q. d. Vere ē in fide edificatiō iustitię dei, quia ex fide ē spes & inde ē charitas, quæ est impletio legis. Et hoc est quod dicit, Finis. n. &c. Vel ita, Finis autē. q. d. docent & intēdunt fabulis & genealogiis, sed finis & adimpletio legis ē charitas. quare non est opus alijs. Et hoc est quod dicit, Finis autē præcepti. i. impletio & cōsummatiō Est charitas. Finis dicitur terminus. Finis etiā dicitur consumptio. Finis quoq; dicitur impletio & cōsummatiō. Aliter enī dicitur, finitur panis, aliter finitur tunica, aliter finitur hic vel ibi ager: finitur panis māducādo, finitur tunica texēdo, & ibi sonat finis & illic: sed panis finitur vt cōsumatur, & tunica vt cōsummetur: panis finitur vt non sit, tunica vt perfecta sit. Sic ergo charitas est finis. i. perfectio præcepti. i. præceptorum oīm, quorum impletio est dilectio, & ea gemina est. f. dei & proximi. Tota enim magnitudinem & amplitudinē diuinorū eloquiorū secura possidet charitas, qua deū proximūq; diligimus, quæ radix est oīm bonorū. Vnde in his duobus mada tis tota lex pendet & prophetæ. Si ergo non vocat oēs paginas sanctas perscrutari, omnia inuolucra sermonū euoluere, omnia scripturarū secreta penetrare, tene charitatem vbi pendent omnia, quia finis omniū est dilectio Dei & proximi, nullum rerum diligendarū genus in his duobus præceptis prætermisum est. Cum enim præcurrat dilectio Dei, & sequatur dilectio proximi, de dilectiōe tua nihil dictum videtur. Sed cū dictū est, Dilige proximum tuū sicut teipsum, simul & tui abs te dilectio prætermissa non est. Ille autem sancte & iuste viuūt qui ordinatam habet dilectionem, ne aut diligat quod non est diligendum, aut non diligat quod est diligendum: aut æque diligat quod minus vel amplius diligendum est, aut minus vel amplius diligat quod æque diligendum est. Omnis homo inquantū peccator est, non est diligendus: inquantum vero homo est, diligendus propter deū est, Deus vero propter seipsum, & deū quisq; amplius debet diligere quā seipsum. Itē amplius alius hō diligendus est quam corpus nostrum quia propter deū omnia ista diligenda sunt: sed cum oībus prodesse non possis, his potissimum constricūti tibi quāsi quadā forte iunguntur. Omniū igitur hęc summa est, vt intelligatur legis & omnium diuinarum scripturarum plenitudo, esse dilectio rei qua fruendum est, & rei quæ nobiscum ea rei frui potest, id est dei & proximi.

Ambrosius

Augu

Aimo.

Augustinus

Aimo.

Aimo

August. de doct. chris

Præcipitur enim de<sup>9</sup> diligere & proximo, ut autem quisque se diligat alio speciali præcepto non est opus. Charitas ista amor dei & proximi est. Amor huius seculi cupiditas dicitur. *Augustinus in psal. xxxi* minuit cupiditas charitate crescente. Cupiditas ergo refrenetur, charitas excitet. Quia charitas est finis præcepti, id est ad charitatem refertur omne præceptum, quod vero timore poenæ, vel aliqua intentione carnali fit, ut non refertur ad charitatem, nõdum fit quæ admodum fieri oportet, quãuis fieri videatur. Tunc ergo & præcepta & cõsilia recte fiunt cum referuntur ad diligendum deum, & proximum propter deum. De corde &c. Hic diffinit charitatem & non alibi, ut nec ubique; nusquam diffinita sit. q. d. charitas est finis præcepti. Qualis charitas? procedens De corde puro, id est de puro intellectu, ut nihil nisi de<sup>9</sup> diligatur. Et, de Conscientia, id est spe, Bona. Conscientia hic ponitur pro spe. ille enim se ad id quod diligit peruenturum esse desperat, cui malæ conscientia scrupulus inest. Ille enim sperat qui bonam conscientiam gerit, quæ vero pugnet mala conscientia retrahit se à spe. Addit. Et, de Fide non ficta. i. simulata, in qua. f. quis non sibi quælibet fingit, sed catholica. Vel, Fide non ficta, id est fictili & fragili, sed contra aduersa forti.

A quibus quidam aberrantes conuersi sunt in vaniloquium volentes esse legis doctores, non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant. Sci mus autem quia bona est lex si quis ea legitime utatur, sciens hoc quia lex iusto non est posita, sed iniustus, & non subditis, impiis & peccatoribus, sceleratis, & contaminatis, patricidis & matricidis, homicidis, fornicariis, masculorum concubitoribus, plagiaris, mendacibus, & periuris, & si quid aliud sanæ doctrinae aduersatur, quæ est secundum euangelium gloriæ beati dei quod creditum est mihi. *Augustinus in psal. xxxi* Gratias ago ei qui me confortauit in Christo Iesu domino nostro, quia fidelè me existimauit ponens in ministerio. Qui prius blasphemus fui & persecutor & contumeliosus, sed misericordiam dei consecutus sum, quia ignorans feci incredulitate. Superabundauit autem gratia domini nostri cum fide & dilectione, quæ est in Christo Iesu. Fidelis sermo, & omni acceptio dignus, quia Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum. Sed ideo misericordiam consecutus sum, ut in me primo ostenderet Christus Iesus omnem patientiam ad informationem eorum qui credituri sunt illi in vitam æternam. Regi autem seculorum immortalis inuisibili soli deo honor & gloria in secula seculorum. Amen.

A quibus improbat hic aduersarios qui legalia tradebant dicens, A quibus, scilicet fide, spe, & charitate. Quidam aberrantes conuersi sunt in vaniloquium, de legalibus putantes ea seruari debere post Christum, nescientes mysterium legis, & prophetarum, scilicet quod usque ad Christum seruari debent. Illi, dico, Volentes esse doctores, legis, quod deterius est. Non intelligentes neque ea quæ loquuntur. i. quæ affirmant. Neque, ea De quibus, id est per quæ, Affirmant, ut sint testimonia prophetarum. Vel econuerso. f. Non intelligentes neque quæ loquuntur, ad probandum quæ intendunt. Neque de quibus, ea affirmant. i. quæ probare intendunt. Si quando enim de praua & falsa opinione sua reprehendi & conuinci cõperint, ad defendendum id quod leuissima temeritate & apertissima falsitate dixerunt, de sanctis libris multa verba pronuntiant volentes esse legis doctores, cum tamen non intelligent quæ loquuntur, vel de quibus. Et ne videatur legem incusare, addit, Scimus autem. q. d. illi non intelligunt: nos autem, intelligimus, nam ut hoc in aliquo ostendatur. Scimus quia lex bona est secundum eos vero qui carnaliter tantum intelligunt non est bona: quia bona tantum est. Si quis, iustus vel iniustus, utatur ea legitime. i. spiritualiter sicut ipsa docet, ut. f. per eam agnoscat morbum, & quærat medicum. Legitime etiã utitur, qui scit eam ad tempus datam, & sub Christo de feri. nam iniustus per remissionem non est opus lege a qua liberi sunt per Christum. Et ne iterum videatur eam inducere subdit inde, Scienter, etiã Hoc, quod non illi sciunt. f. Quod iusto non est lex posita. i. imposita, ut supra eum sit, ut ei dominetur. In illa enim est potius quã sub ipsa & cum ipsa, quia amicus iustitiæ est, cuius inimicus est qui poenæ timore non peccat. Amicus vero qui eius amore non peccat, & tunc vero timet peccare.

Vel, Non est lex posita iusto, id est data pro iusto, quia non ex ea iustus est sed ex fide, & cum iustus sit ex fide, quid ei est necessaria lex? sed ideo data est, vel ut reum puniret, vel peccare volentem coerceret: iustus tamen & si ea non egeret, utitur, ut sic esset in autoritate alijs, & futura attestaret factis. Quod autem bona est lex si non iusto est posita? Sed sciendum quia iam iustus non eget pedagogo, sed iniustus ut fiat iustus. & lege legitime utendi multiplex est modus, ut secundum aliud iustus, & secundum aliud iniustus recte dicatur legitime uti lege. Iniustus enim lege legitime cum intelliges quare sit data, eius comminatione rãquã pedagogo perducitur ad gratiam per quam iustus fiat. Iustus vero etiã ea legitime utitur, cum eam tenendo imponit iniustus, ut cum in ipsis cõcepit inolite concupiscentiæ moribus incitatio prohibitionis, & cumulo præuaricationis augeri, confugiant ad iustitiam cantem gratiam, & per eam suauitate iustitiæ delectati poenam literæ minantis euadant. ita non sunt contraria nec inter se repugnant hæc duo, scilicet quod lex bona est eaque legitime utitur iustus, & tamen iusto posita non est, quia non ex ea iustificatus est, sed ex lege fidei. Lex non est imposita iusto, dico, Sed iniustus, qui contra legem naturæ agunt. Et non subditis, deo, cum bene moneretur a ratione. Qui autem sunt iniusti & non subditi, per partes exponit dicens. f. Impijs, contra deum, Et peccatoribus, in se & in proximum. Et sceleratis, quibus scelus per se placet. Et contaminatis, qui vel fauore aliquo vel timore consentiunt. Vel, Peccatoribus, in se: Sceleratis & contaminatis, in proximum: Parricidis & matricidis, quia lex naturæ in his obfoluerat, literis est reformata eis coercendis: Et homicidis, & fornicarijs, masculorum concubitoribus, plagiaris, qui plagas cuiuslibet generis inferunt proximis: Mendacibus, periuris, & si quid aliud est, quod aduersatur sanæ doctrinae. f. morali & legi naturali. Quæ, sana doctrina est non contra, Sed secundum euangelium. Omnis enim veritas concordat euangelio. Euangelium dico, Gloriæ beati dei id est quod prædicat, vel gloriã. Quod euangelium, Creditum est mihi, ut fidelis. Gratias ago. Hic ostendit mala sibi fuisse in lege: bona vero ea dimissa. f. quod fidelis est, & positus est in ministerio. unde fortis est. q. d. creditum est mihi euangelium. Unde, Gratias ago ei qui me confortauit, id est qui mentem meam roborauit quæ prius impossibile putabat esse se quod de domini potestate & gemina natiuitate & resurrectione & spe prædicabatur: sed corroborauit me adeo ut hæc credam, & ut nec mors nec vita separet me a Christo. confortauit dico, In Christo Iesu domino nostro, inde gratias ago quia certa præscientia. Existimauit. i. prauit, Me fidelem, in ipso, cum sub lege fuisset infidelis. Ipse dico, Ponens me in ministerio, prædicandi euangelium. Sed utrum fuerunt mihi per legem: non quia ego sum, Qui prius, scilicet dum essem sub lege, fui blasphemus in deum, Et persecutor, sanctorum, & Contumeliosus, cõprehensus inferens contumeliã, Sed consecutus sum misericordiam dei. i. remissionem per dei misericordiam non per merita mea de eo. f. Quod ignorans feci. i. de peccato quod ignoranter commisi. Vel ita ut causa notetur. q. d. misericordiam consecutus sum, eo facilius quia Ignorans feci. Cõsequuntur misericordiam dei & qui scienter peccant ut Dauid, & qui ignoranter quod facilius ignoscitur, Ego dico degens, In incredulitate, dum sub lege eram. Sub lege enim ignorantia erat, & ideo incredulitas: modo contra, scilicet fides & cognitio veritatis. Ecce patet quia non ex leuitate dimisit priora. Superabundauit autem. quasi d. non solum misericordiam remissionis consecutus sum, sed fidem & dilectionem & gratiam diuersorum donorum. Et hoc est quod dicit, Superabundauit autem gratia domini nostri Iesu Christi, qua dona diuersa dedit, Cum fide & dilectione. i. cum perfectione fidei & dilectionis. Non enim sine fide & dilectione misericordiam consecutus est, quia nulli datur remissio peccatorum sine fide & dilectione. Superabundauit autem dicit, quia maiora bona fuerunt quã olim mala. Vel ita, Superabundauit gratia domini nostri Iesu Christi, cum, id est In fide & dilectione quæ est in Christo Iesu, non in lege. i. quia non solum peccata dimisit, sed etiam fidem & dilectionem dedit de quibus nulli est ambiguum, quia Christus Iesus venit in hunc mundum tam miserum, quasi passibilis cum alijs. Ad quid? Saluos facere peccata. quoscumque, etiam paruulos, quia etiam a baptizatis nati sunt, carne tamen nati sunt non spiritu, non eo quod renouatur. Nulla causa veniendi fuit Christo domino nisi peccatores saluos facere, tolle morbos, tolle vulnera, & nulla causa est medicinæ. Si venit de cælo magnus medicus, magnus per totum orbem terræ iacebat ægrotus. Ipse ægrotus genus humanum est, quod totum perierat,

August. de spu & litera

Augustinus in psal. i.

Augu. in ser. de ver. apõ.



ex quo peccauit vnus, in quo erat totus: sed venit vnus sine peccato, qui saluos faceret a peccato. Venit. n. filius hois querere & saluare q̄ perierat. Venit per q̄ hō erat nō per q̄ de⁹ erat sēper hic erat, qui dixit, Celi & terrā ego impleo. ergo & i mūdo erat & venit. Hic erat per diuinā maiestātē, venit per humanā infirmitatē. Quare venit? peccatores saluos facere. Nō enim de cælo ad terrā merita nostra, sed peccata traxerūt. Vnde, Et vocabis nomē ei⁹ Iesum. Quare? Audi. Ipse. n. saluabit populū suū. Vñ? a peccatis eorum. Nunquid ad istum populū pertinet paruuli? pertinent plane. sic credite cū ista fide paruulos ad gratiam Christi portare. Quid mihi dicis? sanus est? non habet vitium? quare cū illo curris ad medicum, si non habet vitium? Si sanus esset non clamaret Iesus, Sinite paruulos venire ad me, qui venit peccatores saluare facere. Et sermo, iste ē Fidelis. i. verus, Et dignus acceptione, id est acceptabilis, quia vtilis est: & non vna tantum, Sed omni, quia hic & in futuro saluat corpus & animā: sed corpus in futuro, animam hic & in futuro. Vel, Sermo, iste est Humanus. A lia liera, vt non dicam diuin⁹ quia si homo qui hospitio suscipit hominem humanus dicitur, quanto magis humanus est qui in seipso suscipit hominem: & ideo sacramenti huius sermo quauis sit diuinus, recte tamē dicitur esse humanus. Fidelis (inquā) vel humanus sermo est iste. i. quia Iesus venit in hunc mundum tam miserum. Peccatores saluos facere. Quorum. i. inter quos, Ego, qui in lege fueram Sum primus, id est maximus, peior enim omnibus sum, quia persecutor quo non erat peior. Nemo enim acrior inter persecutores: ergo nemo peior inter peccatores. Primus ergo erat non ordine tēporis, sed magnitudine iniquitatis. Sed ideo misericordiam consecutus sum vt Iesus ostenderet in me primo, id est maximo peccatore, Vel, Primum, id est maxime ostenderet in me. Vel, Primum, id est ante. Ostenderet in me, quam in aliis persecutoribus. Quid? Omnem, id est perfectam Patientiam, qua sustinuit tantum, & in posterum nullam reseruat iram, sicut in piis quos diu patitur. Ostenderet dico, Ad informationem eorum qui credituri sunt illi, id est vt mei exempli forma præbita, nullus desperet de immanitate sceleris qui credit illi. Quid enim faciet amico, qui hoc fecit inimico? Credituri sunt, dico, tentantes In vitam æternam id est vt habeant vitam æternam. Regi autem seculorum quasi dicat, prædicta fecit nobis deus, sed pro prædictis sit honor, a creaturis. Et gloria, in essentia. Cui? Regi sec. i. trinitati, Immortali. i. immutabili, Inuisibili. i. incōprehensibili, Soli deo. i. qui solus est deus natura, & solus creat, quod de ipsa trinitate intelligitur non de solo patre, vt quidā volunt. quia non ait, soli patri sed soli deo. Vnus enim & solus deus nobis prædicatur, ipsa trinitas & vnigenitus: quippe secundū quod est deus apud deū, & spūs sanct⁹ in sua natura est immortalis & inuisibilis. Et nota quia de solo deo qui est ipsa trinitas, non est dictū soli inuisibili, cum sint etiā quædā creature inuisibiles. Sed inuisibili soli deo, quia sunt dii falsi inuisibiles, & ideo dictū est inuisibili deo. Est enim quædā creatura inuisibilis, non tamē deus est nobis: & ideo dictū est, Inuisibili soli deo, vt sit ordo, sit Honor & gloria soli deo in. i. qui solus de⁹ est inuisibilis, non qui solus est inuisibilis. Inuisibilis ab hoībus est deus in natura, secundū illud. Deum nemo vidit vnquā: quod de ipsa substantia summa summeq; diuina & in cōmutabili vbi pater & filius & spūs sanctus vnus & solus deus est, per sanam fidē intelligitur. Visiones autē illæ patribus exhibitæ per creaturam cōmutabilem Deo in cōmutabili subditā factæ sunt non proprie sicut est, sed significatiuæ, sicut pro rerū causis & tēporibus oportuit. Videtur enim deus cū vult & sicut vult non sicut est, sed quali specie vult apparere. In futuro autem videbūt eū sicut est. i. sanctam trinitatē quæ est vnus verusq; deus immortalis, inuisibilis in sua substantia. Pater igitur & filius & spiritus sanctus vnus deus est, & rex seculorum omnium. i. præteritorum præsentium et futurorū, homo vero assumpt⁹ a verbo ex eo tempore rex est futurorū ex quo assumptus est a verbo. nam præteritorum seculorum non fuerat rex ille homo quia nō erat. Sit Honor. inquam, Et gloria in secula seculorum. Amen.

Hoc præceptum commendo tibi fili Timothæe secundum præcedētes inter prophetias, vt milites in illis bonam militiam habens fidem & bonam cōscientiā. Quam quidam repellentes circa fidem naufragauerūt, ex quibus est Hymene⁹ & Alexander, quod tradidi Satanæ vt discant non blasphemare.

Augu. in ser. de ver. apo.

Augu. cōtra Maximum.

Augustinus de trinitate

Hoc præceptum. Postquam demonstrauit quæ & quāta sint beneficia dei patris & Christi erga peccatores, quomodo populū imbuat disciplina ecclesiastica ostendit, quasi dicat quia omnis salus est a Christo, non ex lege, ideo O Timothæe tibi, quasi ituro ad bellum, hoc præceptum commendo, quasi non licet tibi dissimulare: commēdo dico secundum præcedentes In te prophetias, id est secundum scientiam prophetarū quæ in te fuit antequā ordinatus episcopus esses. Vel secundum quod spiritus sanctus ostendit mihi de te. Quid præcipio? Vt milites, actu, id est in illis, prophetijs exponēdis, & opere implendis, Bonam. i. vtilem multis, Militiam, id est consuetudinem docēdo te & alios, & perficiendo opere quod prædicas ore, qui bene potes hoc facere. Tu dico, Habēs fidē rectā, Et bonā cōscientiam, ne docens erubescat malæ vitæ cōsciū. Erubescibile enim est aliud agere, & aliud prædicare. Quam, cōscientiam bonam, Quidam flagitijs, Repellentes naufragauerunt, alios, & secum iungentes Circa fidem scilicet prope, sed non intra, id est etiam fidem perdidērūt. Naufragium dicitur nauis fractio. & sicut ille substantiam suam perdit qui naufragium patitur, & insuper ipse perit: ita qui bonam cōscientiam repellunt, fidei veritatem perdunt, & insuper pereunt æternaliter. Ex quibus, scilicet pseudo doctoribus qui fidem perdidērūt, est Hymene⁹ & alexander, Nomina propria ponit vt ambiguum secet. Quos tradidi Satanæ, id est vt trunq; excommunicationi, sic & tu excommunicata. Et nota quod ait tradidi Satanæ, quia illo ad corruptionem hominū vtēbatur illa potestas apostolica. Præuicatoris enim angeli cum principe suo diabolo recte dicuntur procuratores vel actores diuinæ prouidentie. & diabolus magistratus huius mundi dicitur, sed magistratus sub tanto imperatore non facit, nisi quantum illi permittitur: & procuratores actoresque huius mundi nihil faciunt nisi quantum dominus sinit: ideo ait, Tradidi Satanæ vexādos, quia nihil potest Satanæ, nisi permissus qui vexat sibi datos. Tantæ autem potestatis erat Apostolus, tantamq; gratiam habebat, vt recedentes a fide solo verbo traderet diabolo. Traditio autem hæc est, quia commotus Apostolus blasphemijs eorū sententiam protulit in eos. Diabolus autem qui ad hoc paratus est, vt auersos a deo accipiat in potestatem, audita sententia corripit eos. quod ideo fecit Apostolus, non vt peirent, sed vt Sic, correcti, Discant non blasphemare: & intelligant se ideo poenis astrinigi, quia blasphemauerunt. Vnde in euāgelio dominus dicit inter cætera. Iam noli peccare ne deterius tibi contingat, ostendens causam peccati, aliquādo infirmitates inferri corporibus, & quia ministro diabolo sunt, declarauit dominus dicens inter multa, Hæc autem cum sit filia Abrahæ quam alligauit Satanæ decem & octo annis, non oportuit solui a vinculo die sabbati? Ideo Apostolus ait, Quos tradidi Satanæ, vt, per hoc, Discant non blasphemare, vt hoc modo excludatur a Satana regnum Satanæ. Nulla enim creatura est, siue quæ in veritate manet dans gloriam deo, siue quæ in veritate non stetit quærens gloriā suam, quæ velit nolit diuinæ prouidentie non seruiat sed volens, facit cum ea quod bonum est: se illa vero quæ hoc non vult, fit quod iustum est, nec tamen ei rependit quod de ipsa iuste fit, sed quo animo ipsa facit, quia nec liberam voluntatem rationali creaturæ deus negauit, & tamen potestatem qua iniustos iuste ordinat, sibi retinuit.

CAPVT II.



Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus & omnibus qui in sublimitate constituti sunt, vt quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & castitate.

Obsecro igitur. Hactenus egit de pseudoapostolis, hic de orationibus atque Timotheo hæc verba dirigens in illo omni ecclesiæ formam tradidit, quomodo debeat miserum solēnia celebrare, & pro omnibus supplicare. Quasi dicat, quia Christus venit saluare peccatores, & quia in hoc militare debes, igitur doce orare vt impetretur quod faciendum est. Et hoc est quod ait, Obsecro igitur. Vel, Exhortor primo omnium, id est ante omnia, Fieri obsecrationes, vel preces, orationes, postulationes, vel inter-

Ambrosius  
Augustinus  
Aimo.  
Abb.  
ad Paulinum  
Aimo  
Augustinus  
August. de  
de ciuit. dei.  
August. de  
catechizandis  
rudibus  
Nota.  
Augustinus  
Augustinus  
Augustinus  
Augusti.  
de ciuitate

pellationes, gratiarum actiones. Ordo missæ hic ostenditur, quod est speciale genus orationis. Obsecrationes vel preces sunt omnia illa quæ sunt iuxta & ante consecrationem, id est quicquid præcedit in missarum solennijs vsque ad illum locum vbi incipit sacerdos consecrare mysteria corporis & sanguinis domini. Obsecrationes igitur vel preces accipimus quas facimus in celebratione sacramentorum, antequam illud quod est domini mensa incipiat benedici. Orationes sunt quas fundit sacerdos in ipsa consecratione eucharistiæ, id est cum benedicitur & sanctificatur quod est in domini mensa. Postulationes vel interpellationes sunt cum populus benedicitur ab episcopo, qui super eum inuocat nomen domini, quod tractum est ex veteri testamento. Per Moysen enim dicit dominus sacerdotibus, Inuocabitis nomen meum super filios Israel, & ego benedicam eis. Vel postulatione sunt, quando quasi debito aliquid postulat, ut quod hic geritur in æterna vita perficiatur. Gratiarum actio est de peccatis, quæ totum concludit quasi totum sit a deo, ut benedicamus domino. Vel obsecrationes sunt adiurationes pro rebus difficilibus, ut pro conuersione impij & pro remouendis malis Orationes sunt, ut quando iam conuersis virtutes & bona orantur. Gratiarum actiones sunt de omnibus. Hæc inquit fieri obsecro Pro hominibus, generaliter ut sequamur clementiam dei, qua vult. i. consulit, & hortatur omnes saluos fieri, & si secundum iustitiam quosdam reprobet. Vnde Hieronymus ait, In his qui pereunt ostendit iudiciū, ut saluatismiam. Vel, Pro omnibus hominibus, id est pro hominibus omnis generis: & specialiter pro Regibus, & si mali sint. Et, pro Omnibus qui constituti sunt in sublimitate, ut ducibus & comitibus, & si mali sint, quia ex omni genere hominum colligenda est ecclesia, & de his qui fastu & superbia seculari a fide & humilitate videntur oberrare. Quare autem pro regibus & sublimibus orare velit, reddit causam subdens. Ut quietate q. d. ideo pro principibus etiam malis volo fieri orationes, quia hoc etiam nobis proderit ad hoc, ut agamus vitam quietam, a persecutione: Et tranquillam, id est sine inquietatione aliqua quod prodest teneris in ecclesia. Agamus dico, in omni pietate. i. in cultu & religione diuina. Et castitate. i. in integritate fidei. Ad hoc enim nobis necessaria pax illorum. Vtimur & pace Babylonis quandiu permixtæ sunt ambæ ciuitates. scilicet Hierusalem & Babylonia, ex qua ita per fidem populus dei liberatur, ut apud eam interim peregrinetur. Ideo Apostolus admonuit ecclesiam orare pro regibus & omnibus sublimibus eodem spiritu sancto afflatus, quo & Hieremias qui misit epistolam Iudæis qui erant in Babylone ut orarent pro vita regis Nabuchodonosor filiorumque eius & pro pace ciuitatis, inquiens, quia in pace illorum erit pax vestra. Hoc autem figurate significabat ecclesiam in omnibus sanctis eius qui sunt ciues cælestis Hierusalem seruituram sub legibus seculi huius, ideoque Apostolus eam monet pro eis orare ut quietam vitam agant. In pace enim principum quies & regimen seruetur ecclesiarum. Nam in bellis tranquillitas dissipatur, tepescit pietas, distinctio soluitur: qua soluta, infirmorum castitas violatur. In pace Babylonis pax nostra est, utique temporalis quæ bonis & malis communis est, dum inter Babylonios tenemur captiui, quibus & seruire iubemur & tributa reddere, sicut filij Israel sub Babyloniæ regibus seruebant. Pax autem nostra propria, & hoc est cum deo per fidem, & in æternum erit cum illo per speciem. Et ne quis putaret hæc non esse facienda pro his per quos patitur ecclesia addit.

Hoc enim bonum est & acceptum coram saluatore nostro Deo: quia omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Vnus enim Deus, vnus & mediator Dei & hominum homo Christus Iesus, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus. Cuius testimonium temporibus suis confirmatum est, in quo positus sum ego prædicator & Apostolus. Veritatem dico, non mentior, doctor gentium in fide & veritate. Volo ergo viros orare in omni loco, leuantes puras manus sine ira & discipatione. Similiter & mulieres in habitu ornato, cum verecundia & sobrietate ornantes se, & non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste præciosa, sed quod decet mulieres promittentes pietatem per opera bona.

A Mulier in silentio discat cum omni subiectione. Docere autem mulieri non permitto, neque dominari in virum, sed esse in silentio. Adam enim primus formatus est. deinde Eua, & Adam non est seductus, mulier autem seducta in preuaricatione fuit Saluabitur autem per filiorum generationem, si permanserit in fide & dilectione & sanctificatione cum sobrietate.

Hoc. n. bonum est, & c. q. d. Ideo moneo orare pro illis omnibus, quia Hoc. s. pro omnibus orare, Est bonum. i. vtile ecclesie, Et acceptum. i. gratum, Coram deo, cum membra Christi ex omni genere hominum sint colligenda. & ut tolleretur disparatione, addidit, Saluatore nostro, qui vult omnes homines, sicut & nos saluos fieri, & venire ad agnitionem veritatis, id est Christi qui est via, veritas, & vita. Si deus qui omnipotens dicit omnes homines vult saluos fieri, cur non impletur hæc eius voluntas? sed in hac locutione sensus & conditio latet. Vnde Petrus ait, Omnis scriptura indiget interpretatione. Vult ergo deus omnes saluos fieri, si accedant ad eum. Non enim sic vult ut nolentes saluentur, sed vult eos saluari, si & ipsi velint. Aliter non vult excepta a salute & cognitione. Vel ita, Cum legitur quod vult omnes homines saluos fieri, quauis certum sit nobis non omnes saluos fieri: non tamen ideo debemus omnipotentissime dei voluntati aliquid derogare, Non enim: credendum omnipotens aliquid voluisse fieri quod factum non sit, sed ita intelligere debemus quod scriptum est. Vult omnes homines saluos fieri. i. nullus sit saluus nisi quem vult, non quod nullus hominum sit nisi quem saluum fieri velit, sed quod nullus saluus fiat nisi quem velit: & ideo rogandus ut velit, quia necesse est fieri, si ipse voluerit. Sic est intelligendum & illud, Qui illuminat omnes homines, non quod omnes illuminet, sed quia nullus illuminatur nisi a deo. Et illud similiter intelligitur, Omnes in Christo viuificantur; quia sine eo nulli viuificantur, Vel ita, Qui vult omnes saluos fieri, non quod nullus hominum esse saluum fieri nolle, qui virtutes miraculorum facere noluit, apud eos quos dicit acturos fuisse poenitentiam si fecisset, sed ut omnes homines omne genus hominum intelligamus, per quascumque differentias distributum. Et est sensus. Vult omnes homines saluos fieri. i. de omni genere hominum, quia Iudæos, gentes, reges, priuatos, diuites, pauperes, doctos, idiotas, & si quid aliud differentiarum est in hominibus colligit ecclesia. Isto locutionis modo dominus vsus est, vbi ait Phariseis, Decimatis metum, & rutam, & anetum & omne oliu. i. omne oliu. ge n. Potest etiam sic intelligi. Vult omnes saluos fieri. i. facit omnes velle, & quocumque alio modo intelligi potest, dum modo credere non cogamur aliquid omnipotentem voluisse fieri, factumque non esse, quia omnipotens velle inaniter non potest, quodcumque voluerit essentia suæ voluntate. Vel ita: Vult, per misericordiam, id est consulit hortatur & iubet, Omnes homines saluos fieri, & si reprobet, quosdam per iustitiam, Et ne quis putaret bonam vitam & cultum vnus dei esse salutem sine participacione corporis & sanguinis Christi, Vnus (inquit) deus, vnus mediator & cætera ut omnes homines saluari nunquam fiat, nisi per mediatorem non deum verbum quod semper erat, sed carnem factum. Insiste literæ, & iungite sic. Vnus deus enim, quasi dicat. Vere omnes homines vult saluos fieri, quia Vnus est deus creator omnium scilicet sancta trinitas, Vnus est mediator dei & hominum. i. ad componendam pacem quasi medius arbiter. s. Christus Iesus pro omnibus factus Homo, ut sic esset mediator. Non. n. aliter quam per hominem mediat. Hic est arbiter ille quem Iob desiderat dicens, vter esset nobis arbiter. Mediator autem inter deum & homines oportebat ut haberet aliquid simile deo, & aliquid simile hominibus, ne per omnia ab hominibus similitudo longe esset a deo, aut per omnia deo similis longe esset ab hominibus, atque ita mediator non esset. Verax itaque mediator Christus inter mortales peccatores & immortalem iustitiam apparuit mortalis cum hominibus, iustus cum deo: & ideo Christus mediator dei & hominis dignus est, quia inter deum immortalem & hominem mortalem est deus homo reconcilians hominem deo. intantum mediator inquantum homo est. inquit autem verbum non melius est, æqualis deo, & deus apud deum, & similis vnus deus. Vnde dicit Augustinus, Huius medij beata mortalitas interueniendo perducatur, quem neque non fieri mortalem oportebat neque permanere mortalem. Mortalis quippe factus est non infirmata verbi diuinitate, sed carnis suscepta infirmitate. Boni autem angeli inter miseros mortales & beatum immortalem medij esse non possunt, quia ita sunt ipsi beati & immortales cum deo, ut non sint immortales vel miseri cum hominibus. Mali autem angeli quodam

Augustinus  
Augustinus.

Ambro.

Ambrosius

Augu.  
in Ench.

Augustinus.

de cor. & gra.

Augu.

in Ench.

Augu.

ad Iulianum.

Augustinus  
in lib. confes.

mō medij sunt, quia immortales, sunt cū deo, miseri cū hoīb⁹: sed nō veri & boni me  
 dij, quia ad hoc se interponit malus angelus medius imortalis & miser, vt ad beatam,  
 immortalitatē transire nō sinat. cui cōtrarius est bonus mediator, qui & mortalis ad tē  
 pus esse voluit, & beatus in aeternitate persistere potuit, qui nō se interposuit vt ad bea  
 tā immortalitatē transire non sineret: sed ad hoc se interposuit mortalis & beatus, vt  
 mortalitate transacta, ex mortuis imortales, & ex miseris beatos faceret. Ali⁹ est ergo  
 medius malus qui separat amicos, alius bon⁹ qui recōciliat inimicos. i. Christ⁹. Qui  
 dedit semetipsum redemptionē, in hoc indicat omnes velle saluare. Dedit dico, Pro  
 omnibus nullū excepit qui velit Cui⁹, rei, Testimoniū tēporib⁹ suis cōfirmatū est. i. cu  
 ius rei & testes praeceperūt. s. Prophetā, & cōgruo tēpore totū completū est. In quo. i.  
 hęc res testib⁹ approbata est. s. angelis & apostolis. Vel ita, Cui⁹, rei, Te. tē. s. cōfir. i.  
 in qua re prędicada, Posit⁹ sum ego, a deo, Prędicator & apostolus, quod pl⁹ est. Prę  
 dicator enim nomen est actus. Apostolus autē nomen dignitatis. Et i his. s. quod Chri  
 stus dedit se, quod ego sum apostolus Veritatē dico, Et non mentior, in aliqua parte  
 cui credi oportet: quia sum Doct⁹ gentium in fide & veritate, pręceptorum dei, quia  
 fidem docebat, & pręcepta dei vera, Vel, In veritate futura, quę est res & mer  
 ces fidei. Quęris mercedem: fides pręcedat. Credimus enim vt cognoscamus,  
 non cognoscimus vt credamus, Quid est enim fides nisi credere quod non vides? Fi  
 des ergo ē quod non vides credere, veritas quod credidisti videre. Volo. q. d. quia sum  
 doct⁹ gentium, vel quia bonum ē orare, Ergo volo viros orare in omni loco. s. vbi  
 cunq; sint non solū in ecclesia nō deprimētes ad terrena, Sed leuantes ad eterna, Pu  
 ras man⁹. i. bonū affectū cordis qui deū amat. & hoc, Sine ira. i. odio alicuius Et disce  
 ptatione. i. hęsitatione. Vbi est enim tempestas irę vel hęsatio, non placet Deo, Di  
 stinguē, Ira est ad proximum: Disceptatio ad deū. Similiter & mulieres, volo vt orēt  
 & manus leuent sine ira & disceptatione existentes, In habitu ornato. s. religionē ea  
 rū ornante, Eas mulieres dico, Ornantes se, alijs virtutibus, Cum verecundia, vultus,  
 vt nō sit attritę frontis vt meretrices, Et sobrietate, mētis: Et non, ornantes se, In cri  
 nib⁹ tortis. i. crispijs, & nō ornātes se. Aut auro, aut margaritis, vel veste preciosa. Vel  
 ita, nō ornātes se, In crinib⁹ tortis aut auro, aut margaritis, vt crinib⁹ hęc itorta sint.  
 Vel nō ornātes se, Veste preciosa, vt his oibus vltra personę suę modulū & mores, oc  
 cassione mouēdę cōcupiscētię studeāt. Sed potius per omnia Bona opera, sint promit  
 tētes & indicantes extra, Pietatē, animi, Quod decet mulieres. Vel ita, Sed sint ornā  
 tes se per oia bona quia decet mulieres, Promittētes pietatē, Quę. n. vult audiri incli  
 nare se debet amota a se pompa, vt misericordiā dei prouocet. Habitus. n. superb⁹ nec  
 ipetrat, nec recta de se facit credi. Mulier & c. Orādī officij dixit cōuenire oib⁹ & ex  
 posuit, & qualiter, & pro quib⁹, & quare, & quod vbiq; orādū sit. nūc dicit qd docēdi of  
 ficij solis viris cōueniat, & quales ad illud debeāt ordinari, determinat. q. d. Orare cū  
 viris est cōmune mulieribus, sed nō loqui, potius, Mulier in silentio. s. nil interrogās  
 Discat quod ignorat, Cū omni subiectione. i. nō crecta, & hmōi. Docere autē, virū in  
 ecclesia. Mulierem non permitto, si enim loquitur magis irritat ad luxuriā, & irritat.  
 Neq; permitto mulieri, Dominari, aliqua pręlatiōe spiritali In virū, etū in suo sexu  
 Sed esse in silentio vt non cōfabuletur cū vicina, Ecce non solum habitum humilem  
 & honestum habere mulierem docuit, verum etiam docendī auctoritatem ei negauit,  
 & subieciēdā viro pręcepit vt tā habitu quā obsequijs sub ptāte sit, viri, ex quo trahit  
 originē. Adam. n. Cur mulier subiecta sit causam reddit, quia. s. posterior est facta, &  
 prior fuit in culpa, quasi dicat, nō permitto mulieri dominari in virum, sed pręcipio  
 subieci, & hoc ordo creatiōis ostendit, scilicet quod mulier viro subit. Adā enim pri  
 mum format⁹ est, deinde Eva & Adam nō ē seduct⁹, prior scilicet & eo mō quo Eva  
 Mulier autē seducta, viro cōsensu fuit, In pręuaricatione. i. fecit virum pręuaricari a  
 ctū: hęc si dominaretur, facilius seduceretur. Nota quod ait. Adam non est sedu. cū eū  
 pręuaricatore A postolus dicat in similitudinem pręuaricationis Adę, seductum ta  
 men negat. Vnde & interrogatus nō ait, mulier seduxit me, sed dedit mihi & comedi.  
 Mulier vero ait, Serpens seduxit me. Hanc autē seductionē proprie appellauit A posto  
 lus, per quā id quod suadebat cum falsum esset verum putatum est. s. quod deus lignū  
 illud ideo tangere prohibuerit, quod sciebat eos si tetigissent, sicut deos futuros,

Augu. super  
ioannem.

Ambro.

Augustinus.  
super Gene.

A tanquam eis diuinitatē intideret qui eos homines fecerat: sed etiā si virum propter ali  
 quam mentis elationem quę deū internorū scrutatorē latere nō poterat, sollicitauit  
 aliqua experiēdi cupiditas, cū mulierē videret accepta illa esca nō esse mortuā: non ta  
 men eū arbitror si iā spiritali mēte pręditus erat, vilo modo credidisse quod diabolus  
 suggererat. Ideo ait, Adam nō est seductus, prior. s. nec in eo in quo mulier, vt. s. illud  
 crederet esse verū. Eritis sicut dij, sed putauit vtrumq; posse fieri, vt & vxori morē gere  
 ret, & per penitentiā veniā haberet. Minus ergo peccauit qui de pœnitētia & misericor  
 dia dei cogitauit. Postquā enim mulier seducta māducauit, eiq; dedit vt simul ederēt,  
 noluit eā cōtristare, quā credebat sine suo solatio cōtabescere, & a se alienatā oīno in  
 terire. Non quidē carnali victus concupiscētia quam nondū senserat, sed amicali qua  
 dā beneuolentia, qua plerunq; sicut offendatur deus, ne offendatur amicus: quod eū fa  
 cere non debuisse diuinę sentētię iustus exitus indicauit: ergo alio quodam mō etiā ipse  
 deceptus est. Inexpertus enim diuinę seueritatis in eo falli potuit, vt veniale crederet  
 esse cōmissum: sed dolo illo serpētino quo mulier seducta est, nullo mō illum arbitror  
 potuisse seduci. Saluabitur autē. q. d. in ecclesia non debet mulier docere: sed tamē Sal  
 uabitur per filiorū generationem, si permanserint in fide. i. augmentū salutis habet, si  
 filios generat deo quotidie instruendo, vt maneāt In fide & dilectione, dei & proximi:  
 Et sanctificatione, quā in baptismo perceperunt, Cū sobrietate. i. tēperātia cōtra estū vi  
 tiorum. Vel ita Saluabitur autē. q. d. & si mulier fuerit causa peccati tamē Saluabitur,  
 non solū virgo & continens, sed etiā nupta. & si nunquam ab opere nuptiarum cessans  
 sed Per generationē filiorum, incedēs, ab hoc mundo exierit. Saluabitur, dico, Si tamē  
 Permāserit in fide & dilectione & sanctificatione, vt pręter propriū virum alterū nō  
 cognoscat. Cum sobrietate. i. tēperantia, vt proprio viro etiā tēperate vtatur. Vel ita,  
 Saluabitur autē, & c. Videtur autē ex his verbis obesse mulieri, si vel filios nō habu  
 erit: vel si quos habuerit, & in bonis moribus permanere voluerint: sed alibi dicit apo  
 stolus. Beatior erit, siue virgo, siue vidua si sic permanserit. Vnde potest intelligi, cum  
 ait, Saluabitur mulier per generationē filiorum, occulte rei mysteriū figurasse: sed filij  
 mulieris sunt opera carnis quę maxime in officijs misericordię frequētari solēt: opera  
 vero misericordię nihil profunt, siue paganis, siue Iudęis qui Christo non credunt, si  
 ne quibuscunq; hęceticis vel schismaticis: vbi fides & dilectio, & sobria sanctificatio  
 nō inuenitur. Et ideo addit, Si permanserint. Alioquin si ad literā accipiatur, quasi in  
 ane est quod ait, Saluabitur mulier per generationem filiorum. Nonne magis & conti  
 nens? Nonne magis virgo dei? Sed mulier typus est carnis, Adā rationis, quę pēnis vir  
 tutum volat ad deum, vt passer ad domū. Vnde propheta. Passer inuenit sibi domū, &  
 turtur nidū, vbi rep. p. f. Passer est ratio, turtur est caro, quę generat filios. i. opera bōa,  
 quę tamen non profunt paganis, & huiusmodi, non tantū in fide & dilectione. Hęc  
 est turtur quę pullos reponit in nido, non abijcit eos vbiq; i. opera bona facit: sed  
 in nido. i. vnitatem ecclesię in fide catholica. Hęc est quę prima seducitur, & seducit vi  
 rum, quāsi per carnē seducitur ratio, sicut per Euam seductus est Adam. Sed, tamē Sal  
 uabitur, caro per spiritualem Generationem filiorum. i. bonorū operum, Si tamē, Filij  
 i. opera Permanserint in fide, & dilectione, & sanctificatione cum sobrietate.

Aimō

Aimō

Augustinus  
de ciui. dei.  
Augustinus  
in eodem.

Augustinus  
in psal. xxxiii.  
Augustinus

CAPVT III.



Fidelis sermo. Si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat,  
 Oportet enim episcopum irreprehensibilem esse vnus vxoris vi  
 rum, sobrium, ornatum, prudentem, pudicū, hospitem, doctorem,  
 non vinolentum, non percussorem, sed modestū, non litigiosum, non  
 cupidum: sed suę domui bene prępositum, filios habentem subditos cum omni  
 castitate.

Fidelis. i. verus Sermo, est iste quę dixi, & quę dicturus sum. Siquis & c. Dixit qd vir  
 pōt pręesse & determinat quis. s. qui desiderat operari & prodesse multis nō superbe  
 dñari, sed qui sit irreprehēnsibilis. Et hoc ē quod ait, Si quis desiderat episcopatū, bonū  
 opus desiderat, opus vere, non dignitatem: laborem, non delicias: nō crescere fastigio,  
 sed hūilitate decrescere: vt fiat seruus & minister hominū propter Christum, vt etiam

Hierony.



intermissa Rachele decora facie: sed non relicta cū Iacob intret ad Lyam, oculis lip-  
 pam, & de monte cum Moyse descendat ad cāpos. i. de otio contēplationis ad laborem  
 actionis. Non enim sic esse debet quisq; otiosus, vt in eodē otio vtilitatem nō cogitet  
 proximi: nec sic actuosus, vt contēplationem non requirat dei. In otio non iners vaca-  
 tio. delectare debet, sed vel in quisiōe, vel inuētiōe veritatis, vt in ea quisq; proficiat, &  
 quod inuenerit alteri nō inuideat. In actione vero non amādus est honor in hac vita si  
 ne potentia, quia omnia vana sunt sub sole, sed opus ipsum quod per eundē honorem  
 vel potentiā fit, si recte & vtiliter fit. s. vt valeat ad salutē subditorum. Ideo ait, Si quis  
 episcopatū desiderat, bonū op⁹ desiderat. Exponere voluit quid sit episcopat⁹, quia no-  
 men est operis nō honoris. Græcū. n. est, & inde ductū vocabulum: quod ille qui præfi-  
 citur illis quibus præficitur superintendit, curā eorū. s. gerēs. Scopos. n. intētiō est, inde  
 episcopus latine superintendēs dicitur, vt intelligat se non esse episcopū qui præesse di-  
 lexit, nō prodesse. Episcopat⁹. n. est super suā & aliorū vitā intētiō. Itaq; a studio co-  
 gnoscendē veritatis nemo prohibetur quod laudabile pertinet otīū. Locus vero supe-  
 rior sine quo regi popul⁹ nō potest, & si ita teneatur & amministretur vt decet, tñ inde  
 center appetitur. Ideo otīū sanctū querit charitas, veritatis negotiū iustū suscipit ne-  
 cessitas charitatis, quā sarcinā si nullus imponit, percipiendē atq; intūendē vacādū est ve-  
 ritati: si autē imponitur, suscipiēda est propter charitatis necessitatē: sed nec sic deserē-  
 da ē delectatio veritatis, ne subtrahatur ipsa suauitas, & opprimat ista necessitas. Quā-  
 lis autē episcopus debeat esse, describit subdens, Oportet. q. d. opus est quod quis in epi-  
 scopatu desiderat: vt autē bene operari possit, Oportet episcopū. i. eū qui eligitur ordinā-  
 dus, Irreprehensibilē esse. Idē est quod ad Titū dicit sine crimine esse. Res pene cōtra  
 naturā est, vt aliquis sit sine peccato: sed hoc ita vult intelligi, Irreprehensibilē. i. non  
 obnoxīū reprehēsiōi, vt talis eligatur cuius cōparatione ceteri grex dicantur. Vnius  
 vxoris virū. i. monogamum post baptisimū. si enim & ante baptisimum coniugē habuit  
 quæ obierit, non ei imputatur cui prorsus nouo nec supra, nec aliqua quæ ante fuerūt  
 obsunt. Sobriū. Nam & ministri tēpli prohibentur vinū & sicerā bibere, ne ebrietate  
 grauentur corda eorū. Et vt sensus vigeat semper & tenuis sit Prudentē, in oībus agen-  
 dis. Hoc dicit contra eos qui sub nomine simplicitatis excusant stultitiā sacerdotū. Or-  
 natum, virtutibus, vel motu, & incessu, & habitu, & sermone cōmuni. Pudicum. i. vere-  
 cundum. Hospitalē. s. qui in hoc ante cōsuevit. Doctorem. s. qui habet gratiā docendi,  
 quia innocens absq; sermone cōuersatio quantū exēplo prodest, tantum silētiō nocet.  
 nā latratu canum & baculo, lupi arcendi sunt. Vnde maledictus canis nō volens latra-  
 re. Nō vinolentū, qui hoc frequenter agat, quia venter estuans mero cito despumat in  
 libidinē. Noe ebrietate nudauit fœmora sua, Loth quem Sodoma non vicit, vina vice-  
 runt. Non percussorē. i. ita irascibilē & perturbati sensus, vt percussat qui debet esse pa-  
 tiens, vt eum sequatur qui posuit dorsum ad flagella. i. Christum. Sed modestum, qui  
 modum animi seruet. Non litigiosum. s. qui hoc soleat facere. Nihil enim impudētius  
 est arrogantia rusticorū, qui garrulitatem auctoritatē putant, & parati ad lites in sub-  
 iectos tumide intonant. Non cupidum, vt apostoli qui præter victum & vestitum nihil  
 quærebant. Morbo cupiditatis pœne omnes laborant, ideo præcipit episcopū non esse  
 cupidum, quia facile a iusto deniaret. Domui suę. i. familię. Bene præpositum, non vt  
 opes augeat, vel huiusmodi alia faciat, sed vt quod populis præcepturus est: prius autem  
 domesticis exigat sic. s. Filios habentem subditos in omni castitate, ne imitetur filios  
 Heli qui in vestibulo templi cum mulieribus dormiebant, & religionem prædam pu-  
 tantes quod in hostijs erat, in suas delicias conuertebant.

Si quis autem domui suę præesse nescit, quomodo ecclesię dei diligentiam  
 habebit: Non neophytum, ne in superbiam elatus in iudiciū excidat diaboli.  
 Oportet autem & illum testimonium habere bonum ab his qui foris sunt, vt non  
 in opprobrium incidat, & in laqueum diaboli, Diacones similiter pudicos, nō bi-  
 lingues, non multo vino deditos, non turpe lucrum scētantes: habentes mysteriū  
 fidei in conscientia pura. Et hi autem probentur primum, & sic ministrēt, nullum  
 crimen habentes. Mulieres similiter pudicas non detrahentes, sobrias, fideles in

omnibus. Diacones sint vnus vxoris viri, qui filiis suis bene præsent, & suis do-  
 mibus. Qui enim bene ministrauerint, gradū bonum sibi acquirunt, & multam  
 fiduciam in fide quę est in Christo Iesu. Hęc tibi scribo fili Timothęe, speras me  
 ad te venire cito. Si autē tardauero, vt scias quō oporteat te in domo dei con-  
 uersari, quę est ecclesia dei viui, columna & firmamentū veritatis. Et manifeste  
 magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, iustificatū  
 est in spiritu: apparuit angelis, prædicatum est gentibus, creditum est in mundo,  
 assumptum est in gloria.

Siquis autē. q. d. oportet domui suę esse bene præpositum. Siquis autē præesse nescit  
 domui suę, minori de quā & familiar cura sit, Quō habebit diligentiā ecclesię dei, quę  
 maior est vbi tot & alieni sunt: nullo mō. Non neophytum. i. rudē nouiter renatum,  
 nouiter conuersum. hoc tam manifestum testimoniū pauci custodiunt. Nam heri ca-  
 techumin⁹, hodie pontifex est, heri in teatro, hodie in ecclesia, vespere in circo, hodie  
 in altari: dudum fautor histriōnū, nunc consecrator virginū. Quare autē nō neophy-  
 tum, supponit. Ne elatus in superbiam, præ ceteris digniorē se putans notitate potestā-  
 tis inflatus quāsi eo indigeat religio: Incidat in iudiciū diaboli. i. ruat per arrogantiam  
 sicut diabolus. Nescit enim monētaneus sacerdos humilitatē & modos personarū, vel  
 seipsum cōtinere: non ieiunauit, non fleuit, non se correxit, non pauperib⁹ erogauit: i.  
 arrogantiā quę est ruina diaboli incidunt, qui puncto horę necdum discipuli sunt ma-  
 gistri. Oportet autē illū testimoniū habere, nō solū a fidelibus, sed etiā ab his qui fo-  
 ris sunt. i. ab infidelibus. Hęc clausula cōgruit principio. s. irreprehensibilē eū ē oportet  
 nō solū a domesticis, sed etiā ab alienis. s. Iudæis, Gētilibus, hereticis, vt qui reli-  
 gioni detrahūt, eius vitæ detrahere nō audeāt. Qualis ergo descript⁹ ē oportet episco-  
 pū esse, vt Non incidat in opprobriū. i. in cōtemptum apud infideles vel fideles. Et sic  
 incidat in Laqueum diaboli. i. in odium & in alios diaboli laqueos. Diacones, &c. Hic  
 describit quales debant esse diacones, de presbyteris tacere videtur, sed nomine episco-  
 pi eos comprehendit. Nisi enim episcopos pro presbyteris acciperet, non de eis dimit-  
 teret, descēdēs ad diacones, quib⁹ ait, Diacones, oportet eē pudicos, Nō bilingues, vt  
 qui seminant discordias, Non multo vino deditos. i. ebriosos Non turpe lucrum scētā-  
 tes, vt qui frequenter hoc agunt. Turpe lucrum est emere, & pluri vendere. Turpe est  
 huic professioni quęstibus studere: Habentes mysterium fidei. s. vt sciant quod de fide  
 alijs est occultum. Illos, dico, manentes In cōscientia pura, & hi autem probentur pri-  
 mum: quia non simpliciter ait hi, sed ait, & hi. in hoc innuit episcopos probādos esse.  
 Et sic. i. tales inuenti. s. Nullum crimen habētes ministrant. Mulieres, loquens de dia-  
 conis interferit de mulieribus ordinandorum, docens quales debeant esse. Ait ergo,  
 Mulieres, ordinandorum, Similiter, oportet esse Pudicas, mente & corpore Non detra-  
 hentes, vt sepe faciunt mulieres: Sobrias, fideles in omnibus, dictis & factis: quia si ma-  
 læ sunt, viri eis regendis necessarij non sunt tollendi. Et nota quod cū sanctū præcipit  
 creari episcopum & diaconum, utiq; plebē non vult disparem esse: iuxta id quod domi-  
 nus ait. Sancti estote. quoniam ego sanctus sum. ideoq; etiam mulieres quę in infimo  
 gradu sunt, vult esse sine crimine vt munda sit ecclesia. sed Cathaphrygē occasiōe ho-  
 rum verborū, quia. s. vbi de diaconis agit, de mulieribus loquitur, dicūt diaconas debe-  
 re ordinari, quod contra auctoritatem est. Diacones post iterpositiōē de mulieribus,  
 iterum de diaconis dicit, Diacones sint viri vnus vxoris, quam deus decreuit homini  
 cum qua benedicitur, non cum secunda. Qui bene præsent filijs suis, & domibus suis. i.  
 familijs, quia tales bene ministrant in ecclesia, quod utiq; magnum est. Qui enim be-  
 ne ministrauerint acquirunt sibi gradum, excellentiorem. s. vt episcopi fiant. Bonum  
 s. vtilem sibi & alijs hominibus, Et multam fiduciam, æternæ gloriæ. & hoc In fide. i.  
 per fidem Quę est in Christo Iesu. Hęc tibi scribo fili Timothęe, sperans me cito ve-  
 nire ad te. tñ hęc quę scribo adeo sunt necessaria. Si autē tardauero, scribo hęc, Vt sci-  
 as quomodo oporteat te conuersari, secundū diuersitates singulorū In domo dei, Ideo  
 caute in ea agendum est, quia domus dei est, Quę est ecclesia. s. multorum conuocatio  
 ad vnus dei cultum: tanto cautius in ea agendum est, quia ibi multi sunt. Ecclesia, dia-

Augustinus  
de ciui. dei.

Augu. in  
enchi.

Augustinus  
in eodem

Augustinus

Hierony.

Hierony.  
Hierony.

Hierony.

Hierony.  
Aimo.

Aimo:  
Hierony.

Ambro.

Hierony.

Hieronymus

Aimo

Ambrosius

Ambro.

Ambrosius

co, dei viui, & ita in illis est vita, quæ est columna veritatis. s. in se bene sustinet veritatem ne corruat, licet tribuletur. Et firmamentum, id est fulcimentum iam nutatib⁹ & ruituris, quod patet, quia pro Christo, tot sustinet. Et, in ecclesia Sacramentū. i. Christi secundum deitatem occultus. Sacramentum enim dicitur res occulta. i. mysteriū. **Aimo.** Sacramentum ergo hic appellatur verbū patris, quod in natura diuinitatis in qua patri est æquale, inuisibile manet. & hoc sacramentum est causa Pietatis. i. totius sancte religionis, & veræ culturæ. & ideo cautius seruanda est ecclesia. & hoc sacramentū est magnum, quia magnitudinis eius nō est finis. Et manifeste magnū, quia apparuit per prædicationem, & per multa miracula. Quod sacramentum, & si sit inuisibile in se, Manifestatū est, ecclesiæ. Ne ergo sis ei negligens pro qua tantum fecit. Manifestatū dico, in carne assumpta. Sacramentum quod est Christus in carne, dicit manifestatū. Natus enim homo filius dei, qui in secreto erat apud deum opere & prædicatione declarauit se creature. Et est sensus, Manifestū est in carne, id est operib⁹ & virtute ostēsis claruit quis esset qui erat in carne. & Iustificatum est in spiritu, id est sanctus & iustus ostensus est, quia de spiritu sancto conceptus est. quod etiā Apparuit angelis, qui ex eo profecerunt, quod hic factum est. Non enim in deo tantum innotescit angelis quod absconditum est, verum etiam hic eis apparet cū efficitur atque propalat. Ideo dicitur apparuisse angelis homo Christus, non iam in forma humilitatis, sed in potestate. qui enim prius humilis visus est per carnē, deuicta morte in maiestate apparuit, qui natus vt hō non erat tantum hō, vt agnoscentes angeli mysteriū quod prius latuit declaratum in carne, genu illi flectentes, quasi gratias agant, quia veritatē didicerūt. Prædicatū est gentibus. Ecce itē magnum. & Creditū est, manēs in mundo, vt perfructū mundi veniā erroris mereri non possit: sicut dominus dicit de Iudeis, Si non venissem & locutus eis fuisset, peccatū non haberent: nunc autē excusationē nō habēt de peccatis. Et Assumptū est, de hac mortalitate in gloria, vt sit super omnē creaturā habens nomen quod est super omne nomen, cui flectitur omne genu.

CAPVT IIII.

**S**piritus autem manifeste dicit, quia in nouissimis temporibus discedent quidam a fide, attendentes spiritibus erroris & doctrinis demoniorum in hypocrisis, loquentium mendacium, & cauteriatam habentium suam cōscientiam, prohibentium nubere, abstinere a cibis quos deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & his qui cognouerunt veritatē. Quia omnis creatura dei bona est, & nihil reiiciendum quod cum gratiarum actione percipitur. Sanctificatur enim per verbum dei & orationem. Hæc proponens fratribus, bonus eris minister CHRISTI Iesu, enutritus verbis fidei & bonæ doctrinæ quæ affecutus es. Ineptas autē & aniles fabulas deuota. Exerce autem te ipsum ad pietatem. Nā corporalis exercitatio ad modicum utilis est. Pietas autem ad omnia utilis est, promissionem habens vitæ quæ nunc est, & futuræ.

**Ambro.** Spiritus autem. Quæ sibi spiritus sanctus reuelauerit ad instructionem & cautelam ecclesiæ non tacet, dicēs futuros pestiferæ doctrinæ viros vt præmonita ecclesia sit sollicita ne ab huiusmodi hominibus circumueniatur. q. d. ita digna est domus dei, Sed spiritus sanctus manifeste dicit, mihi in corde, Quia in nouissimis temporibus, contra quæ modo amplius vigilandum est, Quidam, scilicet notabiles, Discedent a fide, vnde supra, nisi venerit discessio primum, & ideo curam domus dei ne deponas, cū adeo sit sublimis, vt supra dictum est. Discedent quidam, dico, Attendentes, quasi cupide, Spiritibus erroris, quia in illis maligni spiritus loquuntur. Et doctrinis, non quidem hominum, sed Dæmoniorum. i. hominum demonia habentium. Hominum, dico, Loquentium mendacium in hypocrisis, id est in simulata religione vt magis decipiant. Et habentium suam cōscientiam cauteriatam. i. corruptā praua cogitatione & adustam igne malæ concupiscentiæ, & signo mendacij aperte notabilem, vt omnes caueant.

Est enim cauterium vel cauterere, ferrum, a cauādo dictum, quo corrumpitur & vititur cutis: & vt de multis mendacijs quæ in hypocrisis loquuntur sunt, aliqua exempli cā ponantur, subdit. Prohibentium. q. d. loquentium. Mendacium, dico, vt hoc. s. Prohibentium nubere. i. nuptias celebrare, quas dicunt esse institutas a malo auctore. & præcipientium Abstinere, a cibis, quasi immundis: non causa castigationis corporum, sed vt videantur abstinentes & boni. Quos cibos, vt illi mentiuntur principes tenebrarū cauterere, sed Deus creauit, hæc doctrina dei est, illa dæmoniorum est. Creauit, dico, Ad percipiendum cū gratiarū actione. i. vt hō propter quem omnia creata sunt, perciperet, & inde gratias ageret. Creauit ad percipiendum, dico, Fidelibus, & his qui nouerunt veritatē. i. his qui bene credunt de cibis, & qui quod credunt intelligūt, quod nō omnes. Veritatē, dico, hanc. s. quia omnis creatura dei bona est, in sui natura. Et nihil reiiciendum est quod percipitur. i. quod solet percipi, Cum actione gratiarum. Testamento veteri vbi cibi quidam carniū prohibentur, non est contraria ista sententia. Ibi enim quædam animalia dicta fuerunt immunda, non natura, sed significatione. Vt verbi gratia, si de porco & agno requiratur, vtrunque natura mūdum est, quia omnis creatura dei bona est. Omnia quippe quæ naturalia sunt in ordine suo bona sunt: quædam tamen significatione agnus mundus, & porcus immundus dicitur. Et verē nihil reiiciendum est. Sanctificauit enim, cibis, ne diabolus per eum noceat. i. sanctus sit cibus & salubris, non noxiū animæ vel corpori Per verbum dei. i. per filium, per quæ creauit pater, Et orationem. Verbum. n. sanctificat, & oratio impetrat. Diabolus vero per cibum tentat. Hæc quæ dixi de creaturis & de nuptijs, Præponens. i. antepōnens. Vel, præponens. i. publice ponens. Fratribus bonus eris, re & opinione, Ministri Christi Iesu, qui bene potes hoc facere. Tu, dico, enutritus ab alijs Verbis fidei & bonæ doctrinæ, in moribus, Quam, etiam tuo studio affecutus es ab infantia, hæc præpone. Ineptas autem fabulas, vbi nec aptitudo est: Et inanes. s. quæ sunt sine fructu, & si ibi videatur esse ratio vt in legalibus. Vel, Aniles. s. quas solent anus narrare iuuenulis, Deuota. Et quia nō sufficit illa vitare nisi vera confirmet, addit, Exerce autem. q. d. illa præpone fratribus, sed exerce te ipsum ad pietatem. i. ad cultum & ad religionem omnipotentis, & ad opera misericordiæ. Nam, & c. q. d. ideo de pietate moneo, quia Corporalis exercitatio, in qua te fatigas, ieiunando, vigilando, abstinendo, quæ sunt frena carnis ad modicum est utilis, nisi huic addatur pietas. Ad hoc enim tantum valet, vt quædam faciat vitari vitia, quibus vitatis careat pœna illis debita, sed nō omni. Pietas autem quæ operatur bona fratribus, valet ad promerendum deum. Omnis. n. summa disciplinæ Christianæ in pietate & misericordia est, quam aliquis sequēs si lubricum carnis patitur, sine dubio vapulabit, sed non tamen peribit. Siquis autem solū exercitiū corporis habuerit, perēnas pœnas patietur. Nota quia ex his verbis datur intelligi quod vigilijs, ieiunijs, et operationibus, Timothæus exercebat se non adeo intentus operibus. Pietas autem. q. d. exercitio corporis parū utilis est, sed Pietas, qua. s. aliquis saluti omnium studet, Est utilis ad omnia, in hoc. s. quem, Habens. i. quia habet pietas. Promissionem vitæ quæ nunc est, vt hic bonis abundet spiritualibus, & temporalium sufficientiam habeat. Et futuræ, vt in futuro vitam habeat æternam. Vnde dominus in euangelio ait, Accipiet in hoc seculo septies tantū. i. multiplicationū diuitiarū, & gloriæ, & in futuro seculo vitam æternam. Non. n. nos deserit etiam in temporalibus necessarijs: sicut ipse ait, Primum querite regnum dei, & hæc omnia adijciētur vobis. Iō ait, Habens promissionem vitæ, quæ nunc est, & futuræ. s. habens hic diuitias et gloriā et in futuro vitam æternā. Vnde Salomō in Canticis, Leua eius sub capite meo, et dextera illius amplexabitur me. Vnde etiam alibi, de ipsa sapientia idē ait. In dextera eius anni vitæ, et in sinistra eius diuitiæ et honor.

Fidelis fermo & omni acceptione dignus. In hoc enim laboribus & maledicimur, quia speramus in deum viuum qui est saluator omnium hominum, maxime fidelium. præcipe hæc & doce. Nemo adolescentiam cōtemnat: sed exemplum esto fidelium in verbo, in conuersatione, in charitate, in fide, in castitate. Dū venio attēde lectioni, exhortationi, & doctrinæ. Noli negligere gratiā quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiā cum impositione manuum presbyterii

Augustinus contra Fa.

Aimo

Ambro

Ambro

Augustinus in plalciij

Augustinus in eodem

Hæc meditare, in his esto, vt profectus tuus manifestus sit omnibus. Attende enim tibi & doctrinæ, insta in illis. Hoc enim faciens, & ipsum saluum facies, & eos qui te audiunt.

Fidelis, q. d. pietas habet promissionē vitæ huius & futuræ. & iste Sermo, de pietate ē Fidelis. i. verax. Et omni acceptione dignus, quia utilis est quod in me ostēdo. In hoc enī. Vel Autē, intendentes quod pietas habet promissionē vitæ huius & futuræ, Laboramus & maledicimur. i. opprobria patimur. f. quia speramus In deum viuū. i. sicut de⁹ promisit qui dat vitam, Qui est saluator omnium hominū. cū iumentis enī saluat carnales corporali salute, qui solē suū facit oriri super bonos & malos. Saluator ē omnium dico, & maxime fidelium, quos saluat hic & in futuro secundū corpus & animā. Præcipe. q. d. fabulas deuota, exerce te ad pietatē, & præcipe, sciētibus, Hęc, eadē. f. vt fabulas vitet, & se exerceat. Et doce, nesciētes vt similiter faciant, & hæc ita mature fac, quod nemo cōtemnat adolescentiā tuā, sed esto exēplū fidelium, vt vidētes tuā cōuersationē exēplo tui proficiāt. Esto exēplū. dico, In verbo, vt tuo exēplo caute loquatur & In cōuersatione, honesta inter alios: In charitate, dei & proximi: In fide & charitate, mētis & corporis. Monet eū vt profectus eius per omnia exēplū esset aliis, vt in adolescentē mirabilis videretur & gravis disciplina, vt act⁹ eius excusaret ætatē, & nō quasi iuuenis sed quasi senior haberet: & erubescerēt maiores natū, si nō se exhiberēt iuxta formā hui⁹ cōuersatione & morib⁹ graues. Vt autē hæc possis seruare, Dū venio attēde lectiōi, vt scripturas intelligas, Et, post lectiōne attēde Exhortatiōi, iā volētū, Et doctrinæ, nesciētū. quod debes, quia ad hoc cōstitutus es, & Noli negligere gratiam, episcopatus, Quæ in te, quæ tibi data est per prophetiam. i. sanctorū electione, in qua ex præteritis vidētur dicere qualis futurus sit. Prophetia ergo est qua eligitur quasi doctor futurus idoneus: ne ergo facias eā irritā, ne inobediēs sis his quib⁹ caput inclinasti. Vel prophetiā hic vocat inspirationē spiritus sancti, per quā præsciebat quid de hoc & cæteris esset acturus. Ideo ait, Quæ data est tibi per prophetiā, quia prophetiæ spiritu reuelate cognouit apostol⁹ Timotheū esse dignum episcopali honore. Data ē per prophetiam, dico, Cū impositione manū presbyterii, pro presbyterorum. singulare pro plurali posuit, quia minus trib⁹ esse nō possunt, & vocat presbyterū episcopū. Vel ideo singulariter dicit presbyterij, quia vnus imponit manum cæteris assentientibus. Man⁹ autem impositiones sunt quibus adduntur verba mystica, quibus cōfirmatur ad hoc opus electus auctoritatem accipiens, teste conscientia sua, vt audeat vice domini sacrificia deo offerre. Vel secundum aliam literam, Cum impositione manuum presbyterij, quia presbyterium est causa cur manus imponant. Vel quia impositio manū dat presbyterium ordinato. & Hęc, prædicta ad officium tuum pertinentia Meditare, quæ ad hæc electus es. In his esto, id est hæc exequere assiduo actu, ita, scilicet, Vt profectus tuus manifestus sit omnibus, id est vt nullus ignoret te omnibus proficere, & vt proficias, Attende, non dico doctrinæ & tibi, Sed tibi & doctrinæ, id est primum, qualiter viuas, & deinde qualiter doceas. Et insta in illis, quæ tibi de alijs valent. Hęc enim faciens & te ipsum saluum facies, & eos qui te audiunt.

Ambrosius.

Aimo.

Ambro.

Aimo.

CAPVT V.

**S**eniorē ne increpaueris, sed obsecra vt patrem, iuuenes vt fratres. Anus vt matres, iuuenulas vt sorores in omni castitate. Viduas honora, quæ veræ viduæ sunt. Siqua autem vidua filios aut nepotes habet, discat primo domum suam regere, & mutuan vicem redere parentibus. Hoc enim acceptum est coram deo, Quæ autem vere vidua est & desolata speret in deum, & instet obsecrationibus & orationibus nocte & die. Nam quæ in delitiis est viuens mortua est. Et hoc præcipe vt irreprehensibiles sint. Si quis autem suorum & maxime domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior. Vidua eligatur non minus sexaginta annorum, quæ fuerit vnus viri vxor: in operibus bonis testimonium habens, si filios educa-

uit, si hospitio recepit, si sanctorum pedes lauit, si tribulationem patientib⁹ subministravit, si omne opus bonum subsecuta est.

Seniorē. q. d. & si instandum sit, tamen cum discretione. & qualiter seniorē. f. ætate vel moribus. Ne increpaueris, proprietatis honorem, ne indigne ferens se a iuniorē correctum magis exasperetur, quā proficiat, Sed obsecra vt patrem, vt facilius suscipiat ammonitionem. Potest. n. cōmonitus vereri, ne postea corripatur, quod turpe est seniori. Senior tamen stultus, vt ait beatus Gregorius, vehementer est increpandus. Iuuenes, obsecra, Vt fratres. f. cum affectu dilectionis, vt videntes amoris causa se cōmoneri, facilius se corrigant. Anus vt matres, vt cum miti sermone doceatur, & sic honorifice proficiant, Iuuenulas, vt sorores, vt prompte possint bonæ conuersationis suscipere disciplinam. & hæc fac In omni castitate, vt nec nutus contra eas fiat. In alio quo iuuenulorum recte iuuenis de castitate monetur. Viduas quæ, tamen Veræ viduæ sunt. i. sicut a viro ita a mundi amore destitutæ. Honora, sumptibus ecclesiæ sustentādo & solatijs fouendo. Siqua autem. q. d. veras viduas honora: non tamen omnes veras, sed potius Siqua, verā Vidua habet filios aut nepotes, primū discat regere domū suam, in quo probabit, vt tūc demū digna sit vidua ecclīæ nūcupari. Præire. n. debent merita, vt debitus honor tribui videatur. Et mutuan vicē reddere parentibus, qui eam aluerunt. ideo debet hoc facere. i. quia hoc. f. paruulos regere, non solū in ecclesiā seruire acceptū est corā deo. Quæ autē. q. d. quæ habet filios, eos regat. Quæ autē vera vidua est & desolata. i. nō est habes domum, Speret. i. sperare debet, In deo. i. recipi debet in ecclesiā. Et instet. i. instare debet Obsecrationibus, quæ sunt pro remotione totius mali, Et orationibus, quæ sunt pro adeptione bonorū, Nocte ac die. Nam si aliter facit, mortua est. Vñ subdit, Nam & c. & debet esse irreprehensibilis tantū, & addidit, Et hoc præcipe, & c. Vel ita, Quæ autem. Viduā filios vel nepotes habentem nō facile admittendam ad stipendia ecclesiæ docuit, quia & si pie & sollicite domū suā gubernauerit, iustū est & necesse vt propinqui sui ei necessaria ministrent. Si vero desolata est & vera vidua, suscipi debet in ecclīa. Quæ autē vera vidua sit describit, & hæc ē definitio veræ viduæ. q. d. veram viduam recipe. hæc Autē, vera est, Quæ vere vidua ē & desolata sperat ī deū, & instat obsecrationib⁹, & oratiōib⁹ nocte & die. Vere vidua & desolata, vel a suis contempta sperat in deo. Videns enim se ex nulla parte habere suffragiū toto animo deuota deo, de quo solo sperat auxilium vitæ & salutis. Nam & c. q. d. illa quæ sperat & instat, vera vidua est, nam alia non. & hoc est quod ait, Nā quæ in delitijs, huius mundi est, Viuens, communi vita, Mortua est, in anima. Viduam talem esse debere significat, vt ostendat se ideo secundas nuptias contempsisse vt instaret disciplinæ dominicæ. si enim sub nomine viduæ delitijs vel luxuriæ vacet, viuens mortua habenda est. quia gen⁹ impostura est honorem viduæ habere velle, & non obsequi deo, & aliud agere, & aliud profiteri, cum profiteatur religionem. Et his viduis, Præcipe, hoc vt non sint in delitijs, Et vt sint irreprehensibiles, quia non est eis occasio mundi tantam diligentiam actuum vel mortum. Viduam vult habere, vt reprehendi non possit. A mota. n. a spe mundanæ conuersationis & corporis curandi officio, ad deum se contulit, vt probabilem agat vitam. sublati enim occasionibus mundi quæ aditus solent aperire peccatis, potest bona conuersatio incolumis permanere. Siquis autem. q. d. Vera vidua, si domū habet, eam regat: si autē hoc negligit, infideli deterior est & hoc est quod ait, Si quis autem non habet curā suorum & maxime domesticorum, vt sunt patres & fratres, & hmōi. Fidem denegauit operibus, & si non verbis, quia proximum non diligit: Et est deterior infideli, quia hic nondū veritatē nouit vel promisit. Et nota quod ait domesticorū, qui tam domestici cuiq; sunt vt parentes filijs, vel parentibus filij. Ideo ipse magister sanctorum insinuans quod a pijs filijs cura impendenda est parentibus, de seipso exemplum constituit, quando de cruce matrē Ioanni commēdauit, & alterum pro se quodammodo filium ei prouidit. Vidua, vt iam dictum est vera & desolata, Eligat, quæ ecclīe pascatur alimonijs. & si hui⁹ ætatis sit. f. nō min⁹ quā Sexaginta annorū, in qua ætate extinctus est fomes libidinis, & Quæ fuerit vxor vn⁹ viri, propter supradictum sacramentum, In operibus bonis testimonium habens, si filios educauit, fideliter, Si hospitio recepit, pauperes, Si lauit pedes sanctorū, prædicatorū, quos tunc suscipere periculosum erat. Faciam⁹ hoc iuicē humiles, quod humilia-

Ambrosius.

Aimo.

Ambrosius.

Ambro.

Ambrosius.

Ambrosius.

Ambrosius.

Aug⁹. super Iob.



fecit excelsus. Magna est in hoc cōmendatio humilitatis. & faciunt hoc sibi inticē fratres etiā in ipso opere visibili: & qui manu nō faciunt, corde faciunt. multo etiā melius est vt etiam manibus fiat, nec dedignetur quod fecit Christus facere Christianus. Qui enim ad pedes fratrum inclinatur, ei in corde vel excitatur, vel si iam inerat cōfirmatur humilitatis affectus. & Si subministrat patientibus tribulationem, in carcere, vel huiusmodi, Quid per singula? Si omne opus bonum subsecuta est, humiliter.

Adolescentiores autem viduas deuota. Cum enim luxuriatę fuerint, in Christo nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Si mul autem & otiosę discunt circuire domos: nō solum otiosę, sed & verbosę & curiosę, loquentes quę nō oportet. Volo autem iuniores nubere filios procreare, matres familias esse, nullam occasionem dare aduersario maledicti gratia. Iā enim quędam conuersę sunt retro post Satanam. Si quis fidelis habet viduas, subministret illis, vt non grauetur ecclesia, vt his quę verę viduę sunt sufficiat. Qui bene pręsunt presbyteri duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo & doctrina. Dicit enim scriptura, Non alligabis os boui trituranti. Et dignus est operarius mercede sua.

Ambrosius

Adolescentiores autē viduas, quarū sanguis feruet. Deuota. i. nota castitates earum, nō vsq; adeo cures vt eas ecclesię alimonijs sustentandas suscipias. Prohibet adolescentulas viduas in hac suscipi professione: lubricę. n. ætati facile credi non debet. Cum. n. q. d. iō deuota, quia hoc sæpe cōtingit, quod Cū luxuriatę fuerint. i. cū post votum cōtinentię luxuriose vixerint in cibis & in alijs. i. cū delitijs egerint vitā in Chrō, Non, dico, nubunt, sed Nubere volunt. q. d. tunc non sit pētū nubere. Ipse, dico, Habētes dānationem, pro fracta fide voti: Vnde subdit, quia primam fidem. i. votū, vel in voto violato baptisimi fidem. f. quam in baptismo professę sunt, irritam fecerunt volendo etiam nubere. In coniugali quippe vinculo, si pudicitia seruatur, dānatio nō timetur: sed in viduali continentia & virginali excellentia, virtus muneris amplioris expetit: qua expetita, & electa, & voto oblata, iā non solū capefcere nuptias, sed etiam si non nubat, nubere velle damnabile est. Vouentibus. n. virginitatem vel viduitatem, nō solum nubere sed etiam velle damnabile est, quod vt demonstraret aplūs, non ait, Cum luxuriatę fuerint in Christo nubunt, sed nubere volunt. Habentes, inquit, Dānationē & quare, subdit, quia primam fidem irritā fecerunt, & si non nubendo, tamen volendo vt voluntatem quę a proposito cecidit appareat esse damnatam, siue sequatur nuptię siue desint. Dānatur. n. propositi fraus, dānatur fracta voti fides: dānatur tales, quia continentię primam fidem irritam fecerunt, & omnis hmoi similes sunt vxori Loth, quę retro aspexit. Simul autē. q. d. non solū retro respiciūt, sed Simul, cū prædictis malis, Et otiosę discunt circuire domos, non solum otiosę sed & verbosę & curiosę, loquentes quę non oportet. f. turpia, religioni nocentia. Ne ergo hęc mala contingant, Volo iuniores, viduas Nubere, quod bonum est: & Filios procreare, & hoc item bonū est: & matres familias esse, & hoc item bonū est: & quare hoc dixerit, pandit, subdēs, & sic nullā occasionem maledicti. i. maledicendi, Dare aduersario. i. infideli, quod est ei in Gratia. i. quod aduersario gratum est. Et. n. gratum est de nobis male loqui, & nō si ne causa volo ita. Iam enim quędam, tales post votum continentię, Conuersę sunt retro post satanam, id est ab excellēti illo vidualis vel virginalis castitatis proposito, in posteriora respiciendo ceciderunt, & interierunt, & ideo huiusmodi non sunt recipiendę, sed Siquis fidelis habet viduas, iuuenes In domo, sua, Subministret illis, quę necessaria sunt: Vt non grauetur ecclesia, q. d. si aliunde non haberent, ecclesia daret eis, nō tamen reciperēt in ecclesia. Non grauetur, dico, ecclesia, Vt his qui verę viduę sunt sufficiat illud quod habet ecclesia. Qui bene, de honore pręsbyterorum hic agit, quasi dicat, illud quod dixi de viduis, observa. & hoc etiam præcipere de pręsbyteris vt pręsbyteri qui bene pręsunt, vita & doctrina Digni habeantur, a subditis, Duplici honore, vt. f. spiritualiter eis obediant, & exteriora ministrent. Boni enim dispensatores & fideles, non solum honore sublimi præueniri debent, sed & terreno: vt non contristentur indigētia sumptuum, & gaudeant obedientia spiritualium. Instantior. n. sit,

Ambro. Augustinus ad Iulianū.

Ambrosius.

si non humilietur inopia, & crescit in illo authoritas, cū videt se etiam in præsentia laboris sui fructū percipere: non vt abundet, sed vt non deficiat, Tanta enim merces debet esse euangelizanti regnū dei, vt non contristetur, nec extollatur. Necessitatis ergo est accipere vnde viuatur, charitatis est præbere: non tamen venale est euangeliū vt pro his prædicetur. Si enim sic vendunt, magnam rem vilipendunt. Accipiant ergo sustentationem necessitatis a populo, mercedem dispensationis a domino. Non enim a populo redditur quasi merces illis qui sibi in charitate euangelij seruiunt, sed tanquam stipendium datur: quo vt possint laborare, pascatur. & esse duplex honor exhibendus est quidem omnibus pręsbyteris, sed Maxime, his Qui laborant in verbo. i. in exhortatione scientium & doctrina nescientium. Deinde de exteriori honore probat, authoritate scripturę, subdēs, Dicit enī scriptura, Non alligabis os vel, Infrenabis boui trituranti. f. prædicatoribus. i. prohibebis prædicatoribus sumere necessaria. Et, vt dominus in euangelio dicit, Dignus est operarius mercede sua. Vnde vires reparat in labore.

Aduersus presbyterum accusationem noli recipere, nisi sub duobus aut tribus testibus, Peccantes coram omnibus argue, vt & ceteri timorem habeant. Testor coram deo & Christo Iesu & electis angelis, vt hæc custodias sine præiudicio, nihil faciens in alteram partem declinando. Manus cito nemini imposueris, neq; communicaueris peccatis alienis. Te ipsum castum custodi, Noli adhuc aquā bibere. sed modico vino vttere propter stomachū tuum, & frequēter tuas infirmitates. Quorundam hominum peccata manifesta sunt præcedentia ad iudicium, quosdam autem subsequuntur. Similiter & facta bona manifesta sunt, & quę aliter se habent, abscondi non possunt.

Aduersus autem, quia solet qui corripit non amari, & ideo habita occasione facile accusatur: contra hoc monet, dicens, Aduersus, autem Presbyterum noli accipere accusationem, nisi Sub duobus aut tribus testibus. Duo sufficiunt, si a deo probata sunt. hoc ideo dicit, quia non facile est accusanda persona tā alti ordinis, vt sit vice Christi. Peccantes autem. i. hoc testimonio, scilicet duorum vel trium conuictos peccasse. Vel, Peccantes, qui manifesti sunt; Argue coram omnibus vt ceteri, scilicet presbyteri vel subditi Timorem habeant, Christū dominum, & Paulum seruum eius audiamus. Dominus dicit in euangelio, Si peccauerit in te frater tuus, corripe illū inter te & ipsum solū: Apostolus dicit, Peccantes corā omnibus argue, cōtrouersia hic videtur. A postolo suo contrarium locutus esse videtur dominus, sed non est, quia & in illo ipse locutus est. Christus ergo vtrunq; dixit, vnum ore suo, altum ore sui præconis. Verum ergo est aliquando illud esse faciendum, aliquando illud. Sed discernere debemus quando illud, & quando illud. Aliquando enim debes corripere peccantem inter te & ipsum solum, vt dominus in euangelio ait, Aliquando coram omnibus vt ceteri timeat illud, & si aliquando illud, aliquando illud fecerimus concordiam scripturarum tenebimus, atq; in faciendo non errabimus. Sed dicit mihi aliquis, quando faciam illud, quando illud Intendite & videte quid quando facere debeamus, sed vtinam facere pigri non simus. quando in te peccauerit, corripe eum inter te & ipsum solum. Quare? quia in te peccauit. Quid est in te peccauit? Tu scis quod peccauit. Quando ergo in te peccauit, id est quando tu scis quod peccauit, tunc secreto argue: ne si publice argueris, non sis corrector sed proditor: vt iustus Ioseph de maria fecit solus suspicans adulterium. Quando autem palam peccatur, palam arguendum est, vt autem presbyter non accusetur. Testor coram deo, patre Et Christo Iesu, qui iudicabit, Et angelis eius electis, ad hoc vt separent bonosa malis, Vt hæc custodias, quę præcepi, & quę sequuntur: & Sine præiudicio, id est præ examinatione Nihil facias, a iustitia Declinando in aliam partem: quasi dicat, antequā aliquid facias præ examinata, & ab examinatione nō declines in aliud quam examinatio inuenit. & post hæc omnia Manus nemini cito imposueris. i. non cito ordines, sed sæpe proba. & si sapiens, & si religiosus videatur, & si inconsiderate ordinas, Neque communicaueris, consensu, Peccatis alienis, quę post ordinatio

Augu. in ser. euan. Augustinus in eodem:

nem facit. Firmissima veritas hoc habet quod non nisi consensione intelligenda est communitio peccatorum qua vetat Ap[osto]lus, qua quis peccatis concipiat, si ea palpat, & cum possit corrigere & corripere negligit. Et Teipsum, qui alios iudicas, Castum custodi. Noli, quia de castitate monuit hac occasione immoderatam abstinentiam prohibet quam ipse iniurat. q. d. dico, ut te castum custodias, tamen Noli adhuc, sicut prius Aquam bibere, sed ut re modico vino, sic enim non nocet castitati. Vtere, dico, Propter tuum stomachum, ubi sedes aegritudinis: Et frequentes infirmitates. s. ipsos accessus. Nunc speciale ei consilium dat, ut eum salubri doctrina regat. Prudenter. n. deus sibi seruari vult, non ut in inietate debiles fiant, & post medicorum suffragia requirant. Temperandum est enim ut si fieri potest conceptum obsequium gradatim prouehatur, potius quam per incon siderantiam minuatur. Quorundam hominum, quia dixerat, sine prauidicio nihil facias. determinat ubi prauidicium sit necessarium, & ubi non, diuidens bona & mala in manifesta & occulta. q. d. ideo opus est examinatione: quia sicut sunt quaedam manifesta quae non oportet examinari, ita quaedam sunt occulta, de quibus sine praexaminatione non potest fieri iudicium. & hoc est quod ait, Quorundam hominum, &c. Vel ita continua, Ideo bibe vinum, quia & si non mox claruerit tua bona intentio, non tamen poterit abscondi, sicut & in malis. Nam quorundam hominum peccata manifesta sunt, Manifesta dicit ea, de quibus clarum est quo animo fiant. & haec sunt praecedentia ad iudicium quia si ista sequitur, iudicium non est temerarium. Quorundam autem peccata, Et subsequuntur. Vel, Subsequuntur, ad iudicium. Subsequuntur illa quae occulta sunt quia nec ipsa latebunt suo tempore, sed palam fient in die iudicij, sic & de bonis factis intelligendum est. vnde subiungit. Similiter & facta bona, quaedam Manifesta sunt, & non est opus probari, Et illa bona Quae aliter se habent. i. non sunt nota, Non possunt abscondi, suo tempore, De manifestis ergo iudicemus. Occulta vero iudicio relinquamus, quia & ipsa abscondi non possunt, siue bona siue mala sunt, cum tempus aduenit quo manifestentur. Vel ita, Et agit tantum de praesenti iudicio hominum quod dicitur discussio. q. d. ideo opus est examinatione, quia sicut quaedam facta sunt manifesta, ita quaedam occulta. & hoc est quod dicit, Quorundam hominum peccata manifesta sunt, & hi non sunt probandi Praecedentia ad iudicium. i. ante nota quam veniant ad discussionem. Quorundam autem peccata, specie religionis tecta sunt. Et subsequuntur, iudicium, quia per discussionem apparent. Similiter, autem, Et facta bona, quaedam Manifesta sunt, & non est opus probari, Et, illa bona Quae aliter se habent, id est non sunt nota, Abscondi non possunt, in discussione. & haec probanda sunt.

Ambr

Augu. in lib. de ser. dei.

Augustinus.

Augustinus

CAPVT VI.

**Q**uicumque sunt sub iugo serui dominos suos omni honore dignos arbitrentur, ne nomen domini & doctrina blasphemetur. Qui autem fideles habent dominos, non contemnant, quia fratres sunt, sed magis seruiant, quia fideles sunt & dilecti, quia beneficii participes sunt. Haec doce, & exhortare. Si quis aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus domini nostri Iesu Christi, & ei quae secundum pietatem est doctrina: superbus est nihil sciens, sed languens circa quaestiones & pugnas verborum, ex quibus oriuntur inuidia, contentiones, blasphemiae, suspitiones male, confutationes hominum mente corruptorum, & qui veritate priuati sunt, existimantium quae stum esse pietatem. est autem quaestus magnus, pietas cum sufficientia. Nihil enim intulimus in hunc mundum: haud dubium, quia nec auferre quid possumus. Habentes autem alimenta & quibus tegamur, his contenti sumus. Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & in laqueum diaboli, & desideria multa in utilia & nociua, quae mergunt homines in interitum & perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas: quam quidam appetentes errauerunt a fide, & inseruerunt se doloribus multis.

**A** Quicumque. Monet seruos non contemere, sed reuereri dominos suos, dicens, Et Quicumque, & si sunt iusti, & si sapientes sint, Serui sub iugo, infidelium, quibus videtur superiores. Arbitretur dominos dignos omni honore, bene seruiedo eis. Sciendum est quosdam praedicatorum esse communem omnibus in Christo esse libertatem, quod de spirituali libertate utique verum est non de carnali, ut illi intelligebant: ideo contra eos loquitur hic apostolus iubens seruos dominis esse subditos. Non ergo exigat serui Christiani quod de Hebraeis dicitur, Sex annis seruiat, & gratis dimittantur liberi, quod mysticum est. & quare hoc precipiat apostolus, subdit, Ne blasphemet nomen domini, quasi aliena inuadentis: Et doctrina, Christiana, quasi iniusta, & contra leges praedicet, sed potius per obsequia seruorum fidelium domini infideles conuertatur. Qui autem habet fideles dominos non contemnant eos, ideo quia Fratres sunt. i. in Christo pares. Sed magis seruiant, quia fideles sunt & dilecti deo, Qui, domini, Sunt participes, beneficii seruorum praesentis vel futuri. Haec, de seruis. Doce, nescientes, Et exhortare, scientes. Si quis autem aliter docet. s. ut omnes sint liberi, Et non acquiescit sanis sermonibus domini nostri Iesu Christi, dum ei obicit Christum dixisse, Reddite Caesari quae sunt Caesaris. Et ite, Discite a me, quia mitis sum & humilis corde. Et non acquiescit ei doctrinae nostrae, Quae est secundum pietatem. s. quae non facit odiosam Christianitatem: iste talis est. Superbus, superbia non ratio ducit eum. & ideo elatus est non patiens se vinci, quippe cum ad fauorem quaerendum in conflictum prorumpit, quod a mansuetis & bonis vitatur. Et est Nihil sciens, de his quae veritas habet, & non est efficax: Sed languens circa quaestiones & pugnas verborum. i. in expeditis ad solvendum, sed semper circa. Vnde recte ait, Languens, non enim recusando fidem penitus moritur, nec ad veritatis scientiam conalescit, sed quasi repetitis accessionibus languet circa quaestiones & pugnas verborum. Quaestio. n. erat an aliquis esset seruus, cum omnes ex eiusdem patribus sint orti, & omnes Christus redemit. Ite, verborum pugnae videbantur, quia dominus dicit, Si filitis vos liberauit, vere liberi eritis. Haec. n. verba videntur repugnare verbis apostoli, sed sensus concordat. Ex quibus, scilicet pugnis & quaestionibus oriuntur, Inuidiae & contentiones, quia qui seruos habent, inuidet & contendunt, & Blasphemiae, in deum, quia aliena tollit sibi, & Suspitiones male, quasi hac libertatem sinxerimus ad lucrum: & Confutationes, pseudopredicatorum contra alios. s. Hominum mente corruptorum, quorum. s. ratio corrupta est, Et qui priuati sunt a veritate. i. a vera rerum cognitione, & scripturarum intelligentia. Hominum, dico, Existimantium quaestum esse pietatem. i. qui ideo opus pietatis faciunt. i. praedicant ut lucrum temporale ab auditoribus accipiant, quia pro quaestu praedicant, non pro futuris. Est autem. q. d. putant quod pietas sit quaestus, sed pietas est longe alius quaestus: quia Est quaestus magnus. s. aeternus Pietas cum sufficientia, quam habet ille cui sua parua sufficiunt, quando homo plus non desiderat habere quam necesse est, quod decet. Nihil enim nascendo, Intulimus in hunc mundum, haud. i. nec Dubium est, quia Nec, moriendo Possumus auferre quid, id est aliquid de Mundo. Vnde Iob, Nudus exiui de utero matris meae, nudus reuertar &c. Habentes, quasi dicat, & si nihil intulerimus, vel ablaturi sumus, non tamen omnino abiicienda sunt haec temporalia: sed Habentes alimeta & indumenta quibus tegamur his contenti sumus, quia qui ultra tendit, malum inuenit. Vnde subdit, Nam qui volunt diuites fieri. Nam, dico, qui sunt diuites, sed qui volunt esse. Incidunt in tentationem & in laqueum diaboli, ipso actu. Non est enim genus mali quod non ex cupiditate aliquando proneniat, quia radix est omnium malorum, Et nota quod hoc dicitur his qui volunt diuites esse, & non sunt. Illis autem qui iam diuites sunt, aliud dicitur in sequenti. s. non superbe sapere, sed dare pauperibus. & addit. Et, incidunt In desideria multa, quae diuitiae nutriunt Inutilia & nociua, quod peius est. Et quomodo nocent ostendit, subdens, Quae, desideria, Mergunt homines in interitum, corporum, Et perditionem, animarum. Radix enim, generalis Omnium malorum est cupiditas, plus habendi quam oportet. Hac & diabolus cecidit, & primi homines. Aliqui libri habent, Radix omnium malorum est auaritia, quae proprie est amor pecuniae. Vnde & in Graeco habetur philargia. Si ergo auaritia habetur in libro quae proprie est pecuniae amor, cum radix omnium malorum dicatur: species ponitur pro genere, quod est cupiditas. Et alibi dicit scriptura, Quod superbia est radix omnium malorum quae non videntur conuenire. Sciendum vero utrumque vere dictum esse, si

Augu. in lib. quas. Exodi.

Aimoi

Ambrosius

Augustinus

Augustinus in psal. cxxxvii

Augustinus super Gene.

Augustinus.

peccatorum genera attendantur. Nullum enim genus peccati est quod aliquando non proveniat ex superbia, nullum quod aliquando non proveniat ex cupiditate. & est uti que aliquis homo qui ex cupiditate sit superbus, & aliquis est qui ex superbia sit cupidus. Est enim homo qui non esset amator pecunie, nisi per hoc putaret se excellentiorē esse, & est qui non amaret excellere, nisi putaret per hoc maiores divitias habere. Quā cupiditatem, Quidam appetentes. Qui enim pecuniam appetit, cupere appetit. Erraverunt a fide, omnino Christū deserentes. Et inseruerunt se doloribus multis. hoc constat in avaris qui tāto plures sollicitudinū cruciatus sustinent, quanto amplius desiderant, vel quæ habitu transeunt, vel quæ habere non possunt.

Tu autem o homo dei hæc fuge. Sectare vero iustitiam, pietatem, fidē charitatem, patientiam, mansuetudinem. Certa bonum certamen fidei, apprehende vitam æternam, in qua vocatus es & confessus bonam confessionem coram multis testibus. Præcipio tibi corā deo qui vivificat omnia, & Christo Iesu, qui testimonium reddidit sub Pontio Pilato bonam confessionem, ut serues mandatum sine macula, irreprehensibile usque in aduentum domini nostri Iesu Christi, quem suis temporibus ostendet beatus, & solus potens rex regum, & dominus dominantium, qui solus habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilem, quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest. Cui honor & imperium sempiternum. Amen.

Ambrosius.

Tu autē, o Timothæe, quia Homo es, id ē rationalis, & quia Dei es, Fuge hæc. Nihil enim tā asperū, tamque pernitiosum, quam si vir ecclesiasticus, maxime qui sublimē tenet locū, divitijs huius seculi studeat, quia non solū sibi ipsi, sed & cæteris obest, quibus contrariā dat formā. Sectare vero iustitiam, faciendo unicuique quod ius exigit quod non cupidus facit. Pietatem, ut egenti condescendas, quod non cupidus. Fidem, veram. Qui veram fidem de deo habet, non cupit in miserijs fieri dives, nec plurius est ei mundus quam deus, Charitatē, dei & proximi qua penitus caret cupidus. Patientiam mansuetudinem, quibus caret cupidus, quia nec patienter fert adversa, nec alijs est mansuetus. Certa. q. d. hæc in te habe pro alijs, ante Certa certamen, quasi dicat, assidue certa. Certamen, dico, Bonum. s. quod prodest alijs, quasi dicat, certamen tale certa, ut proficit alijs cum discretiōe factum. Certamen, dico, Fidei. s. quod pro fide, & pro his omnibus. Apprehende vitam æternam. i. non quæras nisi vitam æternam. quod debes, quia in eam vocatus es, & non in aliud. & hoc est quod subdit. In quam habendam, Vocatus es, & etiam ideo debes, quia Confessus, es iam Coram multis testibus, vel in ordinatione, vel in prædicatione. Bonam confessionem. i. illud quod fides exigit, Præcipio tibi. Præcepta dat rectori ecclesiæ magna vigilantia atque providentia. In Timothæo enim omnibus successoribus prospector loquitur, quasi dicat, non solum exhortor, sed etiam Præcipio tibi coram deo, patre, Qui vivificavit omnia, in quibus vita est, ita & te, & coram Iesu Christo, ut eum imiteris. Qui, cum esset Sub Pontio Pilato reddidit testimonium. s. Bonam confessionem, id est imminente morte non negavit veritatem, sed quod dixerat affirmavit, scilicet se consilium dei, quæ fuit bona & honesta confessio. Præcipio, inquam, ut Serues mandatum. i. illud quod deus & ego tibi mandavimus. quod est Sine macula & irreprehensibile, quia lex domini est immaculata, nec etiam habilis est reprehendi. Serues, dico, Vsq; in aduentum domini nostri Iesu Christi. i. donec tibi adveniat Christus in morte. Quem, aduentum Christi, Suis. i. congruis Temporibus ostendet, sanctis quibuscunq; Beatus & solus potens, hoc non de patre tantum intelligendum est, sed de deo qui est ipsa trinitas, quæcunq; pater facit hæc & filius, similiter facit & spiritus sanctus. Deus ergo trinus intelligitur, cum ait, Beatus & solus potens, solus enim ipse beatus est & potens in se, qui etiam suos faciet bonos & potentes, & reges sui & dominos imperiorum. Vnde subdit, Rex regum & dominus dominantium, qui solus per naturam habet Immortalitatem, id est immutabilitatem, & dabit suis per gratiam. Et habitat lucem. Per simile hoc di-

Augu. contra Maximianū.

cit, id est ipse est lux cuius sui participes erunt. Lucem, dico, Inaccessibilem, quia nullus eam accedit ex se, sed cui datur dono eius: quod intelligebat propheta, dicens. Accedite ad eum & illuminabit, & ita inaccessibleis est lux illa, quia ipse est Quem nemo hominum vidit, ex se, sed deus factus videt, cum de luce ageret: nunc de ipso deo loquitur, quia idem ē ipse & lux: sed nec videre potest homo in hac vita, post autem videbit Nihil hic dictum est quod non conveniat trinitati, quia secundum veritatem trinitas vnus deus est. Beatus & solus potens rex regum & dominus dominantium qui solus habet immortalitatem, quia solus per naturā est immutabilis, quia nec cuiusquā grā sed natura sua nec potuit, nec potest aliqua cōversione mutari, nec potuit nec poterit aliqua mutatione peccare. Cuicunque vero creature rationali præstatur ut peccare non possit non est hoc proprie naturæ, sed dei gratiæ. Solus ergo deus habet immortalitatem, Et lucem habitat inaccessibleem, quam nec homo videt, nec videre potest, nec inde separatum filium oportet intelligi, quia filius vita æterna est cum patre. & ideo recte intelligitur quem secundū naturā qua deus est nemo vidit, nec videre potest, sed poterit aliqui si de illis est, de quibus dicit, Beati mūdo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Cui deo. i. patri, & filio, & spū sancto, est Honor, a creaturis, & Gloria, in se, Et imperium, quia omnia potest, & hæc etiam suis dabit, & hoc in Sempiternum, Amen.

August. cōtra Maximianū.

Augustinus, de trinitate

Augustinus

Diuitibus huius seculi præcipe non sublime sapere, neque sperare in incerto diuitiarum: sed in deo viuo qui præstat nobis omnia abunde ad fruendum, bene agere, diuites fieri in bonis operibus, facile retribuere, cōicare, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendat veram vitam. O Timothæe depositum custodi, deuitans prophanas vocum novitates, & oppositiōes falsi nominis scientiæ: quā quidā promittentes circa fidē exciderunt. Gratia tecū, Amē.

Diuitibus. Supra egit de his qui volunt diuites fieri, dicens eos incidere in tentationē & laqueum diaboli. Hic agit de his qui diuites sunt monens non sperare in diuitijs, & quia dixit mala venire ex cupiditate, & contra suasit, ne viderentur diuites omnino abiecti determinat. q. d. licet cupidi incidant in laqueum diaboli, tamen non sunt penitus abiecti diuites, sed potius præcipe Diuitibus huius seculi, quia sunt & spirituales diuites, id est his qui in hoc seculo abundant pecunia. Quid? non diuites non esse, sed non sublime sapere, nec sperare in incerto diuitiarum, id est non inde superbire, & in eis spem non habere, quia incertæ sunt, & ideo non est superbiendū inde, sed timendum. Nota quod non expauit apostolus diuitias, sed mōrbum diuitiarum, id est superbiam quæ est vermis diuitum. Grandis animus est qui inter diuitias isto morbo non tentatur. magnus est qui non se ideo magnum putat, quia dives est. Qui autem ideo se magnum putat, superbus & egenus est. in carne crepat, in corde mendicat, inflatus est, non plenus. Et ne se spem perdidisse arbitrentur, quia dixerat, Neque sperare in incerto diuitiarum, adiecit, Sed, præcipe sperare In deo, viuo, Qui præstat nobis omnia abunde, scilicet sine diminutione Ad fruendū, in æternitate, non modo ad vtendum in hac vita. Temporalia enim dat ad vtendum, æterna ad fruendum: illa, vnde bona faciamus: ista, vnde boni efficiamur. Si vero quid faciant de suis diuitijs, quærant. Præcipe, diuites, Bene agere, & Diuites fieri in operibus bonis, id est præcipe illos bene operari, ita ut diuites sint in operibus. Et, præcipe illis Tribuere, sua. & hoc Facile, etiā vel ita, & ad hoc sint faciles. & præcipe illis Cōmunicare, id est communia putare quæ habent, & Thesaurizare sibi fundamentum bonum, id est virtutes firmas, non tantum opera. et hoc in futurum, id est in opus, non alicuius præsentis, sed futuri boni. ad quod diuitiæ præmittuntur, non perduntur: ita hæc præcipe facere. Ut, id est cum Apprehendant veram vitam, scilicet æternā quæ non est fugitiua & vana, ut hæc vita. Quid plura? O Timothæe, per nomen ammonet proprium reddens eum attentum. Custodi depositum. s. quod deus & ego tibi commendavimus Deuitans, ut possis illud custodire: Novitates vocum, non omnes, sed prophanas, quæ sunt contra religionem, ut est hypostas, quæ vox habet se ad personam & ad substantiam: Vnde & hæretici sub huius vocis multiplicitate inducere volebant tres esse substantias. Aliæ verò novitates non sunt vitandæ. Sunt enim doctrinæ religionis congruentes verborum quædam novitates

Augustinus in ser. de ver. euang.

Augustinus



Augu. super  
Ioannem. tes, sicut ipsum nomen Christianum quod quando dici coeperit scriptum est. In Antiochia enim primum post Ascensionem domini appellati sunt Christiani: sicut legitur in Actibus Apostolorum. Adversus etiam impietatem Arrianorum novum nomen patres homouision condiderunt, sed non rem novam tali nomine significauerunt. Hoc enim vocatur homouision, quod est vnius eiusdemque substantiae. Nam si omnis novitas prophana esset, non a domino diceretur, Mandatum novum do vobis, ut testamentum appellaretur novum, nec cantaret vniuersa ecclesia canticum novum. Et, deuitas etiam oppositiones scientiae falsi nominis, id est quae falso nomine scientia dicitur. Quam, scientiam, Quidam promittentes, qui fidem quasi imperitiam rident, Exciderunt, a fide, semper manentes circa fidem, & nunquam intus. Nihil enim sic amant isti quam scientiam promittere: & fidem rerum verarum quam paruuli credere praecipiantur, velut imperitiam deridere. Et ut haec custodias, Gratia sit tecum Amen.

Augustinus,  
in eodem.

Argumentum in epistolam secundam ad Timotheum.

**T**em Timotheo scribit de exhortatione martyrii, & omni regula veritatis, & quid futurum sit temporibus nouissimis, & de sua passione, scribens ei ab vrbe Roma.

CAPVT I.



**P**AVLVS apostolus Iesu Christi per voluntatem dei secundum promissionem vitae quae est in CHRISTO Iesu, Timotheo charissimo filio: gratia & misericordia, & pax a deo patre nostro & CHRISTO Iesu domino nostro. Gratias ago deo meo cui seruius a progenitoribus meis in conscientia pura, quod sine intermissione habeam tui memoriam in orationibus meis nocte ac die desiderans te videre, memor lacrymarum tuarum ut gaudio implear: recordatione accipiens eius fidei quae est in te non ficta, quae & habitauit primum in auia tua Loide, & matre tua Euticie: certus sum autem quod & in te.

**P**AULVS APOSTOLVS Paulus iam a mundo transurus hanc secundam epistolam item scribit a Roma de carcere Timotheo infirmitatibus & aduersitatibus iam fatigato, ut constanter laboret in dei gratia sibi credita, exhortans eum ad martyrium multis modis, & ut perseveret in officio recte praedicationis & sancta operatione, & praedicans quod futurum sit nouissimis temporibus, & de suo obitu. Et est intentio Apostoli in hac epistola exhortari Timotheum ad sui officij diligentem executionem, & ad palmam martyrii, & quaedam adhuc addere de episcopali officio. Modus talis, Primo salutatur, deinde gratias agit de bono quod habet, ubi suum videndi eum desiderium ostendit. Postea monet eum ad praedicandum, & ad patientiam martyrii, suo, & alijs modis. Inde dicit, quales futuri sunt in nouissimis diebus, tandem de tempore resolutionis suae instanti. Praemittit autem salutationem, dicens, Paulus Apostolus CHRISTI IESU, cuius officij tu es particeps. Perfice ergo debitum officij opus. Apostolus, dico, Per voluntatem Dei, non meis meritis: quasi dicat, & tu similiter gratis missus es, & ideo praedicandae gratiae magis es obnoxius. Apostolus sum, dico, nec sine spe praemij, imo Secundum promissionem vitae, non huius, sed quae est IN IESU, pro hac promissione legitime certo. Hanc meis sequacibus promitto. Paulus, inquam

Aimo.

**A** scribit epistolam Timotheo charissimo filio, & ante alia salutatur in hunc modum, Gratia scilicet donatio spiritus sancti qua ministri armantur: Et misericordia, scilicet remissio peccatorum: Et pax, scilicet tranquillitas mentis, & prelibatio aeternae vitae, sit tibi a deo patre & Iesu Christo domino nostro. Gratias ago. Agit gratias de bono eius commendans fidei gratiam quae in ipso est. Ait ergo, Gratias ago deo meo, de hoc. Quod sine intermissione habeo memoriam tui, in orationibus meis. scilicet orans tibi maiora dona. i. de hoc gratias ago quod tam bonus fuisti cui semper sum memor. Haec est sapiens exhortatio ad vltiora. Deo meo, dico, Cui seruius, quae & tu sequere. Seruius, dico, edoctus a progenitoribus meis. i. ab antiquis patribus. scilicet Abraham, Isaac, & Iacob, & alijs qui vnum deum vera fide coluerunt, quia vna fides est vtrorūque. scilicet antiquorū & modernorum iustorum. Seruius, dico, In conscientia pura, sic sit & tua. Ego, dico, Nocte ac die desiderans videre, te, quia meus visus esset tua confirmatio, & sic qui gaudeo de te bono, impleat gaudio de te perfecto. Vnde subdit. Ut gaudio, quasi dicat, ideo desidero te videre, ut implear gaudio, de tua perfectione, & ideo quia Memor sum lacrymarum tuarum. Eleuit enim Timotheus a Paulo dimissus paratus cum eo ire ad omnia pericula. quod ergo praesens habuit, absens teneat. Ego, dico accipiens, id est etiam habens Recordatione eius fidei quae est in te non ficta, id est non inuentitia vel fragilis, quia etiam commoneat te, cum etiam in feminis fuerit firma. Vnde sequitur, Quae fides, Et habitauit primum in auia tua Loide, & matre tua Euticie, parentum eius sinceritatem fidei memorat, ut fortiolem homo faceret. Certus sum autem quod & in te habitat eadem fides. & ideo ferueat.

Ambrosius,  
Aimo.

**B** Propter quam causam admoneo te, ut resuscites gratiam dei quae est in te, per impositionem manuum mearum. Non enim dedit nobis deus spiritum timoris, sed virtutis, & dilectionis & sobrietatis. Noli itaque erubescere testimonium domini nostri, neque me vinculum eius, sed collabora euangelio secundum virtutem dei qui nos liberavit & vocavit vocatione sua sancta: non secundum opera nostra sed secundum propositum suum & gratiam, quae data est nobis in Christo Iesu ante temporalia secula. Manifestata est autem nunc per illuminationem saluatoris nostri Iesu Christi, qui destruxit quidem mortem, illuminavit autem vitam & incorruptionem per euangelium, in quo positus sum ego praedicator, & Apostolus, & magister gentium. Ob quam causam etiam haec patior, sed non confundor. Scio enim cui credidi, & certus sum quia potens est depositum meum seruare in illum diem. Formam habe sanorum verborum quae a me audisti in fide & dilectione in Christo Iesu. Bonum depositum custodi per spiritum sanctum, qui habitat in nobis. Scis enim hoc quod auersi sunt a me omnes qui in Asia sunt, ex quibus est Phyletus & Hermogenes. Det misericordiam dominus Onesiphori domui, quia saepe me refrigeravit, & catenam meam non erubuit: sed cum Romam venisset sollicitus me quaesivit, & inuenit. Det illi dominus inuenire misericordiam a deo in illa die, Et quanta Ephesi ministravit mihi, tu melius nosti.

Propter quam causam, Comendata fide illius ad eam sine timore & erubescencia praedicanda exhortatur. q. d. Propter quam causam. scilicet quia fidem habes, & fuisti talis, & tam boni parentes tui fuerunt. Ammoneo te ut resuscites gratiam dei. scilicet gratiam episcopalem timore quasi sopitam a deo tibi collatam, Quae est in te per impositionem manuum mearum, quae te mihi ammonet obedire. Non enim. q. d. moneo ut resuscites gratiam dei, quod vtiq; potes. dedit enim nobis deus spiritum virtutis & dilectionis. & hoc est quod ait, Non enim dedit nobis, tibi ut mihi, Spiritum timoris, Quo turbatus, Petrus negavit Christum. Hunc enim potius auferri voluit a nobis, cum dixit. Nolite timere eos qui occidunt corpus. Huius timoris non accepimus spiritum, sed illius de quo dominus ait, Eum timete qui potest corpus & animam perdere in gehenam. Spiritus enim sanctus dat timorem non mundi, sed dei qui potest perdere in gehenam. Non dedit, inquam, Spiritum timoris sed virtutis. i. fortitudinis contra aduersa quae timorem pellat, quae venit ex dilectione.

Augustinus,  
de gra. & lib.  
arbitrio.

ctione dei & proximi, de qua addit, Et dilectionis, quā sobrietas precedit, de qua sub  
 dit: Et sobrietatis. i. discretionis. Ecce a summo dono. i. a dilectione, ad vnū descendit  
 id est ad sobrietatē. Noli itaq; prius monuit non timere, ad quod valet virtus. Hic mo  
 net non erubescere, ad quod valet dilectio & discretio. q. d. quia dedit spiritū dilectio  
 nis & discretionis. Noli itaq; erubescere testimonium domini nostri. i. non erubescas  
 testari hominibus dominū esse crucifixū, quia surrexit. Constantiā habēdā, docet, nec  
 erubescendum esse in professione. Non est. n. vnde erubescatur in ea: quia si visus ē hō  
 Christus, gestis tñ apparuit deus: & si crucifixus est, resurrexit tñ a mortuis: & multis  
 videntibus suscipiēte eū nube, in cælū ascendit. Vbi ergo putatur imbecillitas, ibi ap  
 parēt potentia, Neque, erubescas Me vincitum, pro prædicatione euangelij eius, quia  
 nec in hoc rubor est, Sed conlabora, mihi in prædicando Euangelio crucis. Vel, Con  
 labora, mecum Euangelio, id est ad honorem euangelij, quod potes Secundum virtu  
 tem dei, & debes, quia ipse Qui liberavit nos precio sanguinis sui. Vicem ergo redde  
 re liberanti conuenit, cuius beneficijs cum digne respondere non valeamus, vel lega  
 tionem eius fideliter & instanter agamus. Et vocauit, nos Vocatione interiori, Sua, id  
 est sibi soli conuenienti, & Sancta, quia ad sancta vocat. Vocauit, dico, Non secundū  
 opera nostra, sed secundum propositum suum & gratiam, id est secundum quod per  
 gratiam quidem præuiderat. Quæ, gratia. Data est nobis in Christo Iesu, id est præ  
 sa est dari nobis per Christum, Ante tempora secularia. Manifestata est autem num  
 in completionē Per illuminationē saluatoris nostri Iesu Christi, id est per prædica  
 tionem Christi, illuminātem auditores. Quæ vero sit illa gratia aperit, subdes, Qui,  
 Christus, Destruxit quidem mortem vtrāq; animę & corporis. Hæc est illa gratia, sci  
 licet destructio mortis, & ideo mors non est timenda pro fide Christi, illuminauit autē  
 id est in luce posuit, Vitā & incorruptionē. i. vitam incorruptibilem. & hoc per euange  
 lium, id est per prædicationem euangelij. Ecce quam necessarium est euangelium, In  
 quo. i. euangelio, Ego posui sum quasi immobilis Prædicator, nomē actus Et aplūs ha  
 bēs potestate apostolicā, Et magister gētū. i. quotidie docēs gētes. Ob quā causam. i.  
 quia prædico, & Hæc patior, Quæ nō Romę sustineo, Sed non confundor. i. deficio  
 vel erubesco. Securus, quia pro tribulationibus magna ei promissa merces est, nō con  
 funditur sed gloriatur in pressuris. Quo autē hæc spectēt, ibi aperit, Formam habens  
 & c. Scio enim. q. d. ideo non confundor, quia Scio, quod deus est ille, Cui credidi Vel,  
 Scio cui credidi. i. cui mea commisi. f. Christo. Et certus sum quia potēs est seruare de  
 positū meum. i. salutē meā quam ei commēdaui. f. in spe & fide illius collocati. In il  
 lo die. i. iudicij Spe & magnificentia saluatoris securus est, quia quod commendat illi  
 in tuto est. Illi autem commendat salutem suam, vt hic pro illo patiens, salutem inue  
 niat penes illum cum cœperit indicare, vt puniens infideles istum dignum æterna vi  
 ta pronuntiet: Vel, Potens est seruare depositum meum, i. euangelium quod mihi com  
 mendauit, vel quod ei commisi seruādum vsque In illum diem, decessus mei. Formā  
 Hic ostendit quo de se prædicta spectent. q. d. ita laboro & iusto officio mihi credito  
 similiter & tu Habēs formā sanorū verborū quæ a me, non a quocūq; Audisti. Habēs  
 dico, In fide & dilectione. i. habēs bona verba cū fide & dilectioe, quæ est In Christo  
 Iesu. i. sicut Christus instituit. Hæc inquā, habēs per quæ potes custodire, Custodi, dilige  
 ti executioe, Bonū depositū. i. officium tibi commissum, q. potes Per spūm sc̄tum qui habi  
 tat in nobis. f. i te vt i me. Quidā libri hñt. Formā habet, secundū hoc sic cōtinuo lram,  
 q. d. cōlabora euangelio, quod vt recte facias. Habe formā sanorum verborum, & c. non  
 mutatur sententia: & Custodi bonum depositum, nec hic mntē sensus. Scis enim hoc  
 q. d. iō opus est vt custodias, Quia, tu Scis hoc quod omnes illi qui auersi sunt a me. i.  
 qui recesserunt a me, Modo sunt in Asia, ex quibus est Phyletus & Hermogenes, a qui  
 bus tibi maxime cauendum est. Hi quos memorat simulatione pleni erāt. simulate enī  
 fuerant cū aplō, vt addicerent vnde calumniā illi facerent, sed postquā viderūt se ma  
 nifestos, recesserunt a beo. Det & c. q. d. illi recesserūt a me, sed Det domin⁹ misericor  
 diā domui, id est familie, Onesiphori, Asiani, quia Sæpe me refrigerauit ministrādo  
 mihi necessaria. hunc imitare tu. Et catenam meam non erubuit, sicut hi qui recesser  
 runt a me. Sed cum venisset Romā sollicitē me quæsiuit, vt ei liceret ad me ingredi, &  
 Inuenit, me, & ideo Det illi deus, pater Inuenire misericordiā a domino. i. a filio, In

Ambrosius.

Ambrosius  
Aimo  
Ambr.

Ambro.

Ambro.

Aimo.  
Augu.  
Ambrosius

Aimo.

Aimo.

Ambro.

A illo die iudicij: & non solum Romæ, sed Etiam Ephesi, multa ministravit mihi: & quā  
 ta tu qui aderas, Nosti melius, alijs pluribus. Vel, Melius, quam hæc.

CAPVT II.



V ergo fili mi confortare in gratia quæ est in Christo Iesu, & quæ au  
 disti a me per multos testes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui  
 idonei erunt & alios docere. Labora sicut bonus miles Christi Iesu:  
 Nemo militans deo implicat se negotijs secularibus, vt ei placeat cui se  
 probauit. Nā & qui certat in agone, non coronabitur nisi legitime certauerit.  
 Laborantem agricolam oportet primum de fructibus accipere. Intelligē quæ di  
 co, dabit enim tibi dominus in oibus intellectum. Memor esto dominum Iesum  
 Christum resurrexisse a mortuis, ex semine Dauid, secundum euangeliū meum  
 in quo laboro vsq; ad vincula quasi male operas, sed verbū dei non est alligatum,  
 Tu ergo. q. d. quia illi sunt auersi & exēplū habes illius Onesiphori. Tu ergo fili mi  
 confortare, & magis exemplo Onesiphori, In gratia, fidei & sapientiæ in te seruāda,  
 & alijs annuncianda: quæ data est, In Christo Iesu, & etiam coadiutores constitue. vn  
 de subdit, & Quæ audisti, a me confirmata. Per multos testes. f. per prophetas, Hæc cō  
 menda hominibus fidelibus, id sanę fidei, Qui idonei erūt vita & scientia & facundia,  
 Et alios docere. Illis enim debet committi prædicatio dei qui apti sunt illi officio. & tu  
 ipse, Labora, in prædicando euangelio contra hostes fidei. Sicut bonus miles Christi.  
 Si autem bonus miles esse vis nō implices te secularibus negocijs, quia Nemo, in spiri  
 tualibus, Militans deo, qui non potest diuidi duobus contrarijs seruis, sicut nemo pōt  
 seruire duobus dominis, Implicat se secularibus negocijs, quibuslibet, vel specialiter  
 negotiū seculare appellat, vt quasi mercatū faciens quis de spiritualibus carnalia quæ  
 rens. & est hæc diffinitio boni militis, vt ergo sit bonus miles non implicet se seculari  
 bus negocijs. Hoc ideo dicit apostolus scribens Timotheo, ne forte eū indigeret Timo  
 theus, & nollet victu cotidiano ab eis sustentari quibus euangeliū ministrabat, nec in  
 opere corporali laborare posset, aliqua negocia sibi quæreret quibus animi eius iplica  
 rentur. Nā & illa negocia sunt secularia cū animus occupatur colligēdę cura pecunię  
 sine labore corporis, vt faciunt negociatores, & huiusmodi. Cura enim non manibus  
 operatur, ideoq; ipsum animū suum occupant habendi sollicitudine, quod ne iste face  
 ret quia infirmus laborare non poterat, prohibet, dicens, Nemo militans deo implicat  
 se negotijs secularibus, vt placeat ei. f. deo. Cui se probauit. i. deuonit, & per præterita  
 in electione probabilem ostendit. Nam & qui. q. d. Ideo labora sicut bonus miles, vel  
 ideo nemo se implicet secularibus negocijs, quia aliter non datur corona nisi legitime  
 militet, vt in agone sit. Nam & ille qui certat in agone, quolibet, Non coronabitur ni  
 si legitime certauerit, id est prout expetit lex agonis, quod nemo potest nisi ab omni  
 bus quæ illum agonem impedire possunt abstineat. Et quasi ille quæreret, vnde ergo  
 viam cum fodere non possim, & mendicare confundar? subdit, Laborantem agrico  
 lam. q. d. & si non implices te negotijs, est tamen vnde potes viuere quia Oportet labo  
 rantem agricolam. Vel ita continua. dico labora, & quanuis ita moneam te laborare,  
 non tamen vitas de opere tuo, quia infirmus es, & minus sufficiens verbo dei: quia O  
 portet laborantem agricolam. i. prædicatorem qui in agro ecclesiæ ligone verbi dei  
 excollit corda auditorum, Primum percipere, id est sumere, De fructibus. i. necessaria  
 ab auditoribus, quia dignus est operarius mer. sua. Vt agricola vel viuitor primos frus  
 ctus laboris sui degustat, ita Apostolus, prius iubet eū iumere qui primus est, & sic cęte  
 ris distribuere. Primum enim debet ille suam necessitatem implere ex his quæ accipit,  
 & post alijs de his quæ super sunt ministrare. Castum itaq; euangelistā non ad hoc euā  
 gelizantem, vt euangelium vendat, securum facit: & vult vt intelligat quod necessaria  
 sibi sumere ab eis in quibus deo militat, & quos tanquā cultor vineam exercet, vel tan  
 quam gregem pascit, non est mendicitas sed potestas. Timothæus autem tantæ abstia  
 nentiæ fuit, quod etiam a licitis se temperans volebat de labore manuum viuere, cum  
 dominus decreuerit, vt qui euangelium annūciat, de euangelio viuat. Intelligē. q. d. di  
 eo vt accipias necessaria a subditis, & in hoc si videor cōtraria, & contra hoc quod ipse

Ambro.

Augustinus  
in li. de opē  
mona.

Aimo.

Ambrosius  
Aimo.  
August. de  
opē. mona.

Aimo.  
Augustinus

ego facio, dicere, Intellige quæ dico. i. discerne quid quare dicitur. Ideo enī dico, vt accipias, quia tu infirmus es. ideo ego abstineo quia mihi de acceptiōe scandalū est. Intellige dico quod potes, Dabit enim tibi deus in omnibus intellectu, non solum in his. Memor. q. d. certans legitime coronabitur, & vt legitime certes, Memor esto dominū nostrum Iesum Christum resurrexisse a mortuis, natū Ex semine David. i. de progenie David. Et hoc, secundū euangeliū meū. i. secundū prædicationē meā, & si peruersū negēt Hæc nō propter Timotheū memorat, sed propter hereticos quos præuidit futuros & ista negaturos, In quo, euāgelio prædicādo, Laboro vsq; ad vincula, sic & tu facias: ego dico habitus, Quasi male operās, hic contumeliā notat quæ ei ingerebatur. Sed verbū dei nō est alligatum in me, & si corpus. i. licet ego sim alligatus corpore, tamen verbū dei non est alligatum, quia & sermone præsentēs & literis absentes docere non cesso.

Ideo omnia sustineo propter electos, vt & ipsi salutē consequantur, quæ est in Christo Iesu cum gloria cælesti. Fidelis sermo. Nam si cōmortui sumus, & conuiuemus: si sustinebimus, & cōregnabimus: si negauerimus, & ille negabit nos: si non credimus, ille fidelis permanet, negare seipsum non potest. Hæc cōmone testificans coram deo. Noli contēdere verbis, ad nihil enim vtile est, nisi ad subuersionem audientium. Sollicite autem cura te ipsum probabilem exhibere deo operarium inconfusibilem: recte tractantem verbum veritatis. Prophana autem & inaniloquia deuita. Multum enim proficiunt ad impietatem, & sermo eorum vt cancer serpit. Ex quibus est Hymenæus & Philetus qui a veritate exciderunt, dicentes resurrectionem esse iam factam, & subuerterunt quorundam fidem.

Et ideo. i. pro euāgelio, vel quia memor sum Christum resurrexisse, Sustineo oīa, in cōmoda maxime Propter electos, & si omnibus nō profum, Vt & ipsi mecum cōsequantur, hic Salutē animæ quæ est In Chrō Iesu. i. per Christū patrat. & hoc, Cū gloria cælesti, quæ post hanc vitā gloria dabitur. q. d. hic consequantur salutē iustificatiōis, & post hanc vitā gloriā cælestē. Et fidelis. i. verus Sermo, est iste. f. quia consequetur electi salutē & gloriā, & vere: nā & mortui mūdo sicut Christus veteri hoī, & sustinētes. i. martyres consequentur salutē. Et hoc est quod ait, Nā si, nos, Sumus cōmortui. i. si nos sumus mortui mūdo vel peccatis in baptismo, sicut Chrūs veteri homini, utiq; Et cōuiuemus. i. cū illo uiuemus in æterna vita. Et si sustinemus. pro Chrō tribulationes. & passiones, Et cōregnabim⁹, cū illo in æterna beatitudine. Vel ita, Fidelis sermo, nā si: ita ordinā literā, & continua, quia vt sustineas memor esto Christū resurrexisse, Nā si cōmortui sumus, Chrō in ipsa morte, Et cōuiuemus, & si sustinem⁹, in ipsa passione, Et cōregnabimus, in gloria cū eo. Et iste sermo fidelis est, si negauerimus, eū corā hoībus, Et ipse negabit vos, corā patre dicēs, Nescio vos. hoc ē cōtrariū illi quod ipse ait, Qui me cōfessus. f. c. h. c. & e. c. o. p. m. Et si, nos, Non credimus, quod puniat malos stulte cōfisi de misericordia eius. Ille, tñ. f. Chrūs, Permanet fidelis, in dictis suis & in eo etiā quod dixit, Qui nō crediderit condēnabit. Et vere fidelis est, quia nō pōt Negare seipsum, qui est veritas quod faceret si dicta sua nō impletet. hoc autē quod seipsum negare non pōt laus est diuinæ voluntatis, sic quod quidā nō possunt credere culpa est voluntatis humanæ. Hæc autē, prædicta. f. vt patiaris & c. Cōmoneo, te. Vel secundū aliā literā, Hæc cōmoneo, alios tibi cōmissos Testificans corā deo. i. testē deū inuocans. Noli. q. d. hoc fac. Sed noli cōtendere verbis. Ad nihil enim vtile est nisi ad subuersionē audientium, quia cōtētio nil pōt nisi subuerrere audiētes, dū verbosus par vel superior videt catholico. Cōtētio min⁹ stabilitis sæpe gñat scrupulū. solēt enī in cōtētionē talia opponi elimato maliuolētiæ argumēto, vt moneāt aīos insipiētium fratrum. Nec pōt esse quin cōtētio extorqueat aliquid quod dicatur cōtra cōscientiā, vt intus in aīo perdat, & foris vīctor accedat. Nemo enim patit se vinci, licet sciat vera esse quæ audit. Collatio ergo inter dei seruos esse debet, nō altercatio. Sollicite autē cura exhibere te ipsum deo. hoc propter te, Probabilē. i. probatū & laudabilē in cōspectu tuorū, hoc propter proximū, Operariū, in operibus vitæ agēdis, Inconfusibilē. f. qui nō erubescat euangeliū, vel nō deficiat. recte Tractantē verbū veritatis. f. secundū cōpetentiā singulorū, vt altis spūalia, lac distribuat paruulis, Prophana, quæ verba vt hærefes. Et inaniloquia. f. quæ

Augu. super  
Ioannem.

A sine fructu sūt, & si nō ita mala sint. Deuita quia aliquib⁹ nocēt. Vñ subdit. Multū. n. pro ficiūt. i. efficacia sūt, Ad impietate. i. cōtra cultū dei. Et sermo eorū. i. hæreticorū, Vt cancer serpit. i. a paruo vsq; ad mai⁹ paulatim tēdit quæ sana sūt corrūpēdo, & ita ad impietate trahēdo. ex quib⁹ est, Hymenæus & Philet⁹, horū prodit nomina vt ab his specialiter caueat: quos & prophanos & impios designat, & errātes a veritate. Vñ subdit, Qui exciderunt a veritate, in qua olim fuerunt, ideo adhuc eis creditur, vñ et magis noxi⁹ sunt, sed ab ea exciderunt, Dicentes resurrexerunt. corporū Iā factā esse, vt non speretur alia, quod dicebant occasione verborū illorū quæ in euāgelio continēt. f. multa corpora sanctorū qui dormierant surrexerunt, & negabant resurrectionē generalē quæ adhuc futura est. Vel ita, vt de resurrectionē animæ accipiatur. Duæ. n. sūt resurrectiones, prima est quæ fit in anima, quæ per fidē et baptismū viuificatur. Vnde, Qui crediderit in me trāsibit de morte ad vitā. Altera erit corporū, quæ erit in die iudicii. De illa resurrectionē quæ fit in anima per fidem loquitur hic Apostolus cum ait, Dicētes resurrexerunt, Iā esse factā, in baptismo et fide, et nullā corporū resurrectionē futurā. Omnes. n. secte quæ aliquā religionē promittunt cōcedunt resurrectionem nem mentiū in fide, Aliter enim non videntur audiēdi. Volētes ergo credi sibi, oēs et qui instituerunt alicuius falsę religionis sectam negare istam resurrectionem mentiū non potuerunt, omnes de illa consenserunt: sed corporum resurrectionem multi negauerunt, sicut isti quos nominat Apostolus, Et subuerterunt fidem quorundā, & ideo magi vitandi sunt.

Aimō

Augustinus  
super Ioan.

B Sed firmum fundamentum Dei stat habens signaculum hoc. Cognouit dominus qui sunt eius, & discedat ab iniquitate omnis qui inuocat nomen domini. In magna autem domo non solū sunt vasa aurea & argentea, sed & lignea & fictilia, & quædam quidem in honorem, quædam autem in contumeliā.

Sed, ideo non pro eis desperādū ē, quia Firmū stat fundamētū dei. i. illi quos elegit deus, & immobiliter in fide fundauit, qui perit, inde nō erat. Fundamētū, dico: Habens hoc signaculū. i. habens hoc in signū amicis & inimicis. Amicis, vt accedant: inimicis, vt territi fugiant. Vel, Habens hoc signaculum. i. hoc habet menti impressum. f. Quod nouit dominus qui sunt eius. i. amat & defendit præcitos suos: in quo præcipientia notatur, qua quos præsciuit futuros esse conformes imaginis filii sui, prædestinauit, vocauit, iustificauit, glorificauit. Numerus talium est hortus conclusus, fons signatus, puteus aquæ viuæ, paradisus cum pomorum fructibus. Ex hoc numero quidam spiritaliter viuunt, & super eminentem viam charitatis ingrediuntur. Quidam verō adhuc carnales suos prouectus instanter exercēt: & vt ad cibos spiritualium fiant idonei sanctorum mysticorum lacte nutriuntur: & quæ in prauis moribus populari etiam iudicio manifesta sunt, in dei timore vitant: & regulam fidei diligenter inquisitam firmiter tenent, & si ab ea deuiant, cito autoritate catholica corriguntur, quāuis in eius verbis pro sensu carnali varijs adhuc phantasmatum concursibus fluctuent. Sunt etiam ex eo numero quidam qui adhuc nequiter viuunt, aut etiam in hæresibus vel in gentiliū superstitionibus iacent, & tamē etiam illic nouit dominus qui sunt eius. Nam in illa ineffabili præcipientia dei multi qui foris videntur, intus sunt, & multi qui intus videntur, foris sunt. Ex illis ergo omnibus qui, vt ita dicam, intrinsecus & in occulto intus sunt. i. quos nouit dominus, nemo in æternam damnationem seducitur: quia nouit deus, Qui sunt eius, nondum apparuit iudicium, sed iam factum est in notitia dei. Nouit enim qui permaneant ad coronam, & qui ad flammam nouit triticū & paleam. De inde alteram partē signaculi ponit de libro Esaiæ subdens, Discedat ab iniquitate, & si non ab iniquis hoībus quibus admixtus est in corpore. Omnis, qui vere, Nominat vel inuocat nomen domini. Nota quod ait discedat. Esaias enim videns in hoīe liberum arbitriū, ita admonet discedere ab iniquitate dicens, Discedat & c. & per hæc dico. f. quod homo libero arbitriō discedit ab iniquitate, & quod deus præciturum munus, apparet hostibus & amicis quod ipse sit Dei, hoc est signaculū. In magna autē. q. d. quidam sunt subuersi, quidam sunt signati: & nō mirum quia In magna domo. i. in ecclesia sunt simul modo, Non solū vasa aurea & argentea. f. boni dei dispensatores recipiētes Sed & lignea & fictilia. i. mali: qui & si ad contumeliā sunt, vtilia tamē sunt honestis

Augustinus  
de bapt. pat.

Augustinus  
de ciui. dei.



ad purgationem. Vnde subdit, Et quædam quidem sunt in honorem. s. boni qui purgantur per malos. Quædam autem in contumeliam, id est mali qui sunt purgatorium bonorum. Sicut enim vasa lignea & fictilia valent, vt purgêtur argentea & aurea: sic nialii profunt ad profectum bonorum. Magna ergo domus est ecclesia in quo sunt vasa aurea & argentea. i. boni & fideles & sancti dei serui vbiq; dispersi & spiritali vnitate deuincti in eadē cōmunionē sacramentorū degentes & vasa lignea & fictilia. i. illi qui ita sunt in domo, vt non sint in compage domus, nec in societate pacifica, & tamē adhuc corpore simul sunt cū bonis. Nam ante tempus vltimæ separationis nullo mō propter cōmixtionē malorū recedēdū est ab vnitate ecclesiæ, vt ante ventilationem areę simul sint triticū & zizania, grana & palea, quia non concessit dominus apostolis zizania a tritico separare. Quis ergo hæc audeat? Ecce per vasa aurea & argentea boni & electi & ipsi idem sunt. Vasa in honorem, quia ad honorem, & ad gloriam patriæ cælestis subleuantur per vasa lignea, & sic intelliguntur ficti & reprobi. & ipsi idem sunt, Vasa, in contumeliā, quia demergunt in suppliciu damnationis. Vel per vasa aurea & argentea intelliguntur omnes boni, siue perseverantes, per vasa lignea & sic intelliguntur omnes mali, siue qui ad tēpus mali sunt, siue pertinaces & de vtrisque, Quædam sunt in honorem, quia de bonis & malis quidā electi sunt ad gloriam, & similiter de vtrisque, Quædā sunt in contumel. quia & de bonis & de malis quidā sunt reprobi.

Augustinus de bapt. par.

Aimo Aimo. Aimo.

Si quis ergo emundaverit se ab istis, erit vas in honore sanctificatum, & vtile domino ad omne opus bonum paratū. Iuuenilia autē desideria fuge, sectare vero iustitiam, fidem, spem & charitatē, & pacē cū his qui iuocant dominū de corde puro. Stultas autē & sine disciplina quæstiones deuita, sciens quia generant lites. Seruum autem domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes docibile, patiētē, cū modestia corripientem eos qui resistunt veritati: nequando deus det illis pœnitentiam ad cognoscendam veritatem, & resipiscant a diaboli laqueis, a quo captiui tenentur ad ipsius voluntatem.

Si quis ergo, q. d. Quædam sunt in honorem, quædam in contumeliam: & qui alterū horum est, Si quis ergo ab istis, qui sunt in contumeliam, Emundavit se, recedendo ab iniquitate eorum, non ab eis. Erit vas in honorem sanctificatum, fide & operibus: vel, i. Sanctificatum. i. mundum, Et vtile, acquirendo alios, Domino, & ad omne opus bonum paratum. q. d. non perit propter hoc quod cum illis est corpore, Iuuenilia autem q. d. Aliorum prophana & inaniloquia deuita. In te autem iuuenilia desideria fuge, luxuriam, & immunditiam, & alia huiusmodi. Sectare vero iustitiam, in iudicio: Fidem veram: Charitatem, dei & proximi: vel, Castitatem, Pacem. i. quietem, Cum his qui in uocant dominum de corde puro. i. cum fidelibus. Vel ita, Cum his. q. d. hæc omnia sectare. Cum his. i. sicut hi, Qui inuocant dominum de corde puro. i. pura conscientia. hæc sectare. Stultas autem quæstiones. i. inutiles, Et, quæ, Sine disciplina sunt. i. in quibus non est proventus scientiæ, & si non stultæ sunt, Deuita. Non omnes quæstiones vitandæ sunt, sed inutiles. Et sine disciplina. Deuita dico, Sciens quia generant lites, non ædificationem. Seruum autem domini non oportet litigare. i. tempus litibus expendere. Satis obstrepunt contradicentes, ne ergo seruus dei sibi obstrepat studio altercandi, & contendendi, ait, Seruum domini non oportet litigare, sed mansuetum esse, id est tractabilem ad omnes, etiam ad malos, vt attrahat eos. Docibilem. s. qui facile doceat vel doceatur si opus est in aliquo, patientem quælibet aduersa, Cum modestia. i. mentis lenitate. Corripientem eos qui resistunt veritati, quia non est cessandum a correctione erroris alterius. Ecce patet quia nec deesse voluit nos factū correctioni, nec studere certamini. Multi enim homines cū a somno excitātur, litigare volunt, aut rursus dromire cum litigare prohibentur. Corripientem dico, quia ad hoc correctio vtiq; Nequando. i. vt aliquando, Det, & c. vel tunc valet correctio. Nequando. i. si aliquando, Deus det illis pœnitentiam, aliter non prodest correctio, nisi supernus medicus respiciat. i. nisi faciat vt peccati sui quenq; pœniteat quæ: pœnitentia pudore & timore displicendi alijs interdum impeditur, dum plus delectat hominem aliorum existimatio quā iustitia, qua se quisq; humiliat pœnitendo. Ideoq; nō solum cum agitur pœnitentia

Augu. de ser. in monte.

Augu. de cor. & gra.

tentia, verum etiam vt agatur, dei msa necessaria est: vt enim Petr⁹ amare fletet, respexit eum dñs, & iō Apostolus hic dicit, Det illis deus pœnitentiam ad cognoscendam veritatem, quam modo impugnant, Et, ea cognita, Resipiscant a laqueis diaboli. i. recedat ab erroribus diaboli quib⁹ illaqueati tenent, & redeant ad bonū vt sapiat veritatem. Nam resipere est quasi re sapere. A quo. s. diabolo non modo ligantur, sed Etiam captiui tenentur, quasi extra patriam ad ipsius Voluntatem, exequendam.

Aimo Aimo. Augustinus

CAPVT III.

**H**oc autem scito, quia in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa, & erunt homines seiplos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemii, parentibus non obediētes, ingrati, scelesti, sine affectiōe, sine pace, criminatores, incōtinentes, inimites, sine benignitate, proditores, proterui, tumidi, & voluptatum amatores magis quam dei, habentes speciē quidē pietatis, virtutem autem eius abnegantes. Et hos deuita. Ex his enim sunt qui penetrant domos, & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur variis desiderijs, semper discētes, & nūquā ad scientiā veritatis perueniētes. Quæadmodū autē Iannes & Mābres resistērunt Moysi, ita & hi resistūt veritati, hoīes corrupti mente, reprobi circa fidem, sed vltra non proficiēt.

Hoc aut. q. d. Dixi prophana & stulta deuita: ad ipsa aut vitanda, Scito quoniam in nouissimis diebus instabant, sanctis, Tempora periculosa, vel seua. Hæc est autē causa periculi, Et. i. quia, Erunt homines amantes seiplos, non deum, vt Petrus qui ter interrogatus a domino, ter confessus est se eum diligere, dicens, Tu scis quia amo te, vnde & dominus oues ei pascendas tradidit, quia in pascendis ouibus vera monstratur dilectio, si quis ibi non querit sua sed quæ Iesu Christi sunt. Ex eo aut quod seiplos non deum amant quasi ex radice hæc quæ sequuntur mala oriuntur. s. quod erunt Cupidi, pectuniz, Elati, ad dominū, Superbi, de honoribus sibi impēsis a subditis. Blasphemi, in deum per hæreses. Non obediētes parentibus, carnalibus vel spiritalibus: Ingrati, de bonis vt qui corrigentibus mala pro bonis reddunt: Scelesti in grauib⁹ perpetratis, vt quando modum peccandi transcēdunt. s. suas vel aliorum animas interficiētes: Sine affectiōe, ad aliquem sine qua sunt non cōpatiēdo infirmis: Sine pace. i. inquitantes alios: Criminatores, id est crimina alijs imponentes, vel detractōres famam sanctorum maculare conantes: Incontinentes, gulæ vel libidinis, non refrenando malas cupiditates, Inimites, id est crudeles exercendo lites: Sine benignitate, id est largitate, dum nesciunt subuenire alijs: Proditores, secretorum alterius, dum indicant inimicis piorum quæ occultanda nouerunt, Proterui vel procaces, habitu vel verbis pudorē nō seruantes sed humanam verecundiam inuerecunde agitantes, Tumidi, inflato corde, Cæci, non intelligentes quæ loquuntur, neque de quibus agunt, Voluptatum quarum libet Amatores magis quam dei, id est carnales lætitijs spiritalibus præponentes, Habentes quidē speciē pietatis, id est religionis, quia eadem sacramenta habēt cū pijs, & ideo periculosi sunt. Virtutem autem eius, pietatis, id est charitatem, Abnegantes, factis. Virtus pietatis est charitas de corde puro, & conscientia bona, & de fide nō ficta, hæc est virtus quam nihil vincit, nullus ignis, nulli fluctus seculi, nulla flumina tentationis eam extinguunt, de hac dicitur, Fortis est vt mors dilectio. Sicut enim mors quando venit ei resisti non potest, sic contra violentiam charitatis nihil potest mundus. Econtrario data est similitudo. Quomodo enim mors ad auferendum violentissima est: sic charitas ad saluandum violenta est. Vel secundum aliam literam, Veritatem autem eius, id est rem pietatis, Abnegant, idem sensus, Et hos, tales, Deuita. Ecce quare incēpit de nouissimis temporibus. Ex his enim, quasi dicat benedicō vt tales deuites, quia iam horum prænuncijs quidam sunt. plures autem in fine futuri sunt. Et hoc est quod ait, Ex his enim sunt qui penetrant domos. Ad literam. Ingredebantur enim in domos mulierum, & decipiebant eas. Vnde subdit, Et captiuas ducunt, id est subdolis & versutis verbis seducunt, Mulierculas, prius & per eas viros earum, vt diabolus prius Euam seduxit, & per eam Adam. Vel, Penetrant domos. i. trāmantur proprietatem cui⁹q; & quos idoneos inueniunt ducūt captiuos. Vnde subdit,

Augustinus.

Augustinus.

Aimo

Augustinus contra Faust.

Augustinus in psal. xlvi.

Aimo Ambrosius

Augustinus  
super Ioan.

Et mulierculas ducunt capt. i. viros seductiles, quasi mulieres seducunt, Mulierculas dico. Oneratas peccatis, & ideo erant dignae seduci. Vñ subdit, Quae seducunt varijs desiderijs, quia semper noua desiderijs sunt. Semper discunt & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes: quia semper ambulant, & nunquam ad eam viam perueniunt. Nos autem semper ambulemus in via donec eo veniamus quo ducit via: nusquam in illa remaneamus, donec perducatur vbi maneamus, atque ita & quaerendo tendimus, & inueniendo ad aliquid peruenimus. Quemadmodum autem q. d. Tales seducunt: veritati autem semper resistunt. Et hoc est quod ait, Quemadmodum autem Iannes & Mambres resisterunt Moysi, ita & hi resisterunt veritati. Iannes & Mambres duo fratres fuerunt magi Pharaonis, horum nomina non inuenit Apostolus in diuinis libris, sed in apocryphis de quibus hoc sumitur. Hi autem resisterunt Moysi vsque ad tertium signum, in quo defecerunt dicentes, Digitus dei est hic: Et sicut illi resisterunt Moysi, Ita & hi. s. haeretici, Resisterunt veritati: hoies, Corrupti mente, id est, corruptae rationis: Et reprobi, operibus semper existentes, Circa fidem, & nunquam in fide, Sed ultra. s. post haec praesentia Non proficiunt, seducendo, quia in breui deficient superari a catholicis.

Insapientia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit. Tu autem affecutus es meam doctrinam: institutionem, propositum, fidem, longanimitatem, dilectionem, patientiam, persecutiones, qualia mihi facta sunt Antiochia, Iconii, Lystris, quales persecutiones sustinui, & ex omnibus eripuit me dominus. Et omnes qui pie volunt viuere in Christo Iesu, persecutionem patientur. Mali autem homines & seductores proficiunt in peius: errantes & in errorem mittentes. Tu vero permane in his quae didicisti, & credita sunt tibi, sciens a quo didiceris & quia ab infantia tua sacras literas nosti, quae te possunt instruere ad salutem per fidem quae est in Christo Iesu. Omnis enim scriptura diuinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia, ut perfectus si homo dei ad omne opus bonum instructus.

August. ad  
Ianuarium.  
Augu.  
contra Fau.

Insapientia. n. eorum, quae modo putatur sapientia. Oibus erit manifesta, per bonos praesertim per Ioannem apostolum, per quem in Asia destruendos haereticos praedicat hic Manifesta erit dico, Sicut & in presenti, Illorum, Magorum, Fuit, iniquitas manifesta per Moysen. Nota quod animositas haereticorum semper iniqua est, quos Magorum Pharaonis habere conatum declarat hic Apostolus comparans eos magis Pharaonis. Quos Hieremias per dicit insipienti auiculae comparat dicens, Clamauit perdix, congregauit quae non reperit: fecit diuitias non cum iudicio in medio dierum eius derelinquunt eam, & in nouissimis suis erit insipiens. Perdix contentiosum animal est: similiter & haeretici sunt contentiosi qui non amant disputare, sed quoquomodo superare impudentissima peruicacia. Et sicut perdix clamat, & congregat quae non peperit: ita & haereticus Christianos iam per Christi euangelium natos inuenit, & illos diuitias suas facit: non sano cum iudicio, sed cum temeritate inconsiderata. Non enim intelligit tibi esse veram & salubrem & quodammodo germanam atque radicalem Christianam societatem. vnde istos separauit quos ad suas diuitias congregauit: sed postea derelinquitur & est insipiens, quia qui primo per pollicitationem & ostentationem excellentis sapientiae seducebat: erit insipiens, id est apparebit insipiens. eis enim quibus primo sapiens erat, tunc erit insipiens, cum apparebit, quia dementia eius nota erit omnibus, ut hic dicitur. Sed ultra non proficiunt. Insipientia enim eorum manifesta erit omnibus. Tu autem q. d. Illi contradicunt veritati. Tu autem affecutus es meam doctrinam. i. habes scientiam per meam doctrinam, & ideo potes illis resistere. Et institutionem, bonorum operum. Et propositum, meum quia tendis quo ego: Et fidem, inuisibilem: Et longanimitatem in expectatione promissorum: Et dilectionem, dei & proximi: Et patientiam, de aduersis: Et persecutionem, de loco ad locum: Et passiones, tormentorum. Qualia. q. d. tales tibi illatae sunt passiones & persecutiones: Qualia, tormenta mihi facta sunt. Antiochie Iconio, Lystris, & quales persecutiones sustinui, & ex omnibus. q. d. Ego sustinui persecutiones & tribulationes, Et ex omnibus eripuit me dominus, sic & te eruet: Nec solum ego patior, sed & omnes qui volunt pie, id est religiose ac iuste Viuere in Christo,

**A** qui venit pati, Patienter, in corde vel corpore a diabolus, vel a malis hominibus vel a suis concupiscentijs, vel pro dolore peccantium. Persecutione, hoc semper fit, sed maxime primo tempore ecclesiae: & sicut omnes qui pie volunt viuere persecutionem patientur ita necesse est, & tibi si pie viuere. vis. Pie viuere ille in Christo qui dicit, quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror: Aliorum infirmitates & scandala sunt illi persecutiones. Quid enim sic persequitur vitam bonorum quam vita iniquorum, non modo cum cogit imitari quod displicet, sed etiam cum cogit dolere quod videtur, quia coram pio viuens impie, & si non obligat consentientem, cruciat tamen sentientem. Vnde, Vidi praetiaricatas & tab. Haec est persecutio quam patientur omnes pie secundum apostolicam sententiam. Mali autem homines. q. d. boni patientur, Sed homines mali, in se, Et seductores, aliorum. q. d. qui huius officij sunt, Proficiunt in peius, ita. s. ipsi dico. Errantes a bono, Et alios, In errorem mittentes, ipso actu. Quales sunt illi qui timentes hos laedere coram quibus loquuntur, non solum non praeparant se ad imminentes tentationes, sed etiam promittunt felicitatem huius seculi quam deus in seculo non promittit. ille praedicat labores super labores vsque in finem venturos ipsi seculo, tu prospera: ille ad confortandum cor tuum venit pati, mori, spiritus illini, spinis coronari, opprobria bibere, ligno configi. Omnia haec ille tulit pro te, tu nihil pro illo sed pro te ille confortans infirmum ut cum crediderit non speret prospera huius seculi, ait, Fili accedens ad seruitutem ista in iustitia & tibi. & praepara animam tuam ad tentationem. Tu vero. q. d. mali errant & in errorem mittunt: Tu vero permane, firmus In his quae didicisti, a deo vel a me: Et credita sunt tibi, ut fidei dispensatori, ut alijs annuncies. permanens dico, Sciens. i. memoriter retines. A quo. i. a qua, Vero, doctore. s. a me Didiceris, & ideo non debent tibi venire in dubium, & ideo etiam permane, quia Ab infantia, tua nosti sacras literas, legis & prophetarum. Ecce facultas. Quae literae spiritualiter intellectu possunt. Te instruere, ad salutem obtinendam, Per fidem, quam ipsae docent. quae fides, est, In Christo Iesu, multum significat prodesse veteris testamenti habere notitiam vbi Christi persona & incarnatio insinuat, quae ad salutem hominum valet. Omnis enim. q. d. vere scripturae valent ad salutem quia valent ad causas salutis, Omnis enim scriptura, cuius author deus est. Inspirata, alicui, Diuinitus. i. per spiritum sanctum, Utilis est ad docendum, nescientes, Ad arguendum. i. ad conuincendum de malo negligentibus: Ad corripiendum, id est ad increpandum duriter in malo persistentibus. Ad erudiendum dico. & hoc, Ad iustitiam vel in iustitia. i. ut iustum faciat: ita ut homo dei. Instructus ad omne bonum opus sit perfectus. Et quia sic potes.

Augustinus  
Aimo)

Augustinus  
in psal. lxxxiii.  
Augu.  
ad Sebastia

Augustinus  
de pasto.

CAPVT III



**E**stificor coram deo & Iesu Christo qui iudicaturus est viuos & mortuos, & per aduentum ipsius & regnum eius, praedica verbum, in ista oportune importune: argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina. Erit enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus: & a veritate quidem auditum auertent: ad fabulas autem conuertentur. Tu vero vigila, in omnibus labora: opus fac euangelistae, ministerium tuum imple, sobrius esto. Ego enim iam delibor, & tempus resolutionis meae instat.

Testificor. i. adiuro Te coram deo. i. teste deo patre, Et Christo Iesu qui iudicaturus est viuos. i. illos qui viuere reperient qui residui erunt tormentis Antichristi: Et mortuos. s. eos qui mortui reperient. Vel, Viuos. i. iustos, Et mortuos. i. malos: Et per ipsius aduentum, priore cui debes grates agere, vel futurum qui timendus est. Et per regnum, eius eternum. i. ut tu conregnes aeternaliter, Praedica verbum & in ista. i. instanter praedica ita. s. Oportune, quantum ad eos quibus placet, Et importune, nolentibus: tu oportune quidem agis sed importunus videris ei qui libenter non audit, quod tamen aliquando ei prodest. Tu ergo sciens hoc illi esse oportunum, quod ei videtur importunum, dilectionem curaque sanitatis eius animo tenas mansuetum & modestum, Multi enim quantum perturbatioes a me dico videtur abscedere paulatim tamen verbi vigore per medullas penetrante sanati sunt cum scriptura dicat, In multiloquio non effugies, peccatum, non est dicendum istum multum

Augustinus  
super epi. ad  
Galathas.  
Aimo.  
Augustinus  
de trinitate



esse locutū, & si Apostol⁹ dicat infra oportune importune, In tātūloquio. n. nō est mul-  
 tum quod est necessariū. Et argue, de peccatis negligētes. Vel ita potest distingui. Ita  
 oportune importune argue. Deinde cetera cōtextuntur, Obscra. i. ad intra volentes, In  
 crepa, asperis verbis perūstētes. & hoc, In omni patientia, repugnantium: Et doctrina  
 accipiētū ita vt patiēter sustineas repugnātes, & doceas accipiētes. Et nota quod hūc  
 acriori persuadet Apostol⁹ patiētā, Tito nimis patiēti persuadet iperū. Erit. n. q. d.  
 mō est hoc necesse. f. vt prādicēs. Erit. n. tēpus, cū multi, Nō sustinebūt sanā doctri-  
 nā, nō ferent saltē audire quasi onus sit eis: Sed coacernabūt, sibi multos, Magistros  
 secundū desideria sua. i. qui ea doceāt quā volūt. Prophetia est apostoli qui prāsciū  
 futurorū in doctrina prācipit esse instandū: vt cōtra hoc quod futurū erat prāparare  
 tur ecclesia. Tales enim dicit futuros, qui pro desiderijs suis doceri velint, vt a magi-  
 stris constantibus & veracibus ad hos conuertantur qui illos doceāt quē libenter au-  
 deāt: quia veritas illis aspera videbit, vt relicta vera doctrina fabulis vacent. Ipū dia-  
 co, Pruriētes auribus, desiderio audiēdi nō tñ bona. Et a veritate quidē, quē ē eis aspe-  
 ra, Auditū auertent, ad fabulas autē conuertentur, quas docent magistri quos sibi coa-  
 ceruant. Hos magistro Salomō vult intelligi per mulierē: de qua ait, Mulier insipiēs  
 & audax inops panis conuocat prātereuntes, dicēs, Panes occultos libenter attingite  
 & aque furtiue dulcedinē. Hęc. n. mulier vanitas ē ipiorū, quē cū sit inops panis pro-  
 mittit panes. i. cū sit ignara veritatis promittit scientiā veritatis, quā ipsa occultatiōe  
 contendat, & quasi condit vt libentius audiatur cuius prohibitiā furantur seducti au-  
 dientiam. Hęc enim occultatio facit quasi pruritū in auribus spiritualiter fornicāti-  
 bus, sicut pruritu libidinis corrūpitur in carne integritas castitatis. Nefarij enim do-  
 ctiores ipsa occultatione condunt sua venena curiosis, vt ideo existimēt eos dicere ali-  
 quid magnū quia habent secretū & suauius hauriant insipientiā quā putāt scientiā, dul-  
 ciusq; audiūt quā palā in ecclesia dici crediq; prohibētur. Mulier illa propter illicita  
 atq; puniēda secreta nō solū insipiens, verū etiā audax nuncupatur. Sub Christiano  
 enim vocabulo multas scelestes hāereses cōdidit, nefandas fabulas finxit, & vtinā ta-  
 les quales in theatris cantantur, siue rhythmica scurrilitate ridentur, & non tales qua-  
 les aduersus deum fingere potuisset illam dolemus insipientiam, & miramur audaciā.  
 Tu vero. q. d. ita futurū est vt dixi. Tu vero, dū tēpus habes, Vigila, in disciplina eccle-  
 siastica in scripturis explanandis, Et in omnibus. i. in omni modi hominibus docen-  
 dis Labōra, & opus fac euangelistā. i. quod ore prādicas hoc opere testare, vt retor-  
 queatur os turturis ad axellas, & sint mala punica & tintinnabula in extremis oris ia-  
 cinctinā tunice. Opus fac dico in tātū vt impleas ministeriū, vñ addit, Ministeriū tuū  
 episcopatus. f. Imple, scientiā, vita, & doctrina: & vt ipleas, Sobrius esto. i. in omnib⁹  
 modū serua per quod implere poteris, quia hęc virtus temperat omnes alias, Hęc ideo  
 maxime dicit, ne se nimis affigeret propter prādictū prāceptū. Ego enim. q. d. vigila  
 labora, & sic te oportet facere, ideo quia ego iā delibor, id est incipio deo offerri, grata  
 hostia. Libare dicim⁹ degūstare, vel fundere, vel immolare. inde cōponitur delibare,  
 quod hic ponitur pro ipsa immolatione. Passionem enim suam delibationem appel-  
 lat. Deo enim immolatur qui pro iustitia eius patitur. Vnde subdit, Et tempus meæ re-  
 solutionis. i. mortis, Instat, id est prope est. Et quasi aliquis quæreret. Vnde hoc scis?  
 Respon. Ecce quia gratia dei prāueniente.

Bonum certamen certavi, cursum consummaui: fidem seruauit: In reliquo re-  
 posita est mihi corona iustitię, quā reddet mihi domin⁹ in illa die iust⁹ iudex. Non  
 solū autē mihi, sed & his qui diligūt aduētū eius. Festina ad me venire cito. De-  
 mas me reliquit diligens hoc seculū, & abiit Thessalonicam, Crescēs in Gala-  
 tiam, Titus in Dalmatiam, Lucas est mecum solus. Marcū assume & adduc tecum,  
 est enim mihi vtilis in ministerio. Tychicum autem misi Ephesum. Penu-  
 lam quam reliqui Troade apud Carpum veniens affer tecum, & libros: maxi-  
 me autem membranas.

Bonū certamē certavi, hactenus. i. expleni quod debui. Et cursum cōsummaui. i. fir-  
 miter locaui, Vel ita cōtinua, q. d. in proximo sum migraturus. Sed bonū certamē cer-

taui contra rebelles. q. d. hoc exēplū tibi relinquo. Et cursum, meæ prādicacionis qua  
 curre, vbi facilis trāsitus erat. Cōsummaui, firmiter locata ecclesia, & in omnib⁹ ad-  
 neris. Fidē quæ est caput Christianæ religionis, Seruaui, quæ non pōt haberi nisi deo  
 miserante, quia donū dei est. vnde alibi ait, Miam cōsecut⁹ sum: non quia fidelis erā,  
 sed vt fidelis essem. Apostolū ergo inuenimus sine vllis meritis bonis immo cum mul-  
 tis meritis malis dei gratiam consecutum, reddētis bona pro malis qui sua iam propin-  
 quante passione bona merita sua cōmemorat: post quæ consequitur coronam, qui post  
 mala merita cōsecutus est gratiam: quæ nisi prius gratuito donaret, corona debita nō  
 redderetur. ergo non merita ipsius tanquā ipsius sunt. i. ex ipso ei comparata, sed dona  
 dei sunt. Attende quod ait, Certamen certavi, cursum consummaui, quomodo hoc di-  
 cere potuit cui adhuc restabat ipstus passiois quā sibi impendere dixerat tā magna con-  
 flictatio, tā molestū certamen, ad cuius consummādū cursum, adhuc illud deerat vbi  
 erat futurus acrior & crudelior inimicus, sed hoc dicit nō re plena sed spe firma, quia  
 de victoria futuri certaminis, & cursus cōsummatiōe certū est securū: iā fecerat, qui  
 sibi passionē iam imminere reuelauerat, & iō quod futurū esset prāsumpsit, tanquam  
 factū fuerit indicauit. Hoc igitur totū nos dicimus tunc fuisse adhuc perficiendū, quia  
 de dei promissione prāsumens totum ita dicebat tanquam fuisset effectū. Vnde & de  
 prāmio securus adiūgit, Et in reliquo. i. i futuro corona iustitiæ reposita est mihi, quā  
 scilicet nullus auferat, idem tibi sperare potes. Quā reddet mihi dominus in illa die,  
 quia ipse est iustus iudex, utiq; iust⁹ retribuendo bona pro bonis, quia pri⁹ misericors  
 retribuendo bona pro malis: & ipsa tñ iustitia qua retribuunt bona pro bonis non est  
 sine mīa. Et nota quod ait reddet. Si. n. fides gratia est & vita æterna: quasi merces est  
 fidei. Videtur quidem deus vitam æternam tanquā debitam reddere, cui debitam? fide-  
 li, quia promeruit illā per fidem, sed quia fides gratia est & vita æterna est grā pro grā  
 Reddet mihi dico, Non solū autē mihi, sed & his qui diligunt aduētū eius malī timēt  
 aduētū eius, quia ibi dānandi sunt, boni vero diligunt, quia ibi saluādi sunt. Festina  
 q. d. quia tēpus resolutionis instat, Festina cito venire ad me, & etiā ideo quia quos me-  
 cum habere solebam modo non habeo. Demas enim, proprium nomē, Me dereliquit  
 tempore aduersitatis: Diligens hoc seculum, & abiit, Thessalonicam. Crescēs, abiit in  
 Dalmatiā, missus a me in ministeriū. Et Titus, abiit, In Dalmatiam, missus a me. Lu-  
 cas est mecum solus, Marcum assume & adduc tecum. Est enim mihi vtilis in ministe-  
 rium. Tychicum autem misi Ephesum, penulam quam reliqui Troade apud Carpum  
 veniens affer tecum & libros, quos ibi dimisi. Maxime autem membranas, vt ibi scri-  
 bam epistolas meas. Hęc penula secundum Aimonem data fuit patri Pauli in insigne  
 a Romanis quando susceptus est in socium & ciuem Romanum. Vnde & Paulus se ci-  
 uem Romanum appellat. Penula enim erat vestis consularis qua induebantur consu-  
 les Romani ingrediētes in curiam: de qua si quæritur, vnde Apostolo acciderit, respō-  
 deo Romanos hanc habuisse consuetudinem quando monarchiam totius orbis sibi ac-  
 quirerebant, vt quęcunq; gens cum pace & coronis eis occurrisset, darent eis libertatem,  
 intantum vt fratres illorum dicerentur ciuesq; Romani appellarentur: dabantq; pote-  
 statem ædificandi curiam & habendi consules, sicut & ipsi habebant. Pater igitur Pau-  
 li de Giscallo oppido Iudæę vbi natus fuerat translatus in Tharsum Cilicię quodā tē-  
 pore venientibus Romanis per Ciliciam, occurrit eis ipse cum alijs, Tharsensibus vt  
 pote nobilis, exceperuntque eos cum pace. Tunc Romani cōcesserunt eis prādicta, ibi  
 que pater Pauli penulam accepit, post cuius mortem ob recordationem eius hęc vestē  
 sibi Paulus retinuit. Vel penula hic dicitur volumen legis. Vnde Hieronymus ait, Vo-  
 lumen Hebręorum replico, quod Paulus iuxta quosdam penulam vocat.

Alexander ærarius multa mala mihi ostendit. reddet illi dominus secundum  
 opera eius, quem & tu deuota. Valde enim restitit verbis nostris. In prima meā  
 defensione, nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerunt, non illis imputetur.  
 Domin⁹ at mihi assistit, & cōfortauit me, vt per me prādicatio impleatur & audiāt  
 oēs gētes, quia liberat⁹ sū de ore leōis. Liberauit me domin⁹ ab oī opere malo &  
 saluū faciet in regnū suū celeste: cui gloria in secula seculorū. Amē. Saluta Pri-

Aimo.

Ambrosius

Ambro.  
Augustinus  
super Ioan.

Aimo.  
Ambro.

Augustinus  
de gra. & lib.  
arbitrio.

Augu.

Augustinus  
in psal. cxxxii  
iii.  
Augu. super  
Ioannem.



scillam & Aquilam, & Onesiphori domum. Erastus remansit Corinthi, Tro-  
phimum autē reliqui infirmum Mileti. Festina ante hyemem venire. Salutant te  
Eubolus & Pudens, & Linus, & Claudia, & fratres omnes. Dominus Iesus Chri-  
stus cum spiritu tuo. Gratia vobiscum. Amen.

Alexander. q. d. illi reliquerunt me. Alexander autē ærarius, id est faber vel custos  
ærarij. Multa mala mihi ostendit, id est fecit Athenis. Iste Alexander quem supradia-  
xit reuersum ad apostasiā, qui fabricabat edes Diane apud Athenas, & oēs cōtra Apo-  
stolum commouit. Vnde subdit, Reddet ei dominus secundum opera eius, non ait red-  
dat sed reddet, quod verbum prænunciantis est, non imprecantis. Indicat enim non o-  
ptat. Quem & tu deuita, valde enim refutit verbis meis, & in prima mea defensione. i.  
quando primo coepi defendere euangelium contra illū nemo mihi affuit adiutor.  
Per hoc quod dicit, In prima, innuit se sæpe congressum contra illum: vel pressu-  
ram & tribulationem sibi illatam defensionem appellat. Tribulatio enim Christia-  
nis defensio est, quia defendit eos in die iudicij. Nemo mihi affuit dico, Sed oēs mei  
dereliquerunt me, non illis imputetur, quia hominis est timere. Nota quod non orat  
pro Alexandro qui inuidia fraternitatem impugnando peccauerat, sed pro his qui  
non abruperant amorem. s. timore succubuerāt, orat vt eis ignoscatur. Multum enim  
interest qui hoc modo, & eos qui illo modo peccant. Dominus autē assistit mihi, & cō-  
fortauit me, quanto plus ab hominibus relictus sum, Confortauit me dico, Vt per me  
prædicatio impleatur, & audiant omnes gentes quod liberatus sum etiā de ore leonis,  
id est Neronis de cuius manibus liberatus est a domino quando venit Romam addu-  
ctus ab his qui præerat Iudææ ob hoc quia Cæsarem appellauit. Nam cū venisset Ro-  
mam duobus annis mansit in libera custodia & post etiam transiit ad nationes quæ  
erant in circuitu Romæ, Vel, De manu leonis, id est diaboli: qui sicut ait Petrus tan-  
quam leortugiens circuit quærens quem deuoret: qui cum non potest a iustitia remoue-  
re Apostolum, vel de vitā vult tollere ne alijs prodesset: quod quia non, potest insul-  
tat ei Apostolus, dicens, Liberauit me etiam dominus ab omni opere malo, & saluum  
me faciet, dicens, In regnum suum cæleste, idem tibi sperare licet. Cui est gloria in se-  
cula seculorum, Amen. Saluta Priscam & Aquilam, Aquila erat vir Priscæ: a-  
pud istos hospitabatur Apostolus. Et Onesiphori domum. i. familiam. Erastus reman-  
sit Corinthi: Trophimum autem reliqui infirmum Mileti. i. ideo hos nominat vt veni-  
ens per eos visitet. Festina ante hyemem venire, propter hymbres & frigora commo-  
net, vt autumno veniret. Salutant te Eubolus & Pudens, & Linus, & Claudia, fratres  
omnes. Post salutationem fratrum ipse salutat, quasi subscribens hoc modo, Dominus  
Iesus, sit, Cum spiritu tuo, & caue ne admonitus irascaris, sed potius, Gratia, sit, Vobi-  
scum. i. maneat nostra dilectio, Amen. i. fiat, vel vera sunt quæ hæcenus dixi.

Ambrosius.  
Augu. de ser.  
in monte.

Aimo.

Ambro.

Argumentum in epistolam ad Titum.

**TITVM** cōmone facit & instruit de constitutione presbyterii, & de  
spirituali conuersatione, & de hereticis vitandis, qui traditionibus Iu-  
daicis credunt, scribens ei a Nicopoli.

CAPVT I.

**P**AVLVVS seruus dei, Apostolus autem Iesu Christi  
secundum fidem electorum dei & agnitionē verita-  
tis quæ secundum pietatem est in spem vitæ æternæ,  
quam promisit qui non mentitur deus ante tempora  
secularia: manifestauit autem temporibus suis verbū  
suum in prædicatione quæ credita est mihi secundum  
præceptum saluatoris nostri Dei, Tito dilecto filio  
secundum communem fidem. Gratia & pax a deo pa-  
tre & Christo Iesu saluatore nostro.

**P**AVLVVS seruus Christi &c. hanc epistolā scribit apostolus Tito, quem  
creauit episcopum cōmonens eū fore sollicitū in ecclesiastica disciplina.  
Tito enim relicto Crete episcopo ex humilitate & simplicitate nimis patie-  
ti. A Nicopoli scribi de episcopali officio imperiose & potestatiue tractando  
præscripta ei sua autoritate vtili. Debet enim pontifex habere maternā pietatē & pa-  
tris severitatē vt sit fortis superbis, & suavis modestis, vt non habens timoris angulū  
nec elationis supercilij, vrat, & luceat: vnde in veste legalis pōtificis erat coccus bisci-  
nus, qui habet speciē ignis. Ignis autē duo facit, vrit, & lucet: ita & pontifex gladio præ-  
dicationis. s. ignito eloquio vrere debet mordaci increpatione & metuēda minatione,  
& lucere blandis fouendo, & delectabilia promittendo. Ideo de māna dicitur quod in  
dnratur ad ignē, & liquecebat ad solē. Et baculus pōtificalis ab inferiori pungit, &  
in summo in anteriora extendit, in se rediens, quia ecclesiasticus doctor gladio verbū  
pungere debet. i. aspere redarguere peccātes, quod est ex inferiori natura, & correctos ī  
anteriora dirigere, ita tamen vt ad propriā conscientia sui consideratione redeat, si for-  
te in se habeat quæ alijs annunciat. Est igitur intentio Apostoli instruere Titū de epi-  
scopali officio atq; monere vt id imperiose tractet, & hæreticos vitet. Modus talis, pri-  
mo salutatur, deinde instruit eū de episcopali officio docens eū quid agere debeat, & qua-  
les episcopos per ciuitates cōstituere. Deinde qualiter diuersos vel sexu vel etate, vel cō-  
ditione instituire debeat. postea monet eū de vitandis hereticis. Præmittit autē salutatio-  
nē dicens, Paulus nomine, Seruus, cōditione, non tū peccati misera seruitute, sed Dei,  
quadā nobilitate, qualiter Moyses & David serui sū t appellati, & Maria ancilla. Apo-  
stolus autē Christi Iesu. q. d. Humilitas non tollit potestatem & dignitatē. Apostolus  
dico, Secundum fidē electorū dei, tenens & predicans fidem quā tenens, vel qua saluā-  
tur electi dei, & ideo pro ea laborandū est. Et secundum agnitionē veritatis, Quæ, ve-  
ritas est, Secundū pietatē. i. Christi religionē. hoc ideo dicit quia est veritas, & in libe-  
ralibus artibus, sed quæ nihil pertinet ad Christianā religionē. Aplūs Christi sum di-  
co, Et in hoc in spē vitæ æternæ. i. per hoc sperans vitā æternā. hæc est res, hic ē fructus  
apostolici officij. per hoc cōmendat apostolicū officij, nō tepidius esse agendū. Quam  
vitā æternā: Deus ante tēpora secularia, vel æterna, quod idē est. i. ante oia tēpora, Pro-  
misit, quō, Promisit, cū nondū essēt hoies quib⁹ promitteret, quia ī eius æternitate, & in  
ipso verbo eius eidē cōeterno iā prædestinatione fixū erat. Promisit, ergo, ante tēpora,  
quia in se æterno sic fixū erat antequā tēpus eēt quod cū creaturis coepit. Nō ergo pos-  
sum⁹ dicere fuisse aliquod tēp⁹ qñ deus nōdū aliquod fecerat. Ideo ait, Quā pro. d. a.  
t. s. q. d. non est recēs promissio, sed ante tēpora oim seculorū, addit, Qui nō mentit. i.  
quia verax est, per quod certa ostendit promissio vitæ, quæ quanto certior est tanto mi-  
nister debet sollicitior esse. Vt, ante certius sit Manifestauit suis tēporibus. i. cōgruis. s.  
Verbum suum. i. filiū, hæc est vita æterna. Manifestauit dico, non solū rei effectū, sed

Ambro.

Augustinus  
de ciui dei.

August. cōtra  
Manich.

etiam In prædicatione quæ credita est mihi vt fidei cui tuo Tite comparticipas. Credita est mihi prædicatione dico, & hoc, Secundum præceptum saluatoris nostri dei, cui in salute hominū minus obedimus, si quomodo remittimur. Paulus in quā scribit hanc epistolam, Tito dilecto filio suo secundum cōem. i. catholicam, Fidem, non priuatam alicuius. Catholicon enim Græce, Latine dicitur cōe, vel vniuersale. Et in scribendo, primum salutatur in hunc modū, Gratia, sit, Tibi & pax a deo patre & Christo Iesu saluatore nostro, manifesta sunt hæc.

Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quæ de sunt corrigas, & cōstituas per ciuitates presbyteros sicut & ego disposui tibi, si quis sine crimine est, vnius vxoris vir, filios habens fideles, non in accusatio ne luxuriæ, aut non subditos. Oportet enim episcopum sine crimine esse sicut dei dispensatorem, non superbū, non iracundum, non vinolentum, non percussorem, non turpis lucri cupidū, sed hospitalem, benignum, sobrium, iustum, sanctum, continentem, amplectentē eum qui secundum doctrinam est fidelem sermonem, vt potēs sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt arguere.

Augustinus ad Bonifac.

Huius rei, primo dicit quid agere debeat, & quales ordinare presbyteros ita incipiens Huius rei gratia reliqui te Cretæ, cum inde recederē: Vt corrigas mala, in peccatibus, addendo bonis, Ea quæ desunt, ad perfectionē, Et nota quod dum hæc recolat Apostolus sicut ei disposuerat monet exequi. Et, ideo reliqui te, Vt cōstituas, per singulas Ciuitates presbyteros. i. episcopos, vt pastoralis curæ onus facilius sustineatur per multos diuisum. Constituas dico, Sicut ego tibi disposui. i. quales cōstituendos docui. f. Si quis est, non dico sine peccato. Sed sine crimine. i. sine peccato criminali, vel infamia criminali, Si dixisset sine peccato, nullus in ecclesia recte posset ordinari minister. Multi enim baptizati fideles sunt, sine crimine. Sine peccato vero in hac vita neminē dixerim, non quia peccati aliquid remaneat quod in baptismo nō dimittatur, sed quia in nobis in huius vitæ infirmitate manentibus cotidie fieri nō quiescunt, quæ fideliter orationibus cotidie remittantur. Quilibet valde iustū discutias in hac vita, quantum iā sit dignus iusti vocabulo, nō est tamen sine peccato. Vnde Ioannes, Si dixerimus, quia peccatum non habemus nos ipse. & ver. i. n. non est. Sed plane multi iusti dicti sunt sine querela, quod intelligitur sine crimine. Nulla. n. querela iusta est, de his qui nō habent crimen. Crimen ergo est graue peccatū accusatione & dānatione dignissimū, vt homicidium adulteriū, aliqua immunditia fornicationis, furtū, fraus, &c. huiusmodi, quæ cum cœperit homo non habere, incipit caput eius erigere in libertatē, sed ista inchoata est nō perfecta libertas. Vnius vxoris vir. Post baptismū, quando nouo homini nec supra nec aliqua quæ ante fuerant obsunt. Huic sententiæ Augustinus contradicit his verbis, Acutius intelligunt qui nec eū qui catechuminus vel paganus habuit alteram ordinandū esse censuerunt, quia de sacramento agitur non de peccato. nā in baptismo oīa peccata dimittuntur, & qui dixit, Si nupserit virgo non peccat, satis declarauit nuptias non esse peccatum: propter sacramenti autē sanctitatem, sicut foemina etiā si catechumina vitata fuerit non potest post baptismum inter dei virgines consecrari: ita non absurde visum est bigamū non peccasse, sed formam quandā sacramenti amisisse, non ad vitæ bonæ meritum, sed ad ordinis ecclesiasticæ signaculum necessarium. Et si cut plures antiquorum patrum vxores significauerūt futuras ex omnibus gentibus ecclesias vni viro subditas. i. Christo, ita noster antistes. i. episcopus vnius vxoris vir significat ex omnibus gentibus vnitatem vni viro subditam. i. Christo. Itaque sicut duobus pluribus ve dominis seruire, sic ab vno viro in alterius transire cōubiū non licet, quia apostatare ab vno deo, & ire in alterius adulterinam superstitionē semper est malum. Et ideo ait, Vnius vxoris vir, in quo spes cōtinētæ est sacramentum. Filios habens fideles. i. sanæ fidei, Non in actione luxuriæ, aut non subditos. i. nec saltem de luxuria accusatos, vel sibi non subditos. Alioquin nec spes est in eo corrigendi alios, nec frontem habet ad alios, talium cohabitator, Oportet enim, quasi dicat, talis debet constitui episcopus. Oportet enim, id est necesse est ad tractationem officij, Episcopum esse sine crimine, id est irreprehensibilem, Sicut dei dispensatorem, cum dicit

Augustinus Super Ioan.

Hierony. August. de coniugali.

episcopum, aperte ostendit presbyterorum nomine episcopos supra fuisse designatos. Non superbum, non iracundum, non percussorem, id est non aliorum mentes aliter quam oportet loquendo percutientem. Vel ad literam, Non ferocem, non crudelem, Non cupidum turpis lucri, id est secularis, Sed hospitalem, benignum, sobrium, iustum, proximo: Sanctum, deo, Continentem, se ab illicitis, id est ab ira, superbia, & ceteris. Amplectentem, amore, Eum sermonem qui est secundum doctrinam fidelem, id est veracem: ita hæc habeat, Vt potens, sit vita & scientia, Exhortari, scientes, In doctrina sua, & redarguere eos qui contradicunt, veritati obloquendo vel male viuendo. Contradicentes enim non vno modo intelligendi sunt. paucissimi quippe nobis contradicunt loquendo, sed multi male viuendo. Quis enim audet a pertissime loquendo contradicere veritati: Non cōtradicunt multi lingua, sed vita, quos redarguere magnū opus est, grandis sarcina, clius arduus,

Augustinus de vet. apoc.

Sunt enim multi etiam inobedientes, vaniloqui, & seductores: maxime qui de circuncisione sunt, quos oportet redargui, qui vniuersas domos subuertunt, doctes quæ non oportet turpis lucri gratia. Dixit quidam ex illis proprius ipsorum propheta, Cretenses semper mendaces, malæ bestię ventres pigri. Testimoniū hoc verum est. Quam ob causam increpa illos dure vt sani sint in fide, nō intendentes Iudaicis fabulis & mandatis hominum auersantium se a veritate, Omnia munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus nihil est mundū, sed inquinata sunt eorum & mens & conscientia. Confitentur se nosse deū, factis autem negant, cum sint abominati & incredibiles & ad omne opus bonum reprobi.

Sunt enim. Quasi dicat, Bene dixit eos qui contradicunt. Sunt. n. incerti, Multi & inobedientes, in se: Et vaniloqui, ad alios: Et seductores, circūuentionibus, & cuiuscunq; generis fraudibus, Et maxime qui de circuncisione, sunt. i. de Iudæis qui sub nomine Christi iudaizare docebant. Renati. n. in Christo non puri erāt Christiani, quia partim legē, partim Christum venerari volebant: de quibus subdit, Quos oportet redargui. ideo, quia ipsi sunt, Qui subuertunt vniuersas domos. i. totam familiam: Doctes quæ non oportet. & hoc faciunt, Gratia turpis lucri. f. terrenæ rei. i. pro terrenis acquirendis. Vel, Gratia turpis lucri. i. vt profelitos faciant: sicut dominus dicit Pharisæis & scribis, Circuitis mare & aridā vt faciatis vnum profelitū. Dixit, Quasi dicat, Vere tales sunt, sicut dixit, Quidam ex illis, qui eos nouerat. Iste fuit Pigmenides Cretensis in cuius libris hoc inuenitur, qui homo inter prophetas dei nō inuenitur, nec eius propheta ad illa eloquia dei pertinet quæ Iudæis sunt credita. Et ideo nomen eius nō commemorat Apostolus, sicut solet commemorare prophetas dei, dicens, sicut & Dauid dicit vel Esaias: vel tacitis nominibus illorum dicit, sicut scriptū est, & ea scriptura intelligitur in qua est authoritas dei. Homo autem ineruditus, canis rabiosus, ausus est dicere istum de prophetis Iudæorum fuisse, de quo ait Apostolus. Dixit quidam ex illis proprius, quia verum dixit, & si poeta esset. Propheta dico, Illorum, nō dei, Et proprius, illorum, quia eorum naturā bene aperuit. Quod utiq; ad hoc dictum est, ne dei propheta putaret. Nō ergo Iudæorum sed Cretensium proprius erat propheta, qui dixit, Certenses semper, sunt Mendaces & malæ bestię. i. sanguinem sitientes: Et ventres pigri, id est gulosi, & ideo pigri. Et ne minus credas ei quia Gentilis erat, eius verba commendat Apostolus dicens, Testimoniū hoc verum est. Sciendum quod licet diuinæ authoritati vnde voluerit quod verum inuenit testimoniū sumere, sicut & Paulus, vt legitur in Actibus Apostolorum cum loqueretur Atheniensibus ait de deo, In illo viuimus, mouemur, & sumus, sicut & quidam secundum vos dixerunt. Et de Atheniensis arę inscriptione ait, Inuenit aram in qua subscriptum est, de ignoto deo. Ita diuina authoritas vnde cunq; sumit quod necessarium inuenit, sed non ideo omnia ibi quæ inscripta sunt, accipienda confirmat. Vnde in lege præceptum est Iudæis, vt si mancipium gentile emerit, eius pili raderentur, & vnguium incrementa abscinderentur: deinde ad vsus domesticos assumeretur: ita vanis atque superfluis Gentilium superstitionum & poetarum sententijs abrais & decisis, quod purum repertum fuerit ad ministerium domus Dei assumendum est: Sequitur, Quam ob causam

Augustinus

docent. q. d. quod nō oportet. Quam ob causam increpa illos, non vt soles molliter, Sed dure, ideo vt fani, Sint in fide, id est vt recte credant, Non intendentes Iudaicis fabulis, literalis obseruantia, in qua nemo iustificatur apud deum. Et mandatis hominum, quia mandata legis post manifestam veritatem, iam hominum, & non dei mandata sunt. hominum dico, Aduersantium vel auertentium se a veritate, spiritualis intelligentia. Quicquid enim aduersus veritatē opponitur, humana intentio est. Ideo mandata hominum, & fabulas appellat quæ narrat, quia nescientes scripturarum & interiora verborum legum, colorem sequuntur, non saporem. Putant enim nunquam recedendum esse ab his quæ Moyses tradidit, vt puta de escarum differentia. Vnde subdit, Omnia enim quasi dicat. Vere auertunt se a veritate, quia Omnia humanis vbi bus concessa, Munda, sunt, Mundis, scilicet illis qui fide bona sumunt & iusti sunt: quod ipsi negant ideo, quia in lege quædam Moyses prohibuit, & ab immundis munda discernit. hoc autem non secundum naturas quas deus creauit intelligi voluit, sed secundum significationes. Omnia ergo munda, sunt mundis secundum naturam, in qua creata sunt. Vnde in Genesi, Vidit deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona, secundum significationes tamen quædam immunda sunt Iudæis, nec omnia nobis apta sunt, vel propter salutem corporum, vel propter consuetudinem humanæ societatis. Cum ergo sua cuique redduntur, & naturalem ordinem seruant. Omnia sunt munda mundis, contaminatis, autem per peccata: Et infidelibus, scilicet qui non credunt in deum vel deo, Nihil mundum, quia non sunt digni donis dei, sed Et mens, id est intellectus, Et conscientia eorum inquinata sunt. quasi dicat non ex cibo est inquinatio eorum, sed ex malo intellectu & conscientia peccatorum. Et vere mens & conscientia eorum inquinata sunt, quia Confitentur, quidam verbis, Se nosse deum, factis autem negat. Vt enim Ioan. ait, Qui dicit se nosse deum, & mandata eius nō custodit mendax est. Si negatio non tantū lingua sit, sed & factis certe multos inuenimus Antichristos, qui ore confitentur Christū, & moribus dissentiūt ab eo. Quisquis factis negat Christū, Antichristus ē. Tales sunt oēs mali catholici, qui nō verbis sed factis negat, Nolite ergo esse tanquā de fide securi, adiungite fidei rectā vitā rectā, vt Christū cōfiteamini, & verbis vera dicēdo, & factis bene viuendo. nā & si confitemini verbis, & nō factis, fides talium morum, prope fides est dæmoniorū. Cum sint. q. d. confitentur se nosse deum Cum tamen, Sint abominabiles. i. deo odibiles: Et incredibiles. i. nec habiles credere: Ad omne opus bonum reprobī. i. a deo reprobati, vt & non habeant gratiam ad bene operandum. Tu autem. q. d. illi docent quod non oportet.

Ambro.

Augustinus  
contra Fau.

Augustinus  
super Ioan.

CAPVT II.

**V** autem loquere quæ decent sanam doctrinam. Senes vt sobrii sint, pudici, prudentes, fani in fide, in dilectione, in patientia. Anus similiter in habitu sancto, non criminatrices: non multo vino seruientes: bene docentes vt prudentiam doceant. Adolescentulas, vt viros suos ament: filios suos diligant, prudentes, castas, sobrias, domus curam habentes, benignas, subditas viris suis, vt non blasphemetur verbum dei. Iuuenes similiter hortare vt sobrii sint. In omnibus teipsum præbe exemplum bonorum operum in doctrina, in integritate, in grauitate, Verbum sanum irreprehensibile, vt is qui ex aduerso est vereatur, nihil habens malum dicere de nobis,

Tu autem loquere ea quæ decent sanam doctrinā. i. doctrinam sanæ fidei. Hæc sunt quæ ad bonos mores pertinent. s. hortare, Senes, vt sobrii sint: pudici, ne luxuriēt. Prudentes, prouidentes fidei necessaria: Sani in fide. s. vt habeant integrā fidē similiter, vt sint fani, In dilectione dei, & proximi, in ordine ipso charitatis. & sint fani, In, patientia, tērationū & tribulationum, hortare etiam anus similiter, esse, In habitu sancto vt. s. eorum incessus, motus, vultus, sermo præferant sanctitatē. Non criminatrices, i. criminalis imponētes, quod solēt facere adolescentulis. Non multo vino seruientes, solent enim esse quædā quæ corporis frige scēte luxuria vino se pro libidine dederūt. Bene docē

tes, non quidem publice viros sed priuate, Adolescentulas, ita tamen vt doceant ipsas adolescentulas, Prudentiā. s. vt ament viros suos. Vel ita distingue, Bene docētes, ita vt prudentiā doceant. Hic distingue. Deinde sequitur, Adolescentulas, hortare, Vt viros suos, quos carnali affectu naturaliter diligunt, Ament, etiā pudica dilectiōe, vt. s. cū pudore viris debitū potius reddant quā exigant. Et filios, suos Diligāt non modo carnali, sed etiam spirituali amore doceant etiam eas esse, Prudentes, mentis intelligentia, Castas, corporis continentia: Sobrias, in cibo & potu. Domus, sūc, Curā habentes, Benignas subiectas viris suis, vt non diuitiis vel nobilitate perflatæ, viris suis impèrere desiderant. Subiecte sint viris suis dico, ita: Vt verbum dei, id est doctrina euangelica, Nō blasphemetur, si habent viros infideles: quibus propensus propter timorē dei obsequi debent, & congaudere, vt hoc videntes non blasphement nomen domini. Vel potest hoc referri ad senes & ad oīa superiora. q. d. Hortare senes & anus & adolescentulas, vt ita se habeant vt dixi quod debent facere. ideo vt non blasphemetur nomen domini, quod fit si male habeant. Iuuenes similiter hortare, vt sobrii sint, quia iuuentus solet modum egredi. immo promptior solet esse ad lapsum, ideo salubrius retinaculis contineri iubetur, vt infrenata diuinis legibus gubernetur, quod vt facilius sit magistrum iubet esse, formam subdens, Et in omnibus imple teipsum exemplum bonorum operum, vt. s. quod docet verbis, ostendat factis, vt hi qui prophani sunt & inimici dei, erubescant, videntes quia quæ docet vera esse probat factis. Aliter pastor occidit oēs quantum in se est. & si ille viuunt. Mali enim pastores non parcunt ouibus qui non modo languentes & errantes non curant, sed etiam fortes & pingues necant quantum in ipsis est. & si ille viuunt, de misericordia dei viuunt, tamen quantum ad pastores malos pertinet, occidunt. Quomodo? male viuendo, malum exemplum præbendo. Attendens enim ouis præpositum suum male viuentem, oculos a regulis dei declinante & in hominē intendentem, incipi dicere apud se, Si præpositus meus sic viuunt, ego qui sum qui non faciam quod ille facit? Omnis ergo qui male viuunt in cōspectu eorum quibus præpositus, ē quātū i ipso ē occidit eos. ideo seruo dei emineti mēbris summi pastoris dictū est, In omnibus præbe teipsum exemplum bonorum operum. s. in doctrina, recta: In integritate, vitæ & corporis: In grauitate, ne leuis sis sed authenticus. Et verbum, tuum sit, Sanum & irreprehensibile, quod non valet reprehendi loco dictum & tempore: Vt is qui ex aduerso est. i. qui vobis cōtrarius, Vincatur vel vereatur nihil habens malum dicere de vobis.

Hierony.

Ambro.

Ambro.

Seruos dominis suis subditos esse in omnibus placentes, non contradicentes, non fraudantes, sed in oibus fidē bonā ostēdētes, vt doctrinā Saluatoris nostri dei ornēt in oibus. Apparuit enī gratia saluatoris dei nostri oibus hoibus, erudiens nos vt abnegātes impietatē & secularia desideria sobrie & iuste & pie viuam⁹ in hoc seculo, expectantes beatā spem & aduētū gloriæ magni dei & saluatoris nostri Iesu Christi, q. dedit semetipsū pro nobis vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mūdaret sibi populū acceptabilē, se cōtatorē bonorū operū. Hęc loquere & exhortare, & argue cum omni imperio, Nemo te contemnat.

Seruos, etiam hortare, Subditos esse dominis suis, quibuslibet tā bonis quam malis. Subditos dico, In omnibus, quæ nō sunt contra deum, Et placentes. Vel ita distingue, In oibus placentes non contradicentes, hoc modo poterunt placere. s. si nō iustitauerint cum domini aliquid iusserint: Non fraudātes aliquid, de debito seruitutis: Sed in omnibus, etiā in minimis, Fidem bonam ostendentes, vt doctrinam, hoc referunt ad omnia prædicta. s. ad senes, & anus, & seruos, &c. Quasi dicat, Hortare oēs prædictos, vt ita se habeant vt præscriptū est, Vt, ita Ornent in omnibus, actionibus suis. Doctrinam Saluatoris domini nostri, bonis operibus & fide doctrinam dicit ornari dominicam. Ornamentū enim doctoris vel pastoris est honesta vita discipuli. Apparuit enim q. d. Omnes monendi sunt, vt ornēt, quia omnibus natus est Christus, nullū excludit. Et hoc est quod ait, Apparuit enī, per carnē, Gratia dei & Saluatoris nostri dei. i. deus & Sal. noster. s. dei filius etū inuisibilis sit in forma dei, tamen per gratiā apparuit in



forma ferri, & hoc, Omnib⁹ hominib⁹ .i. ad vtilitatē omnis generis hominū sine quo D  
nō profuisset nobis nasci: Erudiens nos, exēplo vitæ & doctrina, i quo eū sequi debes.  
f. vt erudias. Erudiens nos dico ad hoc, Vt, nos, Abnegantes .i. fugientes Impietatē, va  
næ culturæ & ignoratiā: Et desideria seculariū, quæ a mūdi huius principe suggerun  
tur. Sobrie in nobis: Et iuste, ad proximū: Et pie, ad deū. Vivamus in hoc seculō tā fragi  
li. Nos dico, Expectantes, vt certi & solliciti, Beatā sp̄. i. gloriā æternā, Et aduētū,  
vel manifestationē gloriæ magni dei & saluatoris nostri Iesu Christi, qui nō i infirmi  
tate vt prius, sed in gloria & potestate veniet, præmia daturus secundū merita, qui i pri  
mo aduētū adeo humilis fuit, quod nō solū erudit, Sed dedit .i. tradidit morti, Se  
met ipsum pro nobis, per hoc securi sum⁹ de spe. Dedit dico, Ad hoc vt redimeret nos  
per sanguinē ab omni iniquitate tā originali quā actuali. Et mūdaret, in baptismo a  
culpa & pœna, Populū sibi acceptabile, vel peculiare .i. propriū, Sectatorē bonorum  
omniū. Ad hoc redemit nos Christus, vt puram vitam sectantes, & repleti operib⁹ bo  
nis regni dei hæredes esse possimus. Hæc loquere, nescientibus: Et exhortare, scientibus  
Et argue, negligentes vel rebelles: & hoc, Cum omni imperio, id est potestate, quia  
iam non aspere hoc accipitur, cum pro salute fieri sciatur ita cum imperio, Vt nemo  
contemnat pro simplicitate.

Ambro.

Ambro.

CAPVT IIII.

**A**dmone illos principibus & potestatibus subditos esse, dicto obedire,  
ad omne opus bonum paratos esse nemine in blasphemare: non litigio  
sos esse, sed modestos, omnem ostendentes mansuetudinem ad om  
nes homines. Erasmus enim aliquando & nos insipientes, merēduli, er  
rantes, seruientes desiderijs & voluptatibus varijs, in malitia, & inuidia agen  
tes, odibiles, odientes inuicem, Cum autem benignitas & humanitas apparuit  
saluatoris nostri dei, non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum  
suam misericordiam saluos nos fecit, per lauacrum regenerationis & renouatio  
nis spiritus sancti, quem effudit in nos abunde per Iesum Christū saluatorem no  
strum, vt iustificati gratia ipsius hæredes simus secundū spem vitæ æternæ. Fide  
lis sermo. Et de his volo te confirmare, vt curent bonis operibus præesse qui  
credunt deo. Hæc sunt bona vtilia hominibus. Stultas autem quæstiones, & ge  
nealogias, & contentiones, & pugnas legis deuita. Sunt enim inutiles & vanæ.  
Hæreticum hominem post vnā & secundam correptionem deuita, sciens quia  
subuersus est qui eiusmodi est, & delinquit, cum sit proprio iudicio condēnatus.  
Cum misero ad te Artemā, aut Tychicum, festina ad me venire Nicopolim. Ibi  
enim statui hyemare, Zenam legisperitum, & Apollo sollicitè præmitte, vt nihil  
illis desit. Discant autem & vestri bonis operibus præesse ad vsus necessarios, vt  
non sint infructuosi. Salutant te qui tecum sunt omnes, Saluta eos qui nos amāt  
in fide. Gratia dei cum omnibus vobis. Amen.

Ambrosius  
Ambro.

Admone. q. d. & si tu habes imperium spirituale, tamen Admone illos subditos esse  
principibus .i. regibus & ducibus, Et potestatibus, minoribus, Et obedire dicto, illo  
rum non quidem ad malum, sed admone, Paratos esse ad omne opus bonum, id est obe  
dire illis in domino. Et admone neminē blasphemare, & si premuntur ab illis, q. dicat  
Admone vt ad malum tardi sint & ad bonum parati, scientes quid singulis persolui  
oporteat, quia singulis paratur merces. Non litigiosos esse sed modestos, omnem man  
suetudinem ostendētes ad omnes homines, bonos vel malos Christianos omnibus ho  
minibus bonos vult videri. sic enim possunt perfidi ad futuram spem vocari. Erasmus  
enim. q. d. hoc ideo debemus, quia & nos aliquando fuimus quod ipsi, sic & poterūt es  
se quod nos sumus per eandē gratiam. Et hoc est quod ait, Erasmus enim & nos aliqñ  
insipientes, & si philosophi essent quidā vestrum, vera tamē sapientia carebant. Et era  
mus increduli errantes, per mala: Et seruientes desiderijs, animi. Et voluptatibus, carnis  
Varijs, agentes vitam nostram In malitia, id est in mala nocendi voluntate: Et inui-

**A** dia, de aliorum successib⁹: & si nocere non licuit. Odibiles, deo, vel alijs hoib⁹: & In  
uicem odientes, alios. Cum autē benignitas & humanitas saluatoris nostri dei. i. cū be  
nignus & humanus deus saluator noster Apparuit mūdo per carnem, vel nobis per fi  
dem. Non ex operibus, &c. Vel ita, Cū benignitas & humanitas. i. larga mīa & clemē  
tia Dei saluatoris nostri apparuit. i. illuxit hominibus. Saluos nos fecit, iam spe futu  
ræ salutis. Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, quia nulla bona feceramus, Sed  
secundum suam magnam Misericordiam, ita forsitan & illis faciet qui adhuc incre  
duli sunt. Saluos fecit, dico, Per lauacrum regenerationis. i. per baptismum in quo de  
posito veteri homine, generatur nouus. Et renouationis spiritus sancti, quia quotidie  
magis ac magis renouamur per spiritum in baptismo datum. Quem, spiritum. f. Ef  
fudit in nos abunde. f. ad remissionem omnium peccatorum, & copiam virtutū: & hoc  
per Iesum Christum saluatorem nostrum: ad hoc Vt iustificati gratia ipsius hæredes si  
mus, interim in præsentia Vitæ æternæ, & hoc Secundum spem, & si nondum secundū  
rem. Et iste Sermo. f. quod Christus saluauit & hæredes fecit. Est fidelis, id est verax.  
Et de his, prædictis, Volo te confirmare alios vt curent in operib⁹ bonis præesse, alijs  
multis Qui credunt deo. Vel ita, Volo te confirmare, scilicet Eos qui credunt deo  
vt curēt in operibus bonis præesse, alijs multis vel sibiipsis. Ideo volo te de prædictis  
confirmare alios, quia Hæc, prædicta sunt bona, in se, Et vtilia, alijs Hominib⁹. Stul  
tas autem, quasi dicat, de his confirma. Stultas autem quæstiones, vbi nec salus, nec vti  
lis scientia. Et genealogias, id est originum enumerationes: Et contentiōes, quas de le  
ge faciunt, vt de cibis quos alij asserunt discernendos, alij non: Et pugnas legis, vt quā  
do in emendata scriptura de annis Matuffalæ, & de huiusmodi alijs contraria, vel im  
possibilia sentire videtur, deuita, Sunt enim inutiles. i. sine fructu: Et vanæ. i. falsæ. Et  
non solum hæc deuita, sed etiam Hæreticum hominem post primam & secundam cor  
rectionem, id est postquam bis feceris correctionem. Deuita, hæretici sunt qui per ver  
ba legis legem impugnant. Proprium enim sensum astruunt verbis legum, vt præuita  
tem mentis suæ legis autoritate confirment. qui vitandi sunt, quia frequentius cor  
recti exercitiores essent ad malum. Deuita, dico, Cur: Ecce, Sciens quia qui huiusmo  
di est. i. incorrigibilis. Subuersus est, id est perditus, Et delinquit, quia scienter peccat,  
Proprio iudicio condēnatus. proprio iudicio se condēnat, qui errorem laudat,  
& veritatem vituperat. Cum misero ad te Artemam vel Tychicum qui interim prouia  
deat Cretensibus dum ad me veneris. Festina venire ad me Nicopolim, ibi enim statui  
hyemare. Ideo dicit vt festinet post epistolam datam venire, quia vult eum videre cau  
sa affectus, & vt plenius confirmet in ecclesiastica disciplina. Zenam legisperitum, iō  
hoc dicit, non quia peritior sit Apollo, sed quia huius professionis fuerat in synagoga:  
Et Apollo, quia perfectus erat in scriptura. Sollicite præmitte, ita sollicitè, vt nihil  
desit illis. i. vt quæ ad viaticum necessaria sunt eis, habeant apud suos, ne quærant alte  
na. Et quasi quis quæreret, Vnde autē res erit illis: Vnde habet Titus quod eis ad via  
ticum largiatur? Respondet, Discant autem & vestri, id est Cretenses vt alij Præesse, si  
bipsis in bonis operibus dando ministris. Non dico ad quælibet, sed Ad vsus necessa  
rios, & hoc ideo vt non sint Infructuosi, & iuxta parabolam arboris quæ non facit fru  
ctum bonum excidatur, & in ignem mittatur. Ideo iubet illis sumptus necessarios dari  
quia dignum erat vt qui spiritualia tradebant, non illis deessent carnalia. Apollo epia  
scopus fuit Corinthiorum qui propter seditionem concitatam aduersum se a pseudoa  
postolis discesserat, eum Zena socio suo ad Titum Cretensem episcopum, sed Corin  
thijs iam sedatis per epistolas Pauli mandat Tito vt priusquā veniat Nicopolim, præ  
mittat eos ita sollicitè vt nihil in viatico illis desit. Salutant te omnes qui tecum sunt,  
propter compendium simul omnes consultatores significat. Saluta eos qui nos amāt,  
non fide, sed In fide, id est fideli affectu. Deinde generaliter omnes salutat, dicens,  
Gratia dei, sit Cum omnibus vobis, Amen.

Ambro.  
Augustinus

Ambro.

Ambrosius

Ambro.

F

Argumentum in epistolam ad Philemonem.

P Hilemoni familiares literas facit pro Onesimo seruo eius, scribens ei ab vrbe Roma de carcere per supra scriptum Onesimum.

CAPVT I.



Ambrosius

**P**AVLVS vincetus Christi Iesu & Timothæus frater Philemoni dilecto adiutori nostro, & Appiæ sorori charissimæ, & Archippo commilitoni nostro, & ecclesiæ quæ in domo tua est: gratia vobis & pax a deo patre nostro, & domino Iesu Christo. Gratias ago Deo meo semper memoriæ tuæ faciendæ in orationibus meis, audiens charitatem tuam & fidem quam habes in domino Iesu, & in omnes sanctos, vt communicatio fidei tuæ euidens fiat in agnitione omnis operis boni in

CHRISTO IESV.

**P**AULVS vincetus, &c. Hanc epistolam scribit Apostolus Philemoni Colossensi, qui nulla ecclesiasticæ ministracionis prædicitus erat dignitate, sed vir laudabilis in plebe, cui familiares literas mittit pro Onesimo seruo suo qui cum damno eius fugerat: sed ab apostolo audito euangelio baptizatus est, cui & veniã deprecatur apostolus, scribens ei a Roma de carcere. Et est intentio apostoli implorare veniã Onesimo apud Philemonem. Modus talis, Prius salutat illum cum vxore & filio. Deinde agit gratias deo de bonis eorum cõmendans fidem & charitatem eorũ. Postea Philomenem obsecrat, cum ei imperare posset, vt Onesimo parcat, & gratias deo agat: quia talem illum recipit vt non seruum estimet, sed dilectissimum fratrem. Deinde dicit, vt paret sibi hospitium speranti ad ipsum venire. Præmittit vero salutationem, dicens, Paulus vincetus Iesu Christi. i. pro Chrõ Iesu.

Ambro.

Non dicit apostolus quod est nomen dignitatis, sed Vincetus, quod est nomen humilitatis, quia non imperat, sed orat. Est. n. hic intercessio pro Onesimo, ideo quæ humilitatis sunt, commemorat incipiens ab iniuria sua vt dignitatem suæ epistolæ faceret. Sicut enim peccati causã vinciri opprobrium est, sic contra pro Christo custodiæ vincula sustinere maxima gloria est. Eo. n. tempore in custodia erat, ideo ait, Paulus vincetus Iesu Christi, quasi dicat cuius debes misereri, non esse causa doloris: quod eris si immisericors filium cruciaueris. Et Timothæus frater, &c. Cuius etiam causa debes misereri, scribunt hanc epistolam Philemoni dilecto, prouentu virtutum. Vel sicut in Greco habetur. Diligibili, qui scilicet diligi meretur: Et adiutori nostro, ministerio prædicationis, Et Appiæ vxori eius cui scribit vt hæc virum exoret Charissime sorori, in fide non ficta, Et Archippo, filio eius Colossensem ministro, vt & hic patrẽ exoret commilitoni nostro qui mecum laborat in eadẽ militia. Et ecclesiæ quæ in domo tua, vel, Eius est. i. toti familiæ eius, vt & hi orent eum, & ante alia salutat in hunc modum, Gratia, sit vobis id est remissio peccatorum, Et pax mentis, & reconciliatio ad deũ. A deo patre nostro & domino Iesu Christo. gratias, post salutationẽ gratias de bonis agit commendans fidem & charitatem eius: quæ ideo commemorat, vt memorata bonitas moueat eum ad veniã. Ait ergo, Gratias ago deo meo semper memoriã tuã faciendã in orationibus meis. Vnde autem gratias agat, aperit, subdens, Audiens charitatem tuam & fidem. i. commendationem fidei & charitatis tuæ. Quam, fidem & charitatem habes in domino Iesu: Et in omnes sanctos, vel In omnibus sanctis, quia in Christum credebat & eligebat, & sanctis credebat & diligebat, & per opera fidei & charitatis Christo seruebat & sanctis, Vt communicatio, quasi dicat, fidem habes & charitatem in Christo & in sanctis, ita Vt cõmunicatio fidei tuæ euidẽs fiat, id est vt fides tua communicans fidei nostræ, vel quod alijs ex fide tua communicas euidẽs sit. & hoc in agnitione omnis boni in Christo Iesu, id est ita euidens sit vt hoc merito cognoscatur

Hieronymus

**A** omne bonũ esse in te per Christũ. i. oĩm bonorũ sufficientia. Vel ita Memoriã faciẽs tui, & gratias ago in orationibus habitis de hoc, vt Oēs fidei tuæ. i. operatio fidei qua seruis Christo & sanctis, euidens fiat In agnitione omnis boni, quod est In Chrõ Iesu id est cum cognitiõẽ boni æterni, vt illud expeteretur in præmium. Hoc. n. orat Apostolus vt operatio illius cum cognitione fiat bonitatis. i. vt tali mente operetur, vt in futurum expectet præmium ipsum Christum non retributionem temporalium.

Ambro.

Gaudium enim magnum habui, & consolationem in charitate tua quia viscera sanctorum requieuerunt per te frater. Propter quod multam fidutiã habens in Christo Iesu imperandi tibi quod ad rem pertinet: propter charitatẽ magis obsecro cum sis talis vt Paulus senex: nunc autem & vincetus Iesu Christi, obsecro te pro meo filio quem genui in vinculis Onesimo, qui tibi aliquando inutilis fuit nunc, aut & mihi & tibi utilis, quem remisi tibi. Tu autem illum vt mea viscera suscipe. Quẽ ego volueram mecum detinere, vt pro mihi te ministratẽt in vinculis euangelij. Sine consilio autem tuo nihil volui facere, vt ne velut ex necessitate bonum tuum esset, sed voluntarium. Forsitan enim ideo discessit ad horam a te, vt in æternum illum reciperes: iam non vt seruũ, sed pro seruo charissimũ fratrem maxime mihi. Quanto autem magis tibi & in carne, & in domino? Si ergo habes me socium, suscipe illum sicut me. Si autem aliquid nocuit tibi aut debet, hoc mihi imputa. Ego Paulus scripsi mea manu. Ego reddam, vt non dicam tibi quod & te ipsum mihi debes. Ita rarer ego te fruar in domino, refice viscera mea in Christo. Confidens in obedientia tua scripsi tibi, sciens quoniam & super id quod dico facies. Simul autem para mihi hospitium: nã spero per orationes vestras donari me vobis. Salutat te Epaphras concaptiuus meus in Chrõ Iesu, Marcus, Aristarchus, Demas, & Lucas auditores mei. Gratia domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro, Amen.

Ambrosius

**G**audium. n. q. d. iam hoc oro, quia Gaudium magnũ habui in corde. Et cõsolationem in aduersis, In charitate tua, quæ nõ solõ virtutis habitu in corde viguit, sed etiã extra in opere manifestata est: hac. f. Quia in sancta sanctorum. i. filij sanctorũ charissimi, vel erga te propensũ sanctorum affectus interni. O Frater per te, digne illos recipientem a suis laboribus quodammodo respirantes Requieuerunt, quia sanctorum necessitatibus vtensilia ministravit: & ita sanctorum affectus erga illum propensũ eo cõsolante quietuit, & refrigeratus est. Propter quod. f. quia seruis alijs & ad benefaciẽdum promptus es, multo magis mihi seruire debes. Ego multam habens fidutiã, non dico potestatem In Christo Iesu. i. per Christum Iesum. Imperandi tibi quod pertinet ad rem. i. ad tuam vtilitatem. Non dico contra licita. q. d. fidutiã habeo imperandi, quod est vtile tibi & mihi. Non dico me habere potestatem imperandi tibi contra hoc quod licet tibi. Habens, inquam, fidutiã imperãdi Propter charitatem, meã, vel tuã. Magis obsecro cum sis talis, vita & ætate, Vt ego Paulus qui senex sum, & iõ non impetro tibi, sed obsecro, vnde supra, senioreme ne increpaueris, sed obsecra vt patrẽ. Nũc autem. q. d. senex sum, dico. Non solum autem senex, sed Et nunc vincetus Christi Iesu, per quod magis debes moueri. Obsecro, inquam, Te de me filio Onesimo. Magnũ est & laudabile, non de humili viro, sed de sublimi viro si se inclinat & obsecrat. Filio meo, Quem genui, in fide cum essem In vinculis, & ideo tenerius eum diligo Qui tibi aliquando, dum infidelis erat, fuit inutilis, tua tollendo, Nunc autem, utilis est, Et tibi, & mihi seruiendo, scilicet mihi & per me tibi. cuius est quicquid tuus seruus mihi fecit, Quem remisi tibi. Tu autem suscipe, id est recipe illum, Vt mea viscera, vt meum charissimum filium. Vel, Vt mea viscera, id est meum in eo recipe affectum. Onesimum profugum decurrentem ad diuinum auxilium cum esset in custodia baptizauit Apostolus videns in illo vtilitatis spem: quem sic commendat vt suum animum in illo significet recipit. Quem ego volueram mecum retinere, vt pro te mihi ministraret in vinculis euangelij, sine consilio autem. i. consensu Tuo nihil volui facere, vt bõ

Ambro.

Augu.  
de perfect. iu  
stia homi.

num tuum, scilicet quod tuus mihi seruit. Ne, id est non esset. Velut ex necessitate, id est  
contra velle tuum, Sed voluntarium, ut tamen velit deus facit, qui operatur in nobis  
velle & operari pro bona voluntate. Forsitan enim, quasi dicat, ideo suscipe illum, quia  
utilis fuit fuga eius. Forsitan enim ideo discessit ad horam a te, ut reciperes illum in  
aeternum, scilicet hic & in futuro. Dicendo forsitan, sententiam temperat. Hoc ideo di-  
cit, quia omnia humana sunt dubia, & potuit alia causa esse, quare deus sic fieri dispo-  
suerit sine permiserit. Reciperes illum, dico, Iam, non tantum ut seruum: sed pro ser-  
uo quod ante erat, Fratrem charissimum. Vel secundum aliam literam, Reciperes il-  
lum, dico, Iam non, tantum ut seruum, sed ut fratrem charissimum plus seruo. fratres  
enim plusquam serui chari sunt. Illum dico, Maxime mihi, charum. Quanto autem  
magis, quam ante, vel quam mihi, tibi castus esse debet, Et in carne. scilicet quia seruus tuus est  
Et in domino, quia fidelis frater est. Vel ita frater est, & maxime mihi magistro tuo fra-  
ter est. Onesimo enim offenso proprio domino confugit ad apostolum, ad hoc ut obli-  
teratis peccatis utilis reuenteretur, intantum ut non domino suo aequalis fieret meritis  
sed ipsi magistro suo frater. Et ne Philemon, quia dominus erat contra seruum suum in-  
staretur, humiliat eum, dicens illum ei fratrem, & in carne, quia ex vno Adam sumus  
omnes: & in domino, per fidem. & hoc est quod subdit. Quanto autem magis, quam an-  
te, Tibi, frater est. Et in carne per conditionem primae natiuitatis, Et in domino, per fi-  
dem quae omnem superbiam amputat. & quia ita est, Ergo, id est ideo, Si habes, id est  
si habere vis Me socium suscipe illum sicut me: si enim non suscipis, non es socius, Si  
autem aliquid nocuit tibi aut debet, hoc mihi imputa. Nunc excusationem omnem con-  
uellit, cum sibi imputandum esse dicit, si vel laesit, vel debet aliquid. Et ut magis cre-  
datur quod dicit, addit, Ego Paulus scripsit manu mea, ego reddam, tibi, vel hic, vel in  
futuro. Reddam tibi, dico, Ut non dicam tibi quod, non modo tua, sed etiam Te ipsum  
debes mihi, ad seruendam. quod minus exigo a te quam debes. Deinde supponitur ad-  
iuratio, cum ait, Ita, o Frater ego fruor te in domino. id est gaudebo de te in regno dei si fe-  
ceris quod rogo. Quid est illud? Ecce Refice viscera mea. id est filium vel affectum me-  
um In domino, id est propter dominum. Deinde blanditur ei, dicens, Ego Confidens  
in obedientia tua scripsi sciens quod facies supra id quod dico. Prouocat eum sic blan-  
diendo, ut amplius faciat quam postulatur ab eo. Solet enim fieri, ut qui de se videt be-  
ne sentiri, meliorem se praebeat. Deinde ut sollicitiorem eum faciat, & ad obediendum  
promptiorem venturum se ad illum significat, subdens: Simul autem & para mihi ho-  
spitium, vel hoc potest eum mouere ad veniam. Ideo, dico, para. Nam spero per oratio-  
nes vestras me donari vobis. Hoc dicit ut magis obediant. Solent enim absentes con-  
temni. Salutate Epaphras & captiuus meus in Christo Iesu, & Marcus, & Aristarchus  
Demas & Lucas adiutores. Gratia domini nostri Iesu Christi, sit Cum spiritu tuo, Amen.

Ambrosius.

Ambrosius

Ambro.

Ambr.

Argumentum in Epistolam ad Hebraeos.


A



IN primis dicendum est, cur Apostolus Paulus in hac epistola scriben-  
da non seruauerit morem suum, ut vel vocabulum nominis sui, vel  
ordinis describeret dignitatem. Haec causa est, quod ad eos scribens  
qui ex circumcisione crediderant, quasi gentium Apostolus & non He-  
braeorum: sciens quoque eorum superbiam, suamque humilitatem ipse demon-  
strans, meritum officii sui noluit anteferre. Nam simili modo etiam Ioannes  
Apostolus propter humilitatem in epistola sua nomen suum eadem ratione non  
praetulit. Hanc ergo epistolam fertur Apostolus ad Hebraeos conscriptam he-  
braica lingua misisse, cuius sensum & ordinem retinens Lucas euangelista post  
excessum Apostoli Pauli Graeco sermone composuit.

CAPVT I.

B



VLTI FARIAM multisque modis olim deus  
loquens patribus in prophetis: nouissime diebus istis  
locutus est nobis in filio, quem constituit heredem uni-  
uersorum, per quem fecit & secula. Quicum sit splen-  
dor gloriae & figura substantiae eius, portansque om-  
nia verbo virtutis suae purgationem peccatorum faciens  
sedet ad dexteram maiestatis in excelsis, tanto melior  
angelis effectus, quanto differentius praeter illis nonien-  
hereditauit. Cui enim dixit aliquando angelorum, Fi-  
lius meus es tu, ego hodie genui te: Et rursus, Ego ero illi in patrem, & ipse  
erit mihi in filium. Et cum iterum intro ducit primogenitum in orbem terrae di-  
cit, Et adorent eum omnes angeli dei. Et ad angelos quidem dicit, Qui faciunt an-  
gelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis.

C



VLTI FARIAM, vel Multifarie, &c. Paulus doctor egregius, gen-  
tium apostolus ministerium suum volens honorificare iuxta quod in epi-  
stola ad Romanos ait, quoadiu sum Apostolus gentium honorificabo mi-  
nisterium meum tentans si quomodo ad aemulandum prouocem carnem  
meam. Hebraeis hanc epistolam scripsit, agens de eminentia Christi secundum vtra-  
que naturam, & legis Mosaicae inutilitate, astruens multis modis fidem Iesu Christi  
absque legalibus fieri ad iustitiam & salutem. Legalia vero post passionem non modo  
non proficere, verum etiam officere. Quorundam Hebraeorum superstitiosam tradi-  
tionem excludens, qui CHRISTVM constantem legales obseruantias tenendas  
putabant, & in hunc errorem quosdam etiam qui de gentilitate venerant ad CHRIS-  
TVM sua autoritate induxerant. Ideo apostolus prouidens gentibus ne deinceps  
in hunc errorem Hebraeorum autoritate trahantur. Iudaeos quoque ad aemulandum  
prouocans, quod est honor ministerij sui gratiam dei hic commendat per Christum  
verum pontificem, hoc tempore fidelibus factam legem ostendens reprobata, Ad  
ultimum etiam de moribus instruit. Praesentis igitur temporis eminentiam ostendit, di-  
cens dominum unigenitum suum nobis misisse, & in eo nobis locutum ut auditorum me-  
tes erigeret. id est fidelium quibus scribit Iudaeorum, ne quia multis malis quae illis accide-  
rat valde afflicti & contriti erant, putarent ex hoc se inferiores caeteris ac miseriore exi-  
stere. Ideoque ut eos consoletur atque erigat, maiori gratia praeditos in initio epistolae suae de-  
clarat quia antiquis quidem prophetis missi sunt, nobis autem filius, & illis serui & conserui  
locuti sunt nobis autem dominus. Quidam tamen veritatis calumniatores hanc epistolam non esse

Chrysostr.



Pauli dicere aut sunt, eo quod nomen eius in titulo non habeat, & lōge splēdidio re & facundiore stilo, quā alię resplēdeat, sed aut Barnabę, aut Lucę, vel Clemētis vel Ter tulliani, quibus in promptu nobis ē respōdere. Si. n. ideo nō est dicēda Pauli quia nomine eius prętitulata nō ē, ergo nec alicuius illorū, imo nul lius omnino, cū nulli nomen habeat in titulo. Ideo aut nomē suū huic epistolę sicut & cęteris non pręponit, quia Hebręis odiosus erat, quibus legū destructor videbat. Quia ergo non eorū, sed gētiū apostolus erat, nomē suū odiosum eis tacuit, ne pręscripti nominis inuidia sequentis vtilitatē excluderet lectiois. Sciens quoq; eorū superbiā, suamq; humilitatē ipse demonstrans su i ordinis dignitatē voluit anteferre nominando se apostolū sed meritū sui officij tacens: superbis ipse humilis, non se Apostolū nominavit ne superbi indignarentur. Quod vero hęc epistola maiore relucet facundia quā alię sane mirandū nō est, cū naturale sit vnicū ique plus in sua, quam in aliena valere lingua. Cęteras enim epistolas Apostolus peregrino. i. Gręco sermone composuit. Hanc autē scripsit Hebraica lingua, cuius sensum & ordinem retinēs Lucas post excessum eius Gręco sermone composuit. Non ergo est mirū si in hac tanto doctrinę fulget eloquio, Propulsatis igitur calumniis aduersantiū veritati, nullatenus ambigendū est & hanc Pauli fore epistolā, in qua intendit Christi eminentiā, & fidei sufficiētā, nec non legis insufficiētā & inutilitatē ostēdere. Modus tractādi talis est, Primo proponit audiēda esse verba Christi, sicut prophetarū, & ampli⁹ cōferendo eū prophetis, & pręferēdo, quia in eo locutus est de⁹ vt in prophetis, & maior est in eis. Deinde cōmēdat eū alternatim secūdū vtrāq; naturā, humanā. f. & diuinā. postea cōparat eū angelis & pręfert, multa interserēs de ei⁹ excellentia secūdū vtrāque naturā. Deinde cōparat eū Moyū, & pręfert: deinde multis rationibus & authoritatibus gratiā fidei vmbra legis pręferendā declarat, & sacerdotiū Christi Leuitico sacerdotio, & testamētū nouū veteri, eiusque sacrificiū vnū multis illius sacrificijs pręponēdū ostēdit, quia ibi vmbra, hic veritas, tādē ponit fidei descriptionē, eā multis testimonijs cōmendans Circa finē vero moralē subdit instructionē. Primo igitur cōparans eū prophetis, ait, Olim deus loquēs patribus in prophetis multifaria, vel multifarie, nouissime diebus. istis locutus est nobis in filio. Attēde singula, & confer inuicem dicēdo, Olim, ostendit quod non est nouū quod deus loquitur, Olim, ergo non nouiter Deus, qui est inuariabilis, & tunc & nunc Loquens, iungit pręsens cū pręterito, quia quod tūc locutus est, & nunc loquitur, Patribus, antiquis qui in carne & cultu dei patres sunt nobis & hoc in prophetis. Non enim ipsi ex se loquebantur, sed de⁹ in eis. Nō enim ex intellectu proprio loquebantur, nec humano ingenio reperiebant, dum ait, Patribus in prophetis, ostēdit eū locutū seruis per seruos. f. per prophetas tēpore promissionis. Tēpus. n. constituit dominus promissis suis, & tēpus eis quę promissit implēdis, promissio nū tēpora habuerunt prophetas afflatos & impletos verbo dei vsq; ad Ioannē. ab illo autem vsque in finem, tempus est implēdi quę promissa sunt. Vnicus dei filius venturus erat ad homines assumpturus hominem, & per id futurus homo, moriturus, resurrecturus, ascensurus, sessurus ad dexteram patris impleturus in gentibus promissa. Hoc ergo totum fuit prophetandum de illo, pręnunciandum fuit eum venturum, vt non subito veniens horreretur, sed creditus expectaretur. Loquens, dico, Multifariam, id est multotiens, id est multis locutionibus, scilicet Abrahę Isaac, Iacob, & cęteris eisdem sępe, Multisq; modis, id est multis qualitatibus, quia modo per somnia, vt Danieli, modo aperta voce, vt Moyū, modo interiori inspiratione, vt Dauid. Vnde alibi dictū est, Ego visiones multiplicavi, & in manib⁹ prophetarum assimilatus sum. Vel, Multifarie, id est multo & diuerso genere locutionis, vt per somnia vel per inspirationes, vel per apertas voces. Multisq; modis, id est rerum diuersis mysterijs futura significans. Deus, inquam, loquens olim, Nouissime. id est in fine temporum. Vel, Nouissime, quia post hanc locutionem non sequitur alia locutio in diebus istis, quā si dicat adhuc supersunt qui audierunt & viderūt. Locutus est, loquens de pręsenti vtitur pręterito, quia idem ipse modo loquitur qui olim locutus est, Item attēde quod dicēdo Olim & nouissime. Aliud quiddam nobis insinuat, quoniam multo in medium tempore percurrente quando iam proximi cramus ad pœnam, quando omnia charismata quieterāt, tunc ampliores extitimus & dignio-

Hierony.

Hierony.

Augustinus  
Super Ioan.

res quod prudenter astruit, dicēs, Nouissime locutus, deus, Nobis, filijs illorū patrum ne aliud putetur nobis locutus quam illis quod poterat videri si alij loqueretur genti. Locutus est, inquit, in filio. i. per filiū vnicū, qui maior est prophetis. Est. n. dñs prophetarum impletor & sanctificator prophetarū. Sicut. n. propheta Christus ē & dominus prophetarū, sic & angelus est & dñs angelorū. nā & dict⁹ est magni cōsiliij angel⁹ & Moyū dictū est de deo. Suscitabo eū prophetā simile tui, si Chrūs nihil annunciarer, angelus non diceretur: si nihil prophetaret, propheta non diceretur: ex eo quod pręsens annunciauit, angelus erat: ex eo quod futurū prędixit, propheta erat: ex eo quod verbū dei caro factū est, & angelorū, & prophetarū domin⁹, vnde & eum secūdum vtrāq; naturā cōmendat, subdens, Quem constituit. Hic cōmēdat, eū secūdū humanam naturā, quia quāuis cū patre secūdū diuinitatē omnia possideat, tamen secūdū humanitatē recte dicitur hāeres constitutus, secūdū illud, Dabo tibi gētes hęreditatem tuam. & hoc est quod ait, Quem, Christum deus pater Constituit, iam immutabilem Hęredem vniuersorū. i. possessorē omnis creaturę. Non iam portio domini tantum Iacob & pars eius Israel, sed omnes prorsus nationes mundi. Hęredis autē vtitur nō mine, vt duo quędam per hoc astruat & ostēdat scilicet quod propri⁹ sit filius, & quod donationis illi nulla contingat amissio. Dicendo ergo hęredem notat, quia filius est & nunquā perdit quicquā de oī dato p̄ris, in hoc etiā quod dixit hęredē, hūilitatis demonstrat edictū. Deinde ad superiorē gradū altiorēq; trāscēdit, subdens, Per quē, vt per verbū patri cōternū Fecit, nō solū æterna. i. inuisibilia & imutabilia quę minus nobis sunt nota, sed Etiam secula. i. visibilia & mutabilia. Attēde qualiter hic duas rectas vias ingreditur, vna quidē reuocans nos a nefando errore Sabellij, alia ab Arriancę impietatis errore, ne putetur pater vel vnicū non habere, vel extraneus a patre subsistere. Sunt enim quidam qui eum extraneum esse delirent, quod male visum est Arrio. alij qui non alterum patrem, alterum filium suppingere moliantur, sed eundem aliquando patrem, aliquando filium. Integra ergo commonet ratione, & quia dei filius est, & quod non ab eo alienus existat. Qui cum sit splendor, hic secūdum diuinam naturam commendat Christū, ostendens eū cōternum & cōequalem patri eiusdemq; eū substantię, sed alter in persona, hoc aut cum religioſitate accipere debemus. & si quid absurdum fortasse occurrerit, ab acie mētis abigere, vbiq; siquidē religioſo nobis opus est intellectu: maxime vero vbi de deo, vel loquimur aliquid, vel audimus, quia nec ad loquendū de igne, de deo, lingua sufficit, nec ad percipiendū pręter intellectus. Multa enim de deo intelligimus, quę loqui penitus non valemus. Multa itē loquimur, quę intelligere nō sumus idonei. Verbi gratia. Quod vbiq; deus ē, scimus & dicimus: quomodo aut vbiq; sit intellectu, non sapimus. Itē quod est icorporea quędā virtus quę omniū est, causa boni ū scimus: quomodo aut vel quę ista sit, penitus ignoramus. Sunt etiam quędā quę dici non possunt quāuis mēte capiantur, vt etiā ipsū Paulū videamus in quibusdā talibus quāsi infirmari, & nō integra proponētē exempli: sicut hic, cū ait, Qui cum sit splendor, &c. vtens in proprijs nominibus, quia propria reperire nō poterat, & rerū tēporalium similitudine ad ostendendū veritatē æternorum. i. patris & filij cōternitatē, quāuis tēporalia integra collatiōe æternis cōparari nō possunt. In æternitate enī stabilitas est, in tēpore aut varietas, in æternitate oīa stant, in tēpore alia accedūt, alia succedunt. Quid enī possum⁹ in creatura inuenire cōternū, cū in ea nihil inueniamus æternū? Inuenis patrē æternū in creatura, & inuenis cōternū filium: si aut inuenis æternum in creatura, sufficit ad similitudinē vt inueniamus cōternū. Aliud est enī cōternū, aliud cōternū. Cōternos dicimus eos qui eādē habēt mensurā tēporū, nō alter ab altero tēpore pręceditur, ambos tñ esse cœpisse dicimus. Et si poterimus in creaturis inuenire aliqua cōternā, non tñ generans, & gēnātū sicut in trinitate generanti cōternū vnigenitū. In creaturis enī non ex eo tēpore incipit gēnātū, ex quo generās: in creatore vero nō pręcessit genitor genitū. Non possunt ergo cōparari tēporalia æternis integra collatione, sed tamē possunt ex aliqua tenui & parua similitudine cōternā cōternis cōparari. Inueniamus itaq; cōternā, nā de scripturis monemur ad has similitudines. Legimus enim scriptū de ipsa sapiētia, Cādor est lucis æternę. Itē, Speculū est sine macula dei maiestatis. Ecce ipsa sapiētia dicta est Candor lucis æternę. i. imago patris & speculū. Hinc accipiamus similitudinē vt inueniamus cō-

Augu. sup̄t  
Ioannem.

Chrysoſto?

qua, ex quibus intelligamus coeterna, quia coeua in creaturis inueniri poterunt, vtes  
 nominibus reru temporalium. Dixit, Candor est lucis aeterna. & hoc ait, Splendor gloriae  
 Coeternus est enim patri filius, vt coeua est splendor igni: ex quo & est. Ignis. n. lucē  
 fundit, lux ab igne funditur. Quid. n. a quo existat si quaeramus. f. fulgor ab igne, vel  
 ignis a fulgore, omnis anima mihi respondet. Voluit. n. de? infeminare omni animae  
 initia intellectus, & sapietiae. Ois ergo aia respodet, & nemo dubitat quod splendor de  
 igne existit, nō ignis de splendore. Ponam? ergo. ignē velut patrē, splendorē tāquā filiū  
 quia iā praelocuti sumus nos coeua quaerere in creaturis, per quae coeterna in creatore  
 astruam?. si lucernā accedere cupio: nōdū ē ibi ignis nec splendor mox aut vt accēdero  
 simul cū igne & splendor existit. Da mihi ignē sine splendore, & credo tibi patrē fuisse si  
 ne filio: dicta ē a vobis vt potuit tāta res dici, illa tñ ineffabilia sunt. Potest ergo sēper eē  
 generas, deo & sēper cū illo q̄ de illo est natū: ergo fili? dei fecūdū hoc dicit, Splendor  
 gloriae, quod ei sēper pater est, quod habet de quo sit, non secundū hoc quod pri? ef  
 fet pater, & postea filius: sēper enim pater, sēper filius de patre est: sēper igitur fi  
 li? nat?, sēper pr ē sēper de illo imago. Ecce nō potuisti coeterna iuenire i creaturis,  
 & iuēisti coeua. quare proportioe intelligis coeternū filiū eterno gignēti. quod enim  
 est temporali coeuum, hoc est eterno coeternū. Sed attēde quod. f. cum in his. f. in igne  
 & splendore sit coeuitas, nō tamē est ibi omnimoda equalitas quia splendor qui fundit  
 de igne, minus lucet, quam ipse ignis. Habēt ergo ista similitudinē, sed nō omnimodā  
 equalitatē. Ideo dicit aliquis, talis est omnino filius ad patrē, qualis ad ignē splendor  
 nō omnino, sed equalitas omnimoda est hic. Ex aliorū. n. proportione temporalium  
 quorum alterum est ex altero, & si nō coeuum, tamē cōsubstātiale filius patri consub  
 stātiale ostenditur, Nascitur. n. hō de homine, & equus de equo, nec est horū alter al  
 teri coeuus, quia natus ab eo de quo natus est tempore p̄ceditur, sed tamē & ille ho  
 mo, & iste hō, & ille equus, & iste equus. i. eiusdē quē substātie sunt, diuersa sunt tēpo  
 re, nō diuersa natura. Similiter & de deo patre, de? fili? nat? est. & cū sit ei coeternus,  
 est et eiusdē naturae, nō minor eo, quia est deus de deo, vt hō ex hoīe nat?, eiusdē substā  
 tie ē, & equus ex equo. Ecce aliud similitudinis genus ē adductū, quid hic inuenitur?  
 quid laudatur? Certe equalitas substantiae hic laudatur. Quid aut deesse? equalitas tē  
 poris. In illo aut genere similitudinis quod dedimus de splendore ignis equalitatē na  
 turae nō inuenis, sed coeuitatē. Quid ibi laudat? Coeuitas. Quid deesse? qualitas natu  
 re. Cōiunge quae laudas. In creaturis enī deesse aliquid quod laudas, in creatore nihil  
 deesse pōt: quia quod inuenis in creatura a creatore artifice processit. In primo gñe simi  
 litudinis. i. in coeuis inuenis & laudas coeuitatē, pro coeuitate tribue deo coeternitatē,  
 vt coeternus sit natus ei a quo natus. De alio aut similitudinis genere tribue deo equa  
 litatē, naturae. i. equalitatē naturae quā laudas in homine, crede esse in eo qui fecit ho  
 minē, quod de hoīe natū est hō est, & quod de deo natū est, nō id erit q̄ ille de quo natū  
 est? Totū ergo quod laudabile est in creaturis quibus aliquid deesse simul est in crea  
 tore, cui nihil deesse: ibi tamen quae inuenimus. i. homo & homo duo hoīes sunt. hic ve  
 ro pater & filius vnus deus. Ideo Apostolus ait, Qui filius est Splendor gloriae. f. patris  
 i. ex patre natus est ei coeternus quia est lumē de lumine patrē reuelās, & eiusdē est cū  
 eo gloriae. i. essentiae, quia vnū & idem cum patre est. Pater enim est gloria, & filius idē  
 cum eo: & eum notificās homo factus, vt radius solē. Per splendore enim & propinquā  
 tatē declarauit essentiae, & ostendit quod nobis patrē insinuat, & quod aias nostras illu  
 minat. Et, est Figura, vel character substātie eius. f. patris. i. plena ostensio essentiae pa  
 tris, cōsimilis per oīa consubstātiale, & i persona alius. per hoc enim quod dicit Figu  
 ra substātie, aperte ostēdit, quia fili? personaliter alter est quā pater, vt figura ab eo: cui?  
 est figura diuersa ē: sed fili? equalis est patri, quia nec pater dissimilis: sicut ipse ait, Pa  
 ter in me est, qui videt me, videt & patrē. Attēde quod hęc noīa. f. lumē & gloria quā  
 doq; ad diuinā naturā referuntur quandoq; ad personā. & quando ad personā referun  
 tur, modo ad patrē modo ad filiū referuntur. Dicimus enim, pater est lumē, filius est  
 lumen: similiter pater est gloria, filius est gloria, & hi duo vna gloria, vnū lumen, non  
 duo: & dicitur filius gloria de gloria, sicut lumē de lumine, & principiu de p̄cipio, &  
 deus de deo: non tamen duo dij, sed vnus: non duo principia, sed vnū. Splendor, autem.  
 Et figura, sicut & imago proprie ad personā filij referuntur & relatiue dicuntur. Por-

Augustinus  
in eodem

Ambrosius

Chryso.

Chryso.

tāsq; supra dictū ē quia per ipsum fecit oīa. hic ei nūc summā authoritatis attribuit  
 A ex eo quod cū authoritate cuncta gubernat. & continua. sicut. n. ab eo creata sunt oīa  
 ita per eū imutabilē conferuntur. Creatoris autē omnipotentia causa est substāndi  
 omni creaturae, quae virtus si ab eis quae condidit regēdis aliquādo cessaret, simul om  
 nīū rerū species & natura concideret. ideoq; dās ait. Pater me? vsq; nunc operatur, &  
 ego operor, per illud cōtinationē quāda operis eius qui simul omnia cōtinet, atq;  
 amminiftrat ostendens. In quo opere etiā sapiētia ipsius perseueret, de qua dicit, Per  
 tingit a sine vsq; ad finē for. & dis. o. sua. Deus ergo omnipotens icōmutabili aeterni  
 tate, veritate, voluntate. sēper idē mouet per tēpus creaturā spiritualē. mouet etiam  
 per tēpus & locū creaturā corporalē vt eo motu naturas quas condidit, amminiftrat.  
 Cum ergo aliquid tale agit, nō debemus opinari eius substātia quē de? ē tēporibus lo  
 cūq; mutabilē, sine per tēpora & loca mobilē, cū sit ipse & interior oī re, quia in ipso  
 sunt omnia, & exterior omni re, quia ipse ē super omnia, & antiquior oībus, quia ipse  
 est ante omnia, & nouior oīb?, quia idē ipse est post omnia. f. post omniū initia. Ideo  
 que eius potestātē cōmēdās apostolus ait, Et ipse filius est. Portans. i. cōtinens & gu  
 bernans. Omnia verbo. i. solo imperio. Virtutis suae. i. potētiae & bonitatis suae quae nō  
 minor apparet gubernādo quā creādo. omnia enim cōtinet bonitate, & maiestate sua  
 Et nota per simile dictū esse portans oīa verbo, vbi. f. hoc enim dicēdo facilitatē con  
 tinendi voluit designare per metephorā illorū, quae sine vllō labore verbo vel digito  
 mouent aliquid vel efficiūt, ita Christus molē creaturae magnitudinemq; sine labore  
 continet & gubernat. Item, Attēde quod cū hic dicat apostolus Christū omnia con  
 tinere, supra dixit patrē per eū omnia fecisse, vbi ait, Per quē fecit, tāquā facere ipse  
 B nō posset. si. n. porrexisset pater dexterā, vel tāquā aliquid instrumentum fuerit patris  
 operantis, sed si ab eo gubernantur omnia, nonne ab ipso facta sunt? Non ergo vt tu  
 haeretice suspicaris inaniter, tanquā aliquid instrumentū existit, neque per eū pater di  
 citur fecisse, tāquā ipse facere non posset, sed sicut dicitur pater iudicare per filiū, quia  
 iudicē genuit, sic etiā dicit operari per filiū, quia eū constat opificē genuisse, Si enim  
 causa eius pater est, secundū quod pater est multo amplius eorum causa est quae per fi  
 lium facta declarantur. Purgationem peccatorum faciens, & caetera. Postquam osten  
 dit eius excellentiam qua cuncta creauit & gubernat, humilitatis eius benignitatē hic  
 commendat. Commonet enim nos crucis, mox & resurrectionis, & ascensionis, vbi ait,  
 sedet, & c. hoc autem quod hic dicit iam ad nos pertinet quos a peccato purgat. q. d.  
 C Christus est splendor gloriae & figura substantiae. qui Cum, talis & tantus Sit, est etiā  
 per humanitatem Faciens purgationem peccatorum. i. secundum humanitatem, cru  
 cis passionem & mortem pertulit, per quā a peccatis non Purgauit, & c. Sedet, postquā  
 per naturam, & potestatem, & benignitatem Christum commendauit, commendat eū  
 per dignitatem. q. d. crucem sustinuit, vt nos a peccatis purgaret. & ipse qui ita humi  
 liatus est, Sedet, id est quiescit & regnat sublimatus Ad dexteram maiestatis eius, id  
 est ad equalitatem patris, et locatus non in paradiso, vnde Adam excidit, Sed in ex  
 celsis, id est super omnia loco et dignitate. In excelsis enim dicens, non in loco con  
 cludit deum, sed ostendit hominē Christum omnibus altiore, et omnibus eminētiorē  
 rem, sicut et per dexteram non dominum deformauit, sed similitudinem honoris de  
 mōstrauit. Cōfessus enī nihil demōstrat aliud, nisi honoris equalitatē. Cōtēplare sa  
 pientia Pauli, imo non sapiētia Pauli, sed spiritus sancti mirare gratiam. Non enim  
 suā intelligentiā mente propria procreauit, sed spiritus sancti infudit. Attēde ergo  
 per quales apostolica sapiētia eos subleuat gradus, et qualiter eos ad ipsum apicē pie  
 tatis adducit, vbi item antequam deficerent, et eos obscuritas occuparet, vide quō eos  
 ad inferiora reuocauit. Quandoq; enim quae sunt humilitatis eloquitur, quandoq; ve  
 ro altiora insonat, nec sēper in humilibus remanet, nec in excelsis perdurat, sed ve  
 luti quibusdā gradib? nūc ad altiora fastigia subleuatur, nunc ad inferiora declinat  
 Sic. n. qui infantulum quempiā ad excellentiora vult paulatim sensimque subrige  
 re, gradatim hoc facit ab inferioribus ad superiora cōscendens, deinde cū sursum per  
 uenerit, obscuritatibus ac defectionib? eū fatigari vidēs, post alta deponit eū ad infe  
 riora quo respirare a tque recreare animū valeat, post item cū refectus fuerit, ad alia  
 alta sustolitur, ita circa Hebraeos beatus facit Paulus, quos paulatim ad notitiā dei eris

Augu.  
in lib. sen.  
prosperi.

Augu. super  
Genesim.

Chryso.

Chryso.



git, inter alta memorans humilia, vbi que magistri sui vestigia sequens, nam & ipse sic faciebat. Aliquādo quidē in altiora discipulos suos subleuabat, aliquādo eos ad inferiora, ibecillitatis eorū gratia reuocabat, nequaquā eos prolixo tempore in altera parte permanere permittens, ita in hac tota serie facit apostolus, prius. n. alta cōmemorat dicens, In filio, vbi proprius intelligitur filius, qui est superior & excellētiōr vniuersis deinde descendit ad humilia, subdēs, Quē constituit heredē. Deinde ad alta redit dicens, Per quē, postea ad altiorē omnibus gradū venit, dicens, Qui cū sit splēdor. Deinde de humilia loquitur, Purgationē peccatorū faciens, inde ad alta narrando reuertitur. Sedet ad dexteram maiestatis. Tanto melior. Hic cōparat Christū angelis, & præsert eis. In Psalmo tamē ait, Paulo min⁹ minoratus est ab angelis, hic eisdē melior dicit, & sicut illud secundū humanā naturā, ita & hoc secundū diuinā dictū esse posset intelligi, nisi adderet Effectus, per quod aperit quod hic loquitur de eo secundū carnē. nam secundū hoc quod patris substantiē consubstantialis agnoscitur, non est factus sed natus. De eo ergo sermo versat, secundū humanā naturā, secundū quā & minor fuit angelis passioe, & maior ac melior etiā gratiæ plenitudine, de qua etiā ipsi angeli admēsurā accipiūt, Ideo ait & ipse Christ⁹. Tāto melior. i. dignior Angelis, ē Effect⁹. i. eui dēter secundū hominē fact⁹. Quāto differētī⁹ nomē. i. differētiōre honorificētiā quā ante. f. Hereditauit. i. firmiter habuit, quando resurrexit & ascēdit. & quia hoc posset habere, & nō prę illis. addit Prę illis. Nā dū mortalis fuit differēs nomē habuit, quia angeli ministrabāt ei, postquā immortalis magis differēs, quia honorabilior atq; præclarior illis per oīa extitit. ideoq; addit, Prę illis. vel, Hereditauit. i. habuit Nomē differētē. & hoc Prę illis. i. nomē valde differēs a noiē angelorū, hoc ē nomē quod super oē nomē. f. de⁹, siue fili⁹ dei. q. re vera digni⁹ ē illo quo illi dicunt angeli. i. nunci⁹. Et lii. n. nomē proprietatē ostēdit, nō adoptionē, quia nisi eēt propri⁹ fili⁹, nō posset ex hoc aplūs amplitudinē honoris asserere. propri⁹ autē filius ē de ipso patre genit⁹. si autē adoptiōis gratia eēt filius, nō solū patre, sed et angelis minor eēt. Cui. n. q. d. vere præ angelis nomē habuit. Cui. n. angelorū, vtiq; nec etiā maiorib⁹ Dixit aliquādo, nec et postquā cōfirmati sunt quidā aliis cadētibus. hoc. f. Filius, ecce nomē Meus. i. consubstantialis non adoptiuus. Estu, & vere, quia Ego hodie. i. æternaliter Genuite. genui dicit ne nouū putetur. f. ne mō videretur incipere. Hodie dicit, ne præterita generatio videretur quanquā enim possit etiā ille dies intelligi quo Christus secundū hominē natus est, tñ quia hodie præsentia significat, atq; in æternitate, nec præteritū quicquā quasi esse deserit, nec futurū quasi nōdum sit, sed præsens tantū, quia quicquid æternū est, semper est, diuin⁹ accipit de sempiterna generatione sapiētiæ dei, quam fides syn cerrima & catholica prædicat. Ex his ergo verbis nihil aliud manifestat, nisi quia ex ipsa essentia patris genitus est. Et rursus. De eodē Esaias ait ex persona patris. Ego ero illi. i. ad honorē illi⁹ in patre. Et ipse erit mihi. i. ad honorē meū In filiū. hoc & semper est. sed ideo dicitur erit, quia ab omnib⁹ id sciatur in die iudicij. Quodam. n. modo locutionis dicit scriptura re esse vel fieri, cū innotescit. Pōt tamen & secundum carnē hoc accipi dictū. Etenim caro cōicat altioribus, sicut & diuinitas humilibus cōmunicare dignata est. De incarnatione igitur filij hoc dicitur quod ostēditur, ex eo quod dicit Ero, significans futurum esse. Dicit ergo deus pater per prophetam, Ego ero illi, scilicet homini de virgine nascituro. In patrem: & ipse qui nascetur Erit mihi in filiū Vnde angelus ad Mariam, Quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius dei. Et cum iterum introducit. Adhuc autoritate scripturæ aperit filium digniorem angelis. Et nota quod Christus aduentum suum carnalem exitum vocat, dicens. Exijt qui seminat &c. Et item, Ego a patre exiui, & veni in mundum. Paulus vero introitum vocat aduentum Christi, dicens, Cum introducit. Assumptio ergo carnis, exitus & introitus appellatur, recte vtiq;e. Foris enim eramus a deo, sicut qui sunt extra regales aulas in vinculis colligati, & qui habent apud regem pro culpis aliquibus offensam. qui autem noluerit istis veniam impetrare, non primum ipsos in aulam regis inducit, sed ipse foras egreditur, ibique cum eis loquitur vsquedum eos correctos reddat, & dignos efficiat, quo regis vultui præsentari mereantur, sic etiam CHRISTVS effect. Egressus quippe ad nos, id est carnem sumens, & collocutus nobis cum præcepta regis innotuit & sic nos a peccatis emūdans, & ad deum conuertēs in aulam regalem velut mediator

Chryso.

Chryso.

Chryso.

Augustinus  
in psal. ii.

Chryso.

Chryso.

Ambro.

Chryso.

optimus introducit. Ideo exitus & introitus vocatur carnis suæ aduent⁹, de quo dicit, Et iterū introducit, scriptura. f. iterū introducēdū dicit. Ideo ait, Iterū, quia sepe dicit inā introducēdū. Introducit, in quā, Primogenitū, patris. i. ante oēs creaturas genitū de patre secundū deitātē In orbē terrę, quasi heredē in possessionē. Et cum introducit, dicit. Vel ita, & ipse pater. Iterū introducit primogenitū in orbē terrę. i. visibilē carne assumpta fecit apparere in mundo, qui ante inuisibilis erat in mundo. & ideo ait, Iterū quę assumptio carnis dicitur exit⁹ a patre, & introductio in hæreditatē vbi videt adori Vñ addit. Et cū, introducit, Dicit & adorent. Vel ita, Et iterū, dicit, pater de eodē filio. Cū introducit primogenitū in orbē terrę. i. cū ostendit filiū suū. f. vsq; ad corda hominū ducēdū per fidē. Quid dicit: Et adorent eū. Qui passus est & mortuus. Nō. n. de deo verbo ista dicuntur, sed de homine suscepto. Adoret, in quā, Omnes angeli dei, secundū humanitatē iubent angeli adorare Christū, ex quo eū tāto meliorē angelis demonstrat, quāto seruis dominū cōstat esse meliorē: ideo Christū secundū carnē iussit a cunctis angelis adorari, dicens, Adoret eū oēs angeli dei, quod iussioni ei⁹ obtēperāt. Et iterū dicit, pater de filio. hoc Quidē ad angelos, pertinēs. Qui, filius, Facit spūs, celestes Angelos. i. legatos, suos & etiā Flāmā ignis. i. seraphin qui sunt de ordine superiorū. Facit ministros suos. Quāuis. n. nō videam⁹ apparitionē angelorū, abscondita ē enī ab oculis nris, & in quadā republica magna imperatoris, dei, tñ eē angelos nouim⁹ ex fide, & multis apparuisse legim⁹ & tenem⁹, Spūs autē sunt āgeli, nec eo spūs sūt quo āgeli cū mittūt, sūt angeli. Angel⁹. n. officij nomē ē nō naturę: nomē naturę spūs est, ex eo q. est, spūs est, ex eo quod agit, angelus est, sic nomē naturæ est hō, nomē officij miles. Homo ergo fit miles non miles homo, sic eos qui erant spiritus conditi a creatore deo facit angelos mittendo nunciare quod iusserit. Et vtitur omnibus ad incommutabile arbitrium sententiæ suæ, siue bonis per eius gratiam, siue malis per propriā voluntatem. Ac per hoc voluntas dei ē prima & summa causa omnium corporalium specierum atque motionum, Nihil enim visibiliter fit & sensibilibiter, quod non de inatēiore inui sibili atque intelligibili aula summi imperatoris, aut subeat, aut permitatur secundum ineffabilem iustitiam. Vel ita distingue, vt angeli dicantur quando leuia nuncia mittantur: quando vero mittuntur ad vindictam, dicuntur ignis ardens. i. seraphin. & hoc est quod ait, Facit spiritus angelos suos, cū leta & leuia nunciant. Et ministros suos, sicut Flammā ignis, dum ad exercitiū vindictę mittit, vt in Sodoma, & in alijs plurib⁹ locis. Et sicut secundū literā fit in creaturis, sic in ecclesia figuratē fit: vbi spūs. i. spūales facit angelos suos. i. nuncios verbi sui, & ministros suos flāmā ignis quia ministri ecclesię etiā ignis sunt, dum spiritu feruent, & vitia nostra vrunt. Fenū etiā tuum intendunt. i. vitia tua curant ministri dei qui prædicant verbum dei.

Chryso.

Chryso.

Augustinus  
in psal. xxxi.

Aug.  
de trinitatē

Ambro.

Ambro.  
Augustinus

Ad filium autē, Thronus tuus deus in seculū seculi, virga æquitatis, virga regni tui. Dilexisti iustitiā & odisti iniquitatem, propterea vnxit te deus deus tu⁹ olco exultationis præ participibus tuis. Et tu in principio domine terram fundasti: & opera manuum tuarum sunt cæli. Ipsi peribunt, tu autem permanebis, & omnes vt vestimentum veterascēt. Et velut amictum mutabis eos & mutabuntur.

Ad filium autē. Hic per dignitatē simul & potestatē cōmendat Christū. q. d. illud pertinet ad angelos dixit. Hoc autē, pertinens ad filiū, ait dñs per prophetā, O Deus, fili. Thron⁹ tuus. i. regnū vel iudicium: de quo in euangelio, Omne iudiciū dedit pater filio. i. regia dignitas, vel iudiciaria sedes, Permanet in seculū seculi, quia & semper regnabit, & nouissimū iudiciū semper stabit. Vnde in euangelio. Ibiunt hi in ignē æternū & illi in vitam æternam, & merito permanet thronus tuus, Et. i. quia Virga regni tui. i. regimen et disciplina, qua bonos regis, et malos percussis, vel conteris Cum virga æquitatis. i. regula directa et inflexibili, quæ alibi dicitur virga ferrea, per quā prauitātē distortus si ei hæere velit, dirigitur. Dilexisti. q. d. Item ideo merito permanet thronus tuus, quia Dilexisti, ex amore, Iustitiam. i. omne bonum. Et, contra Odisti iniquitatem. i. oē malū: nō simul vtraq; tibi sunt, sed alterū diligis & amplecteris, alterum vero odis & persequeris. & Propterea. f. vt hæc tibi essent. i. vt diligeres iustitiā & odires iniquitatē. Vnxit te, vel propterea. f. quia dilexisti iustitiā & odisti iniquitatē. Hoc præ



miu[m] inde datu[m] est. f. Deus, deus tuus. f. pater per se, n[on] per ministros vnxit te secundu[m] hominē, quia deitas nullo indiguit. Nota quod repetitur deus ex magna dilectione, vel secundu[m] August. Alter casus est vocatrix, alter nominatrix, vt sic dicat, O tu de[us] fili Vnxit te deus tuus. f. pater. in latino putatur idē casus nominis repetitus, sed i gre[co] euidentissima distinctio, est, qua alter nominatrix alter vocatrix intelligit. O tu Deus vnxit te deus, vngitur deus a deo. Quis est ergo deus vnctus a deo? Christu[m] intellige. Christus. n. dicitur a charismate. Chrisma. n. Græce, Latine dicitur vnctio. Hoc nomē Christus vnctionis est, nec vngebantur alibi reges & sacerdotes, nisi in illo regno Iudeorū. Per hoc ergo quod dicit eū esse vnctū regē, & sacerdotē significat, vnctus ergo est deus a deo, & ipse deus vt vngeretur, homo erat. Ita homo erat vt deus eēt, ita deus erat vt hō eē nō dedignaretur. Deus ergo vnctus est, quia hō deus. Sed quo oleo? non nisi spiritali. vñ subdit. Vnxit, dico, Oleo lætitię, vel exultationis: quia immunis fuit a peccato. vñ & cōscientia hilaris fuit ei. Vnxit ergo eum deus pater, nō visibili & corporali oleo, sed spiritu sancto, quē scriptura nomine olei exultatiōis figurata, vt solet locutione significat. Hac vnctione filius qui sic homo factus est vt maneret deus, plenus erat spiritu sancto, vt in euangelio legitur. Iesus autē plenus spū sctō reuersus ē a Iordane. Ideo addit, Prę participib[us]. i. prę omnibus sanctis, Participes enim eius sunt oēs sancti, sed ille singulariter sanctus sanctorū, singulariter vnctus, singulariter vñ oēs Christiani vnguntur. Et tu in principio, post humanitatis excellentiam iterum redit ad æternitatem filii ostendendā vtēs autoritate prophetę, qui de filio & ad filiū ait. ita Et tu, o Domine, fili dei in principio rerū. i. antequam res essent. Fundasti, terram ad literā. Ideo dicit i principio, quia creator ante creaturam extitit sine vllō initio. q. d. noui æternitatem tuā qua præcedis omnia quę fecisti qui dixisti, Ego sum qui sum, & Cæli, simul cum terra, Sunt opera manū tuarum. hoc ita dicit, quasi specialiter in eis operatus sit. Manus autem est virtus infisionis. i. potentia voluntatis, qua vt voluit facta sunt opera. Ipsi autem, cæli. f. aerei Peribunt, ab eo quod sunt dum immutabuntur creaturę in melius Nouissimi enim cæli qui per diluuiū perierunt, sicut Petrus ait Igne peribunt. exercuit. n. aqua, & totā istam capacitatem vbi aues volitant occupauit, ac si vtiq[ue] cęli perierūt, propinqui terris. De cęlis ergo vnde dicit aues cęli, non est dubium quin diluuiū perierint, & igne perituri sint. De superioribus autē cęlis cælorum, vtrū & ipsi perituri sint igne, quęstio est & disceptatio scrupulosior iter doctos, & erit incendiū mundi non incendēs sanctos dei. Quod enī fuit caminus ignis tribus pueris hoc erit ardens mundus iustis in trinitate signatis. Tu autē. q. d. cæli mutabuntur. Tu autē permanebis, hoc dicit: vt sicut æternus esse ostēditur, quia est ante oīa: sic ostendatur, quia permanet idē post mutata. Et omnes, siue cæli aerei, siue terra, Veterascunt vt vestimentū. i. sicut humana corpora longēuitate veterascūt. Corpus enī humanū, quasi vestimentū animę est. Veterascere autē dicitur illud quod more vestis paulatim cōsumitur, sicut caro humana quę tamen in melius immutabitur, sic cęli meliorē formam recipiēt. Et mutabis eos. f. cælos. Velut amictū, per hoc significat mutationē cęli. Vnde Ioānes in Apocalypsi, Vidi nouū cælum, & nouā terrā. Et recte cęlos amictui comparat, quia terrā cingunt. Tam facile enī mutat deus cælos, sicut amictus extēditur & plicatur: & post mutationē, sic manebūt cæli. Vnde subdit, Et mutabūtur. i. mutata sic permanebūt, quia facta dei iam sub æternitate stabunt, nec ad corruptionē reuertētur.

Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. Ad quem autem angelorum dixit aliquando, Sede a dextris meis: donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum. Nonne omnes sunt administratorii spiritus in ministeriū missi propter eos qui hæreditatem capiunt salutis?

Tu autē, o fili dei, Idē ipse es. i. imutabilis es. contra hoc quod supradixit veterascūt. Et anni tui non deficient. i. æternitas tua non deficiet, cōtra hoc quod dixit peribūt. Et est sensus, Tu nō mutaris nec deficis, quod ad filiū dictū est, ac per hoc etiā deo filio cōuenit dicere, Ego sū qui sum. Et itē, Ego dominus & nō mutor: quod tu heretice, ideo soli patri assignasti vt filius in substantia sua crederet esse mutabilis, tanquā ita suscepit hominē vt in hominē verteretur, Hanc tantam blasphemiam non emēdabis, nisi credideris in assumptione hoīs accessisse filio quod non erat, & nō decessisse vel defecisse

Ambr.

Augustinus, Augu. contra Maximinū.

Augu. super Ioan. Ambr.

Ambrosius

Augustinus

quod erat. Vel mystice totum potest legi, & diriguntur verba ad patre[m], vbi tamē & filius commendatur. q. d. vnxiſti pater filiū. & Tu, o Domine, pater a quo vnct[us] est fili[us]. In principio. i. per filiū tuū qui est principiu[m] de principio, secundu[m] quod ipse ait in euāgelio, Ego principiu[m] qui & loquor vobis. Fundasti terrā. i. stabilisti ecclesiā populorū. f. minores in ecclesia, Et cæli. i. maiores vt apostoli. Sunt opera manū tuarū, quia in eis quasi specialiter operatus est, plura eis conferēdo, Et ipsi cæli peribūt. i. morte destruetur, & quicquid ex se destruet, Tu autē, in illis Permanebis. i. iustitia tua, & quę in eis operaris permanebunt. Et oēs. f. maiores & minores. Veterascēt. i. paulatim corrumpentur. Sicut vestimentū. i. secundu[m] vestimentū. i. secundu[m] corpus quod animā quasi vestimentū circūdat. Et mutabis eos velut amictū. i. secundu[m] corpus quod mutabis immortalitate, non tale erit quale fuit. ita peribunt cæli & mutabūtur secundu[m] corpora, & nō tantū secundu[m] corpus, sed etiam secundu[m] aīas mutabuntur quę tunc gloriosiores erūt. Tu autē idem ipse es, in eis per filiū tuū. i. immutabili specie eris in eis per hoc quod filio crediderunt. Et anni tui non deficient, in eis. i. æternitas tua. Ad quem autem, iterum de gloria humanitatis agit. q. d. non solū per præmissa ostenditur Christus maior angelis, sed etiā per hoc, quia pater Dixit ei, sede. i. victor, quiesce & iudica, A dextris meis id est in potioribus meis, & mihi secundum diuinitatē æqualis. Ecce victori filio confessus offert a patre. Sede, dico, Quoadusq[ue] inimicos tuos ponā, quod fit quotidie dū aliqui conuertuntur. hoc & si paulatim agit, indefinenter tamē agitur, Scabellum pedum tuorum. i. plene tibi subiectos. Per hoc enim quod ait scabellū pedum plenā subiectionem significat. Vel per pedes intelligitur humanitas Christi quę inferior natura est in illo. Et est sensus, Donec ponam inimicos tuos, scabellum pedū tuorū. i. sub humanitate tua vt ipsam reuerentur, & super se sentiāt. Vel, Sede quoadusq[ue] ponam, id est æternaliter, sicut æternaliter Ponam inimicos tuos, scabellū pedum tuorum, id est subiectos potentie diuinitatis. Per pedes enim stabilitas æterna significatur, quę quasi vestigiis positis virtute omnipotentie cōsistit. Ad quem autem angelorum dixit hoc aliquando, nulli hoc dixit, quia Omnes spiritus sunt, ex officio Amministratorii, filii: missi, actualiter, In ministerium, quacunq[ue] placet filio, tñ semper assistūt ei qui vbiq[ue] est. Missi, dico, Propter eos qui capient hereditatem salutis. i. propter homines quibus promittitur hæreditas æternę vite, quibus licet minoribus imperio Christi seruiunt. Et nonne ita est? est vtiq[ue]. Intellige igitur quantus honor nobis existit, vt ad nos sicut ad amicos ministros angelos suos destinet deus. Quauis enim multū inter sit inter angelos & hoīes, propinquos tamen eos nobis fecit, quia nostrę saluti student, propter nos discurrunt, nobis suo funguntur officio. Hoc est opus angelicū angelicę functionis officiu[m], vt omnia fiant pro salute proximorū. magis autē hoc est opus Christi, quia angelis nobis superioribus præcepit ad nostram salutem suam exhibere ministerium.

CAPVT II.



Propterea abundantius oportet obseruare nos ea quę audiui[m]us, ne forte pereffluamus. Si enim qui per angelos dictus est sermo, factus est infirmus, & omnis præuaricatio & inobediencia accepit iustam mercedis retributionē: quomodo nos effugiemus si tantam neglexerimus salutem? Quę cum initium accepisset enarrari per dominum ab eis qui audierūt in nos confirmata est: contestante deo signis & portentis & variis virtutibus, & spiritus sancti distributionibus, secundum suam voluntatem. Non enim angelis subiecit deus orbem terrę futurum, de quo loquimur.

Propterea, postquam locutus est de filio dei multa quę ad eius commendationem valent, hortatur eos quibus scribit vt diligenter animaduertant & custodiant ea quę per illum annunciata sunt eis, & ad hoc tēdunt omnia præmissa. q. d. quia Christus maior est prophetis & angelis, Propterea oportet nos abudatius obseruare ea quę audiui[m]us a filio dicta in euangelio, quam quę de lege, vel de alijs a prophetis, vel angelis dicta sunt qui ministri legum fuerunt. Nomen tamen legis obtinuit, quia in astructione suā quam in prætoribus fecit, manifestū hoc. facit & quasi quis quæreretur quare magis opot

ter? subdit, Ne forte pereffluamus. i. eternaliter puniamur. Effluimus per pœnas mortalis naturæ, effluim⁹ peccata addendo, pereffluimus in aternā dānationem. Hinc suadet verba Christi audiēda per pœnā quæ erit negligētibus. Si. n. quod puniemur si nō obseruamus verba Christi, probat per minus. f. per verba quæ dicta sunt ab angelis quæ sunt minus digna quā verba Christi. q. d. dico ne forte pereffluamus quod vtiq; erit. Enim. i. quia, Sermo dei qui per angelos dictus est, ad Moysen, & ad ceteros, Fact⁹ est firmus. f. verus, vt lex per miracula & minis & promissis cōfirmata ē, in qua tñ nō erat fal⁹. Et ois præuaricatio, quod ē cōtra vetita facere. Et inobediētia, quod est præcepta dimittere. Accepit iustā retributionē. f. quātū meruit. i. secundū quod meruit Mercedis, vt pro qualitate factorū sit qualitas pœnæ. Attēde singula verba. Ois præuaricatio, dicit vt ostēdat quod pro singulis peccatis sit reddēda pœna, ac si diceret, nō solū ois præuaricator punietur qui multorū peccatorū reus est, sed pro omni præuaricatione vel inobediētia suā recipiet pœnā. Iustā, dicit ne putetur perire iustitia per misericordiā. Quod vero ait, Retributionē, hoc ad pœnæ quantitātē refertur, quæ equa lis peccato erit, quia secundū quod mai⁹ vel min⁹ ē peccatū, maior vel minor erit pœna, quod vero ait, Mercedis, hoc ad qualitātē pœnæ refertur, vt qui libidinis igne perierit: igne crucietur. Quō. q. d. & si sermo angelorū factus est firm⁹, & si ois præuaricatio punit, Quō nos, quibus filius dei ipse gratia per quā salus est, locutus est. Effugimus, gehēnā. Si neglexerimus, salte quod minus est quā præuaricari. Tātā. i. inefficē tme, Salutem, in euāgelio factam, non tāta erat i veteri testamento. Ibi. n. sermo, hic vero salus est Quæ cū &c. Ostēdit hic inexcusabiles esse illos qui cōtēnunt salutem. i. Chri fermonē qui est causa salutis. q. d. non effugiemus si neglexerim⁹ salutē. Quæ, salus, Cū accepisset initiū nō cōstitutionis, quia ab eterno erat, sed enarrandi. & hoc per dām angelorū, scilicet Chrm, vnde alia editio sic habet, scilicet per Chrm, non longe post initium narrationis, Ab eis, scilicet apostolis, Qui audierunt, ab ipso ore CHRIS T I, Confirmata est in nos, scilicet Iudæos, Quomodo? Deo contestante, authoritati apostolorum, per quæ Signis, minorib⁹, vt est morbos depellere, quod medici possunt: Et portētis, maioribus quæ contra naturā sunt: Et variis virtutibus, quæ nō sunt præter naturam. Vel de virtutibus animi dicit. f. quod casti sunt & humiles illi qui prædicant, &c. huiusmodi habet. Et spiritus sancti distributionibus, quia alijs genera linguarū, alijs alia dona dabit. Per hæc affluentia significat gratiarū quæ non erat apud antiquos, neq; tanta signa, neq; tā diuersa prodigia, per quod ostēditur quod nō simpliciter est eis creditū, sed per signa & prodigia. ideoq; dū credimus, nō illis, sed deo nos credere declarat. Distributionibus, dico, factis, non secundū meritū hominū, sed secundum suā, ipsius spiritus sancti, Voluntatē. i. secundum placitū suæ misericordiæ. Vnde alibi, hæc oia operatur vn⁹ atq; idē spiritus diuidēs singula prout vult. Non enī, dixit negligētes dignos esse pœna qui cōtēnunt gratiā per apostolos, & miracula, & dona confirmatā. hic dicit Christū esse potentē vindicare, & suos per passionē mortis saluare. q. d. vere non effugiemus si neglexerimus salutē Christi, cū pro sermone angelorum non obseruato puniti sunt Iudæi. Quia, filios Subiecit deus orbem terræ, quod Non, fecit Angelis, quorū ministerio, & si multa sunt in orbe, oia tamē spectāt ad imperiū, sed hoc. f. vt subiiciatur, Futurū est ei de quo loquimur. i. Christo. & hoc ē quod ait, Orbē, dico, futurū subiectū ei De quo loquimur. f. Christo. Vel ita, Deus subiecit, non angelis, sed filio. Orbem terræ futurū, ita hic dicit futurū, sicut alibi dixit, Qui cū forma futuri: de Adam & Christo loquens, & respectu temporum Ad futurum secundum carnem Christum dicit, sic etiam nunc futurum orbem dicit quātū ad Christum, Futurus quippe erat orbis quantum ad filium dei qui semper erat, & ne de altero orbe disputare intelligeretur, addit, De quo, orbe loquimur. Hoc addit ne mentem auditoris errare relinqueret, dum alius quæreretur orbis. Hunc ergo orbem futurum non angelis, sed Christo subditum dicit, quod cōprobat authoritate Dauid, qui futura quæ si præterita refert: vt pote admissus diuinis consilijs vbi omnia etiam futura sunt facta: secundum illud Esaiæ, Qui fecit quæ futura sunt: sed præstat vt de Christi humilitate ne per ea dubitetur de exaltatione: & non tantum de humilitate Christi, verum etiam & totius generis humani: ostendens hominem per se miserum & abiectum, sed per dei gratiam exaltatum. Vnde subdit.

Chryso.

Chryso.

Chryso.

A Testatus est autē in quodam loco quis dicens. Quid est homo quod memor es eius: aut filius hominis quoniam visitas eum? Minuisti eum paulo minus ab angelis, gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum. Omnia subiecisti sub pedibus eius. In eo enim quod omnia ei subiecit, nihil dimisit non subiectum ei. Nunc autem necdum videmus omnia subiecta ei.

B Testatus est autē. q. d. nō solum ego hoc dico, sed etiam hoc idē Testatus est quis. f. notus, egregius prophetarū excellentissimus. f. Dauid. In quodā. f. noto nobis nō abscondito Loco, scripturæ sacræ in Psalmo. f. viii. Dicēs, Quid est homo, cū despectu legēdū est, Quod memor es ei⁹, aut filius hoīs, &c. Distat inter hominē & filiū hominis quod innuit disunctio. Ois enim filius hoīs homo, sed nō omnis hō filius hominis pot intel ligi. Adam enī homo fuit, sed nō filius hoīs. sic homines dicuntur qui portant eius imaginē: qui autē portant imaginē Chri, filij hominū potius appellant, & ille uet⁹ homo dicitur, & iste nouus. Homo igitur hoc loco terrenus est, filius autē hoīs cęlestis est, & ille longe se iunctus est a deo, hic autē præsens est deo, & ideo illius memor est tanquā in lō ginquo positi. hūc visitat quē vultu suo. i. gratiæ suę presentia illustrat. Despectiue itaq; Hō. f. peccator terrenus. Quid est, quātū ad hoc Quod eius, quāsi lōge positi. Memor es, tēporalē præbendo salutē qua saluas homines cū iumētis: Aut filius hoīs. i. homo spiritualis, & cęlestis. Quid est, quātū ad hoc, Quoniā eum, quāsi infirmū visitas, presentia gratiæ, & non solū homini filius indigni visitari, sed etiā dei filius, quia Minuisti. f. dei filium. Vel ita, vt per hominē intelligantur boni, præcipue qui ante aduentū Christi fuerunt, per filiū hominis Christus, & legitur itē eum despectu hoc modo, Homo, bon⁹ ac iustus. Quidē. q. d. despect⁹, fragilis, peccator. quātū ad hoc Quod memor eius es. Memor est deus hoīs quando peccata dimittit, Aut filius hominis, iam surgit. i. a mēbris ad caput ascēdit, cū ait, Filius hominis. i. Christus, qui non ex duob⁹ hominibus, sed de virgine natus est. Filius, inquā, Hominis, quid est quātū ad hoc, Quoniā visitas eū. i. hominē per ipsum filiū hoīs, quāsi per medicū infirmum? Nota verborū proprietates supradixit, Memor, vbi agit de iustis qui fuerūt ante Christi aduentū, quorū quāsi memor fuit quādo patriarchis de cęlo miseris. Hic autē ponit Visitas, vbi agit de incarnatione, cum verbū caro factū est, cū medicus ad infernos venit. Minuisti. q. d. per filiū hominis. i. Christū, visitas hoīem, & eum, tamē. i. Christū, Minuisti. Vel ita vt per hominē & filiū hoīs intelligat Christus hō, cuius fuit de⁹ memor in conceptione donando immunitatē peccati, & visitauit in resurrectione dādo gloriā immortalitatis, & legitur ammiratiue hoc modo, Homo, Chrius. Quidē. f. quā magnū quid & dignū per hoc Quod memor es eius faciēdo eū immunē a peccato. Aut. i. & Filius hominis. f. idē ipse Chrius qui est hō de homine, vt de⁹ de deo. Quid est. f. secundū quā excellentissimū. quid per hoc, Quoniā visitas eū, resuscitādo. Minuisti. q. d. visitasti Christū hominē. & per hoc indigni visitari. quia tu Minuisti eū, per passibilem naturā. Minoratus enī est dū se exinanuit formā serui accipiēs: ergo propter ipsam infirmitatē carnis quā dei sapientia gestare dignata est. & passionis humilitatē recte dicit, Minuisti ab angelis, quia mortalis & passibilis, sed Paulo minus, quia et si passibilis, tamē imperabat angelis, & quia sine peccato erat: sed post similitudinē triumphantis, Coronasti eū. i. vndiq; circumdedisti. Gloria, in resurrectione & ascensione. Et honore. i. in cōcessu patris. Vel, Gloria. i. claritate immortalitatis. Et honore, quod sibi flectitur oē genu. Et constituisti eū, vt stabilē. Super opera, sed addit, Manuum tuarū. i. super diuina etiā opera. i. super homines & angelos quæ per excellentiā dicuntur opera manuum. & non solū constitutus est super opēra vt dignior, sed etiā Oia subiecisti sub pedibus ei⁹. i. potestati eius & dominio vt adorēt illū & vereant. Posset enī superior esse, & tamē oibus non dñari. Ideo ait, Subiecisti oia sub pedibus ei⁹. nulla enim creatura erit nō subiecta, cui primates vt ita dicā spūs subiiciuntur. In eo enim, vel aut, exponit sensum Dauid prophete quē in prædictis verbis habuit, q. d. Dauid ait, Omnia subiecisti. In eo autē, quod scriptura Subiecit ei oia. i. subiecta ei ostēdit omnia nihil dimisit. Nō subiectū ei. i. nihil excepit de oibus. dū enim dicit omnia nec terrena excipit, nec cęlestia. Vel ita cōtinua secundū literam quæ habet Enim. q. d. bene dico orbē terrę futurū subiectū Chro, quia In eo, quod scriptura dicit, Bi oia sub. i. dicit ei subiecta esse oia.

Augustinus.

Ambro.

Nihil dimi. nō subiectum, non mutatur sententia: quā eandē sententiā aliā etiā licēta confirmat quā est. In eo enim quod dicit omnia subiecit, nihil dimisit ei nō subiectū. Nunc aut. q. d. scriptura dicit, omnia subiecit, sed tamē nondū omnia subiecta sunt ei. & ideo congrue supradixit orbem futurū subiectum. & hoc est quod ait, Nunc aut. Et si scriptura dicat omnia, Tamen necdū videmus omnia subiecta ei, voluntate quē subijciēda sunt. quotidie enim aliqui subijciuntur ei, sed nō oēs qui subijciēdi sunt subijciuntur, donec in iudicio. Distingue cū ait, Nihil dimisit non subiectum. hic vniversalem subiectionē. s. siue voluntariā siue necessariam designat. Cum vero ait, Necdū videmus, & c. hic tantum voluntariam fideliter credentium in eum.

Eum autem qui modico quam angeli minoratus est, videmus Ie sum propter passionem mortis gloria & honore coronatum, vt gratia dei pro omnibus gustaret mortem. Decebat enim eum propter quē omnia, & per quē omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem salutis eorum per passionem consummari. Qui enim sanctificantur, ex vno omnes.

Eum aut. q. d. necdū videmus omnia subiecta ei, sed tamē pars prophetiē iā impleta est, quia Videmus eū, & c. in quo constat quod cōplebitur a lia, & ideo nec doleatis de aduersis, Eum, in quā, Qui modico minoratus est quā angeli, videmus, iam Iesum. i. saluatorem, & Coronatū gloria & honore. hoc vtiq; merito. s. Propter passionē, non quālibet, sed Mortis. Hic iam incipit ostēdere, nō pro potētia tantū vel vltione verba Christi esse audienda, sed pro dilectione qua dilexit nos, vt pro nobis moreretur. Vnde addit, Vt gratia dei, & c. Vel ita lege, Videmus eū iam Iesum, & coronatū gloria & honore, qui modico quā angeli minoratus est, nō secūdū naturā humanē mētis, sed Propter passionē mortis. Maiores quidē angeli possunt dici hoīe, quia maiores sunt hoīs corpore, maiores sunt & animo, sed in eo tantū quod peccati originalis merito corruptibile corp⁹ aggrauat ipsum animū. Natura vero humanē mētis qualē Chrūs assumpsit quā nullo peccato potuit deprauari. solus maior est deus. Propter quid ergo modico quā angeli minoratus dicatur, aperuit cū ait, Propter passionē mortis. Minor ergo angelis fuit, nō propter naturā hoīs, sed propter passionem mortis. natura vero hominis quā mēte rationabili & intellectuali creaturas ceteras antecedit, de⁹ solus est maior.

Minor ergo angelis fuit corpore, nō mēte. Quod aut videtur tibi nihil magnū de deo patre dici, si forma serui maiorē qua maiores videntur angeli, nō recte cogitas, nec attendis quē locū habeat in rebus humana natura quā cōdita est ad imaginē dei, cui tamen iniuria facta non est. Cū Christus dicebat, Pater maior me est, qui non carni suae solū, sed etiā menti quā gerēbat humanā deū patrem praeferbat: quā tota sine dubio forma agnoscitur serui, quoniā seruit tota creatura creatori. Vt gratia dei. q. d. minoratus est ab angelis. & hoc ideo Vt gratia dei. i. ipse qui est gratia dei, quia gratis dat, vel quia gratis datus est nobis, Gustaret mortē. Vel ita, vt sit ablatiui casus hoc modo, Vt gratia dei. i. per gratiā dei qua hō nō meruit. Ipse gustaret, proprie dixit gustaret, quia amara est mors, vel quia cito trāsijt. Breue nāq; interuallū in illa faciens cōfestim surrexit, sicut qui gustat breuiter experitur. Gustaret, dico, Pro oibus. s. praeordinatis qui per eius mortē redēpti sunt & saluati. Vel Pro oibus, hominib⁹ generaliter mortu⁹ ē quia oibus precii suffecit. Ideo proprie dixit Pro oibus, quia nō pro fidelib⁹ tantū, sed pro mūdo vniverso mortu⁹ est. & si enī oēs nō credūt, ipse tamē q̄ suū est impleuit. Dicebat enī. q. d. minoratus est Chrūs vt gustaret mortē quod cōuenientissimū erat. Dicebat enī eū. s. deū patre propter quē glorificādū oīa facta sunt, & per quē authorē Oīa, facta sunt, Qui multos filios, adoptiuos Adduxerat. i. adducēdos praeiuderat In gloria aeternā decebat Cōsummāre. i. perficere in gloria beatitudinis, quod incepit in resurrectione quādo immortalitatis gloria sublimatus ē, & auctū est in ascēsiōne quā ascēdit ad dexterā patris: & perficiēt in iudicio quando ei oīa subijciētur, & erit omnia in oibus. Decebat, in quā, eū cōsummāre Auctore salutis eorū, filiorū. i. Christū qui est fili⁹ per naturā, cui⁹ coheredes erim⁹ qui sum⁹ adoptiōe filij. Vide quantū est in medio nostrū, & ille fili⁹ est, & nos filij sum⁹, sed distat: quia ille saluat, nos saluamur: ille sanctificat nos sanctificamur. Modo cōiungit nos scriptura, mō disiungit. Multos inquit, filios hic coniunxit, auctore salutis eorū hic discreuit. Consummare, dico, & hoc Per passiones

Augu. contra Maxim inū.

Augustinus.

Chrysosto.

Chrysosto.

mortis, quā mors sanandē nostrē miseriē conuenientissima fuit, ac valde necessaria, quia aliter nisi Christus moreretur. s. hō nō redimeretur & non redēptus periret. quod si esset, frustra facta essent omnia. cetera enim homini seruiunt, hō deo, nec in aliquibus deus glorificaretur, cū ad hęc omnia facta sint, falsa esset etiā eius praeiudicatio, de filijs adducēdis. Qui enim, probat quod pro nostra liberatione decuit Christū pati. videtur enim indecens quod author salutis pateretur, sed non dedecet, quia ex deo pēdet, & idem ei subiectus vt alij homines, & ideo conuenit ei pati opus est, & quod op⁹ fuerit postea dicit ibi, Quia ergo & c. q. d. decebat patre cōsummāre Christū per passionē nec dedecet per eū. i. nos Omnes, & quē ex vno deo pendunt & sunt. Ecce iterū quō coniungit dicens esse ex vno, Item, Intuere quātū interest, ille quidē sanctificat, nos sanctificamur. Licet ergo ex vno simus veritatem multū interest, Ille. n. est ex patre secū dum deitatem vt proprius filius, id est ex eius essentia genitus. nos autem adoptiui.

Propter quam causam non confunditur fratres eos vocare dicēs, Nunciabo nomen tuum fratribus meis, in medio ecclesiae laudabo te. Et iterum, Ego ero fidens in eum. Et iterum, Ecce ego & pueri mei, quos dedit mihi deus. Quia ergo pueri communicauerunt carni, & sanguini, & ipse similiter participauit eisdem, vt per mortē destrueret eum qui habebat mortis imperium, id est diabolu, & liberaret eos qui timore mortis per totam vitā obnoxii erant seruuti. Nusquam enim angelos apprehendit, sed semen Abrahe apprehendit. Vnde debuit per omnia fratribus similari, vt misericors fieret & fidelis pontifex ad deū. vt repropitiaret delicta populi In eo enim in quo passus est ipse & tentatus, potēs est & eis qui tentantur auxiliari.

Propter quam, prebat quod ex vno sunt omnes dicens, Propter quā, causam, id est quia vtriq; .s. caput & membra sunt ex eodem, nō confunditur, vel erubescit Christus licet a peccato immunis. Vocare eos fratres, qui peccando facti sunt degeneres, dicēs in psalmo, O pater, Nunciabo, vel narrabo, post resurrectionē, Nomen tuum, id est famam & gloriam deitatis, Fratribus meis, & ego positus, In medio ecclesie, vt columna laudabo te, vel in medio ec. id est in toto orbe circūquaq; laudabo te. Attēde quod cum dicit non erubescit fratres vocare, ostendit quod non eius naturā est fraternitas nostra sed misericordiae & humilitatis. Quod aut fratres simus probat per prophetam ne putetur nouum. Et iterū, Authoritate Elaiā se ex deo esse & pendere ostendit, Ego Christus vt verus homo, Ero fidens, secundum humanitatem, In eū. s. deū patre quod non faceret nisi a deo esset, Et iterum, eandem subiectionem ad deum & humanē naturę communitatem nobiscum demonstrat dicens, Ecce ego, praeisto sum seruire. Et pueri mei. s. apostoli & alij fideles quos mihi tanquā capiti membra in vnitate naturae & gratiae dedit dominus, & in hoc patet quod ex deo sunt, quia Ego & pueri communicauerunt, carni & sanguini, & ipse similiter participauit eisdem, probauit quod decuerit Christum pati, si opus esset, quod aut opus fuerit hic demonstrat, quia pueri communicauerunt carni & sanguini. q. d. constat quod ex deo est ipse Christus sanctificans & sanctificati, & ita nō dedecet eum pati sit opus, sed quid fuit opus pati? Ecce quia Pueri commu. Et hoc est quod ait. q. d. ex vno deo ē ipse cū sanctificatis, & quia Pueri, qui sanctificandi erant, Communicauerunt carni & sanguini. i. animā. i. homines erant corruptibiles constantes ex corpore & anima, quā per sanguinē accipitur: Ergo. i. ideo & ipse Christus, Participauit eisdem, id est pueris, quia fact⁹ ē puer cōstāt ex anima & carne. vel Participauit eisdem, id ē carne et sanguine. s. anima. et hoc, Similiter, id est ita quod fuit homo passibilis et mortalis vt posset mori. Ecce vera in Christo fraternitas, et non ficta humanitas, Vt per mortē, suam, Destrueret eum qui habebat mortis imperium. i. diabolus authorē mortis, quia peccati. ex quo processit mors. Hoc enim testimonio satis monstratur etiam mortem istam corpōris principe atque auctore diabolo, id est ex peccato quod ille persuasit accidisse. Nec enim ob aliud potestatem habere mortis verissime diceretur. vnde ille, qui sine vlllo peccato vel originali vel proprio moriebatur, dixit, Ecce venit princeps mūdi huius, id ē diabolus qui ha

Chrysosto.

Augu. de bapt. patē



bet potestatem mortis, & in me nihil inueniet. scilicet peccati, propter quod homines mori fecit nihil ergo inuenit diabolus in Christo ut moreretur, sed pro voluntate patris mori Christus voluit, non habens mortis causam de peccato sub auctore peccati, sed de obedientia & iustitia factus obediens usque ad mortem, per quam nos redemit a seruitute diaboli. In cideramus enim in principem huius seculi qui seduxit. Adhuc & seruus fecit, & cepit nos tanquam vernaculos possidere. Sed venit redemptor, & victus est deceptor. Et quid fecit redemptor captiuatorum nostrorum? Tendit mancipulam, crucem suam posuit ibi quasi escam, sanguinem suum. Ille autem sanguinem fudit non debitoris, per quod iustus est reddere debitores. Fudit sanguinem innocentis, & iustus est reddere a nocentibus. Ille quippe sanguinem suum fudit, ut peccata nostra deleteret. Unde ergo diabolus nos tenebat deletum est sanguine redemptoris. Non enim tenebat nisi vinculis peccatorum nostrorum, istae erant catenae captiuorum. Venit ille, alligauit forte vinculis passionis, intrauit in domum eius, id est in corda eorum ubi ipse habitabat, & vasa eius eripuit. Nos sumus, vasa ista impleuerat ille amaritudine sua, quam nostro redemptori in felle propinauit. Saluator autem noster eripiens vasa eius, & sua faciens, fudit amaritudinem & impleuit dulcedine. Participauit ergo pueris id est factus est homo passibilis & mortalis ut sic vinceret diabolum. Nisi enim homo esset qui diabolum vinceret, non iuste sed violenter homo ei tolli videretur, qui se illi sponte subiecit, sed si eum homo vincit, iure hominem perdit, & ut homo vincat, necesse est ut deus in eo sit, qui faciat eum sine peccatis esse. Si enim per se homo esset vel angelus in homine facile peccaret, cum videretur que naturam per se constet cecidisse. Factus est homo dei filius hominis filius passibilis & mortalis. Ut per mortem destrueret diabolum, deletis peccatis, per quem sub illo captiuus eram per eandem mortem, liberaret eos, qui timore mortis, corporalis. Per totam hanc vitam erat obnoxii id est subditi. Seruituti, diaboli & peccati. Hic quiddam mirabile demonstrat, quia per quod potestatem habebat diabolus per hoc victus est, & quae fuerant arma illi forti aduersum mundum per ea illum Christus percussit, in quo magnitudinem virtutis eius & solertiam insinuat. Mors enim erat arma per quem vincebat diabolus, & per eam victus est a Christo. Unde, Ero mors tua o mors, & per eam liberauit obnoxios seruituti. Intuere quantum bonum operatur mors Christi, liberauit eos qui timore mortis obnoxii erant seruituti. Serui siquidem erant qui mortem timebant, & omnia patiebantur ne morerentur, nunc autem sancti per Christum ad regnum transitori irrident eam. Vnde Apostolus? Cupio, dissolui & esse cum Christo. Unde & beatus Iob ait, Pelle pro pelle, & omnia quae habet homo dabit pro anima sua. Et est victoria fidei, quae utique defuisset si credentes immortalitas mox consecuta esset. Poterat quidem hoc deus dare credentibus ut nec istius experirentur corporis mortem, sed si hoc fecisset carni quaedam felicitas adderetur minueretur autem fidei fortitudo. Sic enim homines mortem istam timent, ut non ob aliud felices dicerent Christianos, nisi quod mori omnino non possent, ac per hoc nemo propter illam beatam vitam quae futura est ad Christi gratiam festinaret, sed propter renouandam mortis molestiam delicatius crederetur in Christum, essetque fides eneruis & debilis, Quid magnum esset credere videndo non mori eos qui crederent? Credens enim omnino non moriturus. Quanto fortius ita credere, ut se speret moriturus sine fine victurum. Exemplo Christi qui post mortem resurrexit in gloria, & beata sine fine vita viuit. Desideremus ergo vitam Christi, quia tenemus pignus mortem Christi quomodo non dabit nobis bona sua qui passus est mala nostra? In terris istis, in seculo isto maligno quid abudat nisi nasci laborare & mori? haec sunt mercimonia regionis nostrae, ad tales merces mercator ille descendit, & quia omnis mercator dat & accipit, dat quod habet & accipit quod non habet, et Christus in ista mercatura dedit & accepit. Sed quid accepit. Quid hic abundabat, nisi nasci, laborare & mori, & quid dedit? Renasci, resurgere & in eternum regnare. O bone mercator gratias agimus, quia emisisti nos, sanguinem tuum bibimus, euangelium legimus istum nostrum seruus tuus sumus, creatura tua sumus, fecisti, nos redemisti nos. Emere potest quis seruus suum, creare non potest dominus autem Christus & seruos creauit ut essent, & redemit per mortem ne semper captiuus essent: sicut & mortem gustauit, ut timorem mortis fideles vinceret. Ut enim medicus non habens necessitatem ex cibis qui aegrotum praeparatur gustare, sed ille consulens eum vel consolans eum, primum de cibis illi degustat ut persuadeat aegrotum propter illos cibos accipere, sic et dominus cum omnes homines mortem timerent persuadens eis ut si duntialiter ad mortem accederent, & ipse gustauit mortem, nullam mortis habens necessitatem. Vel

ita, Et liberaret, & agit de timore poenae quo Iudaei sub lege seruebant, quos etiam a ta lege per gratiam legis onere & seruuili timore liberauit. quod dicitur factus est Christus homo, ut per mortem destrueret diabolum, & per eandem mortem legem euacuaret, ut ea euacuata, liberaret eos. Iudaeos liberos faceret per gratiam, Qui timore mortis, corporis vel animae. Per totam vitam obnoxii erant seruituti, legis id est timore poenarum serui erant legis, quia timore poenarum corporis vel animae seruabatur legem, quos Christus liberauit vel ab inferno vel a iugo legis. Numquam enim quod dicitur participat eis, ut homines sanctificaret & liberaret, & recte haec causa apponitur, quia si non esset eos liberauit, non eis participaret quod in angelis apparet, quia nusquam apprehendit angelos. id est in nulla scriptura legitur apprehendisse angelicam naturam vel angelos redimeret. Sed, hoc legitur, Quod semel Abraham id est carne de Abraham ut filios eius saluaret, non dico assumpsit, Sed apprehendit. quod dicitur longe fugientem consequens in quo humanae naturae dignitas intelligi potest & misericordia & gratia qua hoc facit: & cura quam de nobis habuit. fugientem quippe ante ipsum humanam naturam & longe fugientem, longe enim eramus, insecutus apprehendit, non angelicae naturae data est haec dignitas ut deus ei in vna persona iungeretur, & re vera magnam & mirabilem & stupore plenum est carnem nostram sursum sedere & adorari ab angelis & archangelis, hoc ergo sepius in mente versans excessum patior magna de genere humano imaginans. Vnde, quia quia semen Abraham apprehendit, Debit simulari per omnia fratribus, ut scilicet passibilis ut mortalis esset, & caetera hominibus in quibus simulatus est fratribus, scilicet quod natus, quod educatus, quod creuit, quod passus est & mortuus, qui supra paternam substantiam figura dictus est debuit simulari duo, ideo ut fieri, actu miserendi, Misericors, quod erat in natura. Et fidelis, scilicet nullum fallens. Pontifex id est mediator & pons, Ad deum, seipsum offerens ei sacrificium ut reprobaretur id est prope vocat remoueret, Delicta populi, qui bene potest hoc facere. In eo enim in quo passus est ipse id est in inferiori substantia, scilicet in carne in qua passus est a Pilato. Et tetatus, a diabolo. Vel expertus. Alia litera. Potens est & eis qui tentatur auxiliari. De incarnato hoc dicit qui in carne quam suscepit multa se qua passus est, nouit quod per experimentum quae est ista tribulatio & tentatio patientium, non sicut deus solus nouit passiones nostras sed etiam licet homo cognouit per experimentum, per hoc scilicet quod tentatus & passus multa nouit copati. licet quidem impassibilis sit secundum quod deus. Et est sensus, Potens est eis auxiliari qui tentantur id est cum multa alacritate protendit manum ad copatiendum tentatis, perfecteque nouit id facere. Nota quod ait, Tetatus, tetatus quidem deus, tentat homo, tetatus diabolus. Tentat deus ut probet: diabolus ut decipiat: homo ut sciat quod nescit.

Chrysostr.

Ambrosius

CAPVT III.

**N**de fratres sancti, vocationis caelestis participes considerate apostolum ut pontificem confessionis nostrae Iesum, qui fidelis est ei qui fecit illum, sicut & Moyses in omni domo eius. Amplioris enim gloriae iste praeter Moysen dignus est habitus, quanto ampliore honorem habet domus, qui fabricauit illam. Omnis nanque domus fabricatur ab aliquo. Qui autem omnia creauit deus est. Et Moyses quidem fidelis erat in tota domo eius tanquam famulus in testimonium eorum quae dicenda erant. Christus vero tanquam filius in domo sua. Quae domus sumus nos si fiduciam & gloriam spei usque ad finem firmam retineamus. Quapropter sicut dicit spiritus sanctus, hodie si vocem eius audieritis nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione secundum diem reiterationis in deserto: Vbi tentauerunt me patres vestri, probauerunt & viderunt opera mea quadraginta annis. Propterea quod in sensu sui generationi huic, & dixi, semper hi errant corde. Ipsi autem non cognouerunt vias meas, quibus iuravi in ira mea si introibunt in requiem meam.

Vnde & cetera ex omnibus superioribus infert, id est quia potens, & quia pro nobis passus, & quia potest auxiliari. Vnde, o vos Fratres sancti participes vocationis caelestis id est vocati ad caelestia id est ad caelestem hereditatem habendam cum Christo. Considerate, diligendo, & quae praecipit operando. Iesum Christum. Alio enim non egemus Apostolorum scilicet quae nobis deus misit, Et pontificem scilicet per quem itur ad deum. Idem est enim pontifex qui

mediator, pontifex dico, Confessionis nostræ. f. quem nos confitemur. vel Confessionis id est fidei. f. in quem credimus, Qui fidelis &c. Hic incipit cōparare Christum Moyse sicut supra comparauit eum prophetis & angelis. Moyse vero ita comparat, vt sit præ Moyse fidelis, quia nō suā sed patris gloriam quæ suū: non eius mandata abscondit. Moyse ergo eum conferens, ait, Qui Chrūs, Fidelis, est secūdū hoīem, Ei. f. deo patri. Qui fecit eum ex femine David secūdū carnē: fidelis est dico, Sicut & Moyse, fidelis fuit. In omni. i. in tota Domo, Iudæorū. quæ domus est, Eius. f. patris vel Christi non Moyse, quia Moyse minister fuit non dñs. Vel ita, Qui, Chrūs. Iesus. Fidelis est ei qui fecit illū. f. deo patri non tātū in quadā, sed In omni domo, Iudæorū. f. & gentium: sicut Et Moyse fidelis, fuit in vna. Et in omni domo dico, Ei. f. patris vel Christi. Amplioris. n. q. d. quia Chrūs fidelis fuit effectus indicat quia Iste, scilicet Chrūs, Habit⁹ est dignus gloriæ, vt Moyse, quia etiā habitus est dignus amplioris, gloriæ, Præ Moyse, id est quam Moyse. Vel, Habit⁹ est dignus amplioris, quā Moyse. Ipse dico ens, præ Moyse, in merendo quia plus meruit quā Moyse, & tāto amplioris gloriæ dign⁹ est. Quanto habet ampliōrē honorē dom⁹. i. in domo vel de domo facta. ille Qui fabricauit illā, vt dñs quam qui dispēsat in ea vt famulus. quod de spiritali domo intellegendū est. f. non de templo vel tabernaculo sed de populo. Et nota quod non dixit quidem Moyse est seruus, Christus vero est dominus, sed latenter hoc significauit. Si enim dom⁹ erat populus, ipse autem erat de populo. igitur erat de domo: & nobis vsus est dicere de seruo, ille est de domo illius. Omnia nanq; q. d. fabricauit dico. Et recte, per se enim non potest fieri, sed ab aliquo. Omnis nanq; domus fabricatur ab aliquo, an ideo a Chrō? vere, quia deus est qui oīa creauit. Et si oīa, ergo & domum. Et hoc est quod ait. Qui aut. q. d. domus fit ab aliquo, Qui aut. & domū, Et oīa creauit, deus est, vtriusq; enim domus. f. quā rexit Moyse & Chrūs factor est deus quē constat præ omnibus esse: ita Chrūs quia deus est & creator præ Moyse est, Et Moyse, ostendit Christum dignū ampliori gloria quam Moyse, quia Chrūs fabricator est domus nō Moyse. Hic alia rōne idē ostēdit, quia Chrūs filius. Moyse famul⁹ est qui & carnalia carnalibus tradebat. Christus vero spūalia. q. d. ideo etiam amplioris gloriæ vel gratiæ dignus est, Et. i. quia Moyse quidē fidelis erat in tota domo, nō sua: sed Eius. f. dei patris vel Christi, Tanquam famulus, qui non adeo diligit domū sicut ille cuius est propria. & hoc non vt gratiam daret, Sed in testimoniū eorū quę dicēda erant. i. vt testaretur ea quæ cōueniebant dici carnalibus qui nōdū spūalia capere poterāt. Chrūs vero, fidelis est, Tanquā fili⁹, qui hæres est, In domo, cū ipso patre, Quæ dom⁹, Christi, Sumus nos renati, Si fidutiā spei. i. spē cū fidutiā. f. nō dubiā, Et gloriosam spē. f. quæ est de cęlesti iucūditate, Retineam⁹ firmā. i. perdurātē vsq; ad finē vitæ, qñ habebit quod mō sperat. Quapropter, sicut supra cū præ angelis & prophetis Chrūm cōmēdasset in multis, subintulit nos oportere seruare quæ ab illo audiuimus, ita nūc cōmendato etiā ipso præ Moyse. Hic incipit terrere ne sint increduli Chrō per patrū similitudinē, & post ne amittā requiē, blādīt etiā per opportunitatē tēporis. q. d. nos sum⁹ dom⁹ dei. Quapropter. f. quia hoc mō sumus Christi. Videte fratres ne forte &c. Hucusq; verbo rū ordo dirigīt. Vel talis pōt esse verborū ordo. Quapropter. f. quia sum⁹ Christi, Nolite obdurare corda v̄ra, & ita hoc dico, Sicut dicit spūs sanctus, in David. Hodie. i. in tempore græ, quod præsens erat David ī spū, Si vocē ei⁹. f. Christi per se loquētis, Audieritis, quod vere erit. Nolite ob. c. v. Aliqñ. n. audistis vocē illi⁹ per moyse, & obdurastis corda v̄ra. per præconē locut⁹ est, qñ obdurastis corda: per se nūc loquit. Mollescat ergo cor. v. qui præcōes añ se mittebat ipse v̄ire dignat⁹ est, ore suo hic loquit, qui loquebat per ora propharū. si ergo tūc duri fuistis, mō estote molles. Nolite ob. c. v. dico agētes sicut p̄res v̄ri fecerūt, In exacerbatiōe, facta secūdū diē. i. in die Tētatiōis, factę In deserto. i. sicut p̄res v̄stri obdurati sunt in diētatiōis, hoc est vna die de exacerbatiōibus, quæ tētatio facta est in deserto, vbi magis eguerunt auxilio: ita & vos in deserto hui⁹ mūdi caute ne tētetis deū, ne pereatis sicut illi in deserto qui deū tētauerunt. Recolitis certe fratres q̄ ille pplūs tētauerit deū, & acceperit disciplinā, & rect⁹ sit ī deserto tāquā ab optio sessorē frenis legū, & præceptorū nō desistēte ēt emēdatiōnis virga qua percussī sunt pro amaricatiōe. Historia est satis nota de eo, quod miserūt exploratores videre terram, & cum audirent ex eis ibi esse inexpugnabiles, & gigan-

Augustinus in psal. cxliij

tæ statūrā viros oblitū virtutis dei totiens probatæ, dixerunt, Redeamus in Aegyptū ad ollas carniū. vnde iurauit dñs quod non intrarent in terram promissionis quæ est eis requies laborum, & sic omnes perierunt præter duos. f. Caleph & Iosue. Et sciēdum quod in hac serie tres requies cōmemorat, duas significantes, & tertiam significatam, vnam sabbati quo requiēuit dñs. Secūdā in Palæstina. Tertiam veram quæ in cęlo est, de qua hic dicit, loquens ad veros Israelitas dicens fidelibus qui Christum loquentem erant audituri, nolite esse duri Christo loquenti sicut spūs præmonuit loquens in David, ne similia patribus vestris patiamini, qui per Moyse vocem dñi tūc audierunt. vos autem modo per ipsum Christum. Et hoc est quod ait, Nolite obdurare corda vestra sicut in exacerbatione secūdū diē tentationis in deserto, vbi. i. in quo deserto, Tentauerunt me, spūm sanctum. f. qui in David loquebatur, Patres vestri, secūdū carnem videte ne secūdū spūm: patres vestri erant secūdū carnē: sed si nō imitatis fueritis, patres vestre secūdū spūm non erunt. Et probauerunt, me. i. probabilem inuenerunt, Et. i. quia, Viderunt &c. Vel probauerunt. i. curiositatis causa exquiserunt an possem, Et viderūt, oculis, Opera mea, magnæ virtutis. Quadraginta annis, in quibus me omnia posse experti sunt. Propter quod. f. quia tentauerunt, Fuit offensus, vel inoff. i. valde & implacabiliter iratus. Vel, Proximus, adhibendo correctionis flagella, Generationi huic, tuam malæ. Et dixi, de illis, Semper errāt corde. i. ex propria de liberatione quia serio peccant, Ipū vero. q. d. Ego sic monebam per prophetam, sed licet sic monerē, tamen ipū non cognouerunt vias meas. i. noluerunt cognoscere opera mea: & iō, Si introibunt in requiem meam. f. terræ promissionis. A posiopeis. i. non intrabunt. Hoc dico, Sicut iurauit. i. firmiter statui, In ira mea. i. quando iratus fui. Iurat enim quandoque nō iratus. irasci tamen dicit per figurā quæ dī antropospatos.

Videte fratres, ne forte sit in aliquo vestrum cor malum incredulitatis descendendi a deo viuo. Sed adhortamini vosmetipsos per singulos dies donec hodie cognominatur, vt non obduretur quis ex vobis fallacia peccati. Participes enī Christi effecti sumus, si tamen initium substantiæ eius vsque ad finem firmū retineamus, dum dicitur, hodie si vocē eius audieritis nolite obdurare corda vestra quæ admodum in illa exacerbatione. Quidam enim audientes exacerbauerunt, sed non vniuersi qui profecti sunt ab Aegypto per Moyse. Quibus autem infensus est quadraginta annis: Nonne illis qui peccauerunt, quorū cādauera prostrata sunt in deserto: Quibus autem iurauit non introire in requiem ipsius, nisi illis qui increduli fuerunt: Et videmus quia non potuerunt introire in requiē ipsius propter incredulitatem.

Videte &c. q. d. quia propter incredulitatem patribus vestris requies negata est: ergo videte o Fratres ne forte, quasi dicat quod facile potest contingere sit: in aliquo vestrum. In aliquo dicit quia de multis non dubitat quin perfecti sint inter eos. sit inquam, Cor incredulitatis, id est cor incredulum vt putetis Christum non sufficere sine lege quod est Malum, quia sic ruit homo in multa peccata. Infidelitas enim malignā vitam procreat, sic anima in profundum malorum veniens contēnit, nec hoc leue est, quia hoc est discedere a deo. & hoc est Christum tentare. Vnde subdit, Hoc est cor discedendi a deo viuo. q. d. a quo qui discedit vitam perdit, quia in eo solo vita est: contra, qui accedit vitam inuenit. Sed potius adhortamini, de incremento virtutum, Nosmetipsos, alij alios, vel vnusquisq; seipsum, Per singulos dies donec. i. quādiu. Cognominatur hodie. i. tempus gratiæ de quo agebat propheta superius in psalmo, quia non minus modo patrat credentibus gratiæ ad salutem quam ipso præsentē Christo. Si quis enim peccat, vsquequo est hodie potest reuerti. Nemo ergo desperet dum viuūt. Adhortamini dico, vt Non obduretur quis ex vobis fallacia, diaboli ente causa Peccati. Sciatis enim q̄ diabolus fallit eum qui obduratur, vnde post cedit in peccatum. Participes enim. q. d. debetis hortari vos & nō esse duri, quia non eramus facti sumus per gratiā. Et hoc est quod ait, Participes enim Christi. i. habētes partem cum ipso Chrō in hæreditate, Effecti sumus per gratiam, qua vniti sumus ei vt membra capiti, Ipse enim est caput nostrum, & nos membra eius facti sumus. participes dico, Tamen, hæ-

Chryostomus

Ambrosius



Remigius.

Ambrosius

conditione, Si, nos, vsq; ad finem, vitæ, Retineamus firmi, vt nunquã deseram, Inia-  
 tiu substantiæ eius. i. fidem quæ est initiu bonorũ per quã in nobis existit deus per quã  
 deificamur, & diuinæ substantiæ participamus. Retineamus vsq; ad finem, dico, Dũ. i. quã  
 diu dicitur nobis, hodie si vocẽ eius audieritis nolite obdurare corda vĩa quẽadmodũ  
 sua. s. obdurauerunt patres. In illa exacerbatione, hoc. s. de patribus addidit, vt per pa-  
 tres eorum deterreat eos. Quidã. n. q. d. Nolite obdurare vt patres in exacerbatiõe: &  
 bene hoc dico quia quidam illorum, Audientes, vocem dei in deserto de requie in tera  
 Palestina futura, Exacerbauerunt, deũ. i. increduli & duri fuerunt, & ideo perierunt.  
 Hoc iõ dicit, nequis putet satis esse audire de requie, quia & illi omnes audierunt, sed nõ  
 omnes peruenerunt, sed quidã qui nõ exacerbauerunt: de quibus subdit, sed Nõ vnuerũ  
 i. nõ oēs exacerbauerunt vt Caleph & Iosue. & his similes. Non oēs dico, Qui profecti  
 sunt ab Aegypto per Moysen, ita vos a tenebris vitiorũ & ignoratiẽ profecti estis per  
 Christum. Quibus autem, horum supradictorum, scilicet vel exacerbantibus, vel nõ,  
 infensus est. Quadraginta annis, hunc numerum annorum iterum commemorat, quia  
 hoc numero notatur tota vita nostra. Quadragenarius. n. indicat integritatem seculo-  
 rum. Infensus ergo, dicitur illis, Quadraginta annis, quia irascitur vitæ suæ vsq; in fi-  
 nem peccantibus. Deinde subdit respondens suæ interrogationi, Nonne infensus est,  
 illis Qui peccauerunt? q. d. non est dubium. Quorũ cadauera, sine sepultura, Prostra-  
 ta sunt, bestiis & auibus, In deserto. q. d. In hoc apparet ira dei, & ideo vobis impunita-  
 tem nõ promittatis, si increduli fueritis. Quibus autem. q. d. non solũ prostrauit incre-  
 dulos sed etiam iurauit quod non intrarent in requiẽ. Et hoc est quod dicit sub inter-  
 rogatione. Quibus autem iurauit non introire, vel vt nõ introirent in requiẽ ipsius æ-  
 ternam quæ significabatur per terram promissionis, Nisi illis qui increduli fuerunt, do-  
 mino promittenti, illis utiq; & non alijs. Et videmus. q. d. iurauit dñs non introire in  
 requiẽ, Et ita videmus. i. aperte scimus euenisse. Quia non potuerunt, illi, Introire, in  
 requiẽ æternã, sicut nec & in terrã promissionis. & hoc, Propter incredulitatẽ. Et quia  
 illi perdiderunt requiem propter incredulitatem?

CAPVT IIIII.

**T**imeamus ergo ne forte relicta pollicitatione introeundi ne requiem  
 eius, existimetur aliquis ex nobis deesse. Etenim & nobis nunciatum  
 est quemadmodum & illis, sed non profuit illis sermo auditus nõ ad-  
 mixtus fidei ex his quæ audiuerunt. Ingrediemur enim in requiẽ qui  
 credidimus, quemadmodum dixit, Sicut iurauit in ira mea, si introibunt in requiẽ  
 meam. Et quidem operibus ab institutione mundi perfectis. Dixit enim in quo-  
 dam loco de die septima sic. Et requieuit deus die septima ab omnibus operibus  
 suis. Et in isto rursum, Si introibunt in requiem meam.

Timeamus ergo. q. d. si non amore vel timore hoc faciamus. Timeamus, inquã, Ne  
 forte aliquis ex nobis existimetur, vero iudicio & si impudenter præsumat deesse a re-  
 quie. & hoc, Relicta pollicitatione introeundi in requiẽ eius, veram, quã terrã promif-  
 sionis significauit, id est per hoc quod relinquatur & cõtēnatur promissio dei qua pro-  
 misit intrare in requiem cælestem, vel quã in baptismo deo facimus: quæ seruata facit  
 nos intrare in requiem. Et enim quasi dicat. Dico timeamus & merito, quia non possu-  
 mus nos excusare, quasi de non dicta re. Et enim &c. Vel ita continua, quasi dicat dico  
 timeamus nequis ex nobis quasi ad nos pertineat, & recte. pertinet enim ad nos. Et e-  
 nim & nobis, tempore gratiæ, Nunciatum est, de æterna requie per filium, Quem-  
 admodum, per famulum nunciatum est de terra & cœlesti per figuram terræ pro-  
 missionis, & ingrediemur credendo sicut illi perdiderunt non credendo. Vnde  
 subdit, Sed non &c. quasi dicat illis nunciatum est. Sed non profuit illis sermo  
 pro missus requie. Auditus, tantum quia, Non, fuit, Admixtus fidei, id est, quia non  
 fuit creditus vt sermo & fides simul iungerentur. Non fuit creditus dico, Ex his, id est  
 propter hæc, Quæ audierunt, ab exploratoribus, id est propter hæc quæ audierunt ab ex-  
 ploratoribus qui mala retulerunt non crediderunt. Egressi enim de Aegypto cum  
 multam viam perãbulassent, & multa iudicia virtutis dei accepissent i Aegypto, i ma-

ri rubro. in eremo consiliũ fecerunt mandare speculatores qui deberent inspicere natũ  
 rã terrę. illi vero cũ perrexissent reuerũ sunt, prouinciã quidẽ magnorũ fructuũ virorũ  
 inexpugnabiliũ & fortiu procreatricem esse dicentes: quibus auditis obstupuerunt, qui  
 eos miserant non credentes verã dei promissionẽ. Vel ita, Non profuit illis sermo nõ  
 admixtus fidei, sumpte, Ex his quæ auditis, a domino per Moysen promittentẽ eis ter-  
 ram promissionis. Ingrediemur enim. q. d. vobis annunciatũ est de requie, & hoc indi-  
 cat effectus. Ingrediemur enim. Vel ita continua, Vere illis qui non crediderunt non  
 profuit sermo, quia nobis qui credimus prodest. Ingrediemur enim nos qui credidim  
 in requiẽ, veram. Nos qui credidim ingrediemur, Quemadmodũ, ex opposito, Dixit,  
 spiritus sanctus in psalmo, de incredulis per quod patet quod qui credunt intrabunt.  
 Quid dixit? hoc. s. Si introibunt in requiem meã. A postopeis. i. non intrabunt. Sicut  
 iurauit in irã, Illi enim nec Palestinam nec in verã requiẽ introierunt. nos aut introi-  
 bimus in veram requiẽ. Et quidem. Quia dixerat nunciatũ esse de requie dicit, quãdõ  
 s. & ante legem post perfectionem operũ. s. sex dierum, per requiẽ sabbati, & sub legẽ  
 quando per terrã promissionis designabatur, & in tẽpore gratiẽ spiritu sancto dicente  
 in David. Hodie &c. q. d. nunciatũ est de requie illa, Et sic quidẽ, in illius requiẽi desig-  
 gnatione, Dixit, spiritus sanctus, quando nondũ erat cõpletio illius verẽ requiẽi & si-  
 gnificat, quia ea nullus adhuc positus erat. In quodam. s. egregio, Loco, scripturæ, De  
 die septima, per quam significatur æterna requies. Et requieuit deus, a noua operatione  
 cessando, Die septima ab oĩbus operibus suis, vt iam non noua crearet opera, secundũ  
 speciem vel materiã, sed de materia tunc facta & ad similitudinẽ tunc factorum ope-  
 raretur. Requieuit dico, Operibus perfectis, post quod poterat requiescere quæ fecit in  
 choando, Ab institutione mundi. i. ex quo mundus cõcepit institui quia ipse omnia fe-  
 cit. Notandum quod dicit operibus perfectis, quod fuit factõ homine pro quõ omnia  
 facta sunt, & ipse ad deũ glorificandũ factus est. Requieuit de die septima. Sex enĩ die-  
 bus fecit deus omnia in materia vel similitudine vt postea nihil fieret nisi de materia  
 ibi facta, vel ad similitudinẽ factorum. Septima quieuit, quæ significat veram requiẽ,  
 sic & vi. ætate homo Christus natus est in mũdo ad laborẽ, Et sexta die, & sexta hora  
 diei passus est. Septima vero die in sepulcro quieuit, sic & nos dũ sub operibus sex die-  
 rum viuimus operamur, inde exeuntes quiescemus vel eodẽ verboũ sensu manẽte ita  
 põt legi, vt sit ibi enim, Dixit enim, & subintelligitur nunciatũ est, hoc modo, Et qui-  
 dem. q. d. nunciatũ est de illa requie, Dixit enim, spiritus sanctus, In quodã loco de die  
 septima sic & requieuit de die septima ab oĩbus operibus suis, nõ mutantur hæc. Et at-  
 tẽde quod hic agit de priã requie quæ significat. Et in isto. q. d. ibi tãgit spũs sanctus de  
 vera requie per signũ & figurã. Septima die. Et i isto rursum loco, dicit spiritus sanctus,  
 de eadem vera requie per signũ & figurã requiẽi terrę promissionis. Si introibunt. i. nõ  
 introibunt, In requiẽ meam. s. in terrã promissionis, quæ significat verã requiẽ quam  
 Moyses promiserat sub figura. Et nota quod hic agit de secunda requie quæ significat.  
 Quoniam ergo, Diligenter attende prædicta & ordinem sequentiũ. Ecce bis. i. per diẽ  
 septimã & per terrã promissionis requies cælestis signata est & promissa. & quia hoc ẽ  
 ergo iterum, vel rursum. i. sub eiusdẽ requiẽi designatione Terminat, spiritus sanctus  
 & distinguit, Diem quendã, quo prænunciata impleantur. i. tempus gratiæ, Egregium  
 s. in aduentu Christi, Dicendo in David, hodie, quia David futuris tempore gratiẽ re-  
 præsentat verba patribus dicta. & hoc post Tantũ temporis, ex quo illa patribus dicta  
 sunt, In deserto, vnde patet non de terra promissionis agi, quæ iam dudum habebatur.  
 In hoc enim patet quod hæc est alia requies de qua dicit David, hodie, quam illa ad  
 quam Iosue duxit. Sicut iam &c. q. d. Quod terminat diem quandam dicendo hodie  
 Sicut iam supradictum est hodie. i. tempore gratiæ. Si vocẽ eius audieritis, sicut vere  
 audieritis, Nolite obdurare corda vestra, quemadmodum fecerunt patres in illa acer-  
 batione. Et nota quod dicendo, Diem quandam & hodie, agit de tertia requie signifi-  
 cata, & quando datur: quauis obscure quæ per Christum credentibus promissa est da-  
 ri. ideo terminat diem intrationis.

Quoniam ergo superest introire quosdam in illam, & hi quibus prioribus an-  
 nunciatum est non introierunt propter incredulitatem, iterum terminat diẽ quẽ



dam hodie in Dauid dicendo post tantum temporis, sicut supra dictum est. **Hodie** si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. Nam si eis Iesus requiem prestisset, nunquam de alia loqueretur posthac die. Itaque relinquatur sabbatismus populo dei. Qui enim ingressus est in requiem eius, etiam ipse requieuit ab operibus suis, sicut & a suis deus. Festinemus ergo ingredi in illam requiem, ut ne in idipsum quis incidat incredulitatis exemplum. Viuus enim est sermo dei & efficax & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens usque ad diuisionem anime ac spiritus.

Quoniam superest. i. restat post promissionem, Quosdam. s. egregios, Introire in illam, s. requiem aeternam, quae significatur per terram promissionis, & nisi videret intraturos quosdam non terminaret diem. Dauid nepe licet esset sub lege, mente tamen positus in tempore gratiae dicens hodie, tertio nunciat requiem, illo tempore consummandam. & quasi aliquis quereretur qui opus erat illis dicere. Nolite obdurare corda vestra. Respondens subdens, valde opus erat. Et. i. quia hi quibus prioribus nunciatum est, non introierunt in veram requiem quam terra promissionis designabat, ad quam etiam non peruenierunt. & hoc, Propter incredulitatem suam. s. Vel alio verborum ordine potest legi haec litera. Quoniam ergo. q. d. & hoc & illo modo promissa & signata requies caelestis: ergo superest, Quosdam introire. Et quoniam, hoc est & quia hoc non sufficit ad inferendum quod illaturus est addit aliud. s. Et hi. & c. ut ex his duobus tertium necessario inferatur hoc modo. q. d. & quia hoc est. s. Quoniam superest quosdam intrare. & quia hi, quibus prioribus nunciatum est non introierunt propter incredulitatem, ideo determinat diem quendam, quia necessarium erat. Dicendo, in Dauid hodie, Post tantum temporis, ex quo illa dicta sunt patribus & filiis Israel in terram promissionis intrauerat, unde patet, quod haec est alia requies. Sicut & c. quae non mutantur. Nam si. q. d. Vere haec est alia requies quam illa ad quam duxit Iosue. Nam si illa esset, non loqueretur Dauid de alia, sed locutus est. ergo certum est esse aliam ad quam Christus duxit, quae per illam in Palestina signabatur. Et hoc est quod ait, Nam si eis & c. Vel ita continua. Vere superest quosdam introire, sicut Dauid terminat, Nam si eis. i. filiis Israel. Iesus. i. Iosue qui duxit in terram promissionis, Prestitisset. i. si ipse praeparans ut dux dedisset, Requiem, veram. Nunquam, nullo tempore. Post hac. i. in praesenti tempore, Loqueretur, spiritus sanctus in Dauid. De alia die. i. de tempore gratiae. q. d. quo deberet dari. Vel nunquam post loqueretur de alia. s. requie praeter terram promissionis, dicendo Haec die, qui supradixit hodie, sed locutus est de alia. Itaque relinquatur. i. reseruatur a deo promittente, Populo dei, futuro, Sabbatismus. i. plenae quietis feruatio & iocunditas significata per sabbatum quo requieuit dominus, & in lege obseruabatur. Tunc ergo enim perfecte vacabimus gratia maiore referti, & deo pleni. Et sciemus perfecte quia ipse est deus: ibi vacabimus & videbimus, videbimus & amabimus, amabimus & laudabimus. Ecce quid erit in fine sine fine, nam quis alius noster est finis, nisi peruenire ad regnum cuius non est finis? & vere requies perfecta est quam dominus promittit, quae & per requiem sabbati figurata est. Qui enim ingressus est in requiem eius dei. i. quam deus promittit, & dat suis, Ipse requieuit ab operibus suis, quibus hic laborauit: ita perfecte. Sicut deus ab operibus suis. Et quia hoc, & vera requies: Festinemus ergo ingredi, per fidem & bona opera, In illam requiem ut ne quis. i. ut non aliquis nostrum, Incidat in idipsum exemplum incredulitatis. i. in eadem incredulitate in qua patres fuerunt, quae est vobis exemplum. unde perit est nisi caueatis. Vel Incidat in idipsum exemplum. i. i. poenam talem quale illi per incredulitatem meruerunt. Exemplum autem dicit ut metem nostram illic habeamus, ne similiter excidamus. Et ut magis terreat addit, Viuus enim est. q. d. debemus festinare in illam requiem & cauere nobis a poena patrum incredulorum, Quia sermo dei. i. filius dei qui a regalibus sedibus venit, Est viuus, quae infideles mortuum putant: sed vere viuus est, & ita in eorum iudicium. i. qui illos iudicauit vobis iudex est. s. filius dei cui qui obedit, mortem non videbit in aeternum. Iste est efficax. i. potens omnne quod vult facere saluando vel damnando: & cum sit potens, est etiam sapiens. Et. i. quia est Penetrabilior. i. perspicacior, Omni gladio ancipiti. i. omni ingenio quod circumpicit carnalia & spiritualia. i. in omni ingenio carnali vel spirituali. & est Pertingens. i. ex tota consideratione perueniens. i. pertingit sermo dei cognitione in superabili,

Augustinus  
de ciuitate  
dei.

**A** Usque ad diuisionem. i. separationem & discretionem anime. i. sensualitatis, Ac spiritus. i. rationalitatis, quia cognoscit dei filius quomodo diuidatur sensualitas a ratione, & ipsa eadem a se dum plus dedit a infirmis rebus inferior est, & ab his reuocata dignior, sicut et videt quomodo spiritus a se diuidatur, dum vel in deum inhiat de diuina usua cogitans vel inferius caelestia considerat, vel in terra inferius de mundanis recte agendis pertractat, vel etiam quomodo spiritus. i. ratio a sensualitate secernitur, dum quod in se. i. in ratione inferius est, superat quod in illa alterius est.

Compagum quoque ac medullarum, & discretor cogitationum & intentionum cordis. Et non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius, oia autem nuda & aperta sunt oculis eius ad quem nobis sermo. Habentes ergo pontificem magnum qui penetrauit caelos Iesum filium dei, teneamus spei nostrae confessionem. Non enim habemus pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris tatum autem per omnia pro similitudine absque peccato. Ad eam ergo cum fiducia ad thronum gratiae eius, ut misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno.

**B** Compagum quoque. q. d. & ipse est pertingens etiam usque ad discretionem. Compagum quoque & medullarum. Copage. s. dicitur iunctura ipsius sensualitatis, & rationis, quam videt filius dei. s. quomodo inter se cohaereat in aliquo, vel quomodo haec & illa. i. ratio & sensualitas in suis differentiis contemniat, dum superior differentia sensualitatis consentiendo conuenit cum differentiis rationis quae sunt tres ut iam ostensum est. Vel inferior differentia rationis pressa & captiua aliquando consentit inferiori differentiae sensualitatis. Medulla vero quae interior est dicitur quicquid iterius vel subtilius est in anima vel spiritu, quod etiam videt filius dei. Et, vniuersaliter dico, non in parte, ipse est Discretor cogitationum & intentionum cordis. i. est discretor cogitationes cordis. s. Quae, diuersi diuersa cogitant. Discretor etiam intentiones earum cogitationum. s. quo singulae tendant an ad bonum an ad malum, Et, ut amplius dicam, Non est vlla creatura, terrena vel caelestis. Inuisibilis in conspectu eius. i. in praesentia deitatis. Vel ita ab illo loco, Et pertingens est sermo dei usque ad. di. a. ac. sp. i. ad discretionem carnalium & spiritualium peccatorum. Anima. n. viuimus cum bestijs spiritu intelligimus cum angelis, ideoque per animam intelliguntur carnalia peccata. i. quae actu sunt corporis, ut luxuria, per spiritum spiritualia. i. quae mentis sunt ut superbia. Discernit sermo dei inter carnalia peccata & spiritualia, id est discernit quid quis agit, & etiam quo animo. Vnde subdit, Copagum quoque & medullarum & discretor cogitationum & c. Vel ita, ut per animam accipiantur carnales cogitationes, & male, per spiritum spirituales cogitationes, & bone. Et est sensus, Pertingens usque ad discretionem anime ac spiritus. i. usque ad discretionem carnalium & spiritualium cogitationum. Copagum quoque. & est ordo verborum talis, Et, ipse est Discretor cogitationum & intentionum cordis. Compages enim dicit coniunctiones cogitationum. i. cogitationes quae sibi iunguntur, quando altera alteram sequitur. Medullas dicit subtiles intentiones earum. s. n. cogitatio cogitationi coniungitur, ipse nouit quod sit secundum deum, & quae secundum seculum. Nouit quoque quo se vergat intentio earum. Et non est vlla creatura inuisibilis in conspectu. hoc non mutat. Omnia autem. q. d. Dico quod nulla creatura est inuisibilis, sed potius Omnia. s. caelestia & terrena, Sunt nuda. i. diuisioni eius. s. filii dei. & quasi aliquis diceret, quid ad vos de his omnibus? subdit, Ad quem, dei filium, Nobis est sermo. i. cui oportet nos reddere rationem de operibus & cogitationibus & intentionibus vestris. Habentes ergo. hic incipit agere de pontifice Christo, ostendens quomodo sit sufficiens ad oia, & quomodo dignior veteri sacerdote quae & imutat, & legem quae sub illo est per meliorem legem suam, & quomodo necessarium nobis sit ad iustitiam & salutem. q. d. Quia talis sermo dei est, Ergo teneamus confessionem. i. fidem cordis cum confessione oris, ut fides sit etiam in ore quae fides & confessio est, Causa spei nostrae. i. futurae beatitudinis quam speramus & merito tenere debemus, quia idem ipse sunt, imo dei pontifex nobis est qui obtulit se seculum quod homo, & hoc est quod ait, Nos dico, Habentes pontificem magnum. s. qui est super omnes pontifices, Qui penetrauit. i. penitus intrauit ut sequi possimus, non dico sancta sanctorum templi, sed Caelos, quem. i. Iesum filium dei. q. d. qui est etiam saluator & filius dei. Non enim. q. d. Dico teneamus & tenere debemus, quia cum sit potens, est etiam

miseri coris nostrā expertus infirmitatem, & hoc est quod ait tenere debemus, quia Nō habemus pontificem qui non possit, id est qui non nouit, Cōpati. i. condescendere. per simile hoc dicit, sicut medicus infirmo, Infirmitatibus. i. fragilitatibus, Nostris. Hoc dicit ne pro prioribus desperent quæ ad eius pertinent altitudinē. & si. n. ita sit altus tñ potest compati, hoc dicit ne ideo quia altus est, videatur eos abiicere. Tētatū autē. q. d. Non habemus talem qui non possit cōpati sed potius, Tentatū, a diabolo, & hominibus, quia irrisus & crucifixus fuit, & ideo pōt cōpati, Tentatū dico per omnia generationum. & hoc, Pro similitudine, carnis. peccati. i. quia similis adhuc erat hominibus secū dum vel pro Similis. i. vt exēplū daret aliis similia, sustinēdi, ens tñ Absq; peccato, & ideo potest liberare. Ex eo enim quod tentat⁹ est, scit cōpati, ex eo vero q; sine peccato est, potens est liberare. Impossibile ē enim scire afflictōrū afflictionem homini qui afflictionis experimentū non habuit, & sensibilibiter omnia non sustinuit. Christus vero scit non solum per hoc quod deus secundum quod omnia nouit, sed per hoc quod homo & similia sustinuit. Adeamus ergo, & quia habemus pontificem qui potest compati nobis ergo adeamus fide, intentione, & opere. Cū fiducia. i. fiducialiter licet peccatores simus, quia compatiens est, non dico ad tribunal iudicij, sed Ad thronum gratiæ eius. i. Christū i quo regnat gratia. Vt, per eum, consequamur misericordiam. i. remissionē peccatorū præcedentiū, Et, de reliquo, Inueniamus gratiā in auxilio opportuno. i. inueniamus gratiā per quā auxiliemur, ne recedam⁹ vel recid. in hac vita. Nunc enim tempus auxilij, nunc est tēpus donorum, cum post baptismum peccantes per gratiam inuenire pœnitentiam possunt. Cum autem thalamus fuerit clausus cū intrauerit rex videre recubentes, cū ad sinū patriarchæ uenerint qui eo facti fuerint digni, tunc malis erit desperationis tēpus, nūc autem dum adhuc agon permanet, & palma pendet, non est desperandū sed cū fiducia. i. sine dubitatione accedendum, vt per gratiam inueniatur auxilium opportunum. est enim auxilium quod non congruit.

CAPVT. V.

**M**nis nanque pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in his quæ ad deum, vt offerat dona & sacrificia pro peccatis. Qui condolere possit his qui ignorant & errant, quoniam & ipse circumdatus est infirmitate, & propterea debet quemadmodum pro populo, ita etiam & pro semetipso offerre pro peccatis. Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur a deo tanquam Aaron, sic & Christus non semetipsum clarificauit vt pontifex fieret, sed qui locutus est ad eum. Filius meus est tu: ergo hodie genui te. Quemadmodum & in alio loco dicit. Tu es sacerdos i æternum, secundum ordinem Melchisedech, Qui in diebus carnis suæ præces supplicationesque ad eum qui possit illum saluum facere a morte, cum clamore valido & lachrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia.

Ois nanque. Vult ostendere iam Apostolus quod multo melius test. no. quam vetus. Hoc autem facit longius a superioribus instruens & præseminans quæsdā ratiocinationes & quia spūalia nō sic introducunt infirmos vt corporalia, ideo de his incipit agere, volens ostendere nouū test. esse melius veteri, et ponit quæsdā cōia Christo cum sacerdotibus veter. legis, quæsdā vero altiora pertinentia soli Christo, quædam humiliora illis tantum sacerdotibus conuenientia, quasi per eū oīa possumus consequi gratiā et misericordiā, quod a minori ostenditur. Omnis nāque pontifex, secundum legē, Ex hominibus, id est ex numero hominum, assumptus ad aliquid dignius per quod ualet alios iuuare. Pro hominibus constituitur, vt per eum impetrent a domino misericordiam. Constituitur dico, In his quæ sunt ad deum offerendis, scilicet in muneribus, hostiis, præcibus, quæ ducunt ad deum, id est vt offerat deo Dona, scilicet primitias et huiusmodi, Et sacrificia, de animalibus. Pro peccatis, dimittendis. Qui condolere, quasi dicat, ex hominibus sumitur, et talis, Qui possit consueta bonitate, Condolere his qui ignorant, id est ex ignorantia peccant. et his Qui errant, id est scienter peccant. Et merito condolere debet, Quoniā et ipse, vt illi, Circundatus ē infirmitate

Chryso.

Chryso.

Chryso.  
Ambrosius.  
Ambro.

**A** peccati, non ita Christus, & ideo plus potest iuuare quā legalis sacerdos, qui circumdat⁹ est infirmitate. Et propterea. i. quia infirmus est, vt alij, Quēadmodū, id est qua necessitate. Et pro semetipso, simili aliis debet offerre. & quæ sit illa necessitas aperit subdens. i. Pro peccatis suis, & aliorū. q. d. non solū debet offerre, vt iustus seruetur, sed vt & ipse & alij peccatores recipiantur, hoc non conuenit Christo. Christus enim nō nisi pro suis membris obtulit. Nec quisquā. q. d. per hoc iterū potest ille pontifex prodesse, sic etiā & Christus, quia Quisquā non sumit sibi honorem, vt sibi imputandum sit sed deo qui vocat, sed ille recte sit pontifex, Qui vocatur a deo, id est qui recte eligi a deo vocatur, Tanquā Aaron, qui indicio virgæ & incendio æmulorum elect⁹ est, & monstratus placere deo. In his verbis percutit cupidos qui non vocatur sed ingerunt se, Ita & Christus, homo non Clarificauit, per suas virtutes, Semetipsum, vt sibi sumeret. i. sibi tribueret. Non clarificauit, dico, Ita vt pontifex fieret, sicut ipse ait, Ego nō glorifico meipsum, sed ille clarificauit eum in baptismo & pontificē cōstituit. Qui alibi locutus est ad eū, dicens in psalmo, Filius meus es tu, quod idē dicturus erat ei in baptismo & in trāfiguratione, & addit, Ego hodie genui te, mihi consubstantialem, quia idem est cum patre in substātia. Clarificatus est enim filius a patre cū dixit. Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui, quæ clarificatio longe ante per prophetam prædicta in psalmo, vbi ait, Filius meus es tu, ego hodie genui te, per quod videtur dignus esse Christus, in quo psalmo ostenditur rex & sacerdos. Quēadmodū. q. d. sic illud locutus est pater de generosa Christi natiuitate, Quemadmodum in alio loco de pōtificatione eius, Dicit, pater. Tu, tam dignus es Sacerdos. i. docens & orans, & offerens. & hoc, In æternū, nō ad tempus vt Aaron: & hoc, Secundum ordinē Melchisedech, id est secundum dignitatē & ritū ordinis, id est sacerdotii Melchisedech, qui non temporalis fuit, scriptura subiiciente initium, & finem vitæ eius in figura Christi qui caret initio & fine. Et sicut ille obtulit in pane & vino, & semel, sic & Christus sub specie panis & vini corpus & sanguinem suum discipulis tradidit, Sacerdos autē Christus est non secundum id quod natus est de patre deus apud deum, coæternus gignenti sed propter carnem assumptā, propter victimā quā pro nobis obtulit. Et. q. quis que rat quid egit pontifex? subdit, ecce, Qui, Christus, In diebus carnis. i. mortalitatis, Sūc obtulit Preces, supplicationesque, ad eū. i. deum. Qui posset saluum facere illū, qui precabatur. A morte. i. eū resuscitare, & quia hoc tēpore mortalitatis fecit, quid ergo post faciet multo magis. Has autem preces & supplicatiōes obtulit Christus imminēte passionē quando orauit prolixius, & totum fecit pro nobis non pro se: quia non timore mortis necessario, sed causa nostræ salutis orauit. Obtulit preces dico, Cum clamore valido, id est cum intentione efficacissima, vt quando prolixius orabat, Et lachrymis, hoc non in euangelio legitur, credēdū tñ est esse factū. Et isto offerēs exaudit⁹ ē, quia quod quæsiuit accepit in resurrectione & ascensione. & hoc, Pro sua reuerentiā. i. sicut sua religio meruit, quia amplius oibus deū reuerit⁹ est. Hoc ideo dicit vt certi sim⁹ nos consecuturos misericordiā per eū, per hoc enim patet quod per eū possumus consequi misericordiā cū sit iā ad dexterā patris. Vel preces & supplicatiōes Christi dicit actionem & vitam Christi, cuius omnis actio fidelium institutio & ad deū oratio. Quicquid enim egit Christus preces & supplicationesque fuerunt pro hominibus sanguinis effusio clamor fuit validus, in quo auditus est pro reuerentia eiusdem passionis. Reuerentia eius quod sine peccato passus est pro sola charitate. Per hoc ergo illum curam de nobis habere asserit, & excellentiam charitatis eius ostendit.

Et quidē cū eēt filius didicit ex his quæ passus est obedientiam, & consummat⁹ factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ, appellatus a deo pontifex iuxta ordinem Melchisedech. De quo nobis grandis sermo & interpretabilis ad dicendum, quoniam imbecilles factis estis ad audiendum. Etenim cum deberetis magistri esse propter tempus, rursum indigetis vt vos doceamini quæ sint elementa exordij sermonum dei, & facti estis quibus lacte opus sit, non solido cibo, Omnis enim qui lactis est particeps, expertus est sermonis iustitiæ. Paruulus enim est. Persectorum autem est solidus cibus, eorum qui pro ipsa consuetudine exercitatos habent sensus, ad discretionem boni ac mali.

Chryso.

Ambro.

Augu. i psal.  
cix.



Et quidē. q. d. Exaudit⁹ est, & merito quidē, quia Cū. i. quāuis, Effet fili⁹ dei, natura deitatis vn⁹ de⁹ cū patre, tñ secundū q̄ hō. Didicit. i. expertus est, Obedientiā ex eis. i. per ea quæ passus est. Vel. Didicit. i. volūtariē suscepit obed. Ex. i. in his. Quæ passus est, vsq; ad mortē. q. d. nō solū preces, & supplicatiōes obtulit, sed etiā obediuit patri vsq; ad mortē, & quia obediuit exauditus, quod notat subdēs, Et ideo cōsummat⁹ est. i. ad perfectionē ductus quando in dextera dei collocatus est, & ipse qui consummat⁹ est per obedientiā passionis, Factus est, sufficiens, Causa salutis æternæ. i. gloriæ, Aeternæ omnibus obtēperantibus sibi, tātū. n. valet ei⁹ passio q̄ omnib⁹ sufficit ad salutem quæ salus bene potest per eū esse, quia Ipse appellatus est a deo, qui realiter hoc ostendit non mentitur. Pontifex iuxta ordinē Melchisedech. De quo. i. de qua. re. f. quō secundū ordinē Melchisedech sit sacerdos, & nō secundū ordinē Aarō faciē⁹ est, Sermo grandis. i. profundus & subtilis, Et interpretabilis. i. nō habilis ad interpretandū. Ad dicendū. i. ad exponēdū vobis sermo enim de incarnato filio difficilis ad interpretandū. Vel, Interpretabilis, quia multa sunt in eo sacramēta exponēda de personē. f. dignitate & æternitate, & de ritus & etiā tribus mutatione, & de sacrificii eius & testamēti excellentia & nouitate, & de legis atque sacrificiorū illius temporis reprobatione. Et de aliis multis, de quibus, vt dictū est nobis, grandis est sermo & ininterpretabilis ad dicendū. i. non habilis ad interpretandū vobis. Nō ideo hoc dico quin ego hoc possim interpretari, sed Quoniā, vos facti, Estis imbecilles. i. debiles sensu ad audiendum. i. ad intelligendū profunda mysteria. Vel ita continua, iam dico grandis, Quoniā vos imbecilles facti estis ad audiendū. i. ad intelligendū, Et enim, interserit hic increpationē de infirmitate eorū, vt alta de Christo laborent intelligere. q. d. Vere imbecilles facti estis, Et enim. i. quia Cum deberetis esse magistri, aliorum, Propter tēpus quia prius vobis annunciatū est de Christo, & quia exercitati estis in lege & prophetis ab antiquo, Indigetis rursum. f. vt a principio catechizationis vestre, Vt vos doceamini, sicut pueri quibus prima elementa literarum dantur ad legendum. Quæ sunt elementa exordii sermonū dei. Exordium sermonū dei est simplex doctrina. i. symbolum fidei, elementa eius sunt materia quā cōtinet, vt natiuitas. passio. Et facti estis. i. ad hoc redacti, Quibus opus sit lacte, ad similitudinem infantū. i. humili sermone. Nō etiā solido cibo, qui cōsumat cor. i. doctrina quæ de est arcans dei. Omnis. n. q. d. Ideo nō est vobis opus solido cibo quia estis participes lactis. i. simplicis doctrinæ. Ois. n. qui est particeps lactis, q̄ estis vos. i. cuius pars est lac, id est qui lacte nutritur, Expers est sermonis iustitiæ. i. illius qui iustis & perfectis conuenit. & hoc ideo, Enim. i. quia, Paruulis est, vt vos in fide tenelli estis, & est apta comparatio. Vt enim paruulus non discernit cibos, & perit fumendo noxio, sic indoctus qui nec etiā minorū nedum maiorū valet apprehendere rationē. qui enim non capit, verbum caro factum est: quō capiet In principio erat verbū? Mente adhuc paruulis & lacte nutriendis percipere talia non valentibus, omnis de hac re sermo quo agitur, vt nō solū credatus verūetiā intelligatur, sciatur quod dicitur, onerosus est: facilius illos premit, quam pascit, ex quo fit vt spirituales ista carnalibus non omnino taceant, propter catholicam fidē, quæ omnibus est prædicanda: nec tñ sic differant, vt valentes eam perducere ad intelligentiam nō capacē, facilius fastidiri, faciant in veritate sermonē quā in sermone percipi veritatem perfectorum. Quasi dicat, Paruulus est particeps lactis, sed Perfectorū, sensu, & opere est. Solidus cibus, de quo alibi ait, Sapientiam loquimur inter perfectos quos autem perfectos hic intelligi velit, declarat, subdēs, scilicet eorum, Qui habent sensus, id est intellectus non modo naturaliter acutos, sed etiā Exercitatos pro cōsuetudine, id est quia consueti sunt studio & lectione scripturarū exercitatos, Ad discretionem boni ac mali, inter se, vel, Boni, a minus bono, Et mali, a minus malo. Ecce hic ostendit quid sit solidus cibus, id ē separare bonum a malo quod perfectorum est qui habēt sensus exercitatos, Qui autē inualida & in exercitata mēte hoc nō possunt profecto nisi fidei quodā lacte teneantur, vt & inuisibilia quæ nō vident & itelligibilia quæ nōdū itelligūt, credāt, facile ad vanas & sacrilegas fabulas promissiōe sciētiae seducūt, vt et bonū & malū nō nisi corporalib⁹ imaginib⁹ cogitēt, & ipsum deū nō nisi corpus aliquod esse existimēt, & malū nisi substantiā putare nō possint, cum sit poti⁹ ab immutabili substantiā mutabiliū substantiarū quidam defectus, quas fecit ex nihilo

Augū. super  
Ioannem.

A ipsa immutabilis & summa substantia quæ est deus: quod profecto quisquis nō solū credit verum etiā exercitatis in exterioribus ai sensibus intelligit, percipit, noni, nō est iā metnēdū ne seducatur ab eis qui malū putādo esse substantiā quam non fecit deus, mutabile substantiā faciunt ipsum deū, sicut Manichæi, vel siquē aliq̄ pestes ita decipiūt.

CAPVT VI.

**Q**Vapropter interimitentes inchoationis Christi sermonē, ad perfectionem feramur non rursum iacentes fundamentum poenitentiae ab operibus mortuis, & fidei ad deum baptismatum doctrinæ, impositionis quoque manuum, ac resurrectionis mortuorum, & iudicii æterni. Et hoc faciemus, si quidem permiserit deus.

Quapropter, duriter eis increpati & culpatis eo quod velint semper eadē ipsa discretere iterū blanditur seipsum eis connumerādo, hortans eos ad perfectionē. Quapropter si quia perfectorū est solidus cibus nos a modo Itermittentes, vel remittentes. i. dimittentes cum iam aliquid sumus & si nondum perfecti, Sermonē inchoationis Christi. i. quo Christus inchoat esse in nobis. f. de initio fidei, quo rudes catechizandi sunt, vt est symbolum fidei, & dñica oratio. feramur, nos docendo, vos audiendo. ideo dico feramur me vobis annumerando, quia vestrū portari mecū reputo. Feramur dico, Ad perfectionem, Christi, secundū intelligentiā & opera bona. Non rursum iacentes &c. q. d. feramur ad perfectionē. Iacentes fundamentū, Quod prius dixit sermonē inchoationis, hic appellat fundamentū: eo quod ad religionē Christianā venientibus prius proponitur & super hoc quod perfectionis est edificatur. hoc autē fūdamētum diuidit in sex, quæ sunt inchoatio. f. poenitentia, fides, baptismū doctrina, & impositio manū, & resurrectio, & iudiciū. q. d. Vos dico, Iacentes fundamentū poenitentiae. i. iacentes poenitentia. q. d. lapidem in fundamento quē poenitentia, Ab. i. de Operibus mortuis. i. de peccatis, vel de hoc quia priora bona opera peccādo fecerūt irrita. Mortua enim opera dicit peccata, quia occidunt animas. vnde in lege prohibebatur tangere mortuū. Tangit enim mortuū qui facit peccatū, vel priora bona persequēs malū. mortua. Poenitere autē ab his est fundamentū quo nihil boni ædificabitur. Quid est autē a mortuis operibus poenitere nisi ab his quæ oportet mortificari vt viuamus? Et iacentes fundamentū fidei, quæ sit, Ad deū, vt. f. oēs partes fidei habeant, & non aliunde putent esse iustitiā. Contra hāc fecerūt qui in lege iustitiā querunt, & fundamentū, Etiā doctrinē baptismatū, pluraliter dicit, quia est baptismus in aqua, in poenitentia, in sanguine, quia sic mundatur hō a peccatis per poenitentia vel sanguinis effusione sicut per lauacrū baptismi. Vnū tamen dicit esse baptismum, quia vna forma nec iterari pot: vna enim est triū personarū operatio. Non ergo ideo dicitur baptismus fieri in poenitentia vel in sanguine: q̄ sacramentū baptismi celebratur nisi in aqua accedente verbo: sed quia vicē baptismi supplet effusio sanguinis, pro nomine Chri, etiā fides & poenitentia ibi dūtaxat vbi articulus necessitatis nō contemptus religionis sacramentū baptismi excludit. Ideoq; sic intelligendū illud est, Nisi quis renat⁹ fuerit ex aqua & spiritu san. nō intrabit in regnū cælorū. i. qui non fuerit renatus ea regeneratione qua renascūtur illi qui renascuntur ex aqua & spiritu sancto nō saluabitur. Eavero renascuntur hoīes diuersis modis. Alii per poenitentia, alij per effusione sanguinis, alij per baptismū, ideo pluraliter dicit baptismatū. Fundamentū quoq; Impositionis manuum, quia nisi quis credat quod per manus impositionē detur spūs san. ad remissionē & corroborationē nō est fundatus, ac fundamentū, Etiam resurrectionis mortuorum, quia nisi quis credat quod resurrectio Chri facit resurrectionē mortuorū nō habet, quod superædificet. & fundamentū Iudicii æterni, quia quicquid ibi statuet in æternū durabit. quod iudiciū q̄ qui non credit nō habet fundamentū, hæc illi quos supra arguit Apostolus nō integre credebant. Si enī scirēt oīa in baptisate dimitti, & per impositionē manū spūm sanctū dari, lex superflueret nec præter Chm aliquid quererēt, si scirent eū resurrecturos mortuos & vitia ficandos & iudicādos. Et nota hæc sex recte dici fundamentū, Sicut enī eū qui ad doctrinā literarū inducitur elementa oportet primū audire: sic Christianū hæc scire integre, & nil dubitare de istis sine quibus vita nō aderit integra. Ideoq; quicunq; aliquos ad fidem conuertit, prius facit poenitere, in deum credere, baptizari in remissionem

Augūsti. de  
fide & opes



Aug. de fide  
& opere  
Remigius.

peccatorū, cōfirmari per impositionē manū, ac resurrectionē & diē iudicii præstola-  
ri. Hæc igitur omnia pertinent ad initia neophytorum. Hæc omnia nisi præcesserint  
in fundamēto, nemo potest bene operari. Et quia hæc omnia illis necessaria sūt: dicit  
feramur ad perfectionē. Iaciētes dico, Nō rursus, id est non sicut olim. i. non ita negli-  
genter vt olim, vt sic prius ceciderunt sic iterum cadāt. Vel ita, Feramur ad perfectio-  
nem. Non rursus. i. non aplius nisi modo, Iacientes fundamentū pœnitentiæ &c. id ē  
ita modo iaciamus, vt amplius iacere non sit opus. Ecce in istis non solum vitam, sed  
etiam aliud culpa veluti commotis & opus habentibus fundamentum cōstituere, cæ-  
tera non mutantur. Et hoc, q. d. Feramur dico ad perfectionē. & hoc, Faciamus, id est  
ad perfectionem feramur. Siquidem promiserit deus, id est si in hac vita spatiū pœni-  
tēdi dederit. Ne vero quis existimet secūdū vel tertium baptismum post peccatū pos-  
se fieri, & lapsos post perceptionē sacramentorū posse per baptismū renouari, subdit,

Impossibile enim est eos qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donum  
cœlestē, & participes facti sunt spiritus sancti: gustauerunt nihilominus bonum  
dei verbū virtute s̄q; seculi venturi, & prolapsi sunt: rursus renouari ad pœniten-  
tiam, rursum crucifigentes semetipsis filium dei, & ostentui habentes. Terra enī  
sæpe vementem super se bibens imbrem, & germinans herbam opportunā illis  
a quibus colitur, accipit benedictionem a deo, proferēs autem spinas ac tribulos  
reproba est, & maledictio proxima: cuius consummatio in combustione. Confidi-  
mus autem de vobis dilectissimi meliora & vicinora salutis: tametsi ita loquimur.  
Non enim iniustus deus qui obliuiscatur operis vestri & dilectionis quam osten-  
disis in nomine ipsius, qui ministrastis sanctis & ministratis. Cupimus autē vnum  
quenque vestrum eandem ostentare sollicitudinem ad expletionem spei vsq; in  
finem, vt non segnes efficiamini, verum imitatores eorum qui fide & patientia  
hereditabunt promissiones. Abrahamē nanq; promittens deus quoniam neminem  
habuit per quē iuraret maiorem: iurauit per semetipsum dicens, nisi benedicens  
benedicam tibi, & multiplicans multiplicabo te. & sic longanimiter ferens, ade-  
ptus est repromissionem.

Impossibile est, q. d. Dico feramur ad perfectionē, sed nemo putet post lapsum peccati  
per baptismum secundo vel tertio posse renouari. Impossibile est enim, non tantam  
difficile nequis in hoc diffideret, Impossibile est inquam eos qui semel sunt, Illumi-  
nati, per fidem & baptismū & per spiritum sanctum. Et, per ipsam fidem, Gustauerunt  
i. quali suauem gustum & iocundam perceperunt, Donum cœlestē. i. remissionem pec-  
catorum in baptismo. Et, qui etiam, Participes facti sunt spiritus sancti, habētes gene-  
ra linguarum & alia dona, Et gustauerunt bonum dei verbum. i. diuinitatem Christi  
vel euangelicam doctrinā nihilominus, quā vos. vel, Nihilominus quā facti sunt, par-  
ticipes spiritus sancti. virtutesq; seculi futuri. f. gustauerunt. i. qui impassibilitatem &  
immortalitatem futurā spe gustauerūt: & post hæc omnia, Prolapsi sunt. i. grauitur pec-  
cando lapsi sunt: eos in quā qui etiā hæc bona habuerūt nedū penitus malos impossibile  
est, Rursus, iustitia recuperata, Renouari, per baptismū motos. f. Ad pœnitentiā. Ne-  
gat hic Apostolus iterationē baptismi sed non excludit pœnitentiā. Et est sensus. Im-  
possibile est eos motos ad pœnitentiā qui hoc acceperunt semel: rursus renouari. i. ba-  
ptizari. i. vt baptizentur post pœnitentiā. Renouari enim est nouum fieri. Nouum autē  
facere lauacri est. Vnde, Renouabitur sicut aquila in. t. hoc fit in baptismo, cuius virtus  
in cruce Christi cōstat. Vnde subdit, Rursus crucifigentes. q. d. illos dico si rebaptizen-  
tur, Rursus crucifigentes filium dei, & ostentui habentes. i. irrisioni. & hoc sibi metipsis.  
i. quantum ad se ipsos. Non enim in re crucifigunt Christum, sed similes sunt irrisori-  
bus & crucifixoribus: quia vna mors Christi vnum baptismum consecrauit, quod sufficit  
contra omnia peccata etiam sequentia, si pœnitentia de eis agatur: sicut illa mors suffi-  
cit ad omnia peccata tollenda. Qui vero iterat baptismū quasi illa vna mors, & vnum  
ex ea baptismum nō sufficit: iterat & mortē, & vt ex ea iterata fiat iterata remissio quod

Remigius.

Hierony.

A impossibile est. Sicut enim impossibile est secundo crucifigere Christum: ita secundo  
per baptismū mori peccatis, Facti enim sumus per baptismū conformes similitudini  
mortis eius, & sepulture, qui putat secundo baptizari, secundo quantum ad se,  
Christum crucifigat, quod est eum habere ostētū. Vt enim semel mortuus est in carne  
ita nos in baptismo semel peccatis morimur, nō secundo vel tertio. Baptismus enim ni-  
hil aliud est quā interitus eius qui baptizatur & resurrectio. Vel ita, Rursus cruci. & re-  
fertur ad hoc quod prædixit, Prolapsi sunt. q. d. impossibile est eos qui post baptismū gra-  
uiter lapsi sunt rebaptizari propter quod debent sibi cauere ne prolabantur. & in pētis  
iacētes sunt, Rursus crucifigentes & ostē. habentes si. dei cuius gratia contemnitur. &  
hoc, sibi metipsis. i. quantum ad se. In se enim crucifigunt filium dei, & contumeliæ habēt  
qui gratiā eius vilipendētes in peccatis iacent, & ostenditur hic ratio cur non debeant  
prima fide relicta in peccatū cadere. non enim vltra possunt rebaptizari in remissionē  
peccatorū, & insuper contemnant & ostentui habent dei filiū. Terra enim. q. d. Impos-  
sibile est post lapsum aliquē rebaptizari, quia imbrē bibere pōt. i. Chri doctrinā qua per  
pœnitentiā tantū fructificet. & hoc est quod ait, Terra enim &c. Potest etiā aliter hoc  
capitulū intelligi, vt dicatur impossibile fore eos qui peccauerūt per pœnitentiā reno-  
uari post hanc vitam. q. d. dico quod feremur ad perfe. si deus dederit nobis spatiū pœni-  
tendi in hac vita, & hoc recte dixi. nā in alia impossibile est per pœnitentiā renouari.  
Et hoc est quod ait, Impossibile enim eos qui semel illuminati, & hæc quæ sequuntur  
bona habuerunt, & post hæc oīa, Prolapsi sunt, rursus. f. post hanc vitam, Renouari, ad.  
i. Per pœnit. quia licet hic, nō ibi, ideo impossibile est eos renouari in alia vita per pœ-  
niten. quia impossibile est eos. Rursus esse crucifig. semetip. si. & osten. habē. i. quia nō  
possunt efficere vt valeat sibi iterū crucifixio Christi, si carnē suā crucifigerēt cū vitijs  
& concupiscentijs, quod hic licet non ibi: neq; possunt habere Christū ostensionē vt eū  
imitentur in nouitate vitæ. Terra enim. q. d. Vere in alia vita impossibile est renouari,  
quia hic tantū vbi bibit imbrē. Terra enī. Vel ita cōtinua. Dixerat supra. Fera. ad per-  
fect. subdens, & hoc faciemus, nūc addit, & iustū est hoc facere, quia Terra. i. mēs audi-  
torū. f. proficiens anima: Bibens, a simili aridæ terræ, Imbrē. i. doctrinā sanctam, rosē  
cœlorū, quod sitienti terræ, Pluunt cœli. i. predicatorum verbi veritatis. Imbrē dico, Su-  
peruenientē, a deo, Super se, sæpe venit: quia si rata, est nō sufficit: si assidua, vilescit. Et  
imbre irrigata, Generans herbā. f. fidē & bona opera, Opportunam. i. congruā, nō solū  
facientibus, sed etiā illis quibus colitur. i. predicatoribus illorū qui glorificabuntur in  
de qui sunt cultores terræ, quia volere spirituali arbura criminis cōscindunt, & falce  
verbi dei noxia præcidūt. Vel illis, A quibus coli. i. ipsi eisdē qui se colūt in bōis operi-  
bus imitatio maiores: secūdū illud, Et fecerūt fructū natiuitatis, quia patres suos qui  
ipsos in fide genuerunt imitantur. Terra, in qua Bibens imbrē & generans herbā acci-  
pit benedictionē a deo, hic augmentū virtutum & in futuro præmiū, aliter nisi benedi-  
ctionem a deo perciperet nō generaret letū fructū. Et nota quia in his verbis significat  
illos Apostolus quibus scribit sæpe bibisse per legē & prophetas verbū cœlestis doctri-  
næ, & nec sic fuerunt prompti germina fidei proferre. Proferens autē. q. d. terra bona ac-  
cipit benedictionem. Terra autē Proferens, in apertū vt videantur. Spinæ. i. pētā quæ  
pungunt, Ac tribulos. i. grauiora peccata quæ acutius pungūt. i. mens vitio suo ad mala  
fecunda. Reproba. i. reprobata est a deo, Maledictio. i. dānationi, Proxima, nondū in-  
cidit in maledictionē sed etiā proxima est & adhuc licet reuerti. Cuius consummatio,  
i. finis si perseuerat, in cōbustione, æterni iudicij vel incendij. Confidimus autem. q. d.  
Duriter vos increpui, & terrui, Sed o dilectissimi cōfidimus devobis, quia talis affectio-  
nis estis, Meliora, quam combustionem, Et vicinora, salutis quam sint spinæ & tribuli,  
Tametsi ita loquamur, dure terrendo & increpando, quasi non dicimus hæc putando  
vos esse tales. f. spinis plenos. sed timēdo ne tales sitis, terreo verbis ne ipsa re doleatis.  
Et nota quod ait, Confidimus de vobis. quia enim de præsentī non habet vnde laudet  
de spe futurorum eos attollit, ad quam per præterita allicit, & recreat animos eorū, &  
confortat antiqua eis in mentem reuocans: & facit eos non exstimare deum oblitū bo-  
norum quæ fecerunt. Vnde subdit, Non enim. Quasi dicat, Ideo de vobis confidimus  
quia olim multa bona operati estis, pro quibus si pœnitetis, de malis benefaciet deus vo

his. Sicut enim priora bona persequentia mala mortua fuerunt, & irrita facta: ita ipsa eadem per poenitentiam, & alia bona sequentia mala reuiuiscunt. & hoc est quod ait, Non enim iniustus est deus, ut obliuiscat vestri operis, boni. & Dilectionis qua ostendistis. s. ex qua bona opera illa fecistis. Et hec omnia fecistis, In nomine ipsius. i. ad honorem dei. Et recte dixi operis, quia Ministrastis, olim, adhuc Ministratis sanctis, hoc est opus quod dixi magna testificatus est. Tria enim bona commedat in eis. s. quod oia sua fecerunt communia sanctis, ecce opus: & hoc ex dilectione fecerunt que informat actiones, ecce alacritas: & hoc ad gloria dei, ecce recta & pura intentio. Ecce triplex bonum, Cupimus aut. q. d. per preterita vos laudo. De futuro autem bonum vobis cupio. Et hoc est, Cupimus autem vnumquemque vestrum ostentare. i. frequenter ostendere. Vsq; in finem vite vestre eandem sollicitudinem, ministrandi sanctis. & hoc, Ad expietionem, spei. i. ut in futuro compleatur in vobis quod modo speratis. Multam dilectionem erga illos ostendit, & eandem circa singulos curam demonstrat, & maiorum enim & minorum curam similiter gerit, & oes diligit: ita cupimus vos ostentare sollicitudinem. Ut non segnes efficiamini, in hac sollicitudine: verum imitatores eorum. i. s. sanctorum, Qui, non per genus sed per Fidem & patientiam. i. merito fidei & patientie, Hareditabunt. i. hareditate possidebunt, Promissiones. i. promissam sepe beatitudinem. & quasi aliquis quereretur, An sunt facte promissiones? Respon. & factas esse, & que sint, dicet, Abraham naq; & c. Sciebat placere Iudaeis promissiones patrum memorari. vnde modo his laudibus extollit eos quos supra obduratorum exemplo terruit. in hoc maxime Abraham elegit, cuius filij sunt si credunt. q. d. Et vere facta est promissio. Abraham namque promittens deus iuravit per semetipsum, ideo per se, Quoniam neminem habuit maiorem se per quem iuraret. Iuravit inquam dicens, o Abraham, nisi hic Benedicens benedicam te, incremento virtutum. Et multiplicans multiplicabo te in futura beatitudine magnitudine gloriae, A postopeis e hic, defectio. q. d. si hoc non fecero non mihi credat de aliquo. Vel ita distingue, Benedices benedicam te. s. assidue i his qui sunt stelle Et multiplicans multiplicabo te, sine fine, in his qui sunt arena. Et sic, Abraham certus, Longanimiter ferens. i. inter multa aduersa diu patienter expectans, tandem Ademptus est repromissionem, id est sepe promissam benedictionem, id est aeternam beatitudinem. Ecce hic tria dicuntur. s. promissio facta Abraham, & per iuramentum firmata, & in Abraham iam impleta.

Christo

Homines enim per maiorem sui iurant, & omnis controuersie eorum finis ad confirmationem, est iuramentum. In quo abundantius volens deus ostendere pollicitationis haredibus immobilitatem consilij sui, interposuit iusurandum, ut per duas res immobiles quibus impossibile est mentiri deum, fortissimum solatium habeamus qui cofugimus ad tenendam propositam spem, quam sicut anchoram habemus anime turam ac firmam, & incedetem vsq; ad interiora velaminis, vbi praeursor pro nobis introit Iesus secundum ordinem Melchisedech: pontifex factus in aeternum.

Homines enim. q. d. Ideo iuravit deus, quia Homines iurant, iurando enim humane condescendit infirmitati, & ideo per se cum maiorem non habuit, quia hoies per maiorem iurat. Et hoc e quod ait, Ideo iuravit dominus per se, quia homines iurat. Per maiores sui, id est per deum qui solus verax est ex se. Et finis omnis cotrouersie, id est altercationis eorum est iuramentum, valens, Ad confirmationem, alterius patris. Si autem homini qui mendax est per iuramentum creditur, quanto magis deo credendum est qui metiri non potest? In quo, id est propter quod scilicet quia sic inter homines est, Deo volens ostendere abundantius haredibus pollicitationis suae, id est his qui liberaturi erant quod promittebatur, Immobilitatem consilij sui, quod erat de saluandis per gratia sua electis. quod recte dicitur consilium dei, quia vix aliquis nouit per fide Christi saluari homines: volens inquam, Hoc interposuit, inter promissionem & inpletionem, Iusurandum, condescendens consuetudini hominum ut certos faceret. Et nota quod ait, Abundantius, Abundanter enim ostendit per promissionem, Immobilitatem con-

A filij sui. s. abundantius per iuramentum interposuit. Iuramentum dico, Ut per duas res immobiles. i. per promissionem & iuramentum in quibus impossibile est deum metiri habeamus, in procillis tentationum Fortissimum solatium. s. quod in omni aduersitate nos faciat fortes, volentes ad horam pati ut in aeternum regnemus. qui in aduersis confugiemus Ad tenendam spem, non pro aduersis deferendam. Fugit ille ad spem, qui spe beatitudinis tribulationes spernit, Spem dico, ia Propositam nobis in Abraham & impletam. Vel, Proprio. i. omnibus oblatam, Quam spem habemus sicut anchoram anime Sicut. n. anchora nave, sic spes tenet animam: non emergatur, in salo huius mundi contenti iniquitati. Si ergo videris fluctuare in mari isto, noli abrumpi ab anchora, an tequam intres in portum, fluctuat nauis in anchoris, sed non longe a terra proicitur: nec in aeternum fluctuabit, & si ad tepus fluctuet. Anchora ergo anime, spes est. Vn aut Quam habemus sicut anchoram anime tutam, que tribulationum impulsu non destruitur, Ac firmam, que nec etiam titubet. Et incedentem. i. nos incedere facientem, quia introducit, nos in rem. i. vsq; ad interiora velaminis. i. ad interioram & velatam beatitudinem quam nemo vidit sicut est in hac vita. Vbi. i. in que interiora Praeursor Iesus introiit, pro nobis introducendis. & ita patet nos posse sequi. Ad hoc enim ipse praecurrit ut nos sequamur qui benedicuntur cursor, quia nulla culpa eum impediuit: secundum illud, Exultauit ut gigas ad curram viam. Et alibi, In via peccatorum non stetit. Et praecursor, quia ante nos, & pro nobis cucurrit. Ipse dico, factus pontifex in aeternum, Secundum ordinem Melchisedech, non secundum ordinem Aaron. Vnde oportet Christianos quorum est pontifex superiores esse Iudaeis, quantum distat inter Christum & Aaron, & melius sacrificium habere. s. rationale obsequium quod ducit in caelum, non pecudes, vel boues non sanguinem & adipem, que secundum carnem offeruntur, sed pro eis introducendum est rationale obsequium. Quid autem est rationale obsequium? quod per animam & spiritum offertur, ut sunt virtutes. Spiritus enim deus est, & eos qui adorant eum in spiritu & veritate adorare oportet. ecce qualiter sacrificijs placatur deus, haec igitur offeramus, illa quidem diuitiarum sunt & diuitum, haec autem virtutes: illa extrinsecus, ista intrinsecus: illa quilibet operari potest, haec autem pauci: quanto enim melior est pecore homo tanto hoc sacrificium illis. hic enim animam tuam in sacrificium offers, ibi pecora offerantur.

Ambro.

August. in psalmo. cxi.

CAPVT VII.

**M**elchisedech rex Salem sacerdos dei summi, qui obuiauit Abraham regresso a caede regum, & benedixit ei, cui & decimas omnium diuisit Abraham. Primum quidem qui interpretatur rex iustitiae, deinde autem & rex Salem, quod est rex pacis, sine patre, sine matre, sine genealogia, neque initium dierum, neque finem vitae habens, assimilatus autem filio dei, manet sacer in perpetuum.

Hic enim, & c. Interpositis multis de correctione eorum illud grande sermonem de sacrificio Christi quem superius tetigit, iam hic incipit exequi, ostendens quomodo Iesus sacerdos sit secundum ordinem Melchisedech, vsq; ibi, Assimilatus autem filio. q. d. bene dico quod Christus est sacerdos secundum ordinem Melchisedech. Hic. n. Melchisedech, fuit Rex Salē & sacerdos dei summi. s. qui non per hominem, sed per deum constitutus est qui obuiauit Abraham. Regresso a caede regum. Sicut in Genesi legitur quatuor reges aduersus quinque pugnaverunt, eosque vicerunt, sub quinque deuictis debebat Loth, & captus a quatuor. Quod cum audisset Abraham cum cccx. & viij. vernaculis persecutus e eos atque percussit, reduxit, Loth, & omnem substantiam quam ceperat, Huic igitur Abraham redeunti occurrit Melchisedech Et benedixit ei, Abraham. Cui, Melch. & Abraham Decimas. Omnium, non dico, dedit, sed diuisit, quia de praecipuis donauit. Tradunt Hebraei istum Melchisedech fuisse Sem filium Noe. & quando Abraham natus est. ccc. nonaginta annos habuisse, & Abraham ut nepoti obuiaasse, & panem in refectorem eius, & suorum protulisse, & ut sacerdotem dei decimas accepisse. Salem plerique dicunt fuisse Hierusalem, sed fuit oppidum regionis Sichem, quod & hodie Salem dicitur, vbi ex magnitudine ruinarum palatium Melchisedech ostenditur. Vnde in euangelio, Erat Ioannes baptizans in Ennon, iuxta Salem. Et iste Quidem primum, dictus est Melchisedech.

14.

Hierony.

chisedech, Quod interpretatur rex iustitiæ. Melchos enim, vel Melchi, dicitur rex Se-  
 dech, iustus vel iustitia. inde Melchisedech. i. rex iustitiæ. Deinde aut, dictus est Rex  
 Salē q̄ est rex pacis. Salē. n. interpretatur pax. Ipse, dico, Ens sine patre, & sine matre:  
 nō q̄ nō habuit, sed quia scriptura prouide nō memorat in figura Christi. Sine genea-  
 logia. i. nō habēs prolē, Neq; habēs initiū dierū, quod scriptura dicat, Neq; sinē vitæ,  
 scriptura in figura Christi subtrahente. Ideo ergo hoc dicitur non habere, quia non est  
 scriptū illa habuisse. In omnibus autē his p̄missis Assimilatus est filio dei, & quō at-  
 tēdamus, Dictus est Melchisedech, Melchisedech dicitur rex iustitiæ. hic est Christ⁹  
 qui filios per iustitiā regit inter procellas seculi: similiter rex Salē. i. pacis Christus est  
 quia quos hic in iustitia regit in pace æternaregere nō desinit. Ipse ēt est sacerdos dei  
 summi qui se in ara crucis obtulit. ipse etiā obuiat Abraham regresso a cede regū. i.  
 obuiat & occurrit dando gratiā cuiq; fideli. post cede quatuor principaliū vitiorū qua-  
 tuor virtutibus oppositorū, quæ per quinq; sensus subintrant & dominantur, sicut qua-  
 tuor reges per quinq; victos victū Loth tenebant, & benedicit ei. f. fideli dando iere-  
 mentū fidei & boni operis. Dat etiā panē & vinū. i. corpus & sanguinē suū quo pasti a  
 præteritis mundantur, & in futurū cōfortantur. Cui Abrahā. i. fidelis dat decimas. Om-  
 niū. i. omnē perfectionē suā ei attribuit. Itē diligēter attende quæ sequuntur quō Ch̄o  
 conuenient. Primū, quidē dictus est Melchisedech. i. Rex iustitiæ. hoc vere Ch̄us qui  
 iustos facit & regit. Deinde autē rex Salē. i. rex pacis. & hoc vere Christus qui pacifi-  
 cauit quæ in cælo & quæ in terra sunt. Quis hō est rex iustitiæ & pacis nisi Christus?  
 Nullus, Itē, nota prius dicturus rex iustitiæ, post rex pacis, quia Christ⁹ regit pri⁹ suos  
 hic in iustitia, post in futuro reget eos in pace æterna. Ipse ē etiā sine patre secundū car-  
 nem, & sine matre secundum deitatem, & sine genealogia, quia filios carnis non ha-  
 buit, neque habēs initium: neque finē, & in his omnibus similitudo est huius & illi⁹: &  
 si ergo omnes patriarche & prophete fuerunt figura Christi, Melchisedech tñ specia-  
 lius, quia non de genere Iudæorū, vt quidam dicunt, præcessit i typum sacerdotij Chri-  
 sti, qui dicitur sacerdos secundum ordinē Melchisedech multis modis, quia sol⁹ rex  
 & sacerdos fuit, & ante circūcisionē funct⁹ sacerdotio, vt nō gētes a Iudæis, sed Iudæi  
 a gentibus sacerdotium acciperent. & non fuit vnctus oleo visibili vt Moyses instituit  
 sed oleo exultationis & puritate fidei, nec animalia immolauit, sed pane & vino Chri-  
 sti sacerdotium dedicauit. non vere sine patre & matre cum Christus secundū duas na-  
 turas, & patrem habuit & matrem, sed quia in Genesi inducitur subito occurrisse Abra-  
 hē, & nec ante nec post genealogia eius inuenitur vel nomē: huius autem, exemplo af-  
 firmat apostolus quod sacerdotiū Aaron & principiū habuit & finē, sed ecclesie sacer-  
 dotium, & in præteritum & in futurum sit æternum, quia nec alius præcessit ante Mel-  
 chisedech, nec post Christum succedet, vel post Christum, nec olim successit, nec in fu-  
 turo succedet alius. In omnibus autē Assimilatus est filio dei, manet sacerdos in æter-  
 num, vel in perpetuum, quia scriptura obtinet quod alius ei successisset. Vel mystice  
 per eum loquitur de sacerdotio Christi, Manet ergo sacerdos in æternum, non in se,  
 sed in Christo, id est sacerdotium eius in Christo, & in ecclesia durat i æternum, quia  
 non alius ei succedit vt Leuitico.

Chryso.  
Remigius.

Chryso

Chryso.  
Ambro.

Inueniunt autē quāt⁹ sit hic, cui & decimas dedit de præcipuis Abrahā patriar-  
 cha. Et quidē de filiis Leui sacerdotiū accipiētes, mādātū habēt decimas sumere  
 a populo secundū legē. i. a fratrib⁹ suis, q̄q; & ipsi exierint de lūbis Abrahæ. Cui⁹  
 aut generatio nō annumeratur in eis, decimas sumpsit ab Abrahā: & hūc q̄ habe-  
 bat re promissiones, benedixit. Sine vlla autē cōtradictione, qd̄ min⁹ est a melio-  
 re benedicitur. Et hic quidē decimas morientes hoies accipiūt: ibi autē, cōtesta-  
 tur, quia viuit. Et vt ita dictū sit per Abrahā & Leui qui decimas accepit, deci-  
 matus est. Adhuc enim in lumbis patris erat, quando obuiat ei Melchisedech.

Inueniunt autem. Commemoratis quibusdam quibus assimilatur Melchisedech dei  
 filio, id est Christo adhuc immoratur in commendanda dignitate ipsius & excellen-  
 tia sacerdotii eius preferens eum ipsi Abrahæ patri omnium & omnibus leuitis. quasi  
 dicat talis fuit Melchisedech. Inueniunt autem, etiam ex factis Quantus sit hic, id est  
 Melchisedech, cui Abraham patriarcha, id est princeps patrum nostrorum Decima-

mas dedit, tanquam minor maiori. & hoc De præcipuis suis, hoc est propter quod su-  
 perius dixit diuisit. Ecce hic Melchisedech præfertur Abrahæ quē Iudæi extollūt, de  
 quo gloriantur quē Christo Iudæi præponere voluerunt, dicētes, Nunquid tu maior  
 es p. n. Ab. & c. & quidem hic præfert eum leuitis. q. d. hoc mō intuemini quantus sit.  
 Et. i. quia, aliqui Quidē de filiis Leui accipientes sacerdotiū. Aliter. n. nō auderent su-  
 mere, non dico sumunt decimas, sed Habēt mandatū, in lege, sine cui⁹ autoritate nū  
 quā præsumerēt Sumere decimas, non ab aliquo summo viro vel alieno, sed A popu-  
 lo, humili, & sibi carnis coniunctione coniuncto. i. A fratribus suis, in quibus melius  
 licet confidere. Sumere, dico, nec absoluta licentia, sed Secundū legē. i. non aliter quā  
 præcipit lex. Hic autē secūdū nullā legē accepit a patriarcha cū esset alienigena, & in  
 hoc dignior. Quāquā. q. d. in hoc quod sumunt decimas præfunt. Quāquā & ipsi exie-  
 runt de lumbis Abrahæ. i. pares sunt in genere. Tāta est quippe sacerdotii excellentia,  
 vt etiā similes genere, & eūdē habentes progenitorē, multo amplius digniores sint fra-  
 tribus suis. Vnde Abraham patriarcha incircunciso alienigenę decimas non dedisset,  
 nisi excellentior esset, in quo & isti Leuitici sacerdotes decimas non dedisset soluere  
 quia decimati sunt in eo. Cui⁹ autem quasi dicat filii Leui a fratribus accipiūt, sed Mel-  
 chisedech, Cuius generatio non annumeratur in eis. i. in Iudæis. q. d. qui erat alienige-  
 na absq; mandato sua autoritate, Sumpsit decimas quasi excellentior Ab Abrahā, pa-  
 triarcha, Et benedixit hunc. f. Abrahā tam magnū Qui habebat. i. cui factę sunt Re-  
 promissiones, gentiū in suo semine benedicendarū. q. d. benedixit eū etiā tēpore maio-  
 ris dignitatis, Benedixit, dico, Sine vlla iā contradictione. quod minus est benedici-  
 tur a maiori. Proinde typus Christi melior est promissiones habēte, quia hoc videtur  
 minus quod benedicitur ab aliquo ex cōmuni omnium iudicio, & sine vlla contra-  
 dictione. Et si ergo in acceptione decimarū contradicitur, quod non ideo sit maior quia  
 filii Leui accipiunt a fratribus, hic tamen non potest contradici. Et hic. q. d. hoc etiam  
 modo intuemini dignitatē in Melchisedech. Et. i. quia. Hic quidē. i. in sacerdotio Le-  
 uitico Homines morientes accipiunt decimas. Ibi autem, vbi agitur de Melchisedech.  
 Scriptura contestatur. i. necū testatur. Vel, Contestatur. i. idem in multis locis testa-  
 tur, scilicet Quia viuit, quia de morte eius nihil dicit in figura Christi. Gerebat enim  
 typum pontificis nostri cuius excellentia potestatis per illius similitudinē ostenditur  
 Per Melchisedech, enim in quo rei futurę figura præcessit decernitur sacerdotiū Chri-  
 sti a sacerdotio Leui. in cuius Christi figura dicitur, quod Melchisedech viuit. Vnde di-  
 citur Christus, Sacerdos in æternum secundum ordinē Melchisedech qui seipsum ob-  
 tulit, non ex aliqua necessitate sed ex voluntate proprie potestatis. Et vt ita. q. d. hoc  
 etiam modo dignior est Melchisedech, quam Leui. Etiam. i. quia. Leui. i. Leuiticus or-  
 do. quia fratribus Decimas accipit decimatus est id est decimas dedit Melchisedech,  
 & hoc per Abraham, quasi per materialem causam, Vt ita dictum, sit per quendam. f.  
 tropum. i. figuram loquendi, non enim proprie in sua persona Leui decimas dedit, sci-  
 licet circuncisus sacerdos incircunciso. Adhuc enim. q. d. bene dixi per Abrahā Ad-  
 huc enim, scilicet quando Abrahā decimas dedit, Erat Leui in lumbis patris, scilicet,  
 C Abrahæ, Quando Melchisedech occurrit, vel obuiat ei. f. patri Leui. i. Abrahæ, &  
 ideo in eo decimatus, Sicut enim Adam peccante qui in lumbis eius erant decimati,  
 sunt, sed hoc non sequitur in Christo, licet in lumbis Adæ & Abrahæ fuerit, quia non  
 secundum concupiscentiam carnis inde descēdit. Cum ergo Leui & Christus secundū  
 carnem essent in lūbis Abrahæ quando decimatus est, ideo pariter decimati nō sunt,  
 quia secundum aliquem modum non erat ibi Christus quo erat ibi Leui, secundum ra-  
 tionē quippe illam feminalem ibi fuit Leui. qua ratione per concubitū venturus erat  
 in matrem secundum quam rationē non ibi erat corpus Christi, quānis secūdū ipsam  
 ibi fuerit Marię caro, Leui secundum concupiscentiam carnalem. Christus autē secū-  
 dum substantiam corporalem inde venturus erat. Cum enim sit in semine, & visibilis  
 corpulentia, & insensibilis ratio vtrunq; cucurrit ex Abrahā, vel etiam ex ipso Adā  
 vsque ad corpus Marię, quia & ipsum eo modo conceptum est & exortum est: Chri-  
 stus autem visibilē carnis substantiam de carne virginis sumpsit. Ratio vero cōceptio-  
 nis ei⁹ nō a femine virili, sed lōge aliter ac desuper venit. Proinde secundū hoc q̄ de  
 matre accepit, etiā in lūbis Abrahæ fuit. Ille est ergo decimat⁹ in Abrahā qui sic fuit

Ambrosius

Chryso

Chryso

Augu. super  
super Ioan.  
Ambrosius



in lumbis eius, sicut in lumbis sui patris etiam ipse Abraham fuit. i. qui sic est natus de patre Abraham, sicut de suo patre natus est Abraham per legem. s. in membris repugnantem legi mentis & inuisibilem concupiscentiam, quamvis ea casta & bona iura nuptiarum non sinat valere, nisi quantum ex ea possunt generi substituendo prospicere. Ille autem non ibi decimat est cuius caro inde non ferore vulneris, sed materiam medicaminis traxit. Nam cum ipsa decimatio ad presignandam medicinam pertinuerit, illud in Abraham carne decimabitur quod curabatur, non illud unde curabatur. Eadem. n. caro Abraham vel ipsius primi hominis simul habebat, & vulnus praeviationis, & medicamentum vulneris. Vulnus praeviationis in lege membrorum repugnantem legi metis quae per omnem inde propagata carne seminali ratione quasi transcribitur. Medicamentum autem vulneris in eo quod inde sine opere concupiscentiali in sola materia corporali per divinam conceptionis, fornicationis que rationem de virgine assumptus est.

Si ergo consummatio per sacerdotium Leviticum erat (populus. n. sub ipso lege accepit) quid adhuc necessarium fuit secundum ordinem Melchisedech alium surgere sacerdotem: & non secundum ordinem Aaron dicitur Translato. n. sacerdotio, necesse est ut & legis translatio fiat. In quo. n. haec dicitur de alia tribu esse, de qua nullus altario praestitutus fuit. Manifestum est. n. quod ex Iuda ortus sit dominus noster, in qua tribu nihil de sacerdotibus Moyses locutus est. Et amplius adhuc manifestum est, si secundum similitudinem Melchisedech exurgat alius sacerdos, qui non secundum legem mandati carnalis factus est, sed secundum virtutem vitae insolubilis. Contestatur. n. quoniam tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech.

Si ergo, &c. Praestitit haec tenus sacerdotium Christi quod est secundum ordinem Melchisedech, Levitico nunc addit. s. quod sacerdotium Christi Leviticum destruit, quo destructo necessario etiam destruitur lex, quia sub illo data est. q. d. quia Christus est sacerdos secundum ordinem Melchisedech. & hoc sacerdotium praestitit Levitico. Ergo, si potes o Iudee solue hoc si consummatio. i. perfectio erat per sacerdotium Leviticum, quia Aaron de Levi fuit. Quid adhuc, postquam consummaretur necessarium, fuit dicitur David propheta alium secundum ritum. & secundum tribum Sacerdotem, qui a peccato liberaret, quod non isti, Surgere secundum ordinem Melchisedech, hoc non diceretur si illud melius esset, & non dicitur secundum ordinem Aaron, si aliquo modo hoc addidit ne vtrunque tenere putes. q. d. si Leviticum sacerdotium consummabit, frustra surget alius secundum ordinem Melchisedech, sed surgit alius quod ibi notatur, Translato enim sacerdotio, & quod alius surgat subsequenter probat, & per ritum, & per ritum: per ritum, ibi, In quo. n. haec dicitur, per ritum ibi, & amplius, Adhuc manifestum est, & sic constat alium surgere, ergo illud non consummabitur. Insiste literae, Translato. q. d. si Leviticum sacerdotium consummaret, frustra alius surgeret sacerdos, sed surgit alius. transfertur. n. sacerdotium, & Translato sacerdotio necesse est ut legis translatio fiat, quia. n. simul ab eodem, & sub eadem spoliatione utraque data sunt, quod de vno dicitur, necesse est ut de altero intelligatur, & merito translato sacerdotio transfertur lex. Populus. n. accepit legem sub ipso sacerdotio, quia in manu sacerdotis est lex & per eum impletur lex quae dicitur consummare. Vel ita potest legi. Si ergo. De Melchisedech ostendit quanto melior esset Abraham, & multam differentiam predicavit. hic iam incipit veteris & novi testamenti differentias dare, quia illud imperfectum est, hoc autem perfectum & recta via progreditur, ostendens quia melius est sacerdotium secundum ordinem Melchisedech Levitico. q. d. quia Christus est secundum ordinem Melchisedech, ergo respondeo Iudee, Si consummatio. i. perfectio, est per sacerdotium Leviticum, quod utique deberet esse. Populus. n. sub ipso accepit legem quidem adhuc necessarium fuit, dicitur a propheta alium surgere secundum ordinem Melchisedech, & non secundum ordinem Aaron? q. d. non fuit necessarium. Translato enim. q. d. dico quod populus sub sacerdotio legem accepit. Si ergo translatio est sacerdotii necessario legis, non potest enim sacerdos sine testamento, & lege, & praecipis esse. transendum ergo est a lege ad evangelium. & hoc est quod ait, Translato. n. q. d. ideo dico legem sub sacerdotio datam, quia sic noto, quod Translato sacerdotio. i. destructo, Necesse est ut & legis fiat translatio. i. ut lex destruat, quae non nisi sub eo. Haec translato sacerdotii praefigurata fuit in Samuele, qui

Chrylsto.  
Ambro.  
Chrylsto.

Ambr.  
Chrylsto.

Hierony.

cum non esset de tribu Levitica, sed de tribu Ephraim electus est sacerdos a domino reprobatis filiis Heli domino dicente, Qui honoraverit me, honorabo eum: & qui me inhonoraverit, inhonorus erit. In quo enim, &c. q. d. Vere transfertur sacerdotium surgit alius, quod idem est dicere, quia & per ritum & per ritum. Primum de tribu ostendit, postea de ritu. q. d. vere secundum cibum alius surgit. Christus enim in quo. i. in cuius consideratione haec dicuntur. s. Tu es sacerdos in aeternum, &c. De alia tribu est, non de tribu Levi De qua, alia. Nullus praestitutus fuit altario. i. accessit ad ministerium altaris. & vere de alia Manifestum est enim quod dominus noster. s. Christus ortus sit ex Iuda, de tribu ad tribuum. translatus est sacerdotium de sacerdotali ad regale, ut eadem sit sacerdotalis & regalis, ut fuit Melchisedech rex & sacerdos. & ita mysteriorum. Primum fuit regalis, postea sacerdotalis facta est: sic Christus rex erat semper. Sacerdos autem factus est quando carne suscepit, quando sacrificium obtulit. In qua tribu, Nihil de sacerdotibus Moyses locutus est, ut de ea aliquis esset sacerdos, Et amplius, quam per tribum Adhuc manifestatum est, quod transfertur sacerdotium, & surgit alius. Haec est enim firmiter probatio per ritum, quia si tribus in Samuele mutata erat, non tamen ritus, & vere manifestum est. Si. i. quia, alius sacerdos exurgit secundum similitudinem. i. ritum Melchisedech, ut enim ille panem & vinum obtulit Abraham, ita hic discipulis in eisdem speciebus carnem & sanguinem dedit. Exurgit alius, dico, Qui, alius, Non est factus, sacerdos secundum legem carnalis mandati. i. secundum praecipitum legis, quae lex solummodo mandabat, & promittebat carnalia: Sed secundum virtutem vitae insolubilis. i. secundum deitatem quae in eo est per quam dat vitam aeternam suis, sicut placuit deitati. Vel ita, Non est factus, sacerdos secundum legem carnalis mandati. i. secundum carnalem intellectum legis ut faceret secundum carnales observantias, Sed secundum virtutem vitae insolubilis. i. secundum spirituales intellectum ipsius legis, quae exequentes vitam habent aeternam. Ecce distat inter sacerdotium & sacerdotium: illud carnale, hoc spirituale: illud temporale, hoc aeternum. Contestatur autem, quod secundum ordinem Melchisedech. sit sacerdos, probat auctoritas. Contestatur enim, David mecum, vel cum alijs multis scripturis quod Christus est sacerdos, secundum ordinem Melchisedech. sed fidelius ponit ipsa verba David, dicens, Quoniam tu es. q. d. vere, contestatur. Quoniam, dicit tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. Vel ita, Bene dixi secundum virtutem vitae insolubilis. Contestatur enim, deus pater iureiurando de filio, Quoniam, dicit de eo, Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech.

Reprobatio quidem fit praecedentis mandati propter infirmitatem eius & inutilitatem. Nihil enim ad perfectum adduxit lex. Introductio vero melioris spei per quam proximamus ad deum: & quantum est, non sine iureiurando. Alii quidem sine iureiurando sacerdotes facti sunt: hic autem cum iureiurando per eum qui dixit ad illum. Iuravit dominus & non poenitebit eum, tu es sacerdos in aeternum. Intantum melioris testamenti sponsor factus est Iesus. Et alii quidem plures facti sunt sacerdotes: idcirco quod morte prohiberentur permanere: hic autem eo quod maneat in aeternum sempiternum habet sacerdotium. Unde & salutare in perpetuum potest accedens per semetipsum ad deum, semper vivens ad interpellandum pro nobis. Talis enim decebat ut nobis esset pontifex: sanctus innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus, & excelsior caelis factus. Qui non habet necessitatem quotidie, quemadmodum sacerdotes prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi. Hoc enim fecit semel se offerendo.

Reprobo quidem. Ostendit sacerdotium esse translatum ex tribu & ritu, pro quo constat legem quoque esse translata, sed quia forte ad transferendam legis demonstrationem sacerdotii translatio sufficere non videretur, supponit hic causam, quae omnium hominum animis satisfacit si causam alicuius rei cognoverint. Ostendit enim quare vetus testamentum sit destructum, cum deus illud dederit, & novum substitutum: quia. s. tempore sui status, illud fuit infirmum, & nunc prorsus inutile. Hoc autem perficit quod valet ad laudem novi sacerdotis. Ait itaque sic, Reprobatio quidem fit, ut sit locus gratiae. Praecedentis mandati. i. veteris

Chrylsto.

Chrylsto.

Chrylsto.

Ambrosius

Ambro.

C

legis. Et bene ait Præcedentis, quia aliud debet sequi. Reprobatio fit, dico, & non dico propter malignitatem eius, nec propter malitiã, sicut hæretici insurgentes mihi imponunt: sed propter infirmitatẽ eius, quã habuit dũ stetit, quia etsi aliquid tunc fecit, non plene iustificavit. Et inutilitatẽ, quam modo habet, non solũ enim infirma, sed etiam damnata est, nec si tenetur: quia post aduentũ Christi inutile erat fieri ea quæ olim fiebant, vt hæc prædicerent. Circumcisio enim, &c. huiusmodi priori populo per testamẽtum vetus diuinitus data sunt ad significationem futurorũ quæ per Christũ oportebat impleri, quibus aduentibus remanserũt illa Christianis tantũ legenda ad intelligẽtiam præmissæ prophetiæ, nõ autẽ necessario faciẽda. q. d. adhuc expectandũ esset vt veniret reuelatio dei quæ his significabatur esse ventura. Proinde nunc quisquis Christianorũ similiter ea celebrare voluerit quasi sopitos cineres eruens, nõ erit pius deductor, vel baiulus corporis, sed impius sepulturæ violator. Nihil enĩ. q. d. vere infirmata fuit lex, Tunc nihil enim ad perfectũ adduxit lex. i. neminẽ in iustificatione perfecit. & si enim tũc aliqui perfecti fuerunt, nõ tamen ex ea, vel per eã sed per fidẽ venturi. Introductio vero. q. d. illa reprobatur. Introductio vero fit, per prædictũ pontificẽ. Melioris spei. i. melioris legis per quã speratur gloria eterna. Ibi enim sperabãtur tẽporalia, hic cælum. Per quã spem Proximamus ad deũ, & quantum est hoc? pertinet ad cõmendationẽ noui sacerdotis, deus ordinationis qualitate hic agitur. q. d. per multa eũ cõmendauimus. & adhuc aliud dico, Et quantum est, hoc. f. quod non sine Iureiurando, Iesus factus est sacerdos? Alij quidẽ. i. Leuitici. q. d. quandoq; mutandi, Sine iurando facti sunt sacerdotes. Hic autẽ. i. Iesus factus est sacerdos, Cum iureiurando, facto Per eũ. f. per deum patrẽ, Qui dixit ad illũ. f. Iesum. hoc. f. dixit, Tu es sacerdos in æternum, & quod in æternum Iurauit dominus, hoc dixit propheta. i. inconcussa veritate firmavit. Et non poenitebit eũ. & hoc itẽ dixit. i. non mutabit factũ. Intantum, &c. Ex laude sacerdotis infer cõmendationem legis, dicens, Intantũ. i. per hæc quæ tanta sunt. f. quod cum iurando factus est sacerdos, & quod per eũ approximamus ad deũ. certũ est quod Iesus factus est sponsor. i. assertor Melioris testamenti, quã sit vetus. Vt enim sacerdotium Christi præest Leuitico, ita & lex eius præest veteri. Melius est ergo nouum testamentũ quã vetus, quia meliora. i. æterna promittit vetus tẽporalia. Et alij. hoc iterum mō dignior est Iesus. Et. i. quia. Alij quidẽ. i. Leuitici, Plures facti sunt sacerdotes secundũ legẽ idcirco quod morte prohiberentur permanere, in vita. Hic autẽ. i. Iesus. Eo quod permaneat in æternũ sempiternũ habet sacerdotium: & sicut ille permanet, ita & lex quã attulit, in qua est vera remissio & perpetua gratia. quod quia vetus lex non potuit, exclusa est: quod autẽ permanet in æternum, ostendit ex pontifice, quia vnus est quod non esset, nisi esset immortalis: sicut in lege multi erãt, quia mortales. Vnde. f. quia manens sempiternũ habet sacerdotiũ. Et saluare in perpetuum pot accedens, vel accedentes. Ostenso quod per sacerdotiũ Christi, vetus sacerdotium destruitur & lex, commendat actum ipsius deprimendo per contrariã operationẽ veteris sacrificij, q. d. saluare pot in perpetuum. Ipse, dico, Accedens ad deum, non per aliũ pontificẽ, nec per alias hostias, sed Per semetipsum, sacerdotem & hostiã. Iesus ipse accedit ad deũ per se viam hostiam. Vel secundũ aliam literã, potest saluare quos? Accedentes ad deũ, nõ per alium, sed Per semetipsum, secundum quod ipse ait Nemo venit ad patrẽ, nisi per me: ideo potest saluare, quia est Semper viuens, quod nõ alij ad interpellandũ pro nobis representatione sui. Ex ea natura qua pontifex est. i. humana quã cælis intulit, interpellat pro nobis. Talis enim. q. d. dico quod per se est accedẽs ad deũ, & merito. Est enim sanctus, interius positione virtutũ & mente, Innocens, manibus quantum ad proximum, & impollutus, corpore per remotionẽ malorum, & nõ modo est impollutus, sed etiam segregatus a peccatoribus. i. immunis ab omni peccato, quia semper sine peccato. Vel Segregatus a peccatoribus. i. a prioribus sacerdotibus, quibus dissimilis est, Et factus est excelsior cælis. i. omni cælesti creatura, quia eũ omnes angeli adorãt, & Decebat vt talis pontifex esset nobis, filijs: serui alios pontifices habuerunt: Qui, eũ talis sit non habet Quotidie necessitatem, nõ quod aliquando egeat, sed hoc dicit vt remoneat, quod legalibus sacerdotibus conuenit. Noc habet necessitatẽ, dico, prius pro suis Delictis hostias offerre, deinde pro populi, quẽadmodũ facit Leuitici qui tantũ istius figura fuerunt, qui non hanc habuit necessitatem sacerdos incommutabilis. Hoc enim.

Augustinus  
August. in  
Epistola ad  
Hierony.

Ambro

Chryso.

q. d. vere non habet necessitatem hanc. Hoc enim. i. offerre Fecit, offerendo seipsum nõ pro suis, sed pro populi delictis. & Hoc semel, quia sufficit omnibus vna oblatio, & non est opus iterari. A deo enim magnum est sacrificiũ, quod licet vnum & semel oblatum sit, tamen sufficit ad æternitatem.

CAPVT VIII.

**L**Ex enim homines constituit sacerdotes infirmitatem habentes, sermo autem iurisiurandi qui post legem est, filium in æternum perfectum. Capitulum autem super ea quæ dicuntur. Talem habemus pontificem, qui confedit in dextera sedis magnitudinis in cælis, sanctorum minister, & tabernaculi veri: quod fixit deus & non homo. Omnis enim pontifex ad offerendũ munera, & hostias constituitur. Vnde necesse est & hunc habere aliquid quod offerat. Si ergo esset super terram, nec esset sacerdos, cum essent qui offerret secundum legem munera, qui exemplari & umbre deseruiunt cælestium, sicut responsum est Moysi cum consummaret tabernaculum. Vide (inquit) omnia facito secundũ exemplar, quod tibi ostensum est in monte. Nunc autem melius fortius est ministerium quanto & melioris testamenti mediator ẽ, quod in melioribus re promissionibus sancitum est. Nam si illud prius culpa vacasset, non utiq; secundi locus inquireretur.

Lex enim. q. d. Leuitici sacerdotes habet necessitatẽ quotidie & nõ Chrũs. Et recte, quia illi infirmi. hic autẽ semel sufficit. quia filius perfectus. & hoc est, Lex enim constituit homines sacerdotes habentes infirmitatẽ, peccandi & moriendi, & ideo pro se offerebant. Sermo autẽ iurisiurandi qui post legẽ, dictus est. per David, constituit sacerdotem duraturũ In æternum ipsum Filium, gratia & veritate perfectũ. Capitulum. Cum pauca, dixisset de huius pontificis dignitate breuiter cõplectitur dignitatem eius supra quam prius dixit. Capitulũ est breuis multorũ cõplectio sic dicta, eo quod breuiter totam summã capiat. q. d. Multa de eo dixi, sed modo facio Capitulũ super ea quæ dicuntur. i. dignius laudẽ Christi continens quã prædicta. Talem. Ecce hic incipit capitulũ, & finit ibi, Deus & non homo. Faciens ergo capitulũ ait, Talem habemus pontificẽ, qui non dico sedit, sed Confedit, quia deus est qui nõ gigas geminæ substantiæ in quodue naturæ vnitæ sunt. Confedit. q. d. iam diu est quod quiescit & regnat secundũ naturã diuinitatis in dextera Sedis magnitudinis. i. in æqualitate sedentis deitatis. f. dei patris qui quiescit & iudicat. & Secundũ humanã naturã, locatus In cælis. f. vel super materiales cęlos, vel super thronos & dominationes. & ibi est Minister sanctorũ, quia sanctis ministrat ibi vitam æternã, & his qui sunt hic alia bona inde ministrat. Sanctorũ, dico, Et, pro. i. Tabernaculi veri. q. d. non est minister vmbatiliũ sanctorũ, sed Tabernaculi veri, quod est animæ sanctorũ quibus dat gaudia æterna in cælo, & hic gratiæ munera. minister ergo est sanctorũ hic vel in futuro. Quod, tabernaculũ. i. cælestẽ ecclesiã & præsentẽ Fixit deus & nõ hõ. Et nota quod ait. In dextera sedis magnitudinis. Hoc enim ptãtis & maiestatis diuinæ indicium est. Itẽ nota quod ait, Minister sanctorũ, hoc misericordiæ multæ et amoris quẽ nobis impedit. Per hæc ergo duo, et potes, et misericors ostenditur. Vel ita, Confedit in dextera sedis magnitudinis, hoc non mutatur. ipse dico, existens in cęlis Minister sanctorũ, quia ibi ministrat gloriam per sancta sanctorũ significatam, Et minister veri tabernaculi. i. veritatis quam tabernaculum præsignabat. f. iustitiam in præsentẽ ecclesiã, et gloriam in futura, quæ vtraq; est verum dei tabernaculum. Quod, verum tabernaculum Fixit deus, vt in æternũ permaneat. Vmbatile vero erat nõ fixũ. sed probabile. Et non homo. hoc addidit, quia et vetus posuit deus, sed per ministrũ hominem. Omnis enim pontifex constituitur ad offerendã munera, vt panes et thus, et huiusmodi. Et hostias, de animalibus. Vnde. f. quia omnis constituitur ad offerendum, Necesse est et hunc. f. Christum, Habere aliquid quod offerat scilicet carnem ex nobis quam prius non habuit. Si ergo, etc. Huius capituli litera minus continens est et decisa, ideoq; caliginem ingerit. q. dicat dico quod necesse est Christum aliquid habere quod offerat, et cum necesse sit eũ habere aliquid

Ambrosius

Remigius

Remigius

Chryso.



ad offerendū. Ergo, illud, vel erit super terrā vel cæleste. super terrā est quicquid in carnalibus, vel pro carnalibus offertur. sed nō est super terrā, quia si hoc esset. i. si esset super terrā quod Iesus offerret. i. carnale aliquid, Nec esset, Christ⁹ Sacerdos, nedū pontifex, Non esset sacerdos dico, Cū essent, multi Qui offerrent munera secundū legē. i. super terrā: & ita superflue carnalia offerret Christus: sed ne videretur Iesus eadem dignus offerre, addit, Qui deseruiunt exemplari & imbre cælesti. i. plene oīa implēt, sicut dictum est Moysi, & ita frustra hoc sacerdotiū assumeret Iesus quo carnale aliquid offerret, ergo cæleste est quod offert. Quid enim tā congruēter pro hoībus offertur, quā humana caro? Et quid tam aptū immolationi, quā caro mortalis? Et quid tam mundū pro mundandis vitijs mortaliū, quā sine vlla contagione carnalis cōcupiscentiæ caro nata in vtero, & ex vtero virginali: Et quid tam grate offerri & suscipi posset, quā caro sacrificij vestri? Vt quia quatuor considerātur in omni sacrificio. s. cui offerat, a quo offeratur, quid offeratur, pro quibus offeratur: idē ipse vnus verusq; mediator per sacrificium pacis reconciliauit nos deo, vnū cū illo maneret cui offerebat, & quod offerebat. Vel ita, Si ergo, q. d. & quia oīs sacerdos offert: ergo si esset Aliquis super terrā. i. si eēt aliquis terren⁹ sacerdos qui posset mūdare humanū genus, Nec eēt aliquis sacerdos secundū ordinem Melchisedech. Cū satis Essent qui offerrent munus secundū legem. i. qui offerrent legalia, Sed quia illi mortales erāt & peccatores, & ideo mūdare humanū genus nō valentes, venit Chr⁹s qui sufficeret. Vel ita, Si ergo, q. d. & quia Christus constituitur ad offerendū: ergo vel est terrenus, vel cælestis sacerdos: sed terrenus nō, quia si esset Super terrā. i. si terren⁹ eēt pontifex vt Aaron, Nec esset, vtiq; sacerdos in eternū secundū ordinē Melchisedech, nec necesse foret. Cū esset, & c. sed Chr⁹s est sacerdos in eternū, nō Aaron. Aaron enī quia mortu⁹ est, non est sacerdos. Chr⁹s vero qui viuūt, sempiternus est sacerdos, non talis quales sunt vmbatile sacerdotiū gerētes. Vel ita, Si ergo, ratio hic ostēditur cur Christus se obtulerit. q. d. necesse est Christum aliquid offerre, ergo se ipsum. & vere necesse est vt offerat: quia & Si esset super terrā, quod pro peccato totius mundi digne posset offerri, Non esset. tamē Sacerdos, offerre dignus. Cū. i. quāuis Essent qui offerrent. munera, & c. Ideo mūdus se obtulit mundū. hoc verum enim sacrificiū non rite posset offerri, nisi per iustū & sanctū. Quis autē tā iustus & sanctus sacerdos, quā vnicus dei filius? qui nō opus haberet per sacrificiū sua purgare peccata, nec originalia, nec superaddita? Vel ita, Si ergo, q. d. & quia omnis sacerdos constituitur ad offerendū: Ergo, & Christus obtulit, cuius rei merito & in cælū ascēdit, & sic oportebat fieri: quia Si esset super terrā. i. si nodū introissent in sãcta sanctorū. i. interiora cæli, nec Esset sacerdos. i. sui sacerdoti ritus non celebraretur cū adhuc superesset sacerdos secundū Aron. Vnde subdit, Cum essent qui offerrent munera secundū legē. Restat ergo vt ipse se offerat, & sic itroeat in interiora cæli. Qui, & c. esset qui offerret munera, dico, quid tales Deseruiunt. i. plene seruiunt, Exemplari. i. figuræ. Et, pro. i. Vmbræ cælestiū, mysteriorum. Cælestia dicit ecclesiã, cuius pars in cælis regnans, pars secutura peregrinatur in terris. Exemplar. autē & vmbas dicit figuras quæ exemplar sunt, & exemplum respectu diuersarum rerū. Exemplar est ad cuius similitudinē aliquid fit: Exemplum quod inde trahitur. Deus in monte veritatē Moysi ostēdit. i. ordinē cælestis curiæ, quō. s. angeli deo obediunt, laudēt, & diligant, seq; inuicē & nos diligant, nostrisq; profectib⁹ studeant, & alia huiusmodi: in quibus a nobis imitandi sunt. Sed quia carnalis propter veritatē capere non posset, præcepit deus Moysi vt figuris eā imaginaretur, in quibus puerilis populus enutritus aliquādo veniret ad veritatē: & ita res prius ostensa, dicitur exemplar figurarū iuxta se factarum. Itē figuræ dicuntur exemplar veritatis, quæ postea impletæ sunt, sicut illæ figuræ præsignauerunt: secundū hoc dicit, Deseruiunt exemplari. i. figuris veritatē futurā præsignantibus, & quoniam exemplar aliquando est veritas non figura, addit, Et vmbæ, quia illa non erant nisi vmbra veritatis leuiter abitura veniente. Deseruiunt, dico, sicut responsum est Moysi a domino, Cum consummaret tabernaculū, non cum inciperet, sed Cum consummasset, quia iam multa figuris expresserat: sed cum per se non posset consummare, consuluit dominum, qui et de figuris sicut de veritate eum docuit. Quid est ei responsum Ecce. Vide, inquit, dominus, Facito omnia. Omnia dicit et de cōstructione tabernaculi, et de sacrificijs quæ in eo oblaturi essent. Facito, inquam, secundum hoc Exemplar. i. veritatem

Augustinus.  
de trinitate

Lanfrancus.

Augustinus  
de trini.

Lanfrancus.

Remigius.

ritatem Quod tibi ostensum est in monte, quia ostendit ei deus visu in monte, quid esset facturus. Nunc autem, quasi dicat, illi deseruiunt exemplari & vmbæ, sed Iesus melius habet ministerium, quia & in spiritualibus ministrat, & spiritualia dat. Quod nūc, patet. q. d. cū ostensum sit non offerre super terram. & hoc est quod ait, Nūc autem. i. in hac nouissima ætate Iesus sortitus est melius ministerium, sacerdotij quam fuit in veteri lege, & tanto vtiq; melius quanto est melior lex eius veteri. & hoc est quod dicit, tanto melius ministerium, Quanto & melioris testamenti, quia æterna promittit. Mediator. i. dator medius inter deum & hominem. Ecce iam a sacerdotio & sacrificio transit ad differentiam testamentorum veteri præferens nouum. Quod, testamentum nouum Sanctū est. i. confirmatum est vt duret In melioribus repromissionibus, quam essent promissiones veteris testamenti. Si enim discernimus duo testamenta, vetus & nouum, non sunt eadem sacramenta in vtroque, nec eadem promissa, eadem tamen præcepta: præcepta: discussa enim præcepta omnia fere eadem inueniuntur in euangelio, moralia vtiq; eadem, vt non occides, & c. huiusmodi. Cærimonialia vero non eadem: sacramenta non eadem, quia illa promittebant, hæc dant salutem simili liter promissa non eadem ibi promittebantur terrena, hic cælestia. Nam si, & c. Probat quod testamentum Christi melius est veteri, quia illud non vacat culpa hoc vacat. si enim illud vacasset a culpa, non daretur secundum: sed datur, & ita apparet illud fuisse imperfectum, hoc perfectum. & hoc est quod ait, Nam si illud prius, testamentū vacasset a culpa. i. perfecte mandaret hominē. i. si inculpabiles essent eius observatores. Non vtiq; secundi locus, id est oportunitas Inquireretur, a deo qui prius paulatim instruxit per legem, & ædificauit per prophetas, vt post daret perfectum testamentum quod cōsummaret. Et nota quod ait, Si vacasset a culpa Ita enī hoc dicit quasi ipsum habeat culpam quod videtur, dum præcipit sine gratia & præuaricatores constituit. Si quærat a nobis cur non eo ritu colamus deum quo coluerūt eum Hebræi patres. Respondemus, Aliud deum nobis præcepisse per patres noui testamenti neque hoc cōtra vetus testamentum est, cum & in illo idem sit ante prædictum, sic enim prænūciatum est per prophetā Hieremiam. Vnde sequitur.

Vituperans enim eos dicit, Ecce dies venient dicit dominus, & consummabo super domum Israel, & super domum Iuda testamentum nouum, non secundū testamentum quod feci patribus eorum in die qua apprehendi manum eorum vt educerem illos de terra Aegypti, quoniam ipsi non permanserunt in testamento meo, & ego neglexi eos dicit dominus. Quia hoc est testamentum quod disponam domui Israel post dies illos dicit dominus, dando leges meas in mente eorum, & in corde eorum superscribam eas, & ero eis in deum, & ipsi erunt mihi in populum.

Vituperans enim, quasi dicat, Si illud vacasset a culpa, non inquireretur locus secundi, sed inquireretur. Hierem. Enim vituperas eos, qui in lege erāt, Dicit, ecce dies veniūt id ē paulatim appropinquant. tempus Christi dies vocat, quia pulsus tenebris lux quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, mundo apparuit. Dicit, dominus & consummabo, id est cōsummans, dabo & implebo Testamentum nouum, in quo fiet quod promissum est Abraham. Consummabo, iquam, Super domum Israel, & super domū Iuda. i. super Iudæos qui in duo regna diuisi fuerunt post Salomonem, super quos dicit se consummaturum nouum testamentum, scilicet vt dominetur eis, & ipsi ei obediunt: Non secundum quasi dicat, consummabo testamentum nouum, dico, quod Non, sit secundum testamentum quod fecit patribus eorum, id est quod non sit de terrenis, sicut illud vetus, scilicet lex data in monte Syna, & quia quibusdā patrum spirituale testamentum fecerat vt Abraham, determinat, dicens, In die quando apprehendi illorum manum, quasi dicat, per se de lecto surgere nō valentium, vel quasi nutrix paruulorum, Vt educerem eos de terra Aegypti, id est non erit secundum legem quæ post exitum de Aegypto data est. Quod enim ante legem Abraham dixit, scilicet in semine tuo benedicentur omnes gentes, illud compleuit in euangelio. Illa enī spiritualis promissio fuit pertinens ad gratiam. Ecce hic prophetatur non perseuerati

Augu. in psal  
lxxxiii.

Remigius.

Augu. con  
tra Faustum

Remigius.



Auguf. con  
tra Fauft.  
Auguf. de  
bap. par.

Auguf. con  
tra Fauft.

Auguf. de  
bap. par.

Auguf. de  
fpu & lit.  
Auguf. de  
bap. par.

Auguf. in eo.

rum vetus testamentum, sed futurum nouum. Cunque multis locis hoc idem significetur & prænunciatur, non ita tamen ipsum nouum legitur expressum. Nempe in veteribus libris, aut nusquam, aut difficile præter hunc propheticum locum legitur facta cõmemoratio testamenti noui vt ipso nomine appellaretur. Considera igitur diligenter differentia inter duo testamenta. i. vetus & nouum. Ibi est litera quæ sola occidit, hic est spiritus qui viuificat. illud vetus, quia a vetustate peccati non liberat hoc nouum, quia innovat. Si autem a nobis fuerit quæsitum, cur illius testamenti auctoritatem teaceamus, cuius ritum non obseruamus. Ad hoc respondemus, quod eam legi & accipi oportet ne prophetias extinguamus, quia in vmbra facta sunt omnia illa futurorũ: sicut ait apostolus. Hæc in figura contingebant illis, & cætera. Cur ergo aliquid tale legitur in instrumento veteris testamenti quale a nobis obseruari, vel iustum non est in nouo testamento, vel etiam prohibitum: quid significet quærendum est, non reprehendendum, quia eo ipso quo iam non obseruatur non damnatur, sed impletum probatur. Sed Quoniam, quasi dicat Apprehendi manum eorum quasi paruulorum. Sed Quoniam ipsi non permanferunt in testamento, in eo, id est in lege data in synagoga, quia fecerunt vitulum in Oreb, & ad. seu. Ecce quomodo vituperauerunt eos: ideo, inquam quia non permanferunt, Et ego neglexi eos. Et ne indignemini si dico vos neglectos, quia Dominus dicit, in me. Patenter vitio eorum deputat quod non permanferunt in testamento dei, ne lex quam tunc acceperunt culpanda iudicetur. Ipsa enim est quam non venit Christus soluere sed implere, non tamen ea iustificat sed gratia. Hoc quippe agit viuificans spiritus, sine quo litera occidit. Vnde igitur illud vetus testamentum hoc nouum dicitur: cum lex impleatur per testamentum nouum pro veteris, hominis noxa, quæ per literam iubentem & minantem non saluatur. Dicitur illud vetus hoc autem dicitur nouum propter nouitatem spiritus qui hominem sanat a vitio vetustatis quod euidenter aperit, subdens, Quia hoc est. q. d. vere testamentum nouum dabo, & non secundum illud, scilicet vetus, quia hoc est testamentum Quod disponam, id est ordinabiliter Domui Israel, id est omnium videntium deum: nõ vtique, sed Post dies illos, a me præfinitos: & credite hoc, quia Dominus dicit, per spiritum sanctum in me loquentem, Dando, vel dabo, quasi dicat hoc est testamentum quod consummabo, scilicet, Dabo, per spiritum sanctum Leges meas. Ecce testamentum. Vel ita secundum aliam literam. Disponam testamentum, dico, ita. s. Dando leges meas. Ecce testamentum. In mentes, id est intelligentias illorum. Non in tabulis lapideis sicut vetus in lapide scriptum fuit. Et etiam In corda eorum, id est in voluntates, quia intelligent, & voluntate seruabunt. Super scribam eas. Scribam, vt, scilicet in æternum maneat. Super, quasi dicat quod superesse debet eisque dominari. Istam hic commendat distantia quod leges suas daturus esset deus in mentes eorum quæ pertinent ad nouum testamentum, & in eorum cordibus eas scripturas non vtique atramento, vt alibi ait apostolus: sed spiritu dei viui. i. ipsa præsentia sancti spiritus qui est digitus dei, quo præfente diffunditur charitas in cordibus quæ est plenitudo legis & finis præcepti. nam quia promissa veteris testamenti terrena sunt, nunc ipsius cordis bonum promittitur, scilicet mentis bonum, spiritus bonum. i. intelligibile bonum, cum dicitur, Dabo leges meas in mentibus illorũ & in corda eorũ super scribã, eas per quos significauit eos nõ forinsecus terrẽtẽ legẽ formidaturos, sed intrinsecus habitãtẽ ipsam legis iustitiã dilecturos. vnde & hæc merces additur. Et ero. q. d. scribã legem meam in mentibus eorum. Et sic Ero illis in deum, & ipsierunt mihi in populum: quia dicitur, vere deus in istis est, & isti sunt populus dei, hoc est viuere ex me & mihi, & hoc quidem in hoc mundo.

Et nõ docebit vnusquisq; proximũ suũ, & vnusquisq; fratrem suũ, dicẽs cognosce dominũ, quoniam omnes scient me a minore vsque ad maiorẽ eorũ. quia propitius ero iniquitatibus eorũ, & peccatorũ eorũ iã nõ memorabor. Dicẽdo autẽ nouum, veterauit prius. Quod autem antiquatur & senescit, prope interitum est.

Et, in futuro Non docebit vnusquisq; proximum suũ, quẽ amat, Et vnusquisq; fratrem suũ, quem plus diligit, Dicens ita. Cognosce dominum. Ideo alter alterum non docebit, quia Omnes, in futuro, Scient. i. videbunt Me, sicut sum quod ẽ perfectio, vt

A alter, scilicet alterum non doceat. Scient, dico, A minore vsque ad maiorem eorum Non interest si dicatur econuerso, scilicet a maiore vsque ad minorem, sicut dictum est, A minore vsque ad maiorem, quod intelligi diuersis modis potest, vt maiores dicantur, vel tempore, vel dignitate, id est tempore priores, vel intelligentia digniores. Maiores ergo intelliguntur, vel priores qui nos posteriores expectauerunt in denario accipiendo, vel scientia, vel virtute, qui scilicet intelligere valuerunt lumen incorporum atque incommutabile quantum in hac vita potest quod minores tantummodo credere potuerunt. Cum ergo venerit quod perfectum est & euacuatum fuerit quod ex parte est, tunc qui assumpta carne carni apparuit, ostendet seipsum dilectoribus, tunc omnes scient eum a minore vsque ad maiorẽ, quia etiam minimus tunc perfecte sciet eum per se non a maiore instructus. Hęc est ergo distantia veteris & noui testamenti, quod illud in lapide scriptum est, hoc in corde, ibi merces terra, hic visio dei. Vel ita ab illo loco præcedentibus non mutatis, Et non docebit. q. d. Ego ero illis deus, & ipsi mihi populus. Et istud nouũ factũ existet quod in veteri testamẽto nõ legitur factũ scilicet, Non docebit vnusquisq; proximũ suũ, & vnusquisq; fratrem suũ, quia quod latebat in litera, & discebat populus per traditiones magistrorum, hoc spiritus adueniẽs repente docuit apostolos. & hoc est quod propheta dicit, Non docebit vnusquisq; proximum suum, & vnusquisque fratrem suum, dicens, cognosce dominum. Quare non? quia oēs sciẽt a minore vsq; ad maiorẽ eorũ, sicut in euangelio legitur, Tũc aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas. & ideo hæc omnia in vtraque vita faciam, eis, quia propicius ero iniquitatibus eorum, & peccatorum illorũ iã nõ memorabor, ad penam æternã. Distingue, Iniquitates dicit peccata quæ faciunt homines cõtra proximos, & peccata quæ in seipsis. Vel idem est. i. pro eodẽ accipitur hic iniquitas & peccatum: sed distinguitur inter propicius ero, & memorabor, quia propicius ẽ dũ hic nõ punit, & in futuro iam non memorabit quando nõn punit. Sciendũ vero quod in quibusdã libris vbi scribimus Peccatorũ, inuenitur scriptũ peccatum, & tunc de originali accipitur. Quare autẽ hanc de Hieremia auctoritatem adduxerit, aperit, subdẽs, Dicẽdo autem. q. d. propheta dixit nouum. Dicendo autẽ nouum veterauit. i. vetus ostendit Prius Vel Veterauit. i. vetus factũ est prius testamẽtũ. & si vetus, ergo finiendum. vnde subdit, Quod autẽ antiquatur, vt est in inanimatis, Et senescit, quod fit in animatis. Prope interitum est, antiquatio enim & senectus sunt prænunciũ mortis.

Auguf. de  
fpu & litera

Auguf.

Chryfosto.

CAPVT IX.

**H**abuit quidem & prius iustificationes culturæ, & sanctum seculare. Tabernaculum enim factum est primum, in quo erant candelabra, & mensa, & propositio panum quæ dicitur sancta.

Habuit quidẽ, Hucusq; differentiam testamentorũ ostendit, & quod veteri nouũ supereminet, & illud immutat. Nunc idẽ ostendit ex ipso tabernaculi schemate. q. d. vetus testamẽtũ est prope interitum, tamen Habuit, olim Quidem prius, testamentum Iustificationes, nõ veras & spũales, sed pro modo Culturę, carnales, & habuit Sanctũ, non spirituale, sed Seulare. i. mutabile & putatiuũ quod putabatur ab hoĩbus sanctũ. & vere habuit sanctum seculare, quia tabernaculum primũ & secundum. Tabernaculum factum est primũ, & c. vsq; ibi, Quæ parabola est instantis, tẽporis, quia de tabernaculo loquendi locus se obtulit de eo quædã sub compendio videnda sunt. Sciendũ est igitur tabernaculũ triginta cubitos habuisse in longitudine & decem in latitudine, totidem in altitudine. Velum autẽ habebat ex quatuor preciosis coloribus contextũ, & quatuor deauratis columnis appensum quod separabat in viginti & decẽ cubitos. i. inter sancta quæ forinsecus erant, & sancta sanctorũ interius posita. Habebat enim sanctum exterius viginti cubitos longitudinis, & sanctũ interius. i. sanctũ sancti. x. & vocat apostolus illud primũ tabernaculum, hoc autẽ secundum tabernaculum. In primo autẽ tabernaculo erat candelabrũ aureũ: sed apostolus dicit candelabra pluraliter, quia licet vnum esset, septẽ habebat brachia. Erat enim in medio hastile per quatuor loca

Chryfosto.

Auguf. in lib.  
quasi.

cyphos, sphaeras, & lilia. a quo procedebant brachia, tria a dextera parte, & tria a sinistra habentia per tria loca cyphos, sphaeras, & lilia. In eodē et erat mēsa quadrata, vt altare, & habebat quatuor pedes, & erat post introitū tabernaculū quę erat de lignis Cethym & inaurata auro purissimo, quę habebat labiū aureū per circuitū, ac desuper coronā aureā in terra silē altā digitis quatuor, & super illā alterā coronā aureolā, habebat etiā per singulos angelos circulos aureos, quib⁹ imittebātur vctes vt possēt portari, qui erāt de lignis cethym, & auro circumdati, & super mēsam erāt duodecim panes deo propōiti qui erant de similia, & singulis sabbatis oēs mutabātur. Si vero ante sabbatum aliquis erat necessarius nō poterat sumi, nisi alius statim loco eius substitue retur. Et super panes erat patena aurea, & pugillus lucidissimi thuris. In eodē quoq; tabernaculo erat altare incensū, vbi. s. adolebat incensum super cineres calentes, qui il luc deferebātur ab altari sacrificiorū, quod erat extra tabernaculū in atrio sub diuo, & erat quadratū quinq; cubitis latū, & totidē lōgū. Primū tabernaculū dicit̄ sancta pro veneratione illius tēporis, & quia significat præsentiē ecclesiā quę est sancta. Secūdū vero dicit̄ sancta sanctorū, quia in maiori veneratione habebatur, & quia significat supercælestē ecclesiā, vbi nihil peccati ē. In quo erat thuribulū aureū, & arca testamēti intus & foris auro operta: in qua erant tria. s. vna aurea habēs manna & virga Aaron, quę fronderat, & tabulæ in quibus lex scripta fuit, & super arcā erat propiciatorium. s. tabula eiusdē longitudinis & latitudinis cui⁹ arca. & erat tabula de purissimo auro quę dicebatur propiciatoriū siue oraculum, quia ibi angelus dei Moyſi apparuit loquens quando propiciaturus erat deus filijs Israel, & super propiciatorium erāt duo cherubin siue seraphin. i. imagines gloriosissime decorata, ac sese contuentia versis vultibus in propiciatorium. Arca autem erat de lignis Cethym habens cubitos duos, & dimidium in lōgitudine, vnum & dimidium in latitudine tantundem in altitudine et in vnoquoq; angulo aureū anulū, duos a dextris, et duos a sinistris, in quibus assidue erāt ad portandum vctes de lignis Cethym auro purissimo deaurati, propiciatorium erat tabula super arcam eiusdem longitudinis & latitudinis, super quam stabant cherubin in quē semper aspiciebant. Ad hoc sanctum sanctorū nisi summo sacerdoti non licebat intrare cū sanguine semel in anno. & si forte aliquādo exigerat necessitas pro peccato sacerdotis vel vniuersę synagoge: in priori aut tabernaculo quotidie intrabant sacerdotes ritum sacrificiorū explentes. Hoc autem totum parabola est & vmbra cælestiū. Primum enim tabernaculū præsens ecclesiā est, quę recte dicitur tabernaculum, quia in ea militatur deo antequā veniatur ad cælum. Tabernaculū nanq; proprie belligerantiū est candelabrum aureum. i. Christus fulgens virtute & sapientia in medio fidelium, quia & ipsi candelabra aurea sunt, quia sapientia lucent. Aurum enim sapientiam significat, ipse Christus stipes ē qui portat tria brachia a dextris, & tria a sinistris: quia ipse ē vitis vera, in qua fundati sunt tres ordines palmitū. i. fidelium. illi qui tempore gratię sunt, dextri sunt. i. digniores: qui vero ante gratiā quasi sinistri fuerunt hi tres ordines fidelium significati sunt in tribus viris quos Ezechiel saluandos vidit. s. Noe, Daniel, & Iob. i. rectores, continentes, coniugati. Isti etiā sunt qui secundū euangelium dicuntur esse, & in agro, & in lecto, & in mola. Legitur enim ibi, Et erunt duo in agro, vnus assumeretur, & alter relinquetur: & duo in lecto, vnus assumeretur, & alter relinquetur: & duo molentes in mola, vnus assumeretur, & alter relinquetur. Per illos qui sunt in agro, significantur rectores, sicut & per Noe: Per illos qui sunt in lecto, cōtinētes sicut & per Daniel: Per eos vero qui sunt in mola coniugati sicut & per Iob. Prima pars hastiliū erat quasi calami aurei. post erant cyphi, inde spherulæ aureę, tādē lilia. Calami sunt sancti qui in humidis diuini fontis nutriti sunt, & sunt cōcaui ad recipiendū & ad transfundendum liquorē gratiæ alijs: ipsi sunt etiā cyphi dum alijs propinant quod biberunt, sapientiam. s. & scientiā dei: inde spherulæ. i. rotundi, & perfecti, & volubiles cōtra aduersa & prospera, per quos nihil detineat, donec veniāt ad lilia æternę iocunditas qui non habēt timoris angulū, nec elationis supercilium. Super his ponebantur septē lucernę. i. septē dona sancti spiritus quę in Christo plenissime māferunt, & fidelibus secundū voluntatē eius distributa sunt. Mēsa ad hostiū diuina scriptura est, quę permanet, quęq; intratibus proponit. Quę dū æterna gaudia, & quō ad ipsa perueniatur, ostēdit, cibū vitę suggerit. In ea panes mūdi erāt. i. duodecim aposto

Augu. in lib. qua. s. Exodi

A li & eorum vicarij qui thus orationis deo offerūt: quorū si quis moritur, statim loco ei⁹ alius substituendus est, sed in septima ætate oēs auferentur. Secundum post velū est ecclesia cælestis quę velatur quādiu hic viuimus. Thuribulū Christus igne charitatis plenus interpellās semper pro nobis. Arca. Chrūs in quo oēs thesauri sapientię & sciētię ex omni parte aurea, quia in cogitatione, & sermone, & opere eius nō nisi pura veritas. Longitudo perseueratiōe doctrinę quę per cubitū vnū, & operatiōis quę per cubitū alterū designatur, ad cuius perfectionē humanus intellectus imperfectus est quod signat dimidiū. Latitudo perfectio charitatis, altitudo perfectio spei, ad quā nos dimidij. i. imperfecti sumus quatuor anuli. Quatuor euāgelistę perfecti, per quos Chrūs portat̄ per quatuor mundi partes, quibus semper adherēt vctes aurei. i. prędicatores sapientiā fulgentes semper parati contra hostes. In arca vna habēs manna. i. aīa Chri cōtinens plenā sapientiā qua reficiuntur & angeli. Virga sacerdotalem potestati Christi significat. Tabulæ. quod ipse est dator legis. Propiciatorium Christus qui propiciatur nobis. Duo cherubin oēs ordines cæli qui in eo cōsistunt, qui inuicē dilectione cōnexi sunt: qui etiā sapiētes, tamen eū abumbrant quātum in se est. In primo aut tabernaculo quotidie introibant sacerdotes sacrificiū intus cōsummantes, quia in præsenti ecclesia quotidie debent se offerre fideles carnē suā cū vitijs & cōcupiscētijs mortificātes. In secūdo aut introibat summus pontifex cū sanguine semel in anno, benignitatis effuso sanguine in remissionē peccatorū: in interiora cæli introiuit ianuā paradisi ante clausam fidelibus patulā faciēs. His decursis insiste litere. Tabernaculū enim. Ostendit quā necessarius erat Christus, cū per oīa illa legalia nullus introiret in cælū. q. d. prius test. habebat sanctū seculare. & vere quia tabernaculū primū & secundū. Factum est enim primum tabernaculū. i. sanctū quod extrinsecus erat, quod intus habuit altare incensū ante fores sub diuo altare holocaustorū quod dicitur tabernaculū, qui ad tempus durauit quod fuit factū in figura huius seculi. i. ecclesię præsenti, in qua quotidie ministrāt sacerdotes accēdentes lumen doctrine, & pascentes populū pane dei qui super mēsam est sacrę scripturę, a sabbato spei, vsq; ad sabbatū spei, in quo erāt Candelabra & mēsa, & propōitio panum quod dicitur sancta, pro veneratione illius tēporis, & maxime quia significabat præsentiē ecclesiā in qua sunt candelabra. i. Christus & eius fideles: luce virtutis & sapientię fulgentes, & mēsa sacrę scripturę cui studio inhērent duodecim apostoli eorūq; vicarij, vel candelabra sunt dona sancti spiritus quę in ecclesia lucent. Panis super mēsam. i. verbū sacrę scripturę pręsto est sabbato spei, vbi in Christo a turbine seculi tuti sumus vsq; ad sabbatum plene quietis vbi spes implebitur.

Hierony.

Augu. in lib. qua. s. Exodi

C Post velamentum autem secundum tabernaculum quod dicitur sancta sancto rum aureum habēs thuribulum, & arcam testamenti circūtectam ex omni parte auro, in qua vna aurea habens manna, & virga Aaron quę fronderat, & tabulæ testamenti, super quę erant cherubin glorię abumbrantia propiciatorium de quibus non est modo dicendum per singula. His vero ita compositis, in priori quidem tabernaculo semper introibant sacerdotes sacrificiorum officia consummantes, in secundo autem semel in anno solus pontifex non sine sanguine quem offerret pro sua & populi ignorantia: hoc significāte spiritu sancto, nondum pro palatam esse sanctorum viam adhuc priore tabernaculo habente statum.

Post velamentum autem erat secundum tabernaculum, quia velo interposito diuiditur primum a secundo. Tabernaculū vero secundū significat cælum, intra quod Christus sacerdos noster intrauit nō sine sanguine. vel tabernaculū quod foris erat significauit vetus testamentū, & est figura figurę, quia figura est veteris testamenti. Tabernaculū vero quod intus erat significabat nouū testamentū, & erat figura veritatis, quia noui testamenti. Hanc autē allegoriā non prosequimur secundū seriem literę, sed precedentem. Quod dicitur sancta sanctorū, pro maiori veneratione illius tēporis. vel quia significat cælestē ecclesiā. Habens thuribulū aureum, quo significatur Christus igne charitatis plenus, in quo offeruntur orationes sanctorū. Et arcā testamenti. i. quę cōtinēbat testamētū. Circūtectā auro ex oī parte. i. in circuitu. nō extra tantū, sed etiā in

rus, quæ significat Christum, in cuius cogitatione, & sermone, & opere, non nisi pura veritas fuit. In qua, arca erat Vrna aurea. f. gomor Habes manna, in memoriâ antiqui beneficii: qua figurat anima Christi plena habes sapientiâ qua reficiunt & angeli. Et virga Aaron quæ fronderat, per quâ significat sacerdotalis patris Christi, Et tabulæ testamētī, in quibus lex scripta fuit, quibus significatur quod Christus dator legis est. Vel per arcâ ipsa caro Christi intelligitur in qua mâna est diuinitatis, & tabulæ duorum testamētōrū, quorū Christus author est, & virga pro sacerdotio. Vrna est populus in quo est Christus, panis qui de cælo descendit. Solus enim populus pane cæli pascitur, qui in Christo cōtinetur. Super quod eâ, arcâ erat Cherubin gloriæ. i. gloriose decorata. f. duo angeli gloriosi & decori. Obumbrâta, alis connexis. Propiciatoriū. i. tabulâ quæ super arcâ erat duo cherubin angelos cæli significat, qui charitate cōnexi sunt & sciētia pleni. Cherubin enim interpretat plenitudo sciētie. Propiciatoriū super arcâ Christus est, quia ipsi Christo specialiter a deo patre datū est, vt esset propiciatio pro peccatis nostris. Pōt & aliter hoc intelligi. Magnū etenim hic sacramētum est, aurū quippe significat sapientiâ arca significat secretū dei. In arca iussa sunt poni lex, & mâna, & Aaron. In lege, præcepta sunt: in virga: patris significatur, in mâna gratia, quia non nisi cū gratia potestas est faciendi præcepta. Verū quia lex a quouis proficiēte non ex oī parte impletur, desuper est propiciatoriū. Ad hoc enim opus ē vt deus sit propicius, & ideo superponitur, quia superexultat misericordiâ iudicio. Duo cherubin propiciatoriū pēnis obumbrât. i. velâdo honorant, quoniâ mysteria ista sunt, & inuicē se attēdunt, quia cōsonât, Hęc enim sunt duo testamēta, quia cherubin in tēpore ple. sci. quâ cōtinent duo testamēta que obumbrant propiciatoriū, quia misericordiâ dei in qua spes, vel conciliant, vel cōmēdant. Vel per duo cherubin quæ interpretatione multitudinem sciētie habent, rationalis creatura significatur. f. angelica. Ideo duo sunt vt societate charitatis cōmēdēt, ideo pēnis propiciatoriū obumbrât, quia deo non sibi tribuūt pēnas. i. deū honorant virtutibus quibus præstant, & vultus eorū non sunt nisi in propiciatoriū, quia non est eis spes, nisi in dei misericordiâ. De quibus. q. d. vet. testamētū habuit ea que numerata sunt, & huiusmodi alia. De quibus. f. his, & hmōi Non est modo dicēdum per singula, quia pauciora sufficiunt ad executionē nostrę demonstrationis. His vero. q. d. de illis non est dicēdū per singula: sed hoc dicēdum est quod sequitur. His, tabernaculis. Ita, cōpositis, In priori quidē tabernaculo, quod minus erat. i. minoris venerationis, & significabat præsentē ecclesiâ, semper quotidie Introibāt sacerdotes cōsummâtes sacrificiorū officia. f. intus incēsum ponētes, & extra sacrificia, Ecce quod supra dixit sanctū seculare. f. secularia sacrificia que non ducunt ad perfectionē. In secūdo autē, tabernaculo Semel in anno solus pōtifex, introibat: Nō sine sanguine, sepe quidē sine sanguine introibat, sed cū sanguine non nisi semel. Iste ex parte significat Christū, qui semel ingressus est in cælum, quē non mox sequimur: quod singulis annis intrabat, significabat nodum venisse perfectionē. Nō sine sanguine dico, Quē offerret pro sua & populi ignorātia, Christus aut pro populo obtulit, pro se vero non nisi in mēbris suis. Vnde ipse ait. Verba delictorū meorū. i. delictorū sui corporis. Delicta enim nra sua dicit, quia ea suscepit, non ad habendū, sed ad delēdū. Attēde quod ait, In priori tabernaculo sepe introibāt sacerdotes, quia hic quotidie debēt se fideles sacrificare. A liter enim ad cælestē patriâ non poterūt peruenire, Pontifex qui semel in anno cū sanguine introibat, Christus est, qui anno benignitatis semel in cælū intravit per sanguinē suū quē pro peccatis hoīm fudit. Hoc significāte. q. d. illa prædicta fiebat i veteri testamēto. Hoc significāte, in istis, Spiritu sancto, qui ita fieri instituit. f. Viam sanctorū, secūdorū, Nōdum. f. donec Christus venit, Esse propalatâ. i. nondū licere, ad cælestia introire quousq; Christus venit, post cuius aduentum & cælū adhuc inaccessible est mortalib; secūdū corporis cōditionem. Ante vero etiâ secūdū aīas, sed patiēter expectāda est resurrectio, in qua etiâ corporib; per Christū patebit i cælū accessus. Vel, Nōdū esse propalatâ viâ sanctorū, secūdorū. i. Christū, vel spiritualē intelligentiâ. Via enim sanctorū Christus est, qui ducit in cælum: vel spūalis intelligentiâ per quâ ascenditur in interiora cæli. Adhuc. q. d. hoc significabat spūsanctus. Priore tabernaculo adhuc habente statū. i. carnalibus obseruatijs adhuc itatum habētibus, quod aut hęc de sacrificiis consummandis, vel in primo, vel in secundo tabernaculo secundum significationem dicta sunt aperit, subdens.

Ambrosius

Augu. super Exodum.

Augustinus

Ambro.

Quæ parabola ē tēporis instātis, iuxta quâ munera & hostiæ offeruntur, quæ non possunt iuxta conscientia perfectū facere seruiētē, solūmodo in cibis, & in potibus, & in variis baptisimatibus, & iustitiis carnis, vsq; ad tēpus correctionis impositis. Christus autē assistēs pontifex futurorū bonorū perāplius & perfectius tabernaculū non manufactū. i. non huius creationis, neq; per sanguinē hircorum aut vitulorū, sed per propriū sanguinē introiuit semel i sancta, æterna redēptione inuenta. Si enim sanguis hircorū & taurorū, & cinis vitulæ aspersus inquinatos sanctificat ad emūdatiōē carnis, quanto magis sanguis Christi qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum deo, emundauit conscientiam nostram ab operibus mortis ad seruiendum deo viuēti.

Quæ est parabola, id est mystica similitudo Instantis tēporis, id est tēporis gratiæ quod nunc est, iuxta, quam, parabola. Munera & hostiæ offeruntur, a sacerdotibus figuratiuis. Distingue inter hostias & munera. hostiæ sunt de animalibus, munera de alijs, scilicet de thure, de simila, de panibus, & hæc iuxta parabolā offeruntur, quia & hæc aliquid designant in instanti tempore. Quæ. f. munera & hostiæ non possunt facere Seruientem, deo Perfectum, id est plene mundatum. & hoc iuxta conscientiam, id est inconscientiā intus, & si ad visus hominum extra. Vel, iuxta conscientia id est teste conscientia. Seruiētē deo, dico, Solūmodo in cibis & in potibus, discernēdis. Et variis baptisimatibus. i. ablutionibus. Et in alijs iustitiis carnis, non spiritus. His omnibus, dico, Impositis, quasi in onus ad refrenandas transgressiones, vsque ad tēpus correctionis. i. vsque ad tempus gratiæ quo melius corrigendi erant, qui vsque huc sub pædagogo fuerunt, & ideo non poterant illa perfectum facere. Non tamen eo tempore debebant cessare. Christus autem de sufficientia vnus & veri sacrificii non testamenti plene hic tractat, per quod & remissionem peccatorum, quam in verbis Hieremiæ supra tetigit, præstari dicit, & salutem. q. d. hæc prædicta legalia non possunt facere perfectum, sed Christus assistens pontifex, patri, ad interpellandū pro nobis: vel fidelibus ad auxiliandū dator. Bonorum, non præsentium, vel carnalium sed Futurorum, id est præsentis iustitiæ, & æternæ beatitudinis, quæ tempore legis futura erant. Christus, inquam, Introiuit tabernaculum, id est cælum. nomine nempe significantis, id est tabernaculi, designat significatum, id est cælum. Perāplius, quia plures capit quam illud terrenum. Et perfectius, quia ibi est æterna beatitudo. Tabernaculum non manufactum, non dico non factum operatione dei, sed hominis, vnde exponendo subditur, Id est non huius creationis, cuius fuit illud in eremo, id est humanę, sicut fuit illud vetus quod fixit homo, sed longe aliter a deo factum est. Introiuit, dico, Neque per sanguinem taurorum, hircorum, aut vitulorū, effusum, vt in veteri testamento fiebat, Sed per proprium sanguinem introiuit in sancta. i. in cæleste tabernaculum. f. in sancta sanctorum. i. cælestia. Introiuit, dico, Semel per sanguinē, dico solum Semel, quia non est opus iterari, quia perfectum est, Vel ita, vt per tabernaculum accipiatur Christi caro quam pro nobis obtulit, in qua & diabolū expugnauit. Est enim Christus rex & sacerdos, rex pugnavit pro nobis sacerdos obtulit se pro nobis, quando pro nobis pugnavit quasi victus est, imo vero tunc vicit, crucifixus est enim, & de cruce in qua erat fixus, diabolus occidit, & inde rex noster. Sacerdos autē quid pro nobis obtulit: nihil mundum inuenit in hominibus quod offerret, pro eis se ipsum obtulit. Ecce munda, & scilicet, & vera victima. Carnem vero de vtero virginis accepit vt mundam offerret pro immundis. Hanc vocat tabernaculum, dicens, Christus pontifex, dator Futurorum bonorū introiuit semel in sancta, neque per sanguinē taurorum hircorum aut vitulorum, sed per proprium sanguinem. Ipse, dico, Perfectus tabernaculum & perāplius non manufactum, id est non huius carnis, id est per carnē quæ plura bona confert & perficit, quæ & sine semine viri concepta est et formata. Assistens, ad interpellandū. Dico quod introiuit in sancta per proprium sanguinem: per hoc inuenta, a nobis, vel a Christo nobis æterna redēptione, quia redempti sunt æterni, quæ redēptio non potuit inueniri in illis legalib; sacrificiis. Si. n. quod per Christū potuerit eē redēptio, a minori probat, quia per illa legalia fiebat mūdatio corpora

Augu. super Exodum.



Augustinus

Augustinus

Aug. in lib. quas. Num.

August. in Exodum.

lis. q. d. vere per Christū pōt esse redēptio. Enim. i. quia. Sāgūis hircorū & taurorū, & cinis vitulę aspersus, qui significat memoriā passiōis Christi, Inquinatos, cōtactu mortuorū, Sāctificat. i. a peccato mūdāt. i. a poena. Vñ subdit, Valēs ad emūdationē non aīā, sed Carnis, quia a pena legis liberat. Oīs. n. aīā hoīs qui mortuū tetigerat, imūda erat septē dieb⁹, purificabat autē die tertio & die septimo, & mūd⁹ erat. & hic nihil aliud itelligēdū video eē iquinationē, nisi cōtactu mortui hoīs. Vel, Sāctificat iquinatos. s. a corporali macula leprę Valēs ad emūdationē carnis. i. vt caro emūdāta sit propter legis prāceptū, sed i Chro ē perfectio. Vñ subdit, Quāto magis. q. d. Etū, hoc est Quāto magis sanguis Chri qui obtulit deo semetipsum imaculatū, ali⁹ sanguis nō ē imaculat⁹. Obtulit, dico, Per spūm sc̄tūm, oīa ei dictātē. Vel imaculatū, dico, Per spūm sc̄tūm, de quo cōcept⁹ & imūnis a peccato fuit. Emūdabit, nō carnē tātū, sed etiā interiorē Conscientiā nostrā ab operibus mortuis. i. a peccatis, quę qui tangit confentiēdo inquinatur, sicut qui tangebāt mortuum coinquinabatur, nec intrat iste in cęlū, sicut nec ille in tēplū emūdabit a peccatis. Dico, Ad seruiēdū: deinceps per iustitiā Deo viuenti? q. d. multo magis. Et nota quod duo efficit sanguis Christi a peccato. s. mūdāt, & restituta libertate facit seruire deo qui dat viuere, qui est vita ex se vitūes: ne mo ergo potest ei seruire qui mortua opera habet, vel facit. hoc merito Christi⁹ pręstat in cui⁹ figura illa legalia pręcesserūt. Hirc⁹. n. significat Christū propter similitudinē carnis peccati, & taurus qui a duorū testamētōrū cornib⁹ vētilat inimicos. De iuueca autē rufa cui⁹ cinerē ad aquā aspersiōis eorūq; mūdationē qui mortuū tetigerūt proficere lex mādauit, nō est tacēdū Euidētissimū. n. in ea signū noui testamēti pręfiguratur. De hac legit in libro Numeri dominus dixisse Moysū, Loquere filiis Israel, & accipiant a te iuuecā rufam sine vitio, quę nec habet in se vitium, & nō est imposītū super eā iugū, & dabis eā ad Eleazar sacerdotē, & eiciēt eā extra castra in locū mūdū, & occidēt eā in conspectu eius, & accipiet Eleazar sanguinem eius, & asperget contra faciē testimonii septies, & cremabunt in cōspectu eius, & ei⁹ pellis cū carne, & sanguis cū stercore eius cōburetur, & accipiet sacerdos lignū cedrinū, & hyssopū, & coccinū, & mittet in mediū cōbustiōis iuuecę, & congregabit hō mūdus cinerē iuuecę, & ponet extra castra i locū mūdū, & erit filijs Israel, & Profelitis legitimū sempiternū ex isto cinere fiebat aqua aspersiōis, vñ mundabantur a cōtactu mortuorū, Ait. n. Omnis. n. aīā hoīs qui tetigerit mortuū, imūda erit septē dieb⁹. hic purificabitur die tertio & septimo, & mūdus erit, si vero nō purificatus fuit, non erit mundus. Omnis qui tetigerit mortuū & mortuus fuerit non purificatus, tabernaculū domini polluit, & exercetur anima illa ex Israel. Item ait, Et accipiens hyssopū tinget in aqua vir mundus, & asperget super domum, & super vasa, & super animas. Vitula rufa, ē caro Christi infirma. Fœmineus enim sexus positus est propter infirmitatem carnalem. Rufa est, quia passione caro Christi cruentata est. Hanc accipiunt a Moyse qui est figura legis, quia secundum legem sibi visū sunt occidere Christum, qui secundum ipsos sabbatum soluebat, & obseruationes legitimas prophanabat. Sine vitio ē iuuenca, quia imūnis a peccato caro Christi. Ad confirmationem autem repetit, dicens, quæ non habet in se vitium, vel ad determinationem, scilicet quod & si in alijs qui sunt membra eius habeat vitium, in se tamen non habet, & non est positū super eam iugū, quia non est subiugata iniquitati, imo ei subiugatos inueniens liberauit, & eorum vincula dirupit, & potestatem ponendi animam, & iterum sumendi habuit. Non ad Aaron, sed ad Eleazar data dicitur, quia non ad tēpus quod tunc erat, sed ad posteros illius sacerdotii domini passio erat proventura. Eiecta est extra castra, sic & dominus extra ciuitatem eiectus est, & eiecta est in locum mundum, quia dominus non habuit causam malam. Occisa est in conspectu Eleazar, sic occisa est caro Christi in conspectu eorum qui futuri in nouo testamento domini sacerdotes. Eius sanguinem aspersit contra faciē testimonii septies, quia Christus secundum scripturas fudit sanguinē in remissionem peccatorū: ideo contra faciē testimonii, quia non a liter declaratum est: quā fuerat diuino testimonio prænunciatum, ideo septies, quia ipse numerus ad munditiā pertinet spiritualē. Extra castra iussa est cremari, puto, quia continuatio signum est resurrectionis. Natura. n. ignis vt in superna moueat, & in eū cōterit quod cremat, & ipū verbū cremare de Gręco i Latinū ductū, secūdū Gręcū a suspēsiōe dicit. In cōspe

A

B

C

ctu Eleazar cremata dicit, quia illis apparuit resurrectio Christi, qui futuri erant regā le sacerdotiū. Pellis eius cū carne & sang. cōst. combusta dicuntur, quia nō solū subitātia mortalis corporis Christi, quæ pelle, carnib⁹, & sanguine intimata est, sed etiā cōtūmelia & abiectio plebis, quæ nomine stercoreis significatur conuersa est in gloriā, quā combustionis flāma significat. In mediū cōbustiōis mittit sacerdos lignū cedrinum hyssopū, & coccinū. Lignum cedrinū est spes quæ in supernis firmiter habitat: hyssop⁹ fides, quæ cū sit humilis radicibus heret in petra. Coccinū est charitas quia feruorē spiritus igneo colore testatur. Hæc tria debent mitti in mediū combustionis. i. in resurrectionē Christi, vt cū illo abscondita sit vita vestra, Cinis autē. i. reliquię combustionis & interfectionis fama est quæ secura est post passionē, & resurrectionē Christi. Hunc cinerem hō mundus cōgregabat, & in locū mundum extra castra reponēbat, quia hæc fama apud eos maxime claruit, qui non erant de cōsortio Iudæorū, & erant mundi ab interfectione Christi, & extra celebrationē Iudaicę cōsuetudinis. Ex isto cinere fiebat aqua aspersiōis per quā significatur baptismus qua mūdabantur homines a cōtactu mortuorū, quia ab iniquitate huius moribundę vel morticinę vitę per baptismū Christi mundamur. Illa aqua tam profelita quā Iudęi mūdabantur, quia baptismus Iudæis & Gentibus prodest. Hyssopo quæ fidē significat aqua illa aspergebatur, quia fide mundantur corda, & sine fide non prodest baptismus. A viro mundo hoc fiebat quia vere mundi debent esse ministri ecclesię, qui personam domini portant.

Et ideo noui testamēti mediator est, vt morte intercedente in redemptionem earum prauaricationum quæ erant sub priori testamento repromissionem accipiant qui vocati sunt æternæ hereditatis. Vbi enim testamētū, mors necesse est intercedat testatoris. Testamētum enim in mortuis confirmatū. Alioquin nondum valet, dum viuit qui testatus est. Vnde nec primū quidem sine sanguine dēdicatum est. Lecto enim omni mandato legis a Moyse vniuerso populo, accipiēs sanguinem vitulorum & hircorum cum aqua, & lana coccinea & hyssopo, ipsū quoq; librum, & omnem populū asperit dicens, Hic sanguis testamēti, quod mandauit ad vos deus. Etiam tabernaculum, & omnia vasa ministerii, sanguine similiter asperit. Et omnia pene i sanguine secundum legem mundantur, & sine sanguinis effusione non fit remissio.

Et ideo, quasi obtulit Christus semetipsum, Et mediator est. i. medius inter deū & homines dator est, No. test. q. d. pontifex nobis est & dator nouę legis, sine qua nec scire mus quæ deus vellet nos operari, nec quæ speraremus. Noui testa. dator est dico, Ideo vt qui a deo, Vocati sunt. i. ab æterno electi, Accipiant repromissionē æternæ hereditatis. i. hereditatē æternā frequenter promissam. & hoc, Morte Christi, sine qua lex nō iuuaret, Intercedente. i. interueniente inter dispositionē & cōpletionem quæ mors erat necessaria. In redemptionē, non mō Gentiliū, sed etiam earū, Præuaricationum quę erāt sub priori test. i. quas faciebat lex non soluebat. tātū utiq; fuit peccatū nostrū vt saluari non possemus vbi vnigenitus dei pro nobis moreretur debitoribus mortis: sed sic dignos nos fecit testamēti & promissę hereditatis, & ita testū factū firmū sicut sublequēter ostēditur. Ecce patens inter testamēta diuersitas. Inter vetus enim test. & nouū quibus non solū sacramenta sunt diuersa sed & promissa, distinctio est passio Christi i cuius morte cōstat non terrena sed æterna promitti. In morte enī vnigeniti necesse est magna asperari. Vbi enim dixit quod Chrius est dator no. test. morte intercedēte, nunc quod per confirmationē eiusdē oportuerit eū mori, probat cōsuetudinē humanę legis: Poterāt enī infirmi ex eo q̄ Chrius mortuus est nō credere promissioēs, & ideo hoc probat humana cōsuetudine. q. d. recte dixi morte intercedēte, quia Vbicunq; est testamētū, necesse est vt mors, Testatoris intercedat. i. interueniat ante cōfirmationē. & vere, Testamētū enim semper confirmatū est in mortuis, per mortē testatoris, sic & nouū test. i. promissio æternæ vitę & doctrina euāgelica. Vtrūq; enī nouū test. dicitur, Christi morte confirmatū est. Sicut ergo test. morte testatoris confirmatur, sic & tempus in assertionē corū quę testabatur se daturū voluit mori, nequis de eis dubitaret, nec aliter poterat nobis esse vita. morte etiā euāgelium in nobis confirmat, vt quia pro nobis

Aug. in lib. de sacrificio vesperino.



**V**mbra enim habens lex futurorū bonorum, non ipsam imaginem rerum, per singulos annos, eisdem ipsis hostiis quas offerunt indefinenter, nunquā potest accedentes perfectos facere. Alioquin cessassent offerri, ideo quod nullam haberent vltra conscientiam peccati cultores semel mundati. Sed in ipsis commemoratio peccatorum per singulos annos fit. Impossibile enim est sanguine taurorum & hircorum auferri peccata. Ideo ingrediens mundum dicit. Hostiam & oblationem noluit corpus autem aptasti mihi. Holocaustomata & pro peccato non tibi placuerunt.

Chryloto.

Vmbra enim. Probauit quod semel mortuus est Christus, sed quare vel semel, quia lex non poterat perfectos facere ideo agnus sine macula erat offerendus, quod dicitur oblatum est Christus ad exhaurienda peccata, & ita opus erat, quia Lex habet vmbra futurorū bonorū. i. extraneā similitudinē eorū bonorū quę futura erant, Non ipsam imaginē rerū quę melius exprimit rem quam vmbra. i. non ipsam veritatē, vt in pictura vsquequo ponat quis colores, vmbra quaedam est. subtractio enim vmbra quaedam non imago, cū vero flores ipsos colorū quis imposuerit, tunc imago efficitur. Lex ergo vmbra habens non imaginem Nunquā potest facere perfectos virtutibus, & beatos pontifices accedentes, Per singulos annos, in sancta sanctorū, Cū iisdē hostijs, quas lex precipit Quas offerunt indefinenter. i. licet indefinenter offerret & semper faceret. Alioquin id est si perfecti fierent. Cessassent, illa hostię, Offerri. ideo utiq;. Quod cultores semel. i. perfecte vna hostia mundati, Nullam conscientiam peccati, sed illis semper oblati semper habent. Vna autē hostia Christi perfectos facit, etiam si milies peccant, non indigent alia quia sufficit ad omnia & omnem conscientiam a peccato lauat, quod non vetus. Si enim hoc faceret vetus non esset opus iterari. Sicut medicamentū cū fuerit forte, & salutis efficac, & valens cunctā valitudinē replere semel positū totū operatur, si vero semper apponitur manifestū iudiciū est non contulisse, sic, quia illis sacrificijs nemo curabatur frequenter offerebantur, quia enim prima hostia nil valebat ideo et secundo offerebatur, quę quia nil proficiebat offerebatur & alia. erat enim hostiarū frequentatio non culpā consumptio. Sed potius in ipsis, hostijs, Per singulos annos, oblati, Fit commemoratio peccatorum, quia pro eis offeruntur, & ita constat habere peccatū offerentes illas hostias in quibus Est commemoratio peccatorū, non absolutio infirmitatis, accusatio non virtutis ostensio. propter infirmitatem ergo ostendendā & vt memoria peccatorū fieret, ipe rauit deus illa semper offerri. Quid ergo nos? Nonne per singulos dies offerimus? offerimus quidem. Ceterū & si nos cotidie offeramus ad recordationē mortis eius faciamus, & vna hęc hostia est non multā, quia semel tantum oblata est. Hoc autē sacrificiū exemplū est illius, in idipsum semper offerimus, nec a multis hominibus multi Christi offeruntur, sed vnus vbiq; est Christus, & hic plenus existens, & illic plenus. vbiq; vnū est corpus quod offertur, ita & vnum sacrificiū non multa pontifex noster hostiam mundatē, nos obtulit: ipsam nos offerimus, & nunc & tūc oblata nunquā consumi potest. quod nos agimus, recordatio sacrificii est. nec causa suę infirmitatis repetitur, quia perficit hominē sed nostrā, quia cotidie peccam. In legalib; ergo hostiis erat commemoratio non abolitio. hic autē peccatorū deletio & virtutis consummatio, & infirmitatis nostrę ostensio, & celebratur duabus de causis. s. & pro nostra infirmitate, vt dictū ē, & vt maior Chri dilectio nostris ifigat mētib; cū recolim; quāta pro nobis gessit. Impossibile ē. q. d. i. ipsis commemoram; nos eē i pctō Nā impossibile sanguine taurorū & hircorū auferri, peccata. Ideo & c. q. d. quia Chri hostia sufficit, & vetus test. perfectū non facit. Ideo, ad confirmandum nos, Deus ingrediens mundum. i. homo factus per quod visibilis in mundo apparuit, Dicit, verbis vel rebus loquens patri sic, o pater, Hostiam, de animalib;, Et oblationem, de aliis, Noluit, a tēpore passionis. Corpus autē. quod prae omnibus sacrificijs est. Aptasti mihi. i. aptū & idoneū corpus mihi dedisti, quia sine peccato, & passibile & mortale quod valeat offerri in redēptionē omnium. Ablata ergo sunt signa quia exhibita est veritas tūc cū tēp; fuit, vt illa auferretur, & veritas veniret, nec vnquam in odorib; illis delectat; est

Chryloto.  
Ambro.

**A** dominus nisi in fide & desiderio offerētis, praecepit tamen hęc sibi offerri potius quam offerretur idolis, iposuitq; in ceruitatē nec in iustificationē. & vt figura esset futuri, de quorū reprobatione adhuc addit, dicēs, Holocaustomata, quę aliis sacrificijs digniora videbantur quę tota comburebantur, Et pro peccato, fiebant. quędā enim non pro peccato fiebant. Illa in quā quę ceteris erant digniora, Non tibi placuerunt, ex quo veritas venit. A tempore enim passionis in qua consummatio omnium hostiarū cœperunt illa displicere: ante nunquā ea destruxit, sed illis subdit; fuit, dū in tēplo cū hostis fuit presentatus. In figuris illis veritas pręnunciabatur. celebrabāt figuras futurę rei, multi scientes, sed plures ignorantes: quę cessate debebant re exhibita. vnde subdit,

Hierony.  
Augustinus  
in psal. xxx.

**T**unc dixi, Ecce venio, In capite libri scriptum est de me, vt faciā deus voluntatem tuam. Superius dicēs, quia hostias & oblationes & holocaustomata & pro peccato noluit, nec placita sunt tibi quę secundum legem offeruntur, tūc dixi, Ecce venio, vt faciā deus voluntatē tuā: aufert primū vt sequens statuat. In qua voluntate sanctificati sumus, per oblationem corporis Iesu Christi semel. Et omnis quidem sacerdos pręsto est quotidie ministrans, & eandem sæpe offerēs hostias quę non possunt auferre peccata. Hic autē vnam pro peccatis offerens hostiam in sempiternum sedet in dextera dei, de cetero expectans donec ponantur inimici eius scabellum pedum eius. Vna enim oblatione consummauit in sempiternum sanctificatos. Contestatur autem nos & spiritus sanctus. Postquā enī dixit, hoc autem testamentum quod testabor ab illos, post dies illos dicit dominus, dabo leges meas in cordibus eorum, & in mentib; eorum super scribam eas & peccatorum & iniquitatum eorum iam non recordabor amplius.

**T**unc. s. quado vidi omnia illa tibi displicere tibi, & corpus idoneū ad hoc mihi datū, Dixi ecce, sine aliqua retardatione venio ad me offerēdū ipse offerēs, ipse oblatio ē cuius rei sacramentū cotidianū voluit esse ecclesię sacrificiū: huius veri sacrificii multiplicia variaq; signa erant sacrificia prisca. Per illa multa sacrificia hoc vnum significabatur, quasi multis verbis vna res diceretur vt sine fastidio multū cōmēdaretur, huic summo veroc; sacrificio cuncta sacrificia cesserūt, vt in ipso sacerdote ac sacrificio fieret peccatorū remissio. i. per hominem Christū Vñ ait, Venio, ad me offerēdū, Vt faciā, & compleam, Voluntatem tuam. s. vt quod lex non potuit per me cōpleatū: quia tu es deus meus, inquantū homo sum. ideo venio ad implendam voluntatē tuam. Quia ita scriptum est. i. pręfinitum, De me in capite libri, id est consilio deitatis quę est meum caput, qui sum liber humani generis in quo legāt omnia sibi necessaria, & ideo non est opus lege. Vel scriptū est in ca. li. i. in primo psal. Beatus vir qui caput psalterii dī. Superius dicēs, quid sentiat de illa scriptura Apostolus aperit hic quasi dicat non solū notat veteres hostias hęc autoritas non fecisse perfectos, sed solā ostiā Christi etiā abolitionē vet. test. & constitutionem noui, si diligenter notātur verba, quia superi; propheta, Dicens oblationes & holocausta, & pro peccato iam Noluit, & si prius, Nec placita sunt, tibi, Quę tamen offerentur secundum legem, hoc dicit ne viderentur ideo displicere, quia non secundū legē offerentur. hęc in quam dicens addit, Tunc dixi, Ecce venio vt faciā deus voluntatem tuam. & hęc dicens, Aufert, primū sacrificiū & cū eo vetus test. quod per Moysē datū est, vt statuat quasi stabile, Sequēs. i. nouū sacrificiū, & cū eo no. test. i. euangeliū. In qua voluntate. i. in sui oblatione secundū voluntatē dei facta, Sanctificati sum; i. peccatorum purgatione facta reconciliati deo. s. Per oblationē corporis Iesu Christi, semel factam, & ideo hoc statuto primū cadit quia hoc non potuit pręstare. Et omnis. Amplius exponit virtutē huius hostiæ & ne videretur sanguis per pontifices semel in anno oblatum min; profuisse, Et sacrificia cotidie, facta per sacerdotes perfectos facere, hoc addit. q. d. Potifex per singulos annos offerēs non peruenit ad consummatōnē: sicut etiam Omnis quidē sacerdos, legis, pręsto est vt spōtane; Cotidie ministrās, oratiōes & munera multa, & eadē hostias de animalibus, Sæpe offerēs, quia non integre mundant. Vnde subdit, Quę nunquā. i. nullo tēpore quantūcūq; fiat, Possunt auferre peccata, a conscientia. Nota quod ministrare est fa



molorum, sedere est dominorum. ideo illos famulos ostendit apostolus, Chrūm vero dñm quem subsequenter dicit sedere. subdens, Hic aut. s. Christus, cuius hostia sufficiens est. Pro peccatis, omnium offerens, Vnam hostiā, quæ saluare potest peracta obedientia, Sedet. i. quiescit & regnat, In sempiternum in dextera dei. i. in potioribus bonis. non enim iterum laborare, & iterum offerre eget, Bene ergo potest consummare qui sic meruit exaltari. Sedet dico, De cætero. i. de eo quod restat. s. de gloria bonorum & pœna malorum, Expectans, non ita ut aliquid pro sua vel suorū imperfectione patiat, sed sine sui passione differt & tolerat, Donec ponantur inimici eius scabellum pedum eius. i. plene subiciant & appareant, subiecti ei, hoc & nō potest facere, sed patitur vsq; ad cōe iudiciū, nisi inimici vere scabellū eius erunt, quia & si nō repugnāt ei, & non videantur subijci tunc omnibus apparebunt ei subiecti cuius imperio suberunt pœnis. Vna. n. ideo vnā tantū obtulit hostiam, Quia vna oblatio est, & a peccato sanctificauit electos: Et sanctificatos, in omnibus virtutibus, Consummat. & hoc, In sempiternū. s. quandiu durabit hoc seculum. Contestatur autem. q. d. Non solum ego hoc affirmo, Sed etiam sanctus spiritus contestatur nobis. i. verba nostra confirmat de sanctificatione. Postquam. n. q. d. Vere testatur, vera enim quæ promittit, & non nisi iusta præcipit. i. no. test. postquā dixit spūs san. in Hieremia. Hoc aut est test. no. s. quod testabor ad illos, post dies mihi prænūciatos, Dicit dñs, addidit, Dādo. q. d. postquā illud dixit. s. q. nō valet ad probationē nostrā, adiecit hæc alia quæ corroborāt vtrūq; quod diximus. s. Dando leges meas, quod pertinet ad sanctificationē, & ita per. autoritatē. Hieremiæ, cōfirmat vtrūq; quod dixerat. literam sic prosequere, testabor dico. Dādo leges meas, non sicut patribus dedi in tabulis lapideis, sed in cordibus id est intellectibus illorum, Et in mentibus. i. in voluntatibus, Eorū superscribā eos. s. præcepta mea non dicit scribam, sed superscribā, quia leges ille super vires hoīs sunt in quarū. s. cōpletionē nullus sufficeret nisi ope gratiæ. Ecce in his dī quod cōsummat virtutibus, deinde subdit se sanctificatione dicens, Et peccatorum, quæ in se, Et iniquitatum eorū, quæ contra proximum sunt. Iā. i. post tempus gratiæ, Non recordabor, ad æternā pœnam Amplius. s. nec in futuro. Ecce hic dī quod sanctificat. Vel ita distingue literam eadē manente sententia. Postquā dixit hoc est test. quod te. ad il. post di. il. dicit do. Testabor dico, Dabo leges meas in cordibus eorū, & in mentibus eorū superscribā eas, subintulit Et peccatorum & iniquitatum eorum iam non recordabor am. & ideo iam nō est necessaria hostia. quod aperit subdens.

Vbi autem horum remissio, iam non est oblatio pro peccato. Habētes itaque fratres fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Christi, quā inuiau nobis viā nouam & viuētem per velamē. i. carnē suā, & sacerdotem magnū super domū dei, accedamus cū vero corde in plenitudine fidei aspersi corda a consciētia mala, & abluti corpus aqua munda, teneamus spei nostræ confessionē indeclinabilem. Fidelis. n. est qui re promissit. Et consideremus inuicem in prouocationē charitatis & bonorum operum, non deserentes collectionem nostrā, sicut consuetudinis est quibusdam, sed consolantes, & tanto magis, quanto videritis appropinquātem diē. Volūtarie enim peccantibus nobis, post acceptā notitiam veritatis, iā nō relinquitur pro peccatis hostia, terribilis aut quædā expectatio iudicii, & ignis æmulatio, quæ consumpra est aduersarios. Irritam quis faciens legem Moyſi sine vlla miseratione duobus vel tribus testibus moritur, quāto magis putatis de terriora mereri supplicia, qui filiū dei cōculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, & spiritui gratiæ cōtumeliā fecerit: Scimus enim qui dixit, Mihi vindictam, & ego retribuam. Et iterum, Quia iudicabit dominus populum suum. Horrēdum est incidere in manus dei viuētis. Rememoramini aut pristinos dies, in quibus illuminati, magnum certamen sustinistis passionum, & in altero quidem opprobriis & tribulationibus spectaculum facti, in altera autem focii taliter conuersantium effecti.

vbi autē. Hic ostēdit quod non solū ex hac autoritate videri potest, quod Iesus sanctificat & cōsummat, sed etiā quod oblatio iā post tēpus gratiæ nō est faciēda pro peccato, quia facta ē remissio. q. d. Ecce hic dicitur remissio peccatorū facta. Vbi aut horū iā remissio nō est faciēda. Oblatio pro peccato. i. cessat oblatio legalis. Habētes itaq; finito grandi sermone de pōtifice magno eiusq; noua lege & sacrificio, quæ veterib; prætulit, subditur moralis instructio, in qua eos hortatur ad multa sed maxime ad fidē, patiētā, pacē, mūditiā, & fraternitatis charitatē, & infert ex oībus superiorib; q. d. quia vna hostia cōsumat, & quia nobis est. s. or. m. & quia ostēsa est tāta distātia, quod illa minora hæc maiora sunt: itaq; O fratres, habemus, Fidutiā in introitū sanctorū in sanguinē Christi. i. certi sumus quod intrabimus in sancta sanctorū cælestia per sanguinē Christi, Quā viam. i. quē introitū, Nuntiauit, Nobis Christus, qui prius ascendit, & per hoc certi sumus de nobis. Viā, dico, Nonā. quia null; ante illū intravit, Et viuētē. i. permanētē, peruiā, quia postea nulli fidelū clausa fuit, & illā viā aperuit, & per viā conseruauit. Per velamen. i. per carnē suā quæ dicitur velamē, quia ipsa caro velabat, & celabat deitatē. Vel ideo dicitur velamē, quia sub velamine fidei sumitur a fidelibus. q. d. per hoc permanet via illa peruia, quia sumunt fideles, vt viati cū carnē Christi velatā omni sēsui. Videtur enī panis, & tamen vere est caro Christi quod fit vt augetur fidei meritū, quia nō habet fides meritū cui humana ratio. i. humana sēsus prębet experimentū. Per velamē ergo. i. carnē quæ velata sumitur, permanet via peruia, & per hoc quod ille sacerdos sepe interpellat pro nobis, Vñ subdit, Et per sacerdotē, scilicet Christū præ omnibus, Magnū super domū. i. populū Dei, & hanc, Habētes, fidutiā, Accedamus. Vel ita, Et sacerdotē magnū. q. d. Habemus hanc fidutiā, & hanc habentes, & habentes sacerdotē magnū super do. dei. s. qui semper viuit ad interpellandū pro nobis, Accedamus, ad introitū sanctorum, Cū vero corde. i. cū vero intellectu & nō simulo. & si hoc nō potest esse, saltē accedamus in plenitudine fidei. i. in plena fide. Quia nihil horū iā est visibile, nec sacerdos nec hostia, quod & debemus, & possumus, quia sumus Aspersi corda. i. spiritali asperſione habemus corda mūdāta, A consciētia mala. i. a consciētia prauitatis. Illi vero corpora tātū hnt abluta, Et abluti sumus corpus aqua mūda. i. peccatū corporale. s. originale, quod per carnis cōcupiscētiā trahitur ablutū est aqua baptismi, per hoc ostēditur quod nō fides sola, sed bona vita cū virtutibus queritur. inde hortatur ad ea quæ cōueniūt fidei, subdens Teneamus. q. d. & quicquid occurrerit, Teneam; indeclinabile, vt nō ad terrena declinemus, Cōfessionē spei nostræ, quæ est de æternis. i. teneamus cōfessionē, & spē quæ est causa eius, quæ spes nō ē vacua nō cōfundit. Fidelis enim est. i. verax in promissis de; qui repromissit ea quæ speramus: & sicut deus fidelis est in promissis: ita nos sibi vult fideles esse in promissis nostris. Teneamus dico, Et cōsideremus, inuicē. alter. s. alterū nō vt inuideat & insidietur, sed In prouocatione charitatis, quæ in animo ē. Et bonorū operū. s. vt alter alterius exēplo prouocetur ad dilectionē, & bene operandū. Et est sensus, Fidē & cōfessionē habeamus quantum ad nos, & cōsideremus inuicē. s. perfecti minores eos hortādo & minores perfectos imitādo eos. Cōsideremus nos inuicē dico, Nō deserētes, tēpore persecutionis, collectionē nostrā. i. collectos in fide nobiscū, sicut est Cōsuetudinis quibusdā vestrū, qui vel timore persecutionis cedūt, vel propria præſumptione a peccatoribus vel imperfectis, vt iusti videantur recedūt. Culpat ergo seindētes vnitātē charitatis, quāsi inter alios nō possent habitare causa sctitatis suæ qui potius suo exēplo debuerunt cōsolari alios. Vnde subdit, sed potius Cōsolātes eos consolatur laborantē qui pariter in labore consistit, quia subleuatio laboris est visio collaborātis, vt in itinere sit: & tāto magis cōsolemur, Quāto, magis, Videritis, diem retributionis per passionē, Appropinquātē. q. d. quo propiores estis fini & præmio retributionis, aut tāto magis instate, ne quis culpa vestra, desit. Volūtarie enī. q. d. charitas vtiq; tenēda est, & a malis cessandū, Volūtarie enī peccātibus nobis, id est nobis in volūtate peccādi manētibus: Nō relinquitur hostia, pro peccatis, id ē nō prodest Christus qui est hostia pro peccatis. nō relinquitur dico iā. s. in hoc præſerti per quod cōstat quod nec in futuro. nō relinquitur iā dico, Post acceptā notitiam veritatis. i. postquā venissemus ad fidē per quā quidā securi sunt, quasi nūquā perituri sint. Et attēde quod

D

A

B

E

C

Chrysoſtōm

Ambrosius

non ait volētibz peccare, Sed volūtariē peccantibus, quia volūtarius est qui in aliquo  
 affidus est, volens qui ad tempus. per hoc ergo significat perseuerantes vsq; in finem  
 Vel ita, Iā non relinquitur hostia pro peccatis. i. nō iterū immolabitur Christus qui ē  
 hostia pro peccatis. i. nō relinquitur loc⁹ secūda hostiē, sicut in veteri lege datū est sēpi⁹  
 offerri hostias pro peccato: Nō enim Christus iterū immolandus est pro peccato quod  
 semel factum est, & secundo nō est opus, sed magis opus est manere in fide & veritate  
 quod si non facis, iudicium damnationis te expectat, nisi per penitentiā renouaris. &  
 ideo subdit, Terribilis autem. Sed sciēdū quod hic quidā exurgunt horū verborū occa  
 sione pōnitentiā auferentes, quasi per pōnitentiā nō valet peccator post lapsū sur  
 gere secūdo & tertio, & deinceps. Verū in hoc pōnitentiā nō excludit, nec propitiatio  
 nē quā fit per pōnitentiā Nō enī inimicus est ita salutis nostrē, sed secūdo excludit  
 baptisimū. nō enī dicit, nō est vltra pōnitentiā vel remissio, sed hostia. i. eruz secūda  
 quā vna suffecit, volēs ne vltra hoc expectemus sed pōniteamus. Terribilis autē. q. d.  
 non relinquitur h. pro pec. sed relinquitur quādam terribilis Expectatio iudicii, hęc  
 pōna interim est. Et ignis æmulatio. i. infestatio. i. ignis infestans, Quā consūptura  
 est aduersarios Chri, quod probat per minus. nā quis, Faciēs irritā. i. preuaricās legē  
 Moyū, Duob⁹ vel tribus testib⁹ cōiūct⁹, Sine vlla miseratiōe moritur, morte quā lex  
 precipit. Quid ergo illi facient contra quos perhibebūt angeli testimoniū & sancti &  
 propria consciētia? q. d. multo grauius puniētur. Vnde subdit, Quāto, ergo magis, Il  
 lum putatis deteriora mereri supplicia qui filiū dei cōculcauerit. i. vilipēderit si nō suf  
 ficere credat ad salutem, sed animalia, Et sanguinē Christi, cōfirmatorē no. test. Pol  
 lutum duxerit. i. peccatū purgare nō valēt. In quo tamen sanctificatus est. i. remissio  
 nē accepit, & ita cōtra eū grauius peccat. Pollutū enim sanguinem Christi ducit, qui  
 per carnales obseruātiās credit peccata dimitti, a quibus retrahit nos sanguis Chri: ita  
 pollutus est, & nos pollut, si ab eo vnde est remissio nos retrahit. & spūi grā. i. spūi  
 scō gratis dato, vel qui dat gratiā, Cōtumeliā facit spūi cōtumeliā facit, qui remissio  
 nē quā ipse spūs facit ascribit carnalib⁹ obseruātiis, vel qui eū male vidēdo a se abiicit  
 Vel conculcat ille Christum, qui libere peccat absq; timore & pōnitentiā, & qui eo  
 indigne participat, sanguinem pollutum ducit, si ab eo mūdatus ad vomitū redit &  
 pōnitere negligit. Spiritui est iniurius qui eius beneficium grate nō suscipit. Scimus  
 enim, quasi dicat, Vere talis puniētur, Scimus enim illū, id est quā verus & potens est  
 ille, Qui dicit mihi, seruate, Vindictam, iniuriarū vestrarum, & ego Reddam. Si alie  
 nas vindicat iniurias, Et suas, iterum scriptura dicit quia dominus iudicabit purgando  
 separādo a malis, Populum suum, quanto magis puniet inimicos, Horrendum, quasi  
 dicat, Dominus puniet inimicos & non leniter, Et ideo horrendū est incidere in ma  
 nus Dei, id est, Incidit ille qui non prouidet, sed subito deprehenditur. Dei dico, Viuē  
 tis, scilicet qui sēper est efficax & potēs facere quod vult. Remēoramini, sicut optimi  
 medicorū cū alios fecuerūt, & per incisionē doloris augmentū fecerint solatiū mitiori  
 bus medicaminibus afferunt & remedium: illi loco vbi dolor inest & perturbatam re  
 fouent animam: sic Apostolus facit post quam concussit animas eorum & terruit, re  
 fouet eos per laudem priorum, scilicet rememorando priora eorum bona, vt facilius  
 excitet ad cætera, quasi dicat, vt autem non insidatis in manus dei, Rememoramini  
 pristinos dies. q. d. diu est quod credidistis, & ideo magis assueti estis, In quibus, dieb⁹  
 vos, Illuīati, fide pro qua venit tribulatio, Sustinuitis magnū certamē passionū, Pas  
 siones enim quasi cōtra eos certabāt vt patientiā & fidē extorquerent. Si autē rudes sus  
 tinuerūt, turpe est si mō deficiūt. passiones autē erāt eis, tū ex propriis, tū ex dolorib⁹  
 aliorum quibus compatiēbantur. vnde subdit. Et in altero, quasi dicat, sustinui  
 stis magnū certamē & ita magnū certamē, Et. i. quia, in altero quidē. i. in altera parte  
 certaminis, scilicet In opprobriis & tribulationibus propriis, vos ipsi patientes. facti  
 estis, Spectaculum omnibus, quod grauissimum est. Graue enim est opprobriū, sed gra  
 uius est cū spectaculū oībus sit, & nō secreto exprobratur, In altero autē. i. in altera  
 parte certaminis, scilicet in dolore quē habetis pro aliis, estis effecti Socii taliter con  
 uersantiū. i. assidue patientiū, quo exēplo pati debetis, id est cōpassi estis Apostolis &  
 aliis hmōi. Et ē sensus, Certamē passiois sustinetis, & in propriis passioib⁹ & in cōpassi

tionibus aliorum, & hęc sunt duę partes certantium contra vos passionum, & vere fo  
 A cificati estis, Nam & vinctis compassi estis, & rapinam bonorum vestrorum cum gaudio  
 suscepistis, cognoscentes vos habere meliorem & manentem substantiam. Noli  
 te itaque amittere confidentiā vestram, quā magna habet remunerationem. Pa  
 tientia enim vobis necessaria est, vt voluntatem dei facientes reportetis promif  
 sione. Adhuc enim modicum aliquantulūque qui vterus est veniet, & nō tarda  
 bit iustus autem meus ex fide viuit. Quod si subtraxerit se, non placebit animæ  
 meæ. Nos autem non sumus subtractionis filii in perditionem, sed fidei in acqui  
 sitionem animæ.  
 Nam & vinctis, qui nō poterant sibi necessaria quærere, Cōpassi estis, subministra  
 do necessaria, pro qua causa vestrīs vobis ablatīs cōpassi estis. Et hoc est quod subdit,  
 Et rapinam bonorum vestrorū suscepistis. q. d. donū dei. & hoc. Cū gaudio, quia spera  
 stis meliora. i. æterna. vnde subdit, vos dico, Cognoscentes, vos habere meliorem, Et  
 manentem substantiam. i. vitam æternam. Nolite. q. d. quia sic passi estis & cōfisi de  
 substantiā meliōri & manente. Nolite dico, Amittete, per impatiētiā, Confidentiā  
 vestram, quā non mō in futuro habebit sed etiam iam, Habet, dum sperat, Magnam  
 remunerationem, & ideo nō est leuis eius amissio. Ad hoc autē vt nō amittatis hoc vnū  
 vobis opus est. i. patientiā. Patientiā. n. nobis est necessaria. hic ostendit quō iam non  
 amittatur, confidentiā. i. si patientiā habeatur. In patientiā. n. (inquit) dñs. po. a. v. Ideo  
 ait, Patientiā nobis necessaria est, ideo vt per eam Voluntatem Dei facientes repōte  
 B tis in futuro, qui hic seminatis, Promissionem, id est vitam promissam. Adhuc enim:  
 q. d. tenenda est patientiā, nam nec longa est, tribulatio vero vehemens, & hoc est q  
 ait, Adhuc enim modicum, i. paruo tempore, Et aliquantulum. i. non vehementer pa  
 tiendum est & mox, Qui venturus, quādoq; Veniet, retributor, & nō tar. quia in mar  
 tyribus post mortem statim gloria datur in quibus nihil purgandum est per quod dif  
 ferantur a gloria. Iustus autem. Hic dicit quod per solam fidē si patiēdi necessitas nō  
 ingruat salus datur ad quod confirmandum iducit verba dei loquētis per prophetam  
 Abacuc. q. d. non solum ille qui patitur sed etiam qui solam fidem habet si nō immi  
 net passio saluabitur quia ita dicit dominus per prophetā, Iustus mē. i. apud me est ali  
 quis, Ex fide, per hoc, Viuit. i. viuet in futuro vita æterna quā meret fide. Hoc quātū va  
 let fides quæ sola saluat, & quod ex fide viuat per contrarium ostendit, quia si subtra  
 hit se a fide nō viuit. Vnde subdit, Quod si se subtraxerit. Vel ita, Iustus autem. q. d. Ve  
 niet dominus & non tardabit. interim autem dicit dominus, Iustus meus. i. qui per me  
 est iustus, non per carnales obseruātiās, Venit ex fide nō per speciēm, & ideo hęc ne  
 quærat coronam sed ferat laborem. Quod si. q. d. Vere ex fide est vita, quia acquisitio  
 est animæ, & vere, Quod, id est quia Si subtraxerit se, aliquis, Nō placebit animæ meę  
 id est voluntati dei. Nos autem. q. d. ille qui subtrahit se a fide viuet. Nos autem non  
 sumus filii subtractionis in perditionē, id est apostasię, per quam perditur animā, quia  
 nondum prorsus apostatauerant, sed fide geniti erant. Vnde subdit, Sed sumus filij fi  
 C dei, quæ valet, In acquisitionem, & ideo nunc non debent se subtrahere a fide. vel, Nō  
 sumus filii subtracti. in per. id est paganorum infidelium qui perdedi sunt, Sed fidei in  
 acquisitionem animæ, id est filii prophetarum fidelium quorum fides est in acquisitione  
 ne animæ.

CAPVT XI.



St autem fides sperandarum substantia rerum, argumentum non ap  
 parentium.

Est autē fides, quia de fide cœpit agere eius dignitatē & vsum ipsius fidei assignatio  
 ne & plurima exemplorū luce ostendit, & est hic laus & cōmendatio fidei cuius descri  
 ptionē ponit in qua tria notat. i. quid efficiat in nobis, & quod fundamentum est om  
 nium bonorum, & quod de non apparētibus est de qua in epistola ad Romanos plene  
 12



dixeramus, & ideo hoc breuiter perstringam. q. d. Iustus ex f. uiuit. Est autē fides substantia rerum sperandarū. i. causa quæ res sperandas faciet quādoq; subsistere in nobis. quod est dicere, faciet nos consequi futura bona. & proprie dicitur fides substantia quia sperandis substāt, & facit ea esse in credēte in alia uita. & quia fundamentū ē omnium bonorum quod nemo mutare potest sine quo non est bona ædificatio. Vel fides est substantia rerum sperandarū. i. speranda iam etiam in hac uita facit esse in corde credētis. per eā enim futura bona quāsi iam sunt in nobis, quia facit subsistere in anima nostra ea quæ non uidentur de quibus proprie fides est. De uisibilibus enim non est fides sed agnitio. hæc est laus fidei, si quod creditur non uideatur. Nam & Thomas cui dictum est, quia uidisti credidisti: non hoc credidit quod uidit, sed aliud uidit & aliud credidit. Vidit enim hominē credidit deum. cernebat quippe & tangebāt carnem uiuentem quam uiderat morientem, & credebat deū ipsa carne latentem. Credebat ergo mente quod non uidebat, per hoc quod sensibus corporis apparebat. Si autem dicuntur credi quæ uidentur, sicut dicit vnusquisq; oculis suis credidisse, non ipsa est quæ in nobis ædificatur fides, sed extrinsecus quæ uidentur agitur in nobis, ut ea credantur quæ non uidentur. Et est argumentum vel coniunctio non apparentium, id est præmonstratio & certitudo, & probatio rerum quæ non apparent, quia si quis de eis dubitat per fidem probatur, ut adhuc probatur futura resurrectio, quia ita crediderunt patriarchæ, apostoli, & alij sancti, probatio ergo rerum quæ nondum sunt fides est, quia si quis consideret Abraham & alios quid merito fidei acceperunt, idē de se potest credere & sperare.

In hac enim testimoniū consecuti sunt senes. Fide intelligimus aptata esse secula uerbo dei, ut ex inuisibilibus uisibilia fierent. Fide plurimam hostiam Abel quam Cain obtulit deo, per quam testimoniū consecutus est esse iustus: testimoniū per habente muneribus eius deo; & per illam defunctus adhuc loquitur.

In hac enim q. d. Vera fides est causa rerum sperandarum, quia est causa iustitiae per quam sunt speranda. & hoc est quod ait. In hac enim. i. propter hanc fidē. Senes. i. a antiqui patres. Sunt consecuti, a deo uel ab hominibus. Testimoniū, iustitiae, quia propter fidem deus testatus est esse iustos. Senes dicit non quia senes essent ætate, sed quia antecessores horum, & sic constat fidem non esse nouā cū antiqui tenuerūt eā. Fide intelligimus. Exempla ueritatis ad commendationem, & ad ostendendū quod nō de apparentibus sit fides. q. d. Fides est argumentum non apparentium. i. credere debemus quæ nō apparent. Sicut fide tantum intelligimus secula esse aptata. i. sapienter disposita. Uerbo dei. i. præcepto dei, ita utiq; ut Ex inuisibilibus. i. ex informibus elementis, uisibilia formata fierent. Ante enim quā deus rerum omnium formas locis, & sedibus suis ordinata distinctione disponderet, tenebræ erant, & erant inuisibilia elementa, sed in eorum separatione nata est lux. Prima ergo materia facta est cōfusa & informis, uñ omnia fierent quæ distincta & formata sunt quā credo a Græcis chaos appellari: & ideo recte deus creditur omnia de nihilo fecisse, quia etiam si omnia formata de ista materia facta sunt, hæc ipsa tamen materia de nihilo facta est quā Moyses significauit dicens. In principio fecit deus celum & terrā &c. Informem enim materiā & confusam quæ chaos dicta est, unde omnia facta sunt nominibus cæli & ter. quæ inde futura erāt significauit. i. nominibus uisibilium rerum propter infirmitatem paruulorum qui min⁹ idonei sunt inuisibilia apprehendere, & tunc erant tenebræ, id est lucis absentia. Non enim tenebræ aliquid sunt, sed ipsa lucis absentia, sicut silentium non aliqua res est, sicut in corpore ubi tegumentum non est, nuditas dicitur, sicut & inanis nō ē aliquid sed locus ubi corpus non est, inanis dicitur. Hæc eadem informis materia etiā terra inuisibilis & incomposita appellata est, terra ideo quia inter omnia elementa mundi terra minus speciosa est quam cætera, inuisibilis autem, propter obscuritatem: eadem materia informis etiam aqua dicta super quam ferebatur spiritus domini, sicut superferretur fabricandis rebus uoluntas artificis. Ideo uero aqua dicta illa materia, quia omnia quæ in terra nascuntur siue animalia siue arbores uel hærbe & similia ab humore incipiunt formari atque nutriri. Eadem etiam materia dicta est abyssus quia confusa erat & commixta specie carēs. Hæc ergo omnia cælum & terra: terra inuisibilis & incom-

Chryso.

Chryso.

Augus. contra Manic.

posita & abyssus cū tenebris & aqua super quā ferebatur spūs, illa informis materia uocata est, ut res ignota notis uocabulis infirmaretur imperitoribus & non uo. Nam si in uo, hoc esse putaretur quod consueuerant hoies in illo uocabulo intelligere. Sub his ergo omnibus nominibus significata est materia illa inuisa, & informis, quæ nulla specie cerni atq; tractari poterat de qua deus condidit mūdū quem significat. Apostolus dicens, uisibilia ipsa uero informem naturā significat dicens, Ex inuisibilibus, uel per inuisibilia significatur mundus inuisibilis qui erat in dei sapientia, ad cuius similitudinem factus est hic uisibilis mundus. hæc utiq; uisibilia antequā fierent nō erant. Quo modo ergo deo nota erant quæ non erant? Et rursus quomodo ea faceret quæ sibi nota non erant? Non enim quicquam fecit ignorans. Nota ergo fecit, non facta cognouit. Proinde antequā fierent & erant & nō erāt. Erant in dei scientia, non erant in sua natura. Ipsi autē deo non audeo dicere alio modo innotuisse cū ea fecisset quā illo quo ea noterat ut faceret, apud quē non est transmissio. nec uis. ideo ait, ut Ex inuisibilibus. i. ex intelligibili mundo qui erat in sapientia dei, hæc est dei dispositio qua disposuit omnia, uisibilia, ista fierent. i. iuxta inuisibile exemplar quod erat in mente dei, fieret hæc. Fidem plurimā, uel plurimā, quia patres antiqui per fidem sunt consecuti testimoniū iustitiæ ostendit, ponens aliud exemplum ad commendationem fidei. q. d. senes per fidem consecuti sunt testimoniū iustitiæ sicut apparet in hoc, Abel fide. i. per fidem inuisibilium, obtulit deo hostiam plurimā. i. acceptabiliore & pluris precij quā Cain. uel Abel obtulit deo hostiam plurimā fide. i. per plurimam fidem quam Cain, quia Abel per fidē iustus erat. Unde subdit, Per quā, fidem meruit, esse iustus, & huius rei consecutus est testimoniū. Unde etiam ipse Iesus ait, A sanguine Abel iusti &c. Consecutus est dico deo, etiam perhibente testimoniū muneribus eius, quia ea recepit. i. approbavit quod apparuit cū ea cælesti igne consumpsit, & per illam, fidem, defunctus loquitur adhuc. i. materia est nobis loquendi, ut de eius fide exemplum demus. Non enim mors extinxit famam fidei tanta fuit fides quod eam mors non extinxit. Ex fide & patientia præcedentium patrum consolatur istas, ideo dicit quod Abel adhuc loquitur, quia alios suo exemplo admonet, ut iusti sint. interemit eum quidem mos, sed non cum eo interemit eius gloriam & memoriam.

Fide Enoch translatus est, ne uideret mortem, & nō inueniebatur, quia transfuit illum dominus. Ante translationem enim, testimoniū habuit placuisse deo. Sine fide autem impossibile est placere deo. Credere enim oportet accedere ad deum, quia est, & inquirentibus se remunerator sit. Fide Noe responso accepto de his quæ adhuc non uidebantur, metuens aptauit arcam in salutē domus suæ, per quam damnauit mundum, & iustitiæ quæ per fidem est, hæres ē institutus. Fide qui uocatur Abraham obediuit in locum exire, quem accepturus erat in hæreditatem, & exiit nesciens quo iret, Fide demoratus est in terra re promissionis tanquam in aliena, in casulis habitando cum Isaac & Iacob cohæredibus re promissionis eiusdem. Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatē: cuius artifex & conditor deus. Fide & ipsa Sara sterilis. uirtutem in conceptione feminis accepit etiam præter tempus ætatis, quoniam fidelem credidit esse eum qui re promiserat. Propter quod & ab uo orti sunt, & hoc emortuo, tanquam sidera cæli in multitudinem, & sicut arena quæ est ad oram maris innumerabilis.

Fide, hic ponit aliud exemplū ad commendationē fidei dicens, Fide. i. fidei merito, Enoch translatus est in paradysum, unde eiectus est Adā, Ne uideret, non dico ne sentiret, sed ne etiam quasi de longe uideret in alijs, Mortem & nō inueniebatur, usquā hoc dicit ne putaretur esse in aliqua parte mundi ideo nō inueniebatur, quia Transiit illum deus, qui ab oim aspectu poterat eum abscondere. Ante &c. q. d. Vere per fidē translatus est, quia per fidē iustus fuit, & uere quia per fidē placuit deo. & hoc est quod ait, Ante translationem enim habuit testimoniū. i. iusti testabantur eū, Placuisse deo & uere per fidem placuit deo, Sine fide enim impossibile, est aliquē placere deo, a deo

Augus. super Gene sima



est fides necessaria quod sine ea quisquam non placet Deo. & vere sine fide aliquis non potest placere, quia nec potest accedere. Credere enim oportet, quælibet. Accedentem ad deum, hoc. s. oportet credere. Quia, deus vnus Est, esse proprie deo continet quia immutabiliter est, Et, quod remunerator sit inquirentibus se. Quid ergo ei lex? Et notandum quod sine hac fide nemo vnquam potuit saluari. Hæc tamen fides non sufficit ad salutem. Fide. Aliud exemplum ponit de Noe ad commendationem fidei dicens, Noe responso accepto, a deo. De his quæ adhuc non videbantur, metuens aperuit arcam in salutem domus suæ, & hoc, Fide id est per fidem: quia credidit deo dicenti, Finis est omnis carnis, & si nulla signa videret diluuii. A deo enim credebatur quod non videbat, quod metuens fabricauit arcam. per Quam. s. fidem vel arcam, Damnauit. i. damnabile ostendit, Mundum, quia dum videret eam fabricari, non credidit. Et, ipse Noe, Est institutus heres iustitiæ, quæ per fidem est. i. fuit iustus ex fide sicut patres sui, nisi enim iustus esset hoc ei dominus non præcepisset. Fide & c. Hic ad patres Indeorum descendit, ostendens in eis, & in prioribus omnem iustitiam ex fide habuisse originem, & ponit exemplum de Abraham dicens ita, fide. i. per fidem ille, Qui vocatur, nunc, Abraham, cum prius vocaretur Abram, Obediuit exire in locum, quem accepturus erat in hereditate & exiit nesciens quò iret. A deo credebatur deo cui obediuit dicenti, Exi de terra & de cognatione & c. Hoc autem iam fecerat. Hoc enim dictum ei iam egresso de terra Chaldæorum, & iam constituto in Mesopotamia. Non autem dominus ait, vt corpus eijceret a terra sua, sed vt animum euelleret ne velit reuerti. Non enim exierat in animo, si redeundi tenebatur desiderio: quod desiderium deo iubente ac iuuante & illo obediente fuerant amputandum. Fide, melioris terræ, i. vitæ æternæ, Demoratus est, Abraham, In terra promissionis, & in ea quanquam sibi promissa erat, Tanquam in aliena, & in casulis. vnde subdit demoratus est dico in casulis habitando cum Isaac & Iacob coheredibus eiusdem, Re promissionis. i. sicut Isaac & Iacob habitauerunt ibi. Non enim eodem tempore cohabitauerunt. Expectabat enim. q. d. cur ita habitauit ibi Abraham, quia Expectabat ciuitatem, cælestem habentem, Fundamenta quia stabilis est, & firma. Cuius, ciuitatis, Artifex & conditor deus est. Fide. i. per fidem, & ipsa Sara sterilis, in propria persona non in vicaria, Accepit virtutem. i. fecunditatem, In conceptione feminis, etiã cum esset præter Tempus ætatis. s. cum esset sterilis & in senio, hac vtiq; fide. Quoniã credidit eum esse fidelem qui repromiserat, prius quidem risit, & si ex gaudio non tamen plena fide, sed post verbis angeli in fide solidata est: riserat autem Abraham quando ei promissus est, sed risus ille admirationis fuit & gaudij non dubitationis, Propter quod. s. quia fideliter credidit deum, Orti sunt ab vno, vtero Saræ. vel, Ab vno, patre Abraham. & hoc. s. vtero vel Abraham, Emortuo, emortuum dicit ad opus concipiendi Saræ vterum quantum ad virum seniosem. Vel ipsum Abraham ad opus generandi emortuum dicit quantum ad seniosem foeminam. Ambo enim seniores erant, sed illa etiã sterilis erat, & cruore menstrui iam destituta: propter quod iam parere non posset, etiã si sterilis non fuisset. Senior enim foemina etiam si adhuc fluat illi solita mulierum de seniore parere non potest, de iuueno potest. Senior vero gignere potest, sed de adolescētula, sicut Abraham post mortem Saræ de Cethura quæ iuuenis erat potuit generare, quia viuam inuenit eius ætate. Ad hoc ergo dicit Abraham fuisse iam corpus emortuum, quia non ex omni foemina cui adhuc esset tempus pariendi generare ipsum in illa ætate adhuc posset. Ad aliquid ergo erat emortuum corpus eius, & non ad omnia. Ab vno inquam tot orti sunt qui sunt Tanquam sidera cæli in multitudine. hoc dicit quantum ad bonos qui luce virtutum & multitudine comparantur sideribus, Et sicut arena innumerabilis quæ est ad oram. i. litus. Maris, hoc dicit quantum ad malos, qui instabilitate & numero comparantur harenæ. Mare, est gentilitas: ora maris, ritus gentilitatis: tibi propinquifacii sunt aliqui Iudæi, non tamen in gentilitate omnino fuerunt.

Iuxta fidem defuncti sunt omnes isti, non acceptis repromissionibus, sed à longe eas aspicientes & salutantes, & confitentes quia peregrini & hospites sunt super terram. Qui enim hoc dicunt, significant se patriam inquirere. Et si quidem ipsi meminissent de qua exierunt, habebant vtiq; tempus reuertendi. Nunc autem meliorem appetunt. i. cælestem. Ideo non confunditur deus, vocari deus, eorum. Para

A uit enim illis ciuitatem. Fide obtulit Abraham Isaac cum tentaretur, & vnigenitum offerebat, in quo susceperat repromissiones, ad quem dictum est, quia in Isaac vocabimur tibi semen, arbitrans quia & a mortuis suscitare potens est deus. Vnde eum & in parabolam accepit. Fide & de futuris benedixit Isaac, Iacob, & Esau.

Iuxta fidem, quasi dicat, Quorundam proposui exempla ad commendationem fidei: & recte vtiq; nam Omnes isti, præter Enoch translatus, Defuncti sunt iuxta fidem. i. adherentes fidei non acceptis, plenarie in hac vita, Repromissionibus. Vel ita, Omnes isti sunt defuncti non acceptis, in terra Repromissionibus, & hoc iuxta fidem illorum. sperabant enim promitti sibi cælestia, non terrena, non acceperunt hic. repromissionibus dico, Sed, potius erant aspicientes eos, A longe, implendas. s. post mortem in aduentu Christi, Et salutantes eas. i. promissionibus applaudentes, licet essent remotæ. Vtitur verbo translato a nauigantibus qui longe prospiciunt desideratas ciuitates, quas antequam ingrediantur salutatione præueniunt, ex metaphora namq; nauigantium dicit, Et salutantes eas. i. gaudentes & desiderantes eas, vt faciunt nauigantes longe visis ciuitatibus, Et, ideo erant Confitentes. i. confitebantur, quia Peregrini & hospites sunt, morantes, Super terram, peregrini sunt qui in aliena patria nihil habent. Hospites qui de patria non sunt. & isti confitebantur se non esse de hoc mundo, neq; aliquid se habere in mundo. ideo confitebantur. Qui enim dicuntur hoc scilicet quia peregrini sunt, & hospites significant se inquirere patriam. i. dant intelligi, quod aliam quærunt patriam quod ipsi significant valebant. & ne putaret quis quod illam quærerent de qua exierant subdit, Et siquidem meminissent illius patriæ de qua exierunt habebant vtiq; tempus reuertendi. Nunc autem, patet per hoc quod nolebant reuerti. Quod meliorem appetunt. i. cælestem patriam, & quia hanc petunt, Ideo non confundunt. i. non erubescit. Deus vocari deus eorum. s. Abraham, Isaac, & Iacob, qui dicitur deus angelorum. In istis honoratur sicut per malos blasphematur, & ideo deus eorum dici voluit tanquam illorum solorum esset deus, qui est deus vniuersæ creaturæ. non frustra vtiq; tantum eis tribuit honorem, sed quia in eis nouit synceram & præcipuam charitatem, & quia in eis tribus patribus consummauit magnum & mirabile sacramentum futuri populi sui. per liberos enim genuerunt & in libertatem, vt Abraham per Saram, Isaac per Rebeccam, Iacob per Lyam & Rachel: & in seruitutem, sicut ab Isaac per Rebeccam genitus est Esau, cui dictum est, seruus eris fratris tui, & per ancillas genuerunt non solum in seruitutem, vt Abraham per Agar Ismaelem, sed etiã in libertatem, vt Iacob, per Balaan genuit Dan, & Neptalim, & per Zelpham Gad, & Aser, Ita & in populo Dei per spirituales & bonos nascuntur boni & liberi, sicut per Paulum illi quibus ipse dicit, Imitatores mei estote sicut & ego Christi: & mali serui, vt per Philippum Simon Magus natus est. & per carnales seruos nascuntur non solum mali in danabilem seruitutem qui eos imitantur: sed etiã in laudabilem libertatem quibus dicitur, quæ dicunt facite, quæ autem faciunt nolite facere. hoc autem sacramentum quisquis in populo dei prudenter agnoscit, vnitatem spiritus & vinculo pacis vsq; in finem quibusdam coherendo quosdam tolerando custodit, Parauit enim. q. d. non frustra appetunt cælum, vel merito non erubescit vocari deus eorum, quia Parauit illis ciuitatem, in qua erunt sui conciuies, Fide, etiã inuisibilium, Obtulit Abraham, non ira sed voluntate, Isaac cum tentaretur, a deo. i. cum deus ostenderet qualis esset ad exemplum aliorum. non enim, tentauit deus Abraham quasi qui fidem eius ignoraret, sed vt ipse Abraham & mundus fidei eius vnitatem & firmitatem cognosceret, & vnigenitum offerebat, Qui susceperat. i. in quo factæ erant, Ei repromissiones ad quem dictum est quia in Isaac vocabitur tibi semen, quasi aliquis quæreret, Quomodo ergo deum veraciter credebant subdit, Arbitrans quia potens est deus & a mortuis suscitare illum, sicut & de nihilo facere. Non trepidauit Abraham credere quando promittebatur: non trepidauit offerre quando exigebatur eius dextra: erigitur ad sacrificium, vt moreretur cuius cor erectum est ad fidem, vt nasceretur. nec fuit religio creditis contraria deuotioni obtemperantis. Promissionem enim pius pater fideliter tenens quæ per hunc oportebat impleri quem deus iubeat occidi, non hæsitauit quod sibi reddi poterat immolatus, qui dari potuit non speratus: non sibi fecit questionem quasi de

contrarijs & sibi aduersantibus verbis dei promittentis filium nasciturum, & postea di-  
centis, occide mihi filium tuum, sed erat in corde eius fides inconcussa & non deficiens  
qua credidit deum, qui dedit, vt ille de senibus nasceretur posse etiam de morte repa-  
rare Vnde. s. quia tantam habuit fidem, Et accepit eum in parabolam. i. non solum in  
re sed etiam in significatione. Intellexit enim Christum significari cuius deitas non mo-  
ritur, sed aries hærens cornibus inter vepres. i. caro Christi laborans inter Iudæos in  
cornibus crucis potuit deo offerri spinis Iudaicis ante coronationem. Fide & de futuris,  
quæ non videbantur habita, Benedixit Isaac, Iacob, & Esau. Isaac enim fidem habuit  
qua credidit, non solum quod benedictus esset melior, sed etiam quod Christianus po-  
pulus supplantaret benedictionem Iudæis.

August.

Fide Iacob moriens singulos filiorum Ioseph benedixit, & adorauit fastigium  
virgæ eius. Fide Ioseph moriens de profectioe filiorum Israel memoratus est, &  
de ossibus suis mandauit. Fide Moyses natus, occultatus est mensibus tribus a pa-  
rentibus suis, eo quod vidissent elegantem infantem, & non timuerunt regis edictum  
Fide Moyses gradus factus, negauit se esse filium filia Pharaonis, magis eligens  
affigi cum populo dei, quam temporalis peccati habere iocunditatem, maiores diui-  
tias æstimans thesauro Aegyptiorum improprium Christi. Aspiciebat enim in  
remunerationem. Fide reliquit Aegyptum, non veritus animositatem regis. In-  
uisibilem enim tanquam videns sustinuit. Fide celebrauit pascha & sanguinis ef-  
fusionem, ne qui vastabat primitiua tangeret eos. Fide transierunt mare rubrum  
tanquam per aridam terram, quod experti Aegyptii deuorati sunt. Fide muri Hie-  
richo cotruerunt circuitu dierum septem. Fide Raab meretrix non periit cum in-  
credulis, excipiens exploratores cum pace.

Item, Iacob moriens fide habita de his quæ non videbantur. Bndixit singulos filio-  
rum Ioseph. s. Ephraim & Manasse, quia singulis cancellatis manibus propriam bene-  
dictionem dedit: & dextera super Effraim posita, læua autem super Manassem minore  
maiori præposuit. Et adorauit fastigium, vel super fastigiū virgæ eius. Quid est quod  
adorauit super cacumen virgæ Ioseph, forte tulerat a filio virgam quando ei idem fi-  
lius iurabat, & dum eam tenet post verba iurantis nondum illa reddita mox adorauit  
deum. Non enim pudebat eum ferre tantisper insigne potestatis filij sui, vbi virga ma-  
gnæ rei futuræ præsignabatur, id est regni Christi futuri in Gentibus. Et est sensus, Et  
adorauit deum. s. erectus & incumbens. Super fastigium. i. cacumen, Virgæ eius. Vel  
mystice sine super, Adorauit fastigium eius. i. Christum per quē in Aegypto dominiū  
& disciplinæ virgam habuit. vel, Adorauit super fastigium virgæ eius. i. super regnum  
Christi, id est pro regno Christi futuro in Gentibus, quem in illo significabatur, ora-  
uit. Item Ioseph moriens fide, habita de futuris, Memoratus est de profectioe filio-  
rum Israel, de Aegypto vbi significabatur fidelium redemptio a peccatis, & fide futuræ  
resurrectionis. De ossibus suis mandauit, adiurans filios Israel, vt asportarent ea in  
terram promissionis & recondent ea in sepulcro patrum suorum, scilicet in spelun-  
ca duplici, in qua sepulti sunt Abraham, Isaac, & Iacob, & cæteri patres, vbi Adam &  
Eua quiescebant, quod ideo voluerunt, quia in ea terra præuiderunt nasciturum Chri-  
stum, vt cum eo resurgerent. Item Moyses, ex quo, Natus est, occultus est a parentibus  
suis mensibus tribus, & hoc, Fide, id est per fidem ipsorum parentum qui credebant deum  
esse futurum aliquid magnum per eum cum esset adeo elegantis formæ. Vnde subdit,  
Eo quod vidissent eum elegantem infantem, quia ab ortu fuit illi infusa magna gra-  
tia venustatis, non natura sed dono dei, Et, propter hoc, Non timuerunt, parentes ei.  
Edictum regis, qui omnes masculos Hebræorum filios necari præceperat. Item Moy-  
ses grandis factus fide, id est per fidem inuisibilem, Negauit se esse filium filia Pha-  
raonis, magis eligens affigi cum populo dei quam habere iocunditatem, carnalem,  
Temporalis, id est tranſitorij peccati, Peccatum enim esse putauit, se lætari in aula re-  
gis, dum fratres sui affigerent, maxime vero fidei est, spernere iocunditatem. Ipsū dico,

A æstimans improprium Christi esse maiores diuitias thesauro Aegyptiorum. i. maius  
æstimauit esse ferre Improprium Christi, quam affluere diuitiis Aegyptiorum, Impro-  
perium Christi dicit, vel illud quod pateretur pro Christo, vel quod significabat in pro-  
pria Christi figura, vel quod Moyses sustinuit a suis fratribus quos liberare volebat, si-  
cut Christus a suis quos redimere venerat. Illi enim dixerunt Christi dæmonium ha-  
bes. Isti Moysi, vis nos interficere, sicut interfecisti Aegyptium: quod tamē patienter  
sustinuit, sicut Christus. Aspiciebat enim, in æternum paciēter sustinētū Remunera-  
tionem, vel remuneratorem, ad quā ibat Fide etiā Moyses reliquit Aegyptum educēs  
filios Israel non veritus animositatem regis. cui contrariū videtur, quod mortuo Ae-  
gyptio discessit inde in terram Madian. sed quod prius fugit in terram Madian, non  
fuit metus sed fides, quia credebat se a deo liberari. noluit ibi manere ne esset causa ia-  
ctantia si in apertum periculum se præcipitaret, & sic deum tentaret, quod diabolicū  
est. Sancti enim quandiu habent quid faciant, non debēt deum tentare sed cedere, vt  
& dominus locū dedit, qui etiam suis præcepit, dicens, Si vos persecuti fuerint in vna  
ciuitate, fugite in aliam, Inuisibilem enim, quasi dicat, ideo non fuit veritus, quia In-  
uisibilem, id est deum quem non videbat, Tanquam videns, id est, ac si videret Susti-  
nuit, & in eo confidit expectans, quod Promiserat, & ideo non. Item Moyses, Fide. i.  
per fidem Celebrauit Pascha, quod causa tranſitus fuit. Hac vtiq; fide, quia sic credidit  
populum saluandum. s. & illos a Pharaone, & nos a diabolo. Et, celebrauit Effusionē  
sanguinis, quo linierunt vtrosque postes, & superliminare domus, Ne angelus percu-  
tires Qui vastaret primitiua vel primogenita. Aegyptiorū tangeret eos, sanguine exter-  
ritus, quod vtiq; factum est in figura liberātorum per sanguinem Christi. Item, Fide.  
i. per fidem qua credebant deo promittenti. Transierunt per mare rubrum tanquam per  
aridam terram, & ne videretur hoc casu factum esse, non fide, vel ne videretur fanta-  
sia fuisse, addit, Quod experti Aegyptii deuorati sunt, sic & per baptismū fideles tran-  
sierunt remissis peccatis, tanquam Aegyptiis cum diabolo principe tenebrarum sub-  
mersis. Fide, etiam quam filii Israel habebant. Muri Hierico corruerunt, completo a  
Leuitis arcam domini portantibus, & æneis tubis clangentibus, Circuitu septem die-  
rum, sicut huius mundi obstacula cadunt ad voces predicantium, dum in hoc tempore  
ecclesia nouatur, vel mouetur Christo duce tanquam Iosue circuiens orbem terrarum  
Item, Raab, licet esset Meretrix non periit cum incredulis. & hoc Fide, id est per fidē  
hanc. s. quia credidit terram a deo Iudæis tradendam, & ideo excepit exploratores eo-  
rum. Vnde subdit, Excipiens exploratores cū pace. Quid ergo vos facere debetis qui  
prophetas & Christum audistis? Vtiq; debetis duo testamenta per apostolos tanquam  
exploratores a Christo missos credendo excipere, & ita cum infidelibus non peribitis.

Chrysoſtō

C Et quid adhuc dicā? Deficiet enim me tēpus enarrantem de Gedeon, Baruch,  
Samplon, Iepte, Dauid, Samuel, & prophetis, qui per fidē vicerūt regna, ope-  
rati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones. Obturauerunt ora leonum, extin-  
xerunt, impetum ignis. Effugarunt aciem gladii, conualuerūt de infirmitate, for-  
tes facti sunt in bello. Castra verterunt exterorum, acceperūt mulieres de resur-  
rectione mortuos suos.

Et quid. q. d. Multa fidei facta dixi, & plura credentium exempla posui. Et quid ad-  
huc dicam? Si volo singula prosequi quæ fide facta sunt. q. d. infinita sunt. Deficiet. n.  
me tempus, epistolæ huius. vel, Tempus, vitæ, Enarrantem de Gedeon, qualiter acce-  
pto signo velleris a domino iuit cōtra Medianitas cum. ccc. viris, expugnauitq; eos no-  
ctū. & De Baruch, de quo in libro Iudicum legitur, quod Iabin rege Canaan affligēte  
filios Israel de Bora prophetissa quæ iudicabat Israel tēpore illo, præcepit Baruch, fi-  
lio Abynoent assumeret decē milia pugnatorū, fecit: & iret cōtra Sifara principē ex-  
ercitus Iabin, qui dixit se ire si ipsa cum eo iret, itaq; & iuit cum ipsa eo Dominus autē  
exterruit exercitum Iabin quem cōgregauerat Sifara ad torrētē Cison. Fugitq; Sifara  
ad tētoria Iabel vxoris Abercinei, vbi cū absconditus dormisset Iabel clauū taberna-  
culi percussit cū malleo defixit in cerebrum eius vsq; ad terrā, & mortuus est. Et ecce

Baruch sequēs Sifarā veniebat, egressaq; Iabel in occursum eius dixit ei. Veni & ostē dā tibi virum quē quæris. Qui cū introisset, vidit Sifarā iacētē mortuū. Humiliauit ergo deus die illo Iabin regem Canaan coram filiis Israel. Et De Sāpōn, qui vt legitur in libro Iudicum afflixit vehemēter Philisteos. Et De Iepte, qui cū iret ad pugnā contra hostes vouit domino, quoniā si triumphū de hostibus daret vel assequerē, rediens quod primo occurreret offerret domino, occurritque ei filia quā immolauit. nec laudatur Iepte quod filiā occidit, sed q̄ per fidē deo iuante hostes superauit. Abrahā vero nō solū nō culpā crudelitatis crimine, verū etiā laudat pietatis nomine quod filium nō scelerate, sed obedienter voluit occidere. & merito queritur, vtrū pro iussu dei sit habendum quod Iepte filiā sibi occurrentem occidit, cū id se vouisset deo immolaturum quod ei redeunti de prēlio victori primitus occurrisset. Nec Sampson aliter excusatur quod ipsum cū ostibus ruina domus oppressit, nisi quia spirit⁹ latēter hoc iussu rat, qui per illum mirabilia faciebat. Et de Dauid, & de Samuel, & de Aliis prophetis qui per fidē deuicerunt regna, & operati sunt iustitiā. i. equum iudiciū. Et si recusabat dicere quæ singulis fecerunt, dicit tamen quæ quidam fide operati sunt. Sapienter historiarum commemorationem vitat, ne sermonē suū protelet, breuiter quādam tangēs nec enim omnino tacuit. nec dicēs molestus effectus est. fugit densitatem, lōgitudinē ne fatigaret auditorem. Et Adepti sunt, fide, Repromissiones, id est ea quæ repromittēbātur, vt victoriā & alia. Promissiones multæ factę sunt, vt Dauid, Abrahā, & alii. Obturerunt, quasi dicat, nō tantum homines vicerunt, sed etiam bestias: quia Obturerunt ora leonum, vt Daniel. pluralem numerum pro singulari, sicut in sequenti, vbi ait, Secti sunt. Solus enim Daniel significatur ora leonum clausisse, & solus Iffias sectus est, sicut & in Psalmo etiam pluralis numerus pro singulari ponitur, vbi dicitur, Astiterunt reges terrę, & principes conuenerunt in vnum. Nam reges dixit pro Herode, & principes pro Pilato. Exinzerunt impetum ignis, vt tres pueri missi a Nabuchodonosor in fornacem ignis. & Effugarunt aciem gladii. i. exercitū accinctū gladio, vt Iosue, Dauid, & alii multi & Cōualuerūt de infirmitate, vt Ezechias, & Iob. & Fortes facti sunt in bello, id est in prēlio, vt Iosue, & Iudas Machabeus, & alii. Et Casra exterorum, id est inimicorum sepe Verterunt, in fugam. Mulieres etiā acceperunt Mortuos suos, venientes De resurrectione id est resuscitatos vt per Heliā, & per Heliseum factum est. Attendendū est quod in veteri testamento sepe patribus in his quę dicta sunt, & aliis huiusmodi temporalis felicitas monstratur exhibita in nouo testamento, non est tempus talium rerum: ante dedit deus talia ad veterem hominem pertinentia vt præter eum non in intelligatur alius largitor etiam terrenę felicitatis quę ad veterē hominē pertinet. In Christo autem nouo homine nouis noua promittit. i. æterna. Vñ & ipse in conspectu inimicorum voluit pati, & irrisus mori tanquā derelictus a deo, vt gratia noui testamenti commendaretur, qua disceremus aliam quærere felicitatem pro æterna contemnere, vsq; ad mortem pertulit persequentes ac sequentes, & quasi victo & oppresso superbo illudentes. quod vero carnem suam resuscitauit, & discipulorum aspectibus & contactibus reddidit, eis que videntibus in cælum ascendit, ipsos edificauit, & quod expectare deberent, & prædicare euidentissima veritate monstrauit. Vnde & Iacobus veteris & noui testamenti diuidens sustentiam, inquit, Iob audistis & finem Christi vidistis. quasi dicat, mala tēporalia patiamini, vt Iob. sed pro hac sustentia non tēporalia bona sperate quæ illi aucta redierunt, sed æterna potius quę in Christo præcellerunt.

Alii autem dissentī sunt non suscipientes redemptionem, vt meliorem inuenirent resurrectionem. Alii vero ludibria & verbera experti insuper: & vincula & carceres, lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladii mortui sunt. Circumierunt in melotis: in pellibus caprinis, egentes, angustati, afflicti, quibus dignus non erat mundus, in solitudinibus errantes, in montibus, & spelūcis, & in cauernis terrę. Et hi omnes testimonio fidei probati non acceperūt repromissionem, deo pro nobis melius aliquid prouidēte, vt non sine nobis consummaretur.

Alii autem. Ecce supradictū est quanta per fidē fecerunt, modo dicit quāta pro fide

August. de ciui. dei.

Chryso.

August. in li. de gra. n. t.

passi sunt, quasi dicat, prædicta per fidem operati sunt. Hæc Autē, pro fide passi sunt. Alii. f. Dissenti sunt, in equuleo, & aliis tormentis non Suscipientes redemptionem. i. euasione[m] præsentem de manu inimicorum, Vt inuenirēt resurrectionem, id est vitā æternam. Meliorem, illa redemptione, id est liberatione. Vel, Inuenirent resurrectionem, tanto Meliorem quanto magis patiebantur. Quanto magis enim quis patitur, tāto gloriosus coronabitur. Alii vero ludibria & verba experti sunt, insuper, & vincula & carceres, per hoc quod dicit Insuper notat hæc in eisdem personis fuisse. Lapidati sunt, vt Hieremias in Aegypto, Ezechiel in Babylone. Secti sunt, vt Iffias. Tentati sunt, promissionibus in occisione gladii. i. gladio facta. Mortui sunt, vt Virias, Iosias. Ecce per hoc patet quod in illis patribus veteris testamenti quāuis rara fuerunt, tamē etiā vsque ad mortem exempla patientiæ a sanguine Abel, vsque ad sanguinem Zachariæ: quorum sanguinem dicit dominus ab eis exigendum qui in patrum suorum a quibus illi occisi sunt iniquitate persisterent. & in nouo testamento. nec defuit, nec deest bonorum fidelium multitudo qui in ista temporali felicitate præpoleant, & in euasione dei bonitatem misericordiamq; experiātur. Deinde adhuc etiam subdit alia antiquorum patientiæ exempla, dicens Circumierunt, multa mūdi loca In melotis. Melota vestis est de pilis camelorum, vel melotus est animal, quod & taxus dicitur, cuius pellis melota dicitur, & est valde hispida. Et In pellibus caprinis, vt Helias, & alii, egentes, necessarii. Angustiati, cura animi. Afflicti, laboribus. Quibus, id est quorum conuersatione. Dignus non est mundus, id est amatores mundi. & ideo ne viles habeantur isti pro tribulationibus. Vel, Quibus dignus non mund⁹ id est adeo viles erant hominibus, quasi dicat, non erāt digni habitare inter eos. In solitudinibus errantes, vt Mathathias, & sequaces eius. & ante eū, Helias & filii prophetarum sub Iffabel. & In montibus, & in speluncis, & in cauernis terrę. Distingue, Speluncę sunt quæ naturales sunt. Cauernę quæ aliquo casu fiunt. Et hi, quasi dicat, tāta per fidem antiqui fideles operati sunt, vel passi pro fide. Et, tamen Hi omnes probati testimonio fidei, id est quod fides de his perhibuit. Non, adhuc Acceperūt repromissionem, id est plenam corporis, & animæ beatitudinem, id est duas stolas etiam singulas Deo aliquid pro nobis melius prouidente, vt Non consummarentur, id est perficerentur. Si ne nobis, id est in communi gaudio omnium, vt maius fieret singulorū. & si. n. singulas acceperunt, non tamen geminam stolam habebunt vsq; ad communem resurrectionem, vt omnium consummatio fidelium simul fiat. Vel illi priores Non acceperūt, statim Repromissionem, id est permissam vitam vsque ad Christū. cur nō? Deo prouidente aliquid melius, scilicet vt naturam nostram assumeret, & gloriosius eos nobiscū exaltaret. vnde addit, Vt non sine nobis consummarentur, id est requie & visione dei fruerentur. & si illi tenuerunt fidem qui tamdiu expectauerunt requiem, multo magis nos teneamus qui statim accipimus.

CAPVT XII.

**D**eoque & nos tantū habentes impositā nubem testium, deponentes omne pondus, & circumstans nos peccatū per patientiam curram⁹ ad propositum nobis certamen: aspicientes in authorem fidei, & consummatorem Iesum qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem confusione contempta, atque in dextera sedis dei sedet. Recogitate enim eum qui talem sustinuit a peccatoribus aduersum semetipsum contradictionem, vt fatigemini animis vestris deficientes. Nondum enim vsque ad sanguinem restitistis aduersus peccatum repugnantes, & oblitistis consolationis, quæ vobis tanquam filiis loquitur, dicens, Filii mi noli negligere disciplinam domini, neque fatigeris dum ab eo argueris. Quem enim diligit dominus castigat, flagellat autem omnem filium quem recipit. In disciplina perseuerate. Tanquam filiis vobis offert se deus.

D

E

F

Chryso.

August. de ciui. dei



Ideoq; & nos, post fidei commendationem ad illud quod ceperat redit exhortans eos ad patriam pluribus modis, & precipue ipsius Christi exemplo. q. d. quia alii sustinuerunt. Ideoq; quasi dicat, propter hanc causam, sicut & propter alias. Et nos habemus tantam nubem testium, id est tantam multitudinem sanctorum, qui sunt testes fidei, qui ut nubes exemplo suo in aestu tribulationum nos refrigerant, & doctrinis copulant. Impositam, nobis in exemplum fidei & operum. Deponentes prius omne pondus peccatorum quod est iam, Et peccatum circumstantans nos, id est peccatum quod circumstat & imminet, nobis. & si nondum insit. Vel, Deponentes pondus, tedium quod fit per tribulationes, ut scilicet iam non tadeat pati. Et peccatum circumstantans nobis, id est renunciantes peccatis quae vndiq; circumueniunt. Per patientiam, succincti atque expediti. Cur minus, sine dubitatione ad certamen, martyrii, quia propositum nobis. Cur ramus, dico, Aspicientes in authorem fidei, in praesenti. Et in Iesum consummatorem nostri in futuro, quasi dicat, quia tantus est dator fidei currere debemus, & quia idem consummat plena beatitudine, & quia idem passus est. Vnde subdit, Qui eterno Gaudio ad quod per passionem itur. Sibi proposito sustinuit crucem confusione contempta, id est neglecta verecundia humana. sic & nos aeterno gaudio proposito nobis post habita confusione debemus currere. Vel, Proposito sibi gaudio, temporalis regni. Potius sustinuit crucem confusione contempta, quia voluerunt turbam eum rapere ut faceret regem quod noluit, quia ipse erat via humilitatis. Omnia enim bona terrena contempserunt homo Christus, ut contemnenda monstraret. & omnia terrena mala sustinuit quae sustinenda praecipiebat, ut nec in illis quaereretur foelicitas, nec in istis timeretur infelicitas. Natus enim de matre quae quavis a viro intacta conceperit, semperque intacta permanserit, fabro tamen desponsata erat, omnem carnalis nobilitatis tumorem extinxit. Nat? & in ciuitate Bethleem, quae inter omnes ciuitates Iudaeae erat exigua noluit quaeque de terrenae ciuitatis sublimitate gloriari. Pauper etiam fons est cuius sunt omnia, ne de terrenis diuitiis quisquam extolleretur, noluit rex ab hominibus fieri, quia humilitatis viam ostendit miseris. Esuruit qui omnes pascit, sitiuit qui est fons fontium, fatigatus est ex itinere, qui viam nobis fecit in caelum, obmutuit, & obsurdit, per quem mutus locutus est, & surdus audiuit. vincens est qui infirmitatum vincula soluit, mortuus est qui mortuum suscitauit. amore itaque eius similia patiamur. Tunc enim impletur lex dum non cupiditate rerum temporalium, sed charitate illius qui praecipit, sunt quaeque praecipit. Recogitate enim, q. d. quod Iesus sustinuit crucem debet nos animare, quia hoc etiam minus. s. quod contradictione. q. d. aspiciate Iesum qui sustinuit crucem. Recogitate enim, ut sequamini eum. Qui sustinuit, non dico in membris, sed Aduersus semetipsum. i. i sua propria persona. Talem. i. tam vehementem Contradictionem, in omnibus aduersis. & hoc a peccatoribus, quod valde indignum est. Recogitate, dico, ut haec attendentes Non fatigemini, quibuslibet aduersis. Deficientes vestris animis. q. d. & si corpus deficit, animus stet. Deficere est tribulationis timore fidem negare. Nondum enim, q. d. & non debetis deficere. Nondum enim restitistis vsq; ad sanguinem, id est vsq; ad effusionem sanguinis, & si vestra amisistis. Perfectior in hac vita dilectio nulla est ea ad quam sancti martyres peruenerunt, qui contra peccata vsq; ad sanguinem certauerunt. Ideoq; iniuria est in ecclesia pro martyre orare cuius debemus orationibus commendari, pro alii autem defunctis oratur. Vos, dico, Aduersus peccatum. i. infidelitatem, vel alia quaelibet peccata Repugnantes, quod bonum est. & ite ideo non debetis deficere, sed adhuc facere ide. Et. i. quia. Estis, vos Obliti consolationis. i. Christi in scriptura consolantis? q. d. non debetis obliuisci. Quae, consolatio. i. Christus consolator, Loquitur vobis tanquam filius eius, i. Christi a quo fit consolatio. Loquitur, inquam, Dicens, Fili mi, haec sunt verba Christi in Proverbis Salomonis. Noli negligere disciplinam domini. i. tribulationes quibus erudiris a domino. Neque fatigeris, vsque ad defectum. Dum argueris ab eo, qui purgat peccata. & non debes fatigari dum argueris, Qui enim diligit dominus, ut coronet, Castigat, id est castum facit corripiendo. Flagellat autem, quolibet modo. Filium quem recipit, id est quem recepturus est in hereditatem eternam. ad dit, Omnem, etiam innocentem qui sine omni peccato, si ergo exceptus est a passione flagellorum, exceptus es a numero filiorum. Vnicus ille de patris substantia natus equalis patri in forma dei verbum quo facta sunt non habebat vñ flagellaretur. Ad hoc autem car

Aug. in lib. de car. hec. zant. rubibus

Augu. in co.

August. de ver. aposto.

Augustinus de pasto.

A ne indutus est, ut sine flagello non esset. Qui ergo flagellat, vnicum sine peccato relinquit adoptatum qui est cum peccato. Vnicus sine peccato, non tamen sine flagello. exemplum nobis proposuit in passionibus suis. Non ergo conturbari debemus. cum aliquis sanctus gratia & indigna perpetitur, si obliti sumus quae pertulerit iustus sanctusque sanctorum. Et attende hic iustitiam & misericordiam dei: iustitia est in eo quod flagellat, misericordia in eo quod recipit. Attende etiam quod non ait, omnis qui flagellatur filius est, sed omnis filius flagellatur. Aliter enim nullus recipitur, & quia flagellat omnem filium. Ideo Perseuerate, vsq; in finem. In disciplina, patienter ferendo, & debetis, quia in hoc quod disciplinam dat, Offert se tanquam filius. i. patrem se esse ostendit. quod probat per similitudinem humanam, subdens,

August. in psalmo. lxxx.

B Quis enim filius quem non corripit pater? Quod si extra disciplinam estis: cuius participes facti sunt omnes: ergo adulteri & non filii estis. Deinde patres quidem carnis nostrae eruditores habuimus, & reuerbamur eos. Num multo magis obtemperabimus patri spirituum, & viuemus. Et illi quidem in tempore paucorum dierum, secundum voluntatem suam erudiebant nos: hic autem ad id quod vtile est, in recipiendo sanctificationem eius. Omnis autem disciplina in praesenti quidem videtur non esse gaudii: sed moeroris: postea autem fructum pacati simum exercitatis per ea reddit iustitiae. Propter quod remissas manus & soluta genua erigite, & gressus rectos facite pedibus vestris, ut non claudicans quis erret, magis autem sanetur. Pacem sequimini cum omnibus & sanctimoniam, sine qua nemo videbit deum.

C Quis enim filius, est quem non corripit pater? id est cui non det disciplinam ut non auferat misericordiam. cedit contumacem ut reddat hereditatem. si promissa patris bene audisti vel agnouisti, non timeas flagellari, sed exhaereditari. Curre sub manu patris flagellantis, quia dum flagellat, erudit ad haereditatem. Noli esse iniquo sensu & peritiam, ut dicat, Plus amat pater meus fratrem meum cui permittit facere quicquid vult, quam me: quia si me mouero contra iussione eius flagella inuenio. Potius gaude sub flagellis, quia tibi seruat haereditas. illis ad tempus parcit quos & in aeternum damnabit. Quod si extra, quasi dicat, vos filij stete in disciplina. Quod si extra disciplinam estis, cuius disciplinae Participes facti sunt omnes, filij dei. Ergo estis adulteri. i. adulterini filij, & non legitimi. Vel Adulteri, id est diaboli possessio, Et non filij dei. Nota non iure vocari patrem qui ex adulterio genuerit, quia ab eo geniti non dicuntur filij legitimi. Deinde. Item inde hic ostenditur quare debent esse in disciplina. q. d. ex praemissis patet quod in disciplina debetis perseuerare. Deinde, id est ex his quoque sequentibus idem potest intelligi. s. quod Habuimus quidem patres carnis nostrae, non anime eruditores. Et reuerbamur eos, Reuereri est cum timore honorem impendere. Nonne ergo multo magis obtemperabimus patri spirituum, id est animarum quae non sunt de materia ut corpora ex patribus. Et viuemus. q. d. Item ideo debemus obtemperare, quia per eum viuemus in aeternum contra. Et illi. Item alia ratio hic ostenditur quare obtemperandum est deo. Et. i. quia, Illi quidem. s. patres carnis. & In tempore paucorum dierum erudiebant nos. & hoc Secundum voluntatem suam. i. in his quae volebant. s. in vanis. Hic autem. s. pater spirituum erudit nos Ad id quod vtile est. i. ad fidem & bonam vitam. Erudit, dico, si sumus In recipiendo sanctificationem. i. si recipimus disciplinam eius quae nos sanctificat. Vel ita erudit Ad id quod vtile est. s. In recipiendo. i. ut recipiamus Sanctificationem eius. i. Munditiam eius. Omnis autem. Hic dicit quod poterant obicere ut soluat. q. d. stete in disciplina. sed verum est quod Omnis disciplina, non vtiq; illa quae a discendo nomen accepit, & dici potest scientia, sed illa quae pro peccatis est correctio. Disciplina enim quae Graece dicitur pedia est eruditio per molestias quae pro peccatis suis mala quis patitur ut corrigatur quae hic intelligitur. Est enim disciplina quae a discendo nomen accepit, quae scientia dici potest, & dicitur Graece episteme. Omnis, inquam, disciplina, In praesenti quidem non videtur esse gaudii sed moeroris, sed

August. in psal. lxxxix.

Chryso.

August. de trinitate.

non est ita. si quis modo cogitat futura. Postea autem. i. in alia vita. Exercitatis per ea, D  
disciplinam, Reddet deus fructum iustitiæ: i. quia iustitiam meretur. Fructus, dico qui  
non erit sicut fructus huius mundi qui nunquam in tranquillitate est. Sed pacatissi-  
mum, id est in omni quiete possidendum. i. pacem qua maior non est. Propter quod. f.  
vt habeatis talem fructum. Manus. i. affectum charitatis quò deum olim complecte-  
bamini modo; Remissas. i. pigras ad eleemosynas. Et genua soluta. i. fortitudinem qua  
firmiter statur in genibus qua soluta est refrigidata charitate. Erigite, sursum ad deum,  
vt nec otio torpeatis, nec debilitate hesitetis. Et facite pedibus vestris. i. fidei vestrę Re-  
ctos gressus, vt scilicet fides vestra recte incidat, consistendo quod credit: & si opus est  
patiando, quæ fides recte dicitur pes quia totum portat. ita rectos facite Vt nequis. i.  
non aliquis Erret a via rectitudinis. i. vt non aliquis deuiet a vera vita fidei, sicut &  
ille qui carnales obseruantias recipit. quod est errare. Et non sit Claudicans, id est nõ  
claudicet, vt qui timore passionis titubat. Magis autem sanetur, si errauerit: vel timuit  
Vel recti gressus sunt pedibus, recta intentio in operibus. Et est, Facite rectos gressus  
pedibus vestris. i. habete rectam intentionem in operibus. Vt non claudicans, quis in  
bono opere erret a via rectitudinis. i. recte intentionis. Magis autem sanetur, a pecca-  
tis bona intentione operando, & Sequimini pacem cum omnibus. q. d. v. q. adeo patia-  
mini, vt pacem etiam cum tribulatoribus vestris habeatis, quæ est dilectio & concor-  
dia. Et sequimini Sanctimoniam. i. perfectionem in operibus, quia fides sola non su-  
ficit. Vel, Sanctimoniam. i. castitatem mentis & corporis. Vnde, Beati mundo corde,  
quoniam ipsi deum videbunt. Sine qua. f. pace & sanctimonia. Nemo videbit deum,  
adeo necessaria, contundendo enim oculum extinguimus. Ecce quomodo exterruit a-  
matorem boni, non formidatorem mali. Ait, Sine qua nemo videbit deum, ex eo ipso  
quod desideras te terret. Aliud est timere pœnam, aliud est amare iustitiam, si timore  
gehennæ non facis malum est quidem vitę fides, quia credis futurum dei iudiciũ. gau-  
deo fidei tuæ, sed adhuc timeo malitię tuæ. Sit ergo in te pax & sanctimonia, sine qua  
nõ videbitur deus Nam vnde videamus deum, non habebimus si contundendo in no-  
bis ipsum oculum extinxerimus: sumus pacifici, vt agnoscamur filij: sumus mundi cor-  
de, vt videamus deum. Beati enim pacifici, quoniam filij dei vocabuntur. Beati mun-  
do corde, & c.

Aimo.

Augu. in ser.  
quodam de  
visione dei.

Augu. in eo.

Contemplantes ne quis desit gratiæ dei, nequa radix amaritudinis, sursum ger-  
minans impediatur, & per illam inquinentur multi. Nequis fornicator aut propa-  
nus, vt Esau qui propter vnam escam veditit primitiua sua. Scitote enim quonia  
& postea cupiens hæreditare benedictionem reprobatus est. Non enim inuenit  
pœnitentię locum, quanquam cum lachrymis inquisisset eam. Non enim acces-  
sistis ad tractabilem, & accessibilem ignem, & turbam, & caliginem, & procellam,  
& tubæ sonum, & vocem verborum,

Contemplantes. q. d. Hortor vos ad pacem & patientiam, & ne dubitetis posse esse tā  
patientes, quia gratia dei præsto est, sed caute ne desitis ei. & hoc est, Sequimini pacem.  
Vos, dico, Contemplantes, attentione multa. Ne quis, non solū vos Desit gratiæ dei,  
q. d. non solum de vobis, verum etiā de alijs sit cura vobis. Diligenter attendite & con-  
siderate nequis vestrum desit gratiæ, quam humanę prauitatis meritum sæpe repellit.  
hoc autem modo potestis retinere gratiã. Cauete, Nequa radix. f. mala cogitatio. Ama-  
ritudinis. i. noxiæ delectationis, ex qua provenit amaritudo, Sursum germinans. i. ad  
consensum & operationem veniens, Impediatur, illam gratiam. Et per illã, amaritudinẽ  
non solum ille in quo est, sed etiam eius exemplo. Inquinentur multi, alij. & ideo gra-  
ue est. Radix amaritudinis mala cogitatio est, quia sicut radix amara dulces fructus nõ  
profert: sed sui similes. i. amarus & fons sulphureus aquas non habiles ad bibendũ. ita  
mala cogitatio non dulces fructus. i. dilectionẽ & operationẽ: sed amarus generat, qui  
bus impeditur iter ad cælum. Deinde quò contemplari debeãt nequa radix amaritudi-  
nis geminet. ostendit per partes in quibus aliquos de illis notat, subdens, Nequis, & c.  
q. d. Estote contemplantes. Nequis, vestrum sit Fornicator, vt cũ fide teneat carnales

Aimo.

A obseruantias, quasi concubinã quæ est spiritualis fornicatio. Aut prophanus, id est pro-  
fus fidem negligens, & alienus a deo. Prophanus enim dicit, quasi porro. i. longe a pha-  
no. i. templo dei. i. penitus irreligiosus, Vt Esau. Vel ad literã, Nequis sit fornicator aut  
prophanus vt Esau. Erat enim inter Iudæos aliqui sectatores Esau in fornicatiõe etiã  
in gastrimargia. Esau dicitur fornicator, quia contra voluntatẽ patris & matris vxo-  
res alienigenas duxit. Prophanus dicitur, quia gastrimargus, id est ventris seruus exti-  
tit, & gulosus. vnde veditit primitiua pro lenticula rufa. vnde subdit, Qui propter  
vnã escam vendidit primitiua, vel primogenita sua, id est dignitatẽ primogenitorum.  
Primogenita enim hic appellat honorem & dignitatẽ sacerdotij, quia ante sacerdotiũ  
Aaron omnes primogeniti sacerdotes erant sicut fuit Sem. & hæc erat dignitas, quia  
& de substantia & hæreditate paterna maiorem portionem sumebat, vestiumque orna-  
tu locupletior splendebat, eique benedictio dabatur. Ecce quam procul a religiõe fuit  
Esau. pro vtre dedit benedictionẽ, cuius factum iam commemorat vt dehortetur ab  
illius similitudine. Scitote. n. ne sitis vt Esau, quia ipse reprobatus est. Scitote enim  
quonia & postea cupiens hæreditare benedictionẽ, reprobatus est a deo Isaac confirmã-  
te benedictionẽ quod fecerat Iacob. Ita cauẽdũ est istis, ne cum post mortẽ deberent  
accipere benedictionem reprobentur: & pœnitentia eis non valeat: tunc enim infru-  
ctuosa erit pœnitentia, in cuius rei figura nec Esau profuit. Vnde subdit, Non enim  
quasi dicat, vere caruit benedictione. Non enim inuenit locum pœnitentię, id est ve-  
nię, & locũ benedictionis per pœnitentiã: non quod non pœniteret, sed quia nõ pœ-  
nituit vt debuit, dicens, Venient dies luctus patris mei Isaac, & occidam fratrem meũ  
Iacob, Nõ inuenit, dico, Quanquam inquisisset eam, benedictionẽ Cum lachrymis,  
non cum veris. Lachrymæ enim illæ potius fuerunt ex indignatione contra deum,  
& ex dolore amissi honoris, quam ex humilitate veraque pœnitentia. Non enim, di-  
xerat & monuerat nequis deũ gratiæ, his modis quos subdidit: nec debet aliquis de-  
esse, parata est enim gratia. & hoc est quod hic ostendit, Non enim accessistis, ad asperi-  
tatem legis quam describit, vt e contrario intelligatur suauitas gratiæ. Mos enim com-  
parantium rem rei est, vt alteram deprimat, & alteram extenuent, vt sic alterius emi-  
nentia clarescat. sic apostolus ex comparatione illorum quæ fuerunt in veteri testa-  
mento, nostra maiora declarat & meliora, Illorum ergo asperitatem describens  
ait. Non enim accessistis ad ignem tractabilem, id est palpabilem. Et accessi-  
bilem, quo scilicet motu corporis acceditur, sed ad spiritum sanctum qui est ignis  
consumens peccata, ad quem non motu corporis sed spiritu mentis itur. Et, non acces-  
sistis Ad turbam. Turbo est vis ventorum cum grandine & pluuia. hæc ad literam  
in datione legis facta sunt. Turbo autem significat impetum vitiorũ quę per legẽ ma-  
gis dominata sunt, modo autem venitur ad serenitatem virtutum per gratiam. Vel tur-  
bo significat cõminationẽ ipsius legis. si quis hoc vel illud fecerit, moriatur. Et caligi-  
ginẽ. Caligo est tenebrositas ignis & fumi qua significat, quia obscura erat lex. Caligo  
enim mētis obscuritas significat, nõ vero clara intelligentia est. Et procellã, quę ma-  
ior est quã turbo. i. tēpestas quę quocũq; mō propellit. hæc est seruitus peccati secundum  
operationẽ quę per legẽ trahebat hoies, mō autē requies est a vitijs imperfectis. Vel pro-  
cella significat ipsam vindictã legis. Et tubæ sonũ, quę est signũ monitionis ad bellũ,  
quo significatur motus delectationis, qui non per legẽ, sed per gratiã extinguuntur. Vel  
sonus tubæ significat presentiã & aduentũ dei omnipotentis. Vñ etiã idẽ aplũs alias dicit,  
loquens de aduentu Christi ad iudiciũ. In tuba dei descender, descender de cælo, id est in  
voce angelorum. Hæc ad literam in datione legis facta sunt, vt corda Iudæorum pro-  
na ad peccandum conuerterentur, ne auderent legem transgredi. Non hic terror est  
in euangelio, Et vocem verborum. Vox verborum intelligitur, non ipsius dei,  
sed angelorum. Per subiectã enim creaturã, id est per angelũ loquebatur deus Moyũ.

B

C

Aimõ

Aimõ

Chrysosto.

Aimõ

Chrysosto.

Aimõ

Aimõ

Aimo

Chrysosto.

Aimo

Quam qui audierunt excusauerunt se, ne eis fieret verbum. Non enim por-  
tabant quod dicebatur, & si bestia tetigerit montem lapidabitur. Et ita terribile  
erat quod videbatur. Moyses dixit, Exterritus sum & tremebundus, Sed acces-  
sistis ad Syon montem, & ciuitatem Dei viuentis Hierusalem cælestem & mul-  
torum milium angelorum frequentiam, & ecclesiam primitiuorum, qui con-



scripti sunt in cælis, & iudicem omnium deum, & spiritus iustorum perfectorum & testamenti noui mediatorem Iesum, & sanguinis asperisionem, melius loquentem quam Abel.

Quam vocem tubarum & angelorum illi, qui audierunt excusauerunt se ne eis fieret verbum, id est ne eis loqueretur, dicentes Moyse, Loquere tu nobis, non loquatur nobis dominus deus, ne forte moriamur, nimio timore fuerunt percussi. Non enim portabant quod dicebatur, id est non poterant ferre vocem angeli præ timore videtes totum montem Synai fumare, procellas quoque & tonitrua, & voces tubarum audientes. Et dicebatur eis, longe state a monte, quia si bestia etiam tetigerit montem lapidabitur, grandine, sicut præceperat dominus dicens, longe faciant filij Israel a monte, quia si homo vel bestia tetigerit montem lapidibus grandinis interficietur. & ita. Erat terribile quod videbatur, vt nec audire audent, nec accedere ad montem, Nam etiam Moyses dixit exterritus sum, & tremebundus. Multum fuit terribile quod Moyses terruit, & si Moyses est territus. Quid ergo alij? vtiq; multo magis territi sunt, Sciendum quod voce illa verborum significatur legis præceptio & comminatio, quæ populus grauem putauit & intolerabilem, quia sola præceptio erat sine gratia adiuuante. Non enim portabant quod dicebatur, quia sine gratia insufficientes erant, ad obseruanda legis præcepta, & dicebatur, Si bestia tetigerit montem lapidabitur. Mons est diuinitas, bestia defectus rationis, quod est quando verbum blasphemie profertur in deum: tangere, est offendere. Tangit ergo montem vt bestia qui offendit Deum blasphemiam quem præcipit lex sine misericordia lapidari: sed si in ecclesia vult reuerti misericorditer recipitur. Moyses ibi territus est, quia tanta erit legis asperitas, vt imperfecti terrerentur, quia non erat ibi adiutrix gratia. modo autem nec imperfectis est grauis præceptio. coniugum suauis est & onus leue, per charitatem infusa in cordibus per spiritum sanctum. Vide ergo distantiam, ibi post pascha quod agni immolatione celebratum erat primo die descendit deus in Syna in igne, sed plebe longe statem terrens, & digito suo scribens in lapide non in corde, hic vero spiritus sanctus qui est digitus dei venit vbi congregati erant fideles in vnum in igneis linguis, non de longinquo terrens, immo sedit supra singulos eorum, de caelo quidem factus est subito sonus, quasi ferretur status vehemens sonitus, sed nullus expauit. Ibi ignis & fumus hic aut ignis ferenus. Sed accessistis. Ex superioribus ista pendent, vbi dicit ad que accesserint post remotionem illorum superiorum, scilicet non ponit contraria eorum quæ ex opposito intelliguntur sicut supra assignatum est sed premiū quod ex eis sequitur, vt per hoc magis suadeat tenendam esse gratiam. quasi dicat, non accessistis ad tam aspera. Sed accessistis ad Syon montem, id est ad eos qui in alto deum speculantur, quem speculari magnū est premiū. Et, pro, id est ad ciuitatem dei viuientis, id est ciuibus suis vitam æternā dantis, quia in eis deus habitat, qui eos viuificat, scilicet ad Hierusalē celestem, id est ad visionem caelestis panis. Et, ad, frequentiam multorum milium angelorum, quorum focii futuri estis. multorum dicit, quia cum pluribus maior erit beatitudo. Et ad ecclesiam primitiuorum, id est apostolorum qui primi crediderunt, quorum fidei illi adiuncti sunt. Qui, apostoli, Conscripti sunt in cælis, a simili, hoc dicit, vt olim dicebantur patres conscripti, quia eorum nomina scripta sunt in libro vitæ. Ac si dicat, Ne dubitetis ad angelos peruenire, quia vestri antecessores peruenierunt. Et hoc est quod ait, Qui conscripti sunt in cælis, id est cum eis qui sunt in cælis scripti sunt, id est in eorum ordine scripti sunt, deinde subdit aliud premiū dicens. Et ad deum iudicem omnium, id est CHRISTVM cui pater dedit omne iudicium, ita & vos iudicabitis cum eo. Et spiritus, vel spiritum, vel spiritum, diuersæ literæ, sed ita prosequere, Et, ad deum, Spiritum iustorum perfectorum, id est ad Deum qui erit possessio spiritum iustorum perfectorum cum erit omnia in omnibus: erit quidem & aliorum, sed magis perfectorum, & per hoc suadet ad perfectionem. Vel, Accessistis ad spiritus, id est ad animas, Iustorum perfectorum, quibus focij in fide & opere fuerant, vel ad spiritum iustorum perfectorum, id est ad spiritum qui facit perfectos in

Aimo

Augustinus.  
de ver. apof.

Aimo.

Aimo

Astos, per quem attem hæc omnia habent, subdit dicens, Et accessistis, Ad Iesum noui testamenti mediatorem, id est datorem medium inter deum & hoies per que fieri possunt focij angelorum, quia incredibile videbatur quod promittebat deus. f. ex hac mortalitate, corruptione, abiectione, infirmitate, puluere futuros homines æquales angelis dei, non solum scripturam fecit hominibus, vt crederent, sed etiam fidei suæ ponit mediatorem non quilibet principem vel angelum, sed vnicū filiū, vt quia nos via perductus esset ad illam ineffabilem immortalitatem & cū angelis æqualitatem, per ipsum filiū ostenderet & præberet. Partum. n. erat deo facere filiū suū demonstratorē viæ: iō fecit illum viam, vt per illum iremus. Missus est ergo medicus, quem tñ nō cognouit ægrotus, ideoq; eū occidit: sed Aspersus sanguis medici valuit ad medicamentū ægroti. Venit, vt visitaret: occisus est, vt sanaret, iō addidit, Et, accessistis Ad asperisionē sanguinis Christi. i. ad sanguinis Christi emundationem. q. d. Hæc omnia habent per Iesum qui dedit testamentum nouum, & per sanguinem Christi, Melius loquentem quam loquitur, sanguis Abel, quia iste veniam, ille vindictam: iste salutem, ille damnationem clamat. Iste etiam persecutoribus vitam & indulgentiam implorat, dñō dicente, Pz ignoscē illis, quia nesciunt quid faciunt. Et nota qd Abel qui fuit primus iniuste occisus, posuit pro oib; alijs quorū sanguis nullam remissionem facere potuit, tunc multo minus sanguis aialium, sed sanguis Christi fecit, & iō dicit melius loqui: vel certe melius loquitur. i. melius nos loquentes facit. f. quod Christus est filius dei a quo redēpti sumus, quam sanguis Abel qui facit nos loqui Abel fuisse virum iustum, & in figura Christi immolatum.

Christo.

Videte ne recusetis loquentem. Si enim illi non effugerunt recusantes eum qui super terram loquebatur, multo magis nos qui de cælis loquentē nobis auertimus. cuius vox nouit terram tunc, nunc autem re promittit, dicens, Adhuc semel, & ego mouebo non solum terram, sed & cælum. Quod autē adhuc semel dicit, declarat mobiliū translationem tanquam factorum, vt maneant ea quæ sunt immobilia. Itaque regnum immobile suscipietes habemus gratiā per quam feruiamus placentes deo cum metu & reuerentia. Etenim deus noster ignis cōsumens est.

Videte, quasi dicat, quia ad deū accessistis, cuius sanguis melius loquitur quam Abel. ergo Videte ne recusetis, id est contemnatis Loquentem Christum, per euangelium quia carnalia prohibet, spiritualia præcipit. Si enim illi, scilicet patres vestri non effugerunt. i. non euaserunt pœnam, Recusantes eum, id est Christum Qui loquebatur eis Super terram, id est qui terrena, scilicet carnales obseruantias mandabat, Per Moysen & terrena promittebat. Vel, Recusetis eum, scilicet Moysen, vel angelum. Qui loquitur super terram, id est terrena. Multo magis, nos non effugiemus, Qui aduertimus, Christum loquentem nobis de caelo, id est loquentem nobis spiritualia, & promittentem æterna, nec debemus recusare. quia ipse idem, Cuius vox tunc, scilicet cum de terrā loquebatur, cum legem dabat in monte Syna, Mouit terram, vt comminaretur ne recusarent. Nunc, non dico minatur, Sed re promittit. & ideo multo minus debetis recusare. Promittit inquam, dicens, A huc ego semel mouebo. In aggeō hoc legitur. Nō solum terram, sed Etiam Cælum, quod inferius est, scilicet æreum. vnde dicitur aues cæli, scilicet totus aer iste ventosus quem cælum vel cælos scriptura vocat, istos vtiq; imos, non illos summos, vbi sol, & luna, & sidera constituta sunt. Dicit hic scriptura mouendos & alibi perituros propter quandam magnam sui commutationē, huius autem authoritatis Aggei sensum exponit, dicens. Quod autem dixit adhuc, addens Semel, per adhuc Declarat translationem mobiliū, quasi dicat, iam fuerunt mota: sed adhuc mouebo quod potest, quia fecit. Vnde subdit, Tanquam factorum, quasi dicat potest ea mouere tanquam sua facta. per semel vero quod addit, notat se illa sic mouere, Vt maneant, postea æternaliter Immobilia, secundum Ea quæ, ipsa Sunt, id est secundum id quod sunt: quia quicquid erunt, vel in principalibus essentiis, vel in formis extrinsecus sumptis, secundum id immobilia erunt. Per semel ergo notat quod vltterius

Aimo.

Aimo.



non sunt mouenda: per adhuc, notat ea mouenda. Itaq; quæ si dicat, quia cælum & terram immobilem promittit deus. Itaque, pater quod nos suscipientes, nunc in spe, post ea vero in re, Regnum immobile habemus gratiam. i. fidem, spem, & charitatem cum sancta operatione, sine qua non possemus ad illud promissum peruenire: sed per eam suscipimus illud regnum immobile, & ideo nullus desit gratiæ. Vel secundum aliam literã, scilicet habeamus, quasi dicat, quia immobilia promittit. Itaque, nos Suscipientes regnum immobile habemus gratiã, id est agamus deo gratias de omnibus non murmurantes in aliquo, quia sic bene seruitur deo. vnde subdit. Per quam, gratiam seruimus placentes deo. & hoc cum metu, quia deus est, id est timentes eum vt Deum, & in dicem omnium. Et cū Reuerentia, id est cū amore honoris, quia pater est, id est diligentes eum vt patrem. Etenim, quasi dicat vere per gratiam possumus placere illi. Etenim, id est quia. Deus, id est spiritus sanctus qui est gratia & donum factus, Noster, quia gratis nobis datus est. Ignis, quia est amor patris & filij Consumens omnia peccata. Spiritus enim dicitur ignis consumens, quia rubiginem peccatorum consumit, & ad charitatem ascendit corda hominum. & per hoc quod purgat nos & facit seruire in virtutibus, placemus deo.

Aimo.

Aimo

CAPVT XIII.

**C**haritas fraternitatis maneat in vobis, & hospitalitatem nolite obliuisci. Per hanc enim placuerunt quidam angelis hospitio receptis. Mementote victorum tanquam simul victi, & laborantium tanquam & ipsi in corpore morantes. Honorabile connubium in omnibus, & thorus immaculatus. Fornicatores enim & adulteros iudicabit deus. Sint mores sine auaritia, contenti presentibus. Ipse enim dixit, Non deseram neque derelinquam: ita vt confidenter dicamus, Dominus mihi adiutor est, non timebo quid faciat mihi homo.

Charitas. Ab hoc loco moraliter instruit eos apostolus, quasi dicat, & quia charitas est habenda ergo Charitas fraternitatis maneat in vobis, id est charitas sit inter vos, quia fratres estis, vt vos inuicem tanquam fratres diligatis. Et hospitalitatem nolite obliuisci. Obliuisci dicit, quia hanc habuerunt antequam expoliarentur suis rebus. Merito, dico, vt non obliuiscamini. Per hanc enim placuerunt quidam deo angelis receptis hospitio, vt Loth recepit eos nesciens esse angelos, sciens tamen quod in eis esset deus, vnde alia translatio habet. Per hanc enim quidem nescientes hospitio receperunt angelos, vt Abraham, & Loth nescientes esse angelos, sed arbitantes esse homines in quibus deus esset & loqueretur. Abraham enim humanitatis officia præbens quæ necessaria nisi infirmæ carni esse non possent, mirum est nisi homines esse arbitratus est, sed in quibus deum loqui intellexit, quibusdam diem maiestatis existentibus & apparentibus signis, sicut in hominibus dei sæpe apparuisse scriptura testatur, postea vero angelos esse cognouit, cum se vidente in cælos irent. sic & Loth qui occurrit angelis, & adorauit in faciem, videtur intellexisse quod angeli essent, sed rursus cum ad refectioem corporis inuitat quæ mortalibus necessaria est, videtur putasse quod homines essent. Ergo potest hic dici sicut dictum est de tribus qui venerunt ad Abraham, scilicet apparebat quibusdam signis diuinitus esse missos, qui tamen homines esse crederentur. Exhibuit itaq; hospitalitatem vt sanctis hominibus dei quia deum esse cognouit cum eis, sicut ipse Abraham angelos esse nesciret. & Abraham in tribus, & Loth in duobus deum esse nouerunt, cui cum per singularem numerum loquebantur eos homines esse arbitrabantur, cum eis tanquam indigentibus humanam refectioem ministrabant. Mementote, hic monet eos ad aliud bonum, scilicet vt victis subueniant ministrando, quasi dicat præter hospites. Mementote, etiam bene faciendū Victorum, pro fide Christi ita eis compatiētes. Tanquam, scilicet Victi, essetis, & ita compatiāmini, & subuenite eis, quasi cum eis victi essetis. & mementote Laborantium, eorum, quibus imminet labor, Tanquam & ipsi in corpore commorantes, per quod experti estis quid necesse est laborantibus. Et est sensus, Subueni

Aimo. Augustinus. in lib. quaest.

Augustinus in eodem.

**A** te victis & laborantibus, sicut velletis subueniri victis, & laborantibus vobis. Honorabile etiam connubium, non meretricale sit: In omnibus, vt scilicet amore filiorum vxor ducatur legitima temporibus, quia certis ab ea abstinenceatur. Et thorus immaculatus non adulteriū, id est sine macula fornicationis sit in vobis. Fornicatores enim & adulteros iudicabit deus, id est æternaliter condemnabit. & si aliter quidam putent dicentes peccata carnis deum non curare, Sint mores, id est vita. Sine auaritia, id est largiendi tenacitate, monet vt nō sint tenaces in habitis. & sint Contenti presentibus, per hoc monet vt non sint cupidi non habitorum. Auarus est qui tenax est in largiendo, cupidus in accipiendo. hoc ideo dicit, quia isti fortassis postquam perdididerant propriam facultatem volebant congregare iterum diuitias quod prohibet hic. sed ne forte dicerent quid facturi erimus si suffragia necessaria nobis defecerint, protinus subdit consolationem adhibens testimonium de libro Iesu Naue. Ipse enim, dominus omnipotens, Dixit, ad Iesum Naue. Non te deseram, quin dem necessaria: Neque derelinquā derelingeretur ille qui fame periret, sed quia hoc non est non sit homo cupidus. Hoc post mortem Moyse dixit dominus Iosue, ita sicut fui cum Moyse, ita ero tecum. Confortare & esto robustus, non te deseram neque derelinquam. Hoc autē dicit, omni speranti in se sicut Iosue, Hoc enim nobis promittit si in illo spem nostram ponimus. Non tenacibus, non cupidis sit ista promissio, sed sperantibus in deo. Vnde subdit, Ita scilicet est nobiscum vt confidenter dicamus, Dominus mihi adiutor est, supplendo necessaria. & ideo Non timebo quid faciat mihi homo, etiam si auferat mea, hominis nomine intelligitur omnis aduersarius etiam diabolus, quia homo appellatur ab officio suo quod hominem decipiat: & quia loquum est de singulis dicere, monet sequi magistros, dicens.

Aimo.

Chryso.

Aimo.

Mementote præpositorum vestrorum, qui vobis loquenti sunt verbū dei, quorum intuentes exitum conuersationis, imitamini fidem. Iesus Christus heri & hodie, ipse & in secula. Doctrinis variis & peregrinis nolite abduci. Optimum est enim gratia stabilire cor, non escis, quæ non profuerunt ambulanti in eis. Habemus altare, de quo edere non habent potestatem qui tabernaculo deseruiunt. Quorum enim animalium inferitur sanguis pro peccato in sancta per pontificem, horum corpora cremantur extra castra. Propter quod & Iesus, vt sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est. Exeamus igitur ad eum extra castra improprium eius portantes. Non enim habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus.

C

Mementote, vt imitemini, Præpositorum vestrorum, quia boni erāt, scilicet Apostoli & eorum successores. ideo memetote, quia ipsi sunt Qui nobis loquenti sunt verbū dei quorum intuentes exitum, vt eos morte imitemini. si opus est moriendo pro Christo, vt illi Conuersationis eorum imitamini fidem, id est imitemini eos in conuersatione bonæ vitæ, & in fide perfecta. Iesus Christus, hoc pertinet ad superiorem sententiã vbi testatus est deū dixisse, non te deserā neq; derelinquā. Poterat enim illis videri quod hæc promissio ad Iosue tantū pertineret. Ad quod Apostolus respondet, dicens, quod & hos inuabit, sicut inuit illū. q. d. non est dubitādū de promissione, quia Iesus Christus qui heri. i. in præterito adiuuit Iosue, Ipse hodie. i. in presenti adiuuat vos & alios fideles: & adiuuabit in futuro. In secula. i. sine fine. Doctrinis, quia per gratiam licitum est oibus cibis vti. prædicabāt aliqui non esse peccatū escis affluere, sed bonū esse. Alij vero superstitiose dicebant abstinendū esse a quibusdā cibis quos lex prohibet, quosdam concedens qui escarum differentia & obseruatione multos seducebant, contra quos omnes apostolus agit hic, dicens, Doctrinis variis, scilicet quæ variæ sunt a vestris, id est diuersæ. Et peregrinis, id est extraneis. Nolite abduci, à veritate. hi non absurde comparantur leprosis, qui scientiam veræ fidei non habentes varias doctrinas profitentur erroris. Non enim abscondunt imperitiam suam, sed pro summa peritia produunt in lucem, & iactantiam sermonis ostentant, nulla porro falsa doctrina est

Aimo.

Hierony.

quæ non aliqua vera intermiscet. Vera ergo falsis inordinate permixta in vna disputatione vel narratione, velut in vnus coloris corpore apparentia, lepræ comparantur humana corpora diuersis coloribus varianti atque maculanti. tales vitandi sunt sicut hic docet Apostolus. Nolite abduci, dico, Optimum enim est stabilire cor gratia, scilicet vt habeatis fidem perfectam, credentes omnia esse munda mundis, nec escarum abundantia, varietati, & differentia esse studendum. Vnde subdit, & Nescis, id est non differentijs, vel in affluentia ciborum. Quæ non profuerunt ambulantes in eis, id est obseruatoribus ac discernentibus cibos, & studentibus ciborum affluentia. Et est sensus, Gratia quæ omnia permittit soluendo a lege confirmare cor debetis, & non studere obseruationi vel affluentia escarum quæ non profuerunt ad salutem ambulantes: non dico se sustentantibus, sed qui perseveranter se student in eis, vel discernendo, vel nimis affluendo. Abstinencia quidem qua abstinetur a peccato prodest. ciborum vero illa custodia nihil profuit, sed fides, similiter abundare gratiarum donis prodest. ventrem vero obruere escarum mole nocet. Habemus enim. Item hic ostendit non esse studendum in differentijs ciborum, vel affluentijs ciborum quasi dicat, vere non est studendum in differentijs ciborum. Habemus enim altare de quo non habent potestatem edere qui deseruiunt tabernaculo, id est obseruantijs legis, vt qui cibos discernunt, & alia huiusmodi legalia seruant, quæ nomine tabernaculi significat, quia ad tempus sunt posita. Vel ita. Ideo non est studendum escarum affluentia, quia Habemus altare, id est corpus Christi, fide cuius preces & oblationes sunt acceptæ quod in altari consecratur atque sumitur. De quo non habent potestatem, id est licentiam. Edere qui deseruiunt, id est ex toto seruiunt Tabernaculo, id est corporum voluptati, & ciborum affluentia. Corpus autem dicitur recte tabernaculum, quia ad tempus in eo manendum est, & ideo non ei seruiendum in desiderijs. Refert autem hic Apostolus legis consuetudinem ac mysterium spiritualeque sensum, legis siquidem præceptum fuit vt decima die septimi mensis a festiuitate Paschali, in festiuitate videlicet propiciationis acciperent vitulum & hircum, & immolarent intra castra quorum sanguinem ferret solus pontifex in sancta sanctorum oraturus pro populo, carnes vero illorum portarentur extra castra, ibiq; cremarentur, nec esset alicui tabernaculo deseruienti licitum ex illis comedere. Spiritualiter autem illa duo animalia, vitulus videlicet & hircus figuram tenent dñi saluatoris. Ipse enim est vitulus quæ pius pater in regressione filij prodigi immolauit. Ipse est hircus qui pro peccatoribus oblatas. Pontifex etiam ille qui cum sanguine illorum animalium intrabat in sancta sanctorum oraturus pro populo, typum gerebat Christi, qui cum sanguine passionis sue in teriora patriæ cælestis intrauit oraturus pro fidelibus. Immolabatur illa animalia intra castra, sed carnes extra castra cõburebantur, & redemptor noster in Hierusalẽ quasi intra castra immolatus vocibus, & iudicio Iudæorum, sed carnes illius extra Hierusalẽ in cruce cõbustæ sũt igne passionis. Quãdo. n. adiudicatus est morti, clamantibus Iudæis crucifige, quodammodo quãtum ad illos pertinet immolatus est. Vñ Marcus dicit eũ crucifixũ hora tertia. Nam hora sexta in cruce leuatus ẽ. Altare aut vbi extra castra carnes cremabatur, altare ecclesiæ est, vbi quotidie consecratur corpus Christi habemus, ergo Altare, ecclesiæ vbi consecratur corpus dominicum, De quo non habent potestatem edere qui tabernaculo, id est corpori seruiunt, scilicet fornicatores, adulteri, ebriosi, omnesque qui voluptatibus & desiderijs carnis suæ deseruiunt. Qui enim manducat & bibit indigne, sibi iudicium manducat & bibit. hæc quomodo ad dominum pertineant, satis vt reor dictum est. Sed quia ipse est caput omnium electorum, per carnes illorum animalium possunt intelligi omnes electi. sicut ergo Christus, sic & sue extra castra, id est extra conuersationem secularium carnaliumque hominum. feruore spiritus sancti accensũ consumunt quicquid carnale est in eis atque fluidum & libidinosum macerando se & mortificando corpora sua sum vitijs & concupiscentijs, vel etiam martyrium pro CHRISTI nomine sustinendo. Infertur sanguis illorum in sancta per pontificem, id est vita illorum laudabilis præsentatur patri deo per Christũ verũ sacerdotem qui est aduocatus noster interpellans pro nobis. Vel sanguis illorum infertur in sancta. dum illorum animæ cũ triumpho passionis in cælũ feruntur. bene quocq;

Chryso.

Aimo.

in altari consumuntur, quia oēs sancti martyres in altari fidei offeruntur deo. Ista oĩa adimplentes per fidẽ qua credunt se a deo remunerari, ad quos nõ audent accedere carnales seculũ amantes. q. d. tabernaculo seruietes propter quod mysterium adimplendum, Iesus extra castra passus est, sicut postea dicitur: sed prius quod ad eandẽ legalem consuetudinem spectat, addit referens ad spirituale intelligentiam, dicens, Quorum enim. Per duplicem allegoriã vnã ve. aliã no. test. i. per allegoriã surgentẽ de duplici historia. s. vetus & nouum testamentũ probat corpus Christi non esse edendum ab his qui tabernaculo. i. corpori deseruiunt. Ad hoc enim significandum & corpora animalium olim extra castra cremabantur, & propterea extra Christus passus est, vt nos qui corpore & sanguine eius a peccato mundari volumus impropria & angustias passuri tabernaculi delicias & voluptates deseramus. Ei prius probat per allegoriã veteris historie hoc modo. q. d. Vere qui deseruiunt voluptatibus non possunt cõmunicare corpori & sanguini Christi, quia his tantũ qui sunt Extra castra. i. extra delicias & voluptates corporis. Corpora cremantur horum animalium. i. memoriale, & proficuum est corpus Christi, & sanguis significatur per corpora horum animalium, Quorum sanguis infertur pro peccato in sancta pontificem, ita & sanguis Christi per se pontificem. i. ipse Christus oblatas patri qui non tantum per vitulũ & hircum, sed etiam per alia animalia quæ secundũ legem offerebantur significatur. Et recte Christus per illa carnalia significatur. Est enim agnus secundum mansuetudinẽ & innocentia. Hircus pro similitudine carnis peccati, quia caro eius passibilis & mortalis. Aries qui vitia propulit gemino cornu charitatis. Taurus fortitudine resurrectionis, quod crematur, cinis efficitur. Per cinerem, memoria reipræteritẽ accipitur, extra castra esse est voluptates carnis exire. His ergo qui sunt Extra castra. i. extra corporis delicias, Cremantur corpora. i. memoriale efficitur corpus Christi, significatũ per corpora illorum animalium quæ cremabantur. Si quis enim voluptuose viuit non habet efficacem memoriã Christis. Sanguis aut eius significatus per sanguinem illorum animalium qui illatus est in sancta sanctorum per pontificẽ, quia per se pontificẽ Christus oblatas patri, vt sic introiremus in sancta cælestia. Vel ita põt legi litera eodẽ penẽ sensu manete. q. d. Vere seruietes tabernaculo nõ possunt cõiccare corpori & sanguini Christi, quia Corpora horum, sanctorum, Crematur. i. ieiunijs & alijs laboribus affliguntur. Extra castra. i. extra voluptates carnis, Quorum est sanguis animalium qui infertur pro peccato in sancta per pontificẽ. i. quo est sanguis Christi per sanguinẽ illorum animalium significatus, quia horum tantum sanguis Christi quibus. s. prodest per quem intrant in sancta cælestia, quod totum est dicere, illis tantũ prodest sanguis Christi qui voluptates deserunt & corpus affligit. Deinde per allegoriã nouũ test. idem probat subdẽs, Propter quod. i. propter illud idem designandum. s. vt extra carnales concupiscentias viuamus, & Iesus Extra portam passus est. Ad hoc utiq;. Vt sanctificaret populum, suũ: non propter sua merita, sed Per suum sanguinẽ, porta ciuitatis est corporis sensus, in quorum nullo peccauit Christus, & ideo extra carnis voluptates passus est, & nos eius exemplo hostium sensu vitijs clauis extra carnis desideria patiamur. Et quia pro nobis Chrs passus, hortat nos Apostolus vt imitemur illum dicens, Exeamus igitur. q. d. quia ipse extra castra passus est, vt nos sanctificaret. Igitur exeamus, fide & charitate. Extra castra, corporum mortificantes membra cum vitijs & concupiscentijs. Ad eum imitandum. Nos dico, Portantes, patienter vt ipse Improperium eius. i. passionem crucis quæ videtur esse improprium infidelibus. nobis autem sanctificatio & redemptio. Et debemus exire extra castra. Non enim habemus hic manentem ciuitatem, id est in hoc statu manens corpus. Sed futura inquirimus, scilicet secundum futurum statum corpus. vt ergo futuram ciuitatem consequamur, & improprium portemus.

Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper deo, id est fructum laborum confitentium nomini eius. Beneficentiæ autem & communionis nolite obliuisci. Talibus enim hostis promeretur deus. Obedite præpositis vestris, & subiacete eis. Ipsi enim peruigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri, vt cum gaudio hoc faciant & nõ gementes. Hoc enim non expedit vobis. Orate pro no

bis. cōfidimus enim quia bonā conscientiam habemus, in omnibus bene volētes conuersari. Amplius autem deprecor vos facere, quo celerius restituar vobis.

Per ipsum, id est per Christum qui est nobis via a quo sumus exemplū ad martyriū. Offeramus deo semper hostias laudis, quæ per propria significatur. i. Fructū labiorum consentientium nomini eius. i. confiteamur nomini eius, quod est laus Dei, & hostia fructus quia alij per hoc ad fidem trahuntur. Ergo qui timetis deū laudate eū, vt libere colatis eum. amare discite quem timetis, & poteritis laudare quem amatis. Timentes enim eū homines vetus testamentum propter literam terrentem, & occidentē, non habentes spiritum viuificantem, currebant eū sacrificijs ad templū, & in figura sanguinis Christi quo redempti sumus, quāuis nescientes quid prefiguraretur, cruentas victimas immolabāt: nunc vero in gratia no. test. speciale sacrificiū laudis offertur, quo deus honorificatur, cuius inuisibilis sacrificij illud visibile sacrum signū erat. Beneficiētiæ autē Euacuata sentētia pratorum de gula, reddit ad bonos mores persuadēdo. q. d. non mō prædicta faciatis, sed etiam nolite obliuisci, Beneficiētiæ. i. largitatis in alios. Beneficus enim dicitur largus & elemosynę distributor inde beneficiētia dicitur largitas. e. elemosynarum, Et cōmunionis. i. charitatis, qua omnia putātur cōia. q. d. & si vestra substantia sit ablata, tamen ex his quæ habetis, elemosynas date, hoc est quod supra dixit, non deserentes collectionē vestram. Talibus enim, quasi dicat, Ideo nolite obliuisci, quia Talibus hostijs, scilicet muneribus elemosynarū, Promeretur deus, nō illis antiquis legalibus, quia per elemosynas hostes vincuntur & peccata extinguntur, vita acquiritur. Vnde dominus per prophetā dicit, misericordiam volo & non sacrificium. Item, Obedite præpositis vestris, quantū ad præcepta vt. s. faciatis quę præcepit per eos ecclesia. Et subiacete eis, vt reuerentiā exhibeatis. Obediēdū vtiq; est prælatis & prædicatoribus inquantū doctrina & mores illorū, & pietas existat. si autem a via rectitudinis deuiauerint, nō faciamus qualia agunt, sed qualia dicūt: nisi forte & in doctrina aberrent. Vnde dominus, Quæ dicunt facite, quæ autē faciunt nolite facere. habent qui dem dignitatē licet vitæ sint perditæ, & ideo non ad vitam, eorum sed ad sermonē intendite. Ipsi enim, q. d. Ideo debetis obedire, quia ipsi Peruigilant, id est pro vobis solliciti sunt prædicando, bonū exemplum dando, exteriora prouidēdo. q. d. Pro animabus vestris rationē redditori, ideo obedite, Vt cū gaudio & cum lætitia & hilaritate mētis, quia vident proficere. Faciant hæc, id est vigilent & curā vestri agant. Et non gementes, id est cum murmure & tristitia, facimus vtiq; ista cum gaudio qñ oēs videmus proficere, in verbis dei, tunc enim cum gaudio laborat operarius in agro quando attendit arborē, & fructū videt: qñ segetē attendit & videt vberitatē, tūc intelligit quod nō sine causa laborauit, nō sine causa dorsū curuauit, non sine causa manus attriuit: non sine causa frigus æstusq; tolerauit. Ideo ait, Vt cū gaudio hoc faciāt & non gementes Hoc enim, s. vt gemētēs, Non expedit vobis, quia tunc non proderit vobis cura eorū si de vobis tristes ingemuerint, eo quod non proficiatis. Et nota quod ait nō expedit vobis: non dico non expedit, illis quibus prodest testari de vobis: nam illi præpositi quando tristantur de malis vestris expedit illis illa tristitia, & prodest illis, sed nō expedit vobis. Simul ergo in dominico agro bonū operemur prælati & subditi, vt simul de mercede gaudeamus. Vel ita, Vt cū. ideo obedire debetis illis, vt in die iudicij, Faciant hæc, id est reddant pro vobis rationem deo cum gaudio, id est securi de præmio vero, Et non gementes, id est non anxij vel hæsitantes de nostra damnatione, Hoc enim vt gementes pro vobis rationem reddant, Non expedit vobis. Orate pro nobis. Superbiam elationem mentis quorundam pontificum percutit, qui dedignantur deprecari suos subiectos quatenus pro eis orationes fundant. Orate dico, Confidimus enim, de vobis, quia Habemus bonam conscientiam, id est bonam voluntatem de præteritis In omnibus, non solum in Gentilibus, Volentes, etiam in futuro, Bene conuersari, tam Iudæos quam Gentiles. hoc ideo dicit quia culpabatur Apostolus a quibusdam quod sua negligeret: sed ostendit se affectum bonum habere ad omnes, scilicet Iudæos & Gentiles, de quorum præteritis bonis gaudet, eisque in futuro meliora optat. Vnde ait, Conscientiam habemus bonam, quasi dicat, Conscientia nostra

Ambr.

Ambr.  
Chrysosto.

A in nullo nos accusat, nec nobis cōscii sumus quod vobis insidias fecerimus, nihil cum fictione protulimus, vel negotiationis gratia fecimus. Ne ergo sinistre quid arbitremini de nobis. fortasse enim in talibus accusabatur. Amplius autē, quasi dicat, Dico vt oretis pro me. Amplius autem de precor vos hoc facere. s. orare pro me. Quo celerius restituar vobis. q. d. non solum mea causā sed magis pro vestra humilitate rogo vos, hoc facere. s. orare pro me.

Deus autem pacis, qui eduxit de mortuis pastorem magnum ouium in sanguine testamenti æterni dominū nostrum Iesum Christum, aptet vos in omni bono vt faciatis eius voluntatē, faciens in vobis quod placeat corā se per Iesum Christum, cui est gloria in secula seculorum. Amē. Rogo autem vos fratres vt suffertis verbum solatii. Etenim per paucis scripsi vobis. Cognoscite fratrem nostrū Timothæum dimissum, cum quo si celerius venerit videbo vos. Salutate omnes præpositos vestros, & omnes sanctos. Salutant vos de Italia fratres. Gratia cum omnibus vobis. Amen.

Deus autem, q. d. Ego suadeo vos ad bonum. Deus autem, qui aptare potest, quia dator est pacis vt scilicet vitia non inquietant, Qui eduxit de mortuis, id est resuscitauit de sepulcro, qui locus proprie mortuorū est. Eduxit nostrū Iesum Christum magnum pastorem ouium, id est humilium qui pastor est effectus, In sanguine testamenti æterni, id est per effusionem sanguinis sui, qui confirmavit testamentum nouum, quod dicitur æternum, quod aliud ei non succedet. Ipse inquam qui hoc fecit, Aptet vos. i. aptos vos faciat, In omni bono, vt velitis, Et, vt etiam opere, Faciatis voluntatem eius. i. ea quæ ipse vult. Aptet vos dico, Faciens in vobis quod placeat coram se, quia non est ex vobis bonū: sed ipse facit. nihil enim boni habere potestis nisi illo præueniente & subsequenti. Faciat bonū in vobis dico. & hoc, Per Iesum Christum, non per carnales obseruantias, Cui, Chrō vna cū patre & spiritu sancto nō carnalibus obseruatijs, Sit, vel est gloria in secula seculorum, id est sine fine. Amen, confirmatio. q. d. Ita fiet, vel ita verum est, vt dixi. Rogo autē vos fratres vt sufferatis, patienter, Verbum solatii. i. hęc epistolam quæ est consolatio & adoratio, ne dicam admonitio quæ est quasi pigrorū: Cōsolatio vero illorū qui pusillanimes sunt. Et debetis patiēter ferre. Etenim per paucis scripsi, timēs vobis oneri esse. q. d. non potest quisquam longitudinem sermonis abnuere. hoc quippe erat quod aduersarij faciebant, & ideo latenter hoc tangit. Cognoscite, etiam feruendo & honorando, Fratrem vestrū Timothæum, scilicet coapostolum & coadiutorem in prædicatione: a me dimissum, in iter quod volebat, vel ad prædicandum directum. vel forsitan, Dimissum, a carcere in quo ante detentus fuerat, Cum quo celerius, id est celeriter, Venerit videbo vos, in hoc reddit attentos, & mansuetiores. Salutate omnes præpositos vestros & omnes, subiectos, Sanctos, id est sanctificatos in baptismo. Sicut generaliter omnibus scribit, ita generaliter omnibus scilicet prælatis & subditis salutem optat. Salutare enim est salutem optare. Salutant vos omnes fratres de Italia. Per hoc nota eum a Roma scripsisse. Gratia, id est purgatio peccatorum, & alia dei munera sint Cum omnibus vobis, Amen.

Aimō.

Aimō.  
Chrysosto.  
Aimō.  
Chrysosto.

Aimō.  
Chrysosto.

FINIS Collectaneorum Petri Longobardi, Parisiensis Episcopi, & Sententiarum Magistri, in omnes D. Pauli Apostoli Epistolas. Mense Septembri. M. D. XXXVI,

